LVIII
C
45

Digitized by Google



ORACULA SIBYLLINA

CUM VARIORUM

Commentariis.

Gr: et Lat.

AMSTELODAMI,
Ex officina Henrici et Viduae Th: Boom, 1689.



ΣΙΒΥΛΛΙΑΚΟΙ ΧΡΗΣΜΟΙ,

HOC EST,

SIBYLLINA ORACULA

Ex veteribus codicibus emendata, ac reſtituta
Et commentariis diverſorum illuſtrata,
Operâ & Studio

SERVATII GALLÆI:

Accedunt etiam

Oracula Magica Zoroaſtris, Jovis, Apollinis, &c.

Aſtrampſychi Oneiro-Criticum, &c. Græce & Latine, cum Notis Variorum.

BR

AMSTELODAMI,
Apud HENRICUM & Viduam THEODORI BOOM,
cIↃ IↃC LXXXIX.

Digitized by Google

Digitized by Google

VENERANDO,
CLARISSIMO DOCTISSIMOQVE
VIRO. DOMINO

SAMVELI GRVTERO

HARLEMENSIS ECCLESIÆ
BELGICÆ
PASTORI VIGILANTISSIMO
VERBI DIVINI PRÆCONI
FACVNDISSIMO,
DISERTISSIMO
ORTHODOXIÆ PVRÆ
TENACISSIMO,
LITERARVM AC LITERATORVM
MÆCENATI EXIMIO
AMANTISSIMO
LITERATORI MAXIMO,
AMICO SVO INTEGERRIMO
HÆC SIBYLLINA ORACVLA
ET QVIDQVID AD ILLA

SERVATIVS GALLÆVS

LVBENS MERITOQVE
D. D. D. C. Q.

VENERANDE VIR.

Racula, quæ ſunt vel revera divinitus inſpirata, vel pro talibus, hominibus fuere obtrûſa, ſemper apud mortales maxima fuiſſe in veneratione, nemo eſt qui neſcit: de Sibyllinis, quæ pro genuinis & à Deo inſpiratis apud credulam Plebem fuere habita, in Diſſertationibus noſtris illud abunde demonſtravimus, ac immerito (utpote quæ ſuppoſititia, minimum ſaltem illa, quæ Religionis Chriſtianæ varios articulos continent,) tanto fuiſſe apud multos, Romanos præſertim, in pretio; teſte enim Dionyſio Halicarnaſſæo lib. IV. οὐδὲν ὅτι Ῥωμαῖοι φυλάττουσιν, ὅτι ὅσιον κτῆμα, ὅτι ἱερὸν, ὡς τὰ Σιβύλλεια θέσφατα. *Nihil Romani ſeu Religioſum, ſeu ſacrum tam diligenter cuſtodiunt, quam Sibyllina Oracula.* Hi ſi pro vitreis ſuis theſauris, adeo decertarunt, quid nos pro genuinis noſtris, à Deo inſpiratis, & per Prophetas, ac ſacros Amanuenſes nobis revelatis, non faciemus? Noſtri certe eſſe officii negaverit nemo, imitari Ptolomæum Philadelphum. Hic enim, Flavio Joſe-

sepho teste, libro XII. Antiquitatum Cap. 2. *se illis gratias agere dixit, quod venerint, majores etiam ei qui miserit, sed longe maximas Deo, cujus leges attulerint.* Deo certe nostro, gratias summo huic beneficio pares, habere non posse nos, omnium (Christianorum saltem) constans est opinio. Sibyllinorum autem oraculorum mysteria Christiana spectantium, fidem & πίστευθαι, quod plane rejecerimus, & in dissertationibus nostris, pro suppositiis habuerimus, jure meritoque à nobis hoc factum fuisse, existimamus, utpote qui novimus clarius illa à paganis mulierculis, & Dei fœdere excluſis, non potuisse revelari, quam à Sanctis Dei veri Prophetis, Divino Spiritu actis: nostram autem hanc opinionem, ab omnibus eodem cum applausu & assensu, non fuisse exceptam aut excipiendam, non est, quamvis sit verissima, quod miremur, imo ne quidem hoc exspectavimus aut speravimus: quam diu enim erit mundus, tam diu quoque erit Democritus qui rideat: at vero, sæpe quem Mopsus ridet, hunc Diogenes admiratur, ut optime quidam Vir doctus, affirmavit. *Nihil tamen* (ut cum Hieronymo loquamur) *levius est, quam otiosum & dormitantem de aliorum labore & vigiliis*, (addimus nos *opinionibus*) *disputare.*

Re-

Rectè olim ipse Oratorum Princeps, Cicero observavit, reprehensionem non posse evitari nisi nihil scribendo: Verum quemadmodum Astronomi, inter lumina cœlestia, multa sibi finxerunt monstra, & timorem incutientia animalia, Tauros, Ursos, Canes, Capros, Scorpios, Leones, aliaque quam plurima, sic etiam Viris Scriptoribus evenit nonnunquam, etiam Doctissimis, ut quamvis res limatissimas conscripserint, illæ tamen pro futilibus, à futilissimis hominibus habeantur, opinionum etiam monstra illos in politissimis eorum scriptis se conspicere existimant, cum nulla in iis existant, & tantum in eorum male dispositio cerebro reperiantur; sed veluti nautæ à contemplatione Zodiacorum signorum non absterrentur, nihil in illis præter nomina, rerum nuda signa, deprehendentes, sic & nos speramus, hæc qualiacumque nostra scripta, tales lectores repertura, qui oculos plane ab illis avertere nolent, etiamsi quorumvis gustui non sint adaptata. Omnibus placere nunquam nostrum fuit propositum, bonis autem satisfeciisse iisque placuisse, hoc Viri Docti præmium esse maximum, & quo possit acquiescere, nostra fert opinio: cæterum, probent aut improbent cavillatores, non est quod magnopere laboremus. Nam

Prin-

DEDICATIO.

Principibus placuisse viris, non ultima laus est.

Hoc si apud Te, Venerande Vir, uti speramus, consecuti fuerimus, erit quod nobis gratulemur; imo nulli dubitamus, quin opinio quam de Sibyllinis Oraculis fovemus, Reverentiæ vestræ, omnino sit placitura, quandoquidem nobiscum affirmare non erubescis, pro eo quo polles judicio sagacissimo ac æquissimo, vera & Sanctissima Dei nostri mysteria futilibus illis & adulterinis gentilium muliercularum prætensis effatis ut confirmentur, non opus habere. Nulli igitur majori cum jure ac ratione, hæc quæ nunc cum diversorum commentariis ac notis illustrata damus, debuisse offerri & consecrari, imo à nemine sententiæ ac opinionis nostræ tutelam potuisse implorari tutius, contendimus, adeo enim R. tuæ sunt exosa spuria oracula & callidorum deceptorum vafra inventa, ut quotidie in illorum refutatione ac destructione, cum omnium bonorum applausu summo, totus incumbas, ad Ecclesiæ Dei ædificationem maximam, & puræ veritatis assertionem, quod faxit Deus ter optimus Maximus, ut per multos annos, pari quo hactenus successu, id est summa cum laude continuare possis. Harlemi ipsis Idibus Febru. Anno CIↃ IↃC LXXXIX.

* * Ad

POst dissertationes nostras de Sibyllis earumque Oraculis, anno superiore editas, sejus debuisse ipsa Oracula Sibyllina, nemo (sic opinamur) qui inficias ibit, reperietur; quid vero ad illa fuerit præfixum, alii potius quam nos, judicent: hoc tamen impræsentiarum ingenue hic profiteri, consultum duximus, nos quam maxime fuisse animos, ut quam emendatissima hæc Oracula, lucem conspicerent, eumque in finem, etiam usos nos fuisse, præter MSS. à Johanne Opsopæo in notis suis allegata, Codice MS. antiquissimo, cujus copiam nobis fecit Doctissimus D. Eduardus Bernardus Oxoniensis Professor dignissimus, Vir mihi amicissimus, & multo nomine Venerandus, ex hoc autem MS. codice, loca quamplurima, priscimo nitori plane restituisse nos speramus, ac existimamus. Omnibus autem, num placituri sint hic nostri conatus, non est ut operose inquiramus: talis enim nunc vivitur ævo, quo omnibus placere posse, non datur. Ne ipse quidem Jupiter aut pluens aut serenans cunctis placet. Frustra hactenus Cocus talis quæritur, qui omnium palato cibos gratos præparare possit. Inveniuntur enim tales, qui (ut cum Doctissimo quodam Viro, loquamur) nihil aliud solent, quam minuta aliorum errata ventilare, & quidquid ignorant, hoc errorem vocare: inter quos illi qui non scribunt, quia nec forsan possunt, saltem non bene, longe acriores & severiores se aliorum operum censores solent ostendere, quam qui scriptorum suorum publicationi, eidem examini se subjiciunt, quod in alios sibi sumpserunt. Commentaria & Notas, ex diversorum Scriptorum scrinus petitas addere placuit, ut multa, quæ absque illis latarent, Lectori sedulo innotescerent, ac majori cum voluptate legi possent. Qua autem de causa, prolixiora nonnulla exhibuerimus, plurimas præterillas, quas habuimus rationes, & quas alio tempore dicendas reservamus, etiam hæc una fuit, ex maxime notatu dignis, quandoquidem omnes illi libri, ex quibus fuere desumpta, in omnibus illis regionibus, ad quas Oracula hæc Sibyllina pervenient, venales forsan non reperiuntur, ideoque ampliora danda fuisse consultum duximus, ut sic data occasione, res etiam aliæ, scitu necessariæ, saltem non injucundæ, ad plurimorum cognitionem pervenirent, quæ alias tenebris aternis involutæ manerent,

Compendia nonnunquam etiam fuere dispendia.

Atque hæc etiam maxime esse evitanda nostra fert opinio. Quidquid enim aggrediantur alii, certum est quod

Non sunt longa, quibus nihil est quod demere possis.

Nolumus vero dissimulare, Noveliarum Reipublicæ literariæ Scriptorem quen-

quendam Amstelodamensem, de Dissertationibus nostris differentem, adnotasse, immerito nos Doctissimum D. Blondellum accusasse, quod scripserit, Isidorum Persicæ Sibyllæ Erophilis nomen dedisse, cum distinctionem faciat satis expressam, Persicam inter Sibyllam & Chaldaicam, sed ut Lector præjudiciis non occupatus, probe discernere possit, an jure meritoque accusatoris nomine debuerimus designari, dabimus hic D. Blondelli loca, ex quibus nos judicavimus, monendum fuisse Lectorem, in hoc Virum hunc Doctissimum, non secundum rei veritatem scripsisse: loca autem Gallico idiomate expressa, sic sonant, p. 37. Pausanias donne à la Chaldaïque le nom de Sabba, Isidore l'appelle Erophyle, & Suidas Sambetha: *h. e. Pausanias Chaldaicæ dat nomen Sabba, Isidorus vocat illam Herophylem, & Suidas Sambethem, & p. 36. Sic loquitur ὁ μακαρίτης Blondellus,* le sentiment de Varron qui avoit en Lactance adjugé à la Persique (*qui n'estoit pas autre que la Chaldaïque*) le prix de l'antiquité. *h. e. Varronis opinio, qui apud Lactantium, Persicæ* (quæ non alia erat quam Chaldaïca) *antiquitatis præmium adjudicaverat. Aliis jam judicandum relinquimus, utrum D. Blondello injuriam fecimus, ut Doctissimi Viri accusator audire debuerimus, si sagax hic Criticus, attente legisset, vel legere dignetur, videbit nihilminus nos intendisse, quam ut, tanti Viri, accusatoris partes adimpleremus, imo patebit evidentissime, dissertationum nostrarum p. 72. nos Virum celeberrimum excusasse plane, sed tanti hæc non æstimamus, ut diutius minutiis illis in hæreamus,* ne (*ut olim dixit Plinius*) minimum icti fragoribus omnia velle implere videamur. *Cæterum editionem hanc Oraculorum Sibyllinorum, ut orbi literario commendatiorem daremus, placuit ad Calcem adjicere, Oracula Metrica Jovis, &c. ac Magica Zoroastris, &c. Gr. & Lat. cum Notis Variorum, aliaque nonnulla, prout in D. Johannis Opsopœi exemplari inveniuntur, adeo ut Respublica literaria, integram (præter quam plurima alia) Doctissimi Opsopœi editionem, hic, sit repertura. Tandem nos, ut ut attentos ac Correctioni sedulo incumbentes, evitare non potuisse, quin nonnulla Typothetarum errata irrepserint, ingenue fatemur, postremæ lineæ quoniam præesse per absentiam non licuit, speramus lectorem benignum illa emendaturum, & uti impossibile est aliquem posse reperiri hominem qui nullis obnoxius sit nævis, optimus enim est qui minimis urgetur, sic vix fieri ut editi libri lucem conspiciant, qui omnium errorum sint expertes. Hisce vale, benigne Lector, & æqui bonique hos nostros conatus consulas.*

Ad

Reverendum Clarissimumque Virum,

D. SERVATIUM GALLÆUM,

De Sibyllis, & in earum Oracula Differentem ac Commentantem.

Qui studet à tenebris claram discernere lucem
GALLÆUM inspiciat, qui miseranda docet
Tempora, queis falsas multi coluêre SIBYLLAS
Prisci, queis LATIUM, GRÆCIA queis scatuit.
Mirantur BELGÆ, quum docta volumina cernunt
SERVATI: haud præbet GALLIA docta parem.
Invito quamvis, fateatur pectore GALLUS,
CRASSETI ut crassos riserit ante jocos.
Nec mirum: quodcunque ORIENS quod protulit HELLAS,
ROMAQUE quod genuit, GALLIA quod peperit,
Callet, & admovit labris AGANIPPIDOS undas;
GALLÆI ingenium qualibet arte scatet.
Mente colit purâ puras SERVATIUS artes
Pectore dum sancto dogmata sancta tenet.
Diligit hunc ZIRIZÆA, HARLEMUM hunc laudibus ornat,
Utraque dum fidi flagrat amore Patris.
Altera quo cæpit, cœli capit altera fructus;
Quos cuivis donat, qui sua scripta legit.
His cuncto foliis clare monstrabitur Orbi
Falsa quis an fidei vera elementa ferat. (NUS
HISPANUS, GALLUS, BATAVUSq; ITALUSq; BRITAN-
Hoc scriptum volvat, multa scienda leget,
Multa pudenda modis discet propellere miris,
Pectore ac ingenio doctior ibit amans.
Hic digna inveniet niveis præcepta lapillis
Cordeque, non cedro, custodienda probo.
Dum tu, SERVATI, sic CHRISTI pignora servas,
Te CHRISTUS servet, corde manuque precor.

JACOBUS STORMIUS.

CLARISSIMO VIRO JACOBO AUGUST. THUANO AIMERIO, SANCTIORIS CONSISTORII Consiliario, & supremi Galliarum Senatus integerrimo Præsidi, Societas Typographica Parisiensis S. D.

NEMO est qui nesciat (Vir clarissime) quantis bellorum fluctibus & procellis hactenus agitatum fuerit hoc quondam florentissimum Galliæ regnum, quamque miserabiliter afflicta hæc urbs, & intestinis malis quassata formam plane pristinam amiserit. Unde accidit, ut Parisiensis Academia, quæ olim cæteris tanquam fax clarissima præfulgebat; diu oppressa infelix jacuerit, atque in deterrimum statum omnibusque miserandam conditionem adducta sit, ita ut eam pene extinctam diceres. Verùm tandem aliquando Dei Opt. Max. benignitate singulari, strenuaque augustissimi & invictissimi principis HENRICI IV. opera & admirabili virtute effectum est, ut præter spem isti bellorum æstus & tempestates conquieverint, & nobis nihil tale sperare audentibus lætissimæ Pacis Sol affulserit. Quo felici rerum eventu maximopere recreati sunt boni omnes, & extemplò tristem præteritorum temporum & malorum memoriam abjecerunt, confestimque omne suum studium curamque omnem in eo collocarunt, ut huic amplissimæ civitati, quam civiles discordiæ paucorum annorum curriculo pene perdiderant, pristinus splendor quamprimùm restitueretur. Et quoniam, ut quodam loco scribit Cicero nullum munus Reipub. afferre majus meliusve possumus, quàm si doceamus atque erudiamus juventutem, iis præsertim moribus atque temporibus, quibus ita prolapsa est, ut omnium opibus reffœnanda atque coercenda sit: ideoque Rex Christianissimus prudentissimè statuit è consilii sui sententia, ut in hac urbe scholæ & gymnasia instaurarentur, & Academia ad legitimum germanæ formæ exemplum reformaretur. Cui rei tam necessariæ exequendæ, viros alios quos præstantes, omnique laude insignes, teque inter cæteros, Præses integerrime, delegit, quibus hæc provincia demandaretur. At verò id jam præstitistis, ut in plerisque gymnasiis disciplina cujusque certi doctores, artium professioni suæ commissarum prælectiones & exercitationes via & tempore definitas, officio, fide, & diligentia tueantur. Quæ res facit, ut nos spes teneat optima, brevi hanc Academiam, quantum detrimenti, incommodi, & calamitatis à civili bello tulit, tantos à virtute & industria vestra, atque adeo majores fructus, Deo annuente, esse percepturam. Et sane studiosi omnes huic eximio operi perficiendo omne studium, omnesque vigilias, & labores suos addicunt: & ne

cuid hac in re à nobis desideraretur, qui libris excudendis, & evulgandis jamdudum operam damus, nuper inter nos Societatem Typographicam ante decennium initam & inchoatam, sed bellorum turbine dissolutam renovavimus, & dissipatam redintegravimus, nobisque est animus in posterum, res literariæ, quantum in nobis situm erit, prodesse, & eo omnes nostras curas & facultates conferre. Utque hujusce nostri instituti & consilii specimen aliquot ederemus, librum hunc Sibyllinorum Oraculorum titulo insignem, à Joan. Opsopœo viro eruditissimo undequaque collectum & notis illustratum typis mandari curavimus, eumque tibi nunc inscribimus & nuncupamus. Multæ nos impellunt causæ, ut hæ laborum nostrorum primitiæ sub Augusti nominis tui splendore edantur & appareant, quarum duas hic recensere satis erit. Primum, quia omnibus tu artibus & disciplinis ornatus, & sententiis abundè instructus es à teneris annis, quæ liberales vocantur, & unus optimè nosti non Latina tantùm, sed etiam Græciæ monumenta omnia, quod cumulatissimè libri à te conscripti testantur, & nunc arcem tenes omnis doctrinæ & eruditionis, unde maximo tuo merito ab Augustissimo Principe tibi potissimùm cura est commissa restituendæ Academiæ. Altera ratio est, quia tu Opsopœum ipsum, dum viveret, ut & literatos omnes, singulari benevolentia es prosecutus, eique Procopii codicem græcum legendum dedisti, quo in hoc libro concinnando se esse usum profitetur, & ea de causa librum hunc tanquam aliqua ex parte tuum jure potes vindicare. Superest, Vir ornatissime; ut pro eximia tua humanitate munus hoc nostrum qualecunque libenter accipias, & grati in te animi specimen boni consulas, ac demum utilitatis publicæ studium probes, & ea, qua erga invictissimum Regem vales auctoritate efficias, ut is secundùm Deum nostris conatibus adsit propitius, & beneficia seu privilegia, quæ nobis à cæteris Regibus jampridem concessa sunt, sarta tecta esse jubeat. Bene vale. Lutetiæ Parisiorum Idib. Septemb. anno à Christo nato quingentesimo nonagesimo nono supra millesimum.

JO-

JOHANNIS OPSOPOEI,

IN

ORACULA SIBYLLINA

PRÆFATIO AD LECTOREM.

FUISSE fœminas fatidicas, quas Chaldæi Sambethas, Græci & Latini Æolico more Sibyllas appellarunt, adeo certum est, ut nullus in dubium vocare possit aut debeat. Sed quot fuerint, quæ singularum patria sit, qui parentes, quæ nomina, quæ ætas, quæ oracula, plane incertum est & controversum, ut facile colligitur ex Onuphrii libello de Sibyllis, & ex testimoniis Græcorum & Latinorum auctorum in unam synopsin in hac editione collatis. In quibus quoniam quæcunque de Sibyllis dici poterant, sub suis auctoribus conlignantur, ampliore enarratione supersedebo. Nunc tantum, quod ad rem præsentem attinet, duo capita inquiram in hujus libri vestibulo, & lectori dijudicanda proponam. I. an oraculorum istorum Sibyllarum nomine publicatorum, & octo libris comprehensorum, Sibyllæ sint auctores. II. an omnia sint unius Sibyllæ, an verò plurium. Novi equidem me in multorum reprehensionem incursurum, quod rem certam & omnibus confessam convellere, & incertam facere ausim. Sed ii mihi, ut spero, æquiores erunt, ubi quas habeam dubitandi causas perspexerint. Hactenus libri illi de quibus quæstionem instituo, communi fere omnium hominum consensu Sibyllis adscripti, & pro veris Sibyllarum oraculis habiti sunt, propter crebra testimonia, quæ passim ex illis apud antiquos Ecclesiæ scriptores, Justinum Martyrem, Theophilum Antiochenum, Athenagoram, Clementem Alexandrinum, Firmianum Lactantium, & alios contra gentiles citata leguntur. A quo consensu recedere nefas duxissem, nisi tempus, ordo, dictio, & res ipsæ horum oraculorum auctoritatem elevare viderentur. Nam si ætatem Sibyllarum qua vixerunt, consideramus, & Justino Martyri, Tatiano, Clementi Alexand. Eusebio, cæteris denique Ecclesiasticis scriptoribus credimus, nulla Sibylla Mose prior fuit. Quomodo ergo nostra Sibylla lib. 3. de Mose vaticinari, quomodo diluvium prædicere, quomodo una cum Noë in arca esse potuit? ait enim se cum suo marito, cum socero & socru, cum leviribus & glossibus in undis tempore diluvii

luvii fuisse jactatam: quod ipsum auditu insolens, & à nemine hactenus proditum est. Sin Sibyllæ plus quam illis credimus, oracula hæc conscripta sunt mille quingentis annis post Græcorum imperium, ut patet ex Sibyllæ affirmatione. Incertum quidem est, quodnam Græci imperii initium statuat Sibylla: sed undicunque illud sumatur, sive ab Argivorum, sive à Sicyoniorum, sive ab Athenienſium regno; de Mose, de regno Solomonis, de imperio Macedonico, de quatuor monarchiis vana Sibyllæ vaticinia erunt, utpote post res gestas prolata. Quod si post Mosem demum Græcorum regnum cœpit, versibus istis multo minus auctoritas sua constabit. Nam ab exitu Mosis ex Ægypto usque ad ultimam politiæ Judaicæ destructionem sub Vespasiano, numerantur mille quingenti octuaginta duo anni. Et certe ut plurima ex istis oraculis post Christum conscripta esse credam, triplici causa moveor. Una, quia lib. 5. asserit Sibylla se alterum incendium ædis Vestalis vidisse. Hoc autem, teste Eusebio in Chronicis, contigit anno Dom. cxcix. sub Imperatore Commodo; quo non modo ipsa Vestæ ædes, sed etiam palatium & plurima urbis pars solo coæquata sunt. Nam primum incendium fuit Olympiad. cxxxiv. Altera, quia circa Antonini Pii & Commodi tempora innotescere, in vulgus efferri, & à scriptoribus ejus ætatis citari cœperunt ista vaticinia Sibyllina antea ignota, nec ab ullo quem sciam adducta. Eo autem magis in hac opinione confirmor, quod ultra Commodum non extendatur, quippe post Adrianum tres Imperatores (id est, Antoninum Pium, Anton. Philosophum, & Commodum) regnaturos lib. 5. & libr. 8. & tunc tempora finem habitura esse scribitur. Tertia, quia video opiniones nonnullas post Christum demum à Christianis excogitatas, hisce libris insertas esse. Impios post aliquot sæcula ex æterno supplicio liberatum iri, sententia est Origenis, ut docet Augustin. lib. 21. de civit. Dei cap. 17. & Neronem in vigore ætatis subtractum & occultatum suo tempore revelatum iri & Antichristum fore, suspicio fuit non nullorum, orta ex dicto Pauli ad Thessal. Mysterium iniquitatis jam operatur, ut idem Augustin. tradit lib. 20. de civitat. Dei capit. 29. Atqui prior extat & reprehenditur in Græco quodam scholio oræ vet. codicis appositio, quod infra in notis retuli: posterior passim inculcatur, ubi de Nerone mentio fit. Unde non levis suspicio me tenet, oracula ista à quodam opinionibus illis imbuto potius quam à Sibylla concinnata fuisse. Hæc de tempore. Sed & ordo ipse multum Sibyllinis

nis libris detrahere videtur. Sibyllæ carmina, ut Justinus refert, sunt inconcinna, obscura, mutila, ne ab ipsa quidem intellecta, quia cum furore quodam effusa: ita ut proverbio locum dederint, quo rem perplexam, scholiis Sibyllæ obscuriorem esse dicimus. At nostri libri Sibyllini, etsi metri ratio interdum claudicet, fere perpetuum rerum ordinem servant; in primo de mundi creatione & ætatibus, de Noe, de diluvio, ea serie qua in Genesi: in tertio de Saturno & Titanibus, de Mose, de Lege, de Babylonica captivitate: in quarto de quatuor Monarchiis: in quinto de rebus gestis xv. Imperatorum integræ historiæ contexuntur: ita concinne denique & perspicue omnia referuntur, ut historiæ potius quam oraculi, animi sedati potius quam furoris, perspicuitatis potius quam obscuritatis indicia de se præbeant. His consentit dictio ipsa, sive voces, sive phrases spectemus. Voces partim insolentes & novæ sunt, partim è sacris litteris & scriptoribus desumptæ, partim ineptis etymologiis offusæ. Insolentes, ut αὐδήσαι in audiendi significatione τραχὺς in genere fœminino. Novæ, ut εἰκοσμυκὸς, γαλικανὸν, κελτιγενὴ. E sacris litteris & scriptoribus desumtæ, ut σπερώτας, περσπυχίζων, θεόχρισοι. Istas forsan aliquis furori divino adscribendas dixerit: sed an quoque nominum rationes & derivationes eidem tribuentur, qualis est ἀλφισήρου. Βαζυλῶνος. Διὸς Δίαν, inquit Jovem nominarunt, ὅτι οἱ διεπέμφθη, quia illuc missus est. O bellum etymum Græcis auribus dignum, illi planè simile, quo Δόδωναν deducitur ἀπὸ τοῦ δόδωνα λέγειν! O præclarum inventum, quo πτερυγέσσιν τετράμοιρον δῶμα quatuor mundi plagas designare dicitur. Quasi verò istud furoris sit, & non potius otiosi ingenii: quemadmodum & illud quod legitur de quatuor vestigiis clavorum. Phrases verò, stylus, tota denique lectio, paucis exceptis, nihil animi numine afflati spirant, nihil impetus & stimuli Divini præ se ferunt: imo ne quidem Homericam majestatem attingunt, quod magno indicio est nos veris Sibyllinis carere. Illorum siquidem tanta fuerat gravitas, tanta excellentia, tanta venustas, ut Homerus, Diodoro teste, plurimos versus ex Sibyllæ oraculis in sua opera transtulerit. At in nostris hodie vix sex vel septem hemistichia Homericis similia reperias. Carmina nostra Sibyllina, si verum fateri volumus, maxima ex parte sibi multum dissimilia, dura, coacta, & ex sacris literis Orpheo, Hesiodo, oraculis Apollinis, Phocylide & cæteris gnomicis poëtis consarcinata sunt, ut passim in notis observavi.

*** Venio

Venio nunc ad res ipsas in Sibyllinis expositas, quarum pleræque adeo plene, copiose, & aperte describuntur, ut vel inde tantum conjicere liceat, illas non prædictas, sed prius visas, auditas, aut lectas, perspicue recitatas fuisse. Vaticinia alioqui non solent omnibus suis circumstantiis limitari, multo minus nomina propria personarum in illis designari, ut constare potest ex scriptis Prophetarum.

Esayas indefinite prædixit, Ecce virgo pariet puerum. At Sibylla nominatim, Ecce virgo Maria pariet puerum Jesum in Bethlehem. Quasi verò Prophetæ minus instinctu Divino agitati futura prædixerint quam Sibyllæ: aut quasi nomen Jesu ante Angeli in Euangelio annunciationem, & Sibyllis publicatum fuerit. Christi baptismum in Jordane nullus Prophetarum prædixit: at Sibylla lib. 6. & baptismum illum, & Spiritus Sancti apparitionem in columbæ specie, multo ante, si credere fas est, præsignificavit. Si ita est, cur non plus Sibyllis quam Prophetis tribuimus? sed quicumque istorum Sibyllinorum auctor est, suo se indicio sicuti forex prodit, cum in historia de Christo, tum in descriptione xv. Imperatorum Romanorum statim ab initio lib. 5. ubi singulorum nomina & facta ita perspicue & graphice tanquam in breviario quodam referuntur, ut ab historico aliter narrari non potuerint. Ne tamen fraus animadvertatur, non integra nomina exprimuntur, sed numeri tantum quos primæ seu capitales singulorum nominum litteris Græcis designant; ut, si Diis placet, mera ænigmata videantur. Sed cur non eadem serie subsequentium Imperatorum nomina similibus ænigmatibus & gryphis involvit? An quia imperio jam defunctorum & regnantium nomina nota erant, posterorum Imperatorum primæ literæ & numeri ignoti? Sibylla autem hæc de præteritis & notis vaticinatur. Quod si interdum de futuris loqui velit, ex numeris qui ex nominum propriorum litteris exurgunt, hariolatur: ut quando prædicit Romam perituram postquam numerum nominis sui compleverit. Plura his addere possem, si minuta omnia quæ in notis attigi, hic persequi vellem. Verum prudenti hæc sufficere arbitror, ut intelligat judicium meum de Sibyllinis libris satis probabilibus rationibus esse suffultum. Quod, ne veteribus Ecclesiæ scriptoribus qui Sibyllas frequenter laudant, aliquid detraxisse videar, & ne Camarinam, ut Sibylla nostra monet, agitem quam præstat non agitari; hac interpretatione temperabo. In libris istis hactenus vulgatis aliquot vera Sibyllarum oracula, pauca integra, sed multa depravata & interpolata contineri;

neri; ât reliqua omnia nova, supposititia, ex variis auctoribus comportata, ex eventu composita, in eum quo leguntur hodie ordinem redacta, & subinde versibus aliquot adaucta esse: quemadmodum sæpius in notis monui, & jam uno & altero exemplo ostendam. Lib. ij. mentio fit agonis Iselastici. Ut verò ex Plinii epistolis constat, Trajani tempore certamina Iselastica instituta & celebrata fuere, ut suspicio sit eum locum post Trajanum conscriptum fuisse. Nero cum Romam excitato incendio inflammasset, ejus criminis invidiam in Judæos & Christianos derivavit. Quod ut videretur à Sibyllis prædictum, à bono quodam viro versus iste interfertus fuit, εἰς ἔριν ἡμετέρων τυχὸν ἅπαντα τοῦτα συνέβαινε. Clemens, Lactantius, Theophilus, Pausanias, & alii, multa citant ex Sibyllinis, quæ aut non extant in his nostris, aut multum evariant, & vel verbis, vel versibus integris interpolata sunt, ut diligenter suis locis infra notavi. Quæ omnia eo spectant, ut doceant Sibyllina nostra maximam partem esse spuria, pauca legitima. Utinam verò, ut nota Ciceronis voce utar, tam facile vera invenire possem quam falsa redarguere. Sed quia id præstare non licet, falsa cum veris, & mala cum bonis erunt toleranda; ut saltem aliquot Sibyllinorum oraculorum vestigia conservemus. Atque hæc de priore capite satis: Sequitur alterum, an omnia ista unius sint Sibyllæ, aut scriptoris? Hoc, ne quippiam de styli & rerum discrepantia dicam, breviter ex Lactantio expediri potest. Ille namque lib. 1. de falsa rel. cap. 6. singularum Sibyllarum singulos libros esse scribit: unius tamen credi, qui Sibyllæ nomine circumferuntur: neque discerni ac suum cuique propter confusionem assignari posse, nisi Erythrææ, quæ & nomen suum verum carmini inseruit, & Erythræam se nominat. Erythrææ autem est is qui in libris nostris tertium ordinem tenet. Primi libri auctor dicit se nurum Noë fuisse. Secundum, ut & septimum, adscribit sibi scortum quoddam adeo impudicum, ut (si recte verba mendosa accipio) cum patre incestum commiserit: quale pecus ne quidem Ethnici inter Sibyllas castas & Deo plenas agnoscerent. Quintum librum sibi vendicat Isidis soror. Cæteri sub incertis auctoribus feruntur. Absolutis ergo duobus illis captibus, finem præfationi imponam, ubi eorum nomina publicavero, qui suam operam nobis ad hanc editionem contulerunt. Quid enim in ipsa præstitum sit, ex aliarum collatione dici malo, quam ex prædicatione fortassis suspecta. Primum itaque duo manuscripta Sibyllarum exempla habuimus, quorum unum integrum, alterum

posterioribus libris, id est, parte quinti, sexto & septimo mancum fuit. Nam qui in nostris ultimus est, ibi erat primus. Integrum pro suo erga studia publica favore concessit nobis integerrimus Jurisconsultus Fr. Pithœus: mancum eumque vetustiorem suppeditavit bibliotheca clariss. Catharinæ Medicææ Reginæ Gallorum olim prudentissimæ. Deinde exemplar Sibyllarum ab Æmaro Ranconeto præside suo tempore doctissimo, alicubi emendatum, quaternionem unum M. S. & magni illius Ad. Turnebi emendationes in I. librum & partem secundi, Nic. Turnebus filius patre dignus liberaliter communicavit. Post ea multum nos juverunt Joan. Aurati variæ lectiones in I. librum, quas partim ex ipso vivo excepi, partim ab Ant. Bayfio accepi. Sed & Lactantiani codicis vetustiss. ope plurima loca emendata sunt, quem optimum sane vir opt. Cl. Puteanus ex sua biblioth. pro ea qua me solitus est prosequi humanitate lubenter concessit. Postremo viri nobiliss. & eruditissimi P. Delbernius & Aimerius Thuanus, ille Hermeram philosophum, hic Procopium Græcos utendos dederunt, ex quibus elogia & fragmenta Sibyllarum nonnulla decerpta sunt. Quos viros omnes, ut & cæteros amicos mei studiosos Deus clementer in istis Gallicanis furoribus salvos & incolumes præservet, & ab iisdem cito liberet, imprimis eos qui me Lutetia abeuntem, his Ciceronis versibus prosequuti sunt.

Dic hospes Spartæ, nos te hic vidisse jacentes,
Dum sanctis patriæ legibus obsequimur.

AD

AD CALCEM SEQUENTIA PRO

SIBYLLINIS

In veteribus membranis cl. v. Joann. Nicotii exhibita, & venerab. Bedæ à nonnullis adscripta, addere, libuit, ne quid scientes prætermisisse videremur.

Sibyllæ generaliter omnes famine dicuntur prophetantes, quæ ob Divinam voluntatem omnibus interpretari, & ventura pronunciare solebant. Tradunt autem doctissimi auctores, decem fuisse Sibyllas quarum prima Persis: secunda Libyca: tertia, Delphica, quæ ante Trojana bella vaticinata est: quarta, Cumæa, in Italia: quinta, Erythræa, in Babylonia orta, dicta Erythræa ab insula, in qua ejus dicta sunt carmina: sexta, Samiana, à Samo flumine Beneventano vocata: septima Amalthæa vel Cumana: octava, Hellespontica: nona, Phrygia: decima, Tiburtina Græcè, Albunea Latine vocatur: ex cujus carminibus multa de Deo & Christo scripta continentur. Fuit igitur hæc Sibylla Priamidis Regis filia, & ex matre Hecuba procreata. Vocata est autem Græco Tiburtina: Latine vero Albunea nomine vel Cassandra. Vixit annos CC. & usque in diem mortis suæ semper virginitatem custodivit, & illa circuiens diversas provincias ut partes orbis, prædicavit Asiam, Macedoniam, Eroštachiam, Agagis deam, Ciliciam, Pamphiliam, & Galatiam. Quumque mundi partes vaticiniis suis replesset, inde venit Ægyptum, Æthiopiam, Bragadam, Babyloniam, Aphricam Libyam, Pentapolim, Mauritaniam, & Palatinum. In omnes has provincias prædicavit, & spiritu Prophetiæ repleta prophetavit bonis bona, malis mala. Scimus namque quæ in præconiis suis annunciavit, & quæ in novissimis erant ventura prædixit. Audientes igitur famam ejus Romani, statim nunciaverunt in conspectu Senatorum. Mittentes ergo Senatores legatos ad eam, fecerunt ipsam cum magno honore deduci Romam. Centum igitur viri ex Senatu Romano, somnium in una nocte viderunt singuli, videbant singuli quod novem soles essent in cœlo, qui sigillatim divisi, diversas in se figuras habebant. Primus sol erat splendidus & fulgens super omnem terram. Secundus sol splendidior, & magnus ætheream habens claritatem. Tertius sol sanguineo colore flammiger, igneus & terribilis, ac demum splendidus satis. Quartus sol sanguineus, rubicundior tertio, ex quo vitra erant

in meridie radio radiante. Quintus sol erat tenebrosus, sanguineus, & lampades sicut in tonitru, tenebrosus emittens. Sextus sol tenebrosus nimis, habebat aculeum sicut scorpio. Septimus vero sol terribilis erat, & sanguinem tetrum habens, in medio gladium. Octavus autem sol erat effusus, sanguineum habens colorem in medio. Nonus sol erat nimis tenebrosus, unum tamen habens radium fulgentem. Quumque Romam ingressa esset Sibylla, videntes eam cives Romani, admirabantur nimiam pulchritudinem ejus: erat enim venusto aspectu, decora vultu, eloquens in verbis, atque Dei pulchritudine satis bene composita, suis auditoribus dulce præbebat eloquium. Venientes autem viri qui somnia viderant, dicunt ad eam: Magistra & Domina, quam magnus decor est corporis tui, qualem nunquam in fœminis præter te vidimus. Precamur ut somnium, quod omnes nos in una nocte vidimus, quid futurum præmonstret aperias. Respondens Sibylla dixit ad eos: Non est æquum in hoc loco stercoribus pleno, & diversis contaminationibus polluto, sacramentum hujus visionis detegere. Sed venite, ascendamus ad Aventinum montem, & ibi adnunciabo vobis quæ ventura sunt civibus Romanis. Et fecerunt ut dixit. Quos interrogavit: & illi visionem quam viderant narraverunt. At illa dixit ad eos: Novem soles quos vidistis omnes futuras generationes præsignant. Quod vero dissimiles eos vidistis, dissimilis erit vita in filiis hominum. Primus autem sol, prima generatio est. Erunt homines simplices & clari, amatores libertatis, veraces, mansueti, benigni, consolatores pauperum, & satis sapientes. Secundus autem sol, secunda generatio est, in qua erunt homines splendide viventes, crescentes multum, Deum colentes, sine malitia conversantes in terra. Tertius vero sol, tertia generatio est, in qua exurget gens contra gentem, & erunt pugnæ multæ Romanis. Quartus autem sol, quarta generatio est, in qua erunt homines quod verum est abnegantes. Et in diebus illis exurget mulier à meridiano de stirpe Hebræorum nomine M. habens sponsum nomine I. & procreabunt ex ea sine commixtione viri, de Spiritu Sancto, nomine Jesus: & ipsa erit virgo ante partum, & virgo post partum: qui ergo ex ea nascetur, erit verus homo, sicut omnes Prophetæ prædicaverunt; adimplebitque legem Hebræorum, & adjunget sua propria insimul, & permanebit regnum ejus in secula seculorum. Nascente autem eo, exercitus Angelorum à dextris & à sinistris erunt, dicentes: Gloria in excelsis Deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis. Veniet namque vox super eum, dicens: Hic est filius meus dilectus, ipsum audite. Erant ibi ex sacerdotibus Hebræorum, qui audientes hæc verba, indignati dixerunt

ad

ad eam. Ista verba terribilia sunt sileat hæc regina. Respondens Sibylla, dixit eis: O Judæi, necesse est ista fieri, sed vos non credetis in eum. Dixeruntque: Nos non credemus, quia verbum & testamentum dedit Deus Patribus nostris, & non auferet manum suam à nobis. Respondit eis iterum: Deus cœli sibi generaturus est filium, ut scriptum est: qui similis erit patri suo, & postea ut infans per ætates crescit, & insurgent Reges in eum, & Principes terræ. In diebus illis erit Cæsari Augusto celebre nomen, & regnabit in Roma, & subjiciet omnem terram sibi. Non multi, vel non pauci: non tres, neque duo sunt dii, sed unus Deus, solus & immensus, qui fecit cœlum, solem, stellas, & lunam, frugiferamque terram & mare. Qui autem illum honorant, æternam vitam hæreditabunt, perpetuum cujus ipsi hæreditabunt paradysum. Mortuorum vero simul resurrectio erit, & claudorum cursus velocissimus erit: surdi audient, & cæci videbunt: non loquentes, loquentur. Ex quinque panibus quinque millia hominum saturabit, & colligentur reliquiæ fragminum duodecim cophini, exinde replebunt in specie populorum. Ventos compescens verbo, mare calcans, ambulans super undas, infirmitates omnibus solvet: surgere faciet mortuos, repellens multos dolores: & de pane uno, saturatio erit vivorum. Sed cum omnia fuerint perfecta quæ dixi, in ipso omnis resolvetur lex, & impias manus infidelium postea inveniet. Post hæc convenient sacerdotes Hebræorum contra Jesum, quia multa signa faciet, comprehendentque, tum dabum Deo alapas manibus incestis, & in vultu sacro expuent venenata sputa. Dabit vero ad verbera sanctum dorsum simpliciter, & colaphos accipiet: tacebit, ne quis agnoscat unde verbum venit: corona spinea coronabitur: ad cibum autem fel, & ad sitim acetum dabunt, & suspendent eum in ligno, & occident. Templi vero velum scindetur in medium, & dies erit tenebrosus per horas sex, & sortem mortis finiet tribus diebus somno suscepto, & tunc ab inferis regressus ad lucem veniet. Et nihil valebit eis, quia die tertia resurget, & ostendet se discipulis suis, & ipsis videntibus in cœlum ascendet, & regni ejus non erit finis. Dicunt me Judæi insanam & mendacem Sibyllam: quum autem facta fuerint omnia, tunc demum reminiscentur mei, & nullus postea me dicet insanam, sed Dei magnam Sibyllam. Dixitque principibus Romanorum: Quintus autem sol, quinta generatio est. Eliget sibi Jesus duos piscatores de Galilæa, & leges suas docebit eos, dicens: Ite, & doctrinam quam accepistis à me, docete omnes gentes, & per septuaginta & duas linguas subjicientur omnes nationes. Sextus autem sol sexta generatio,

est,

est, & expugnabunt istam civitatem annos tres & menses sex. Septimus vero sol septima generatio est. Et exurgent duo Reges, & multas facient persequutiones in terra Hebræorum propter Dominum. Octavus autem sol octava erit generatio, & in desertatione erit Roma, & propugnantes ululabunt in tribulationibus & doloribus dicentes, Putas ne periemus. Nonus autem sol, nona generatio est. Et exurgent Principes Romani in perditione multorum. Tunc exurgent duo Reges de Syria, & exercitus eorum innumerabiles sicut arena maris, & obtinebunt civitates & regiones Romanorum usque ad Chalcedoniam. Et tunc multa erit sanguinis effusio. Omnia hæc quum reminiscuntur, civitas & gens contremiscunt in eis, & dispergent Orientes. Et post hæc surgent duo Reges de Ægypto, & expugnabunt quatuor Reges, & occident eos, & omnem exercitum eorum, & regnabunt annos tres & menses sex. Et post eos alius rex per C. literam nomine, potens in prælio, qui regnabit annis triginta, & ædificabit templum Deo, & implebit legem, & faciet judicium propter Deum in terra. Et post eum surget alius Rex qui regnabit paucis temporibus, & expugnabunt, & occident eum. Post hæc vero erit rex per B. nomine, & de B. procedet Rex Audon, & de Audon egredietur A. & de A. procedet A. & de hoc generabitur A. & ipse secundus A. erit bellicosus nimis & præliator. Et de ipso A. nascetur Rex per R. nomine, & de R. nascetur L. & potestatem habebit super decem & novem reges. Et post hæc surget Rex Salicus de Francia per K. nomine: ipse erit magnus & pissimus, potens & misericors, & faciens justitiam pauperibus. Tanta enim erit in eo virtutis gratia, ut per viam gradientem arborum contra eum inclinentur cacumina. Aqua enim occurrens minime cursum ejus tardabit. Similis autem imperio Romanorum Rex ante non fuit, nec post eum futurus est. Et veniet Rex post eum per L. nomine, & post hoc regnabit L. & post L. triginta, & de L. egredietur A. & ipse A. erit nimis bellicosus & fortis in prælio, & multus erit per terram, sive per aquas, & non dabitur in manibus inimicorum, & morietur exul extra regnum, & in manu Dei anima ejus erit. Tunc exurget Rex per V. nomine, & ex una parte Salicus, & alia Longobardus, & ipse habebit in terra potestatem contra pugnantes, & contra omnes inimicos. Et in diebus illis procedet rex per O. nomine, & erit potentissimus, & fortis, & bonus, & faciet justitiam pauperibus, & recte judicabit, & de ipso procedet alius O potentissimus, & erunt sub eo pugnæ inter paganos & Christianos, & sanguis Græcorum eorum effundetur, & cor ejus in manu Dei,

Dei, & regnabit annis septem, & de ipsa muliere nascetur Rex per O. nomine: hic erit sanguinarius & facinorosus, & sine fide & veritate, & per ipsum multa erit malitia in terra, & multa sanguinis effusio, & destructæ erunt Ecclesiæ in ipsius potestate. In aliis namque regionibus tribulationes erunt multæ & prælia. Tunc surget gens contra gentem in Cappadociam, & Pamphyliam captivabunt in illo tempore, eo quod non intravit per ostium in ovile. Hic namque Rex regnabit per annos. Et post eum surget Rex per H. nomine, & in diebus ejus pugnæ multæ erunt, Syriam expugnabunt, & Pentapolim captivabunt. Ipse enim Rex erit ex genere Longobardorum. Tunc exurget alius Rex Salicus per C. nomine, & expugnabit Longobardos, & erunt prælia & pugnæ. Ipse autem Salicus erit fortis & potens, & paucis temporibus erit regnum ejus. Tunc exurgent Agareni, & tyranni, & captivabunt Tarentum & Barro, & multæ civitates deprædabuntur. Et etiam volentes venire Romam, & non est qui resistat eis, nisi Deus Deorum, & Dominus Dominantium. Tunc venientes Armeni Persidem disperdent, ita ut non recuperentur civitates, quas deprædabunt, & accurrentes ipsi, ponent fossas juxta Orientem, & expugnabunt Romanos, & obtinebunt pacem aliquantisper. Et intrabit Rex Græcorum, vir belligerator in Æpolim, destruet templa idolorum, & veniet locusta & bruchus, & comedent omnes fructus Capadociæ & Ciliciæ, ac fame cruciabuntur, & postea non erit amplius. Et consurget Rex Salicus alius, scilicet H. vir fortis & belligerator, & indignabuntur contra eum multi vicini & parentes. In diebus illis tradet frater fratrem, & cum sorore commiscebitur, & multa nefanda hominum erunt in terra. Senes cum virginibus cubabunt, & Sacerdotes mali cum deceptis puellis. Episcopi malefactorum sectatores erunt, & fiet effusio sanguinis in terra, & templa Sanctorum polluent. Et erunt in populo fornicationes, immunditiæ, & Sodomiticum scelus, ita ut visio ipsorum in contumelia ejus appareat. Et erunt homines raptores, contumeliosi, odientes justitiam & amantes falsitatem, & judices Roma immutabuntur. Si hodie ad judicandum admittuntur, alio die mutabuntur, propter pecuniam accipiendam, & non judicabunt rectum, sed falsum. Et erunt in diebus illis homines rapaces, cupidi & perjuri, & amantes falsitatem, & destruetur lex & veritas, & fiet terræ motus per loca diversa & insulares civitates, & regiones dimergentur. Et erunt per loca pestilentiæ hominum, & terra ab inimicis desolabitur, & non prævalebit consolari eos vanitas deorum. Postea exurget Rex per L. nomine: & erunt sub illo bella, & xij. annis

* * * *

regna-

regnabit. Et post surget Rex per F. nomine, & veniens obtinebit, & regnabit aliquanto tempore, & veniet Romam, & captivabit eam, & non mortificabitur anima ejus in manu inimicorum ullis diebus vitæ suæ: sed erit bonus & magnus, & faciet justitiam pauperibus, & ipse vivet multo tempore. Post hæc vero surget alius Rex per H. nomine, & de ipso H. procedent duodecim H. & erit de genere Longobardorum & Teuthonicorum, & regnabit per annos centum. Tunc post eum exurget Rex H. nomine, Saluccus de Francia. Tunc initium dolorum erit, qualis non fuit ab initio seculi. Et erunt in diebus ipsius multæ pugnæ & tribulationes multorum, & sanguinis effusio, & terræ motus per civitates & regiones, & terræ multæ captivabuntur & non erit qui inimicus resistat; quia Dominus iratus erit in terra. Roma in persecutione & gladio expugnabitur, & erit deprehensa in manu ipsius Regis. Et erunt homines rapaces, cupidi, tyranni, odientes pauperes, opprimentes insontes, & salvantes noxios. Eruntque injusti & nequissimi, & Dominatores exterminii captivabuntur, & non est in terra qui pro eis resistat, & eruat eos propter malitias eorum & cupiditates. Et tunc exurget Rex nomine H. animo constans. H. ille idem constans erit Rex Rom. & Græcorum: hic statura grandis, aspectu decorus, vultu splendidus, atque per singula membrorum lineamenta decenter compositus, & ipsius regnum cxxii. annis terminabitur. In illis ergo diebus erunt divitiæ magnæ, & terra abundanter dabit fructum suum, ita ut tritici modium denario uno venundetur, modium vini denario uno. Et ipse Rex scripturam habebit ante oculos, dicentem: Rex Rom. omne sibi vendicat regnum Christianorum. Omnes ergo insulas & civitates paganorum devastabit, & universa idolorum templa destruet, & omnes paganos ad baptismum convocabit, & per omnia templa crux Christi erigetur. Tunc namque præveniet Ægyptus Æthiopiam munus dare Deo. Qui vero crucem Jesu Christi non adoraverint, gladio punientur. Et cum completi fuerint cxxij. anni, Judei convertentur ad Dominum, & erit ab omnibus sepulcrum ejus glorioſum. In diebus illis salvabitur Israel, & habitabit confidenter. In illo tempore surget Princeps iniquitatis de tribu Dan, qui vocabitur Antichristus. Hic erit filius perditionis, caput superbiæ, magister erroris, plenitudo malitiæ, qui subvertet orbem, & faciet prodigia & signa mala per fictas simulationes: deludet autem per artem Magicam multos, ita ut ignis de cœlo descendere videatur. Et minuentur anni sicut menses, & menses sicut septimana, & septimana sicut dies, & dies sicut hora. Et exurgent ab Aquilone spurcissimæ gentes, quas Alexander Rex inclusit, Goth videlicet

licet & Magoth. Hæc duodecim regna, quorum numerus est sicut arena maris. Cum autem audientur hæc, Rex Roman. convocato exercitu debellabitur eos, atque prosternet usque ad internecionem. & postea Rex veniet Hierusalem, & ibi depositio capitis diademate, & omni habitu regali, regnum Christianorum Deo Patri relinquet, & filio ejus Jesu Christo. Et quum cessaverit imperium Romanorum, tunc revelabitur manifeste Antichristus, & sedebit in domo Domini in Hierusalem. Regnante autem eo, egredientur duo clarissimi viri, Helias & Enoch, ad annunciandum eventum Domini, & Antichristus occidet eos, & post dies tres à Domino resuscitabuntur. Tunc erit persequutio magna, qualis non fuit antea, nec postea subsequetur. Abbreviabit autem Dominus dies illos, propter electos, & occidetur virtute Domini Antichristus à Michaele Archangelo in monte Oliveti. Quumque hæc Sibylla & alia multa Romanis prædiceret futura, quibus etiam signis ad judicandum Dominus venturus est, vaticinando versus intonuit, dicens:

Judicii signum tellus sudore madescet
E cœlo rex adveniet per secla futurus,
Scilicet in carne præsens ut judicet orbem,
Unde Deum cernet, incredulus atque fidelis,
Celsum cum sanctis jam terminus extat in ipso,
Sic animæ cum carne ademet quas judicat ipse,
Cum jacet incultus densis in vepribus orbis,
Rejicient simulacra viri cunctam quoque gazam.
Exuret terras ignis pontumque polumque,
Inquirens tetri portas effringet Averni.
Sanctorum sed enim cunctæ lux libera carni,
Tradentur fontes, æternaque flamma cremabit.
Occultos actus manifestans quisque loquetur,
Secreta atque Deus reserabit pectora lucis,
Tunc erit & luctus, stridebunt dentibus omnes.
Eripitur solis jubar, & chorus interit astris,
Volvetur cœlum, lunaris splendor obibit,
Dejiciet colles, valles extollet ab imo:
Non erit in rebus hominum sublime vel altum,
Jam æquantur campis montes, & cærula ponti,
Omnia cessabunt, tellus confracta peribit:

Sic pariter fontes torrentur fluminaque igni,
Sed tuba per ſonitum triſtem dimittet ab alto,
Orbe genus facinus miſerum varioſque labores,
Tartareumque chaos, monſtrabit terra dehiſcens,
Et coram hoc domino reges ſiſtentur ad unum,
Reddet è cœlis igniſque & ſulphuris amnis.

Tunc judicabit Dominus ſecundum uniuſcujuſque opus, & ibunt impii in gehennam ignis æterni: juſti vero vitæ æternæ præmium recipient, & cælum novum, & terram novam: & mare non erit. Et regnabit Dominus cum ſanctis in ſæcula ſæculorum. Amen.

ΟΙ ΤΗΣ [1]ΣΙΒΥΛΛΑΣ [2]ΧΡΗΣΜΟΙ.

ΠΡΟΟΙΜΙΟΝ

ἐκ τῶν τῷ Θεοφίλῳ πρὸς Αὐτόλυκον.

[1] Σίβυλλα ἐν Ἕλλησι καὶ τοῖς λοιποῖς ἔθνεσι μαντικὴν προεφήτης, ἐν ἀρχῇ τῆς προφητείας αὐτῆς ἐνειδίζει τὸ τῶν ἀνθρώπων γένος λέγουσα·

SIBYLLINA ORACULA.

PROOEMIUM

Ex Theophilo ad Autolycum.

Sibylla, quæ cum apud cæteras nationes, tum apud Græcos fuit vates, in principio suæ vaticinationis, hominum genus ita objurgat:

[4]ΑΝΘΡΩΠΟΙ θνητοὶ καὶ σάρκινοι, [5]ὀδὲν εἰδότες,

MORTALES homines, vilissima corpora carnis,

Πῶς

[1] Σιβύλλας] In dissertationibus nostris ante multis, de Sibyllæ nominis etymologia egimus: Huic nunc adjicere libet ea quæ Petitus in lib. suo de Sibylla, memoriæ prodidit, hac de re: Sed rursus pugnant argumento ab origine ipsius nominis ducto, quod id nomen significet vaticinandi peritiam. Ita namque Hesychius illustrius loco supra allato: Σίβυλλα Ῥωμαϊκὴ λέξις ἐστὶν ἱερομνήμων προφῆτις, ὅθεν αἱ ἡλικίαι μεγάλαι ἢ ἱεραὶ καὶ θεῖαι σιβύλλαι ὀνομάζονται. In quam sententiam omnes prope pedibus vadunt. Verum ut hoc iis largiamur, non tamen quicquam efficiunt. Neque enim sequitur, non fuisse id nomen proprium unius singularis puellæ fatidicæ, quia vatem significat. Quot nomina profecto possum propria, quæ tamen, si ipsam significationem spectes, multis communia esse possunt, haud secus ac quæ appellativa dicuntur. Innumera exempla hujus habeo: unum sufficiet, nomen istud ἀνθρώπου; quod cum significet hominem, omnibusque hominibus conveniat, tamen proprium fuit cujusdam athletæ, ut in Græcorum Aristotelis interpretum commentariis me observare memini. Patet igitur, nihil valere argumentum ductum ab etymo: de quo tamen obiter

data occasione aliquid dicendum est. Sunt autem doctorum de hujus vocabuli origine opiniones tam diversæ, ut vix animus ubi consistat habeat. Maxime communis & recepta etymologia est τὸ σὸς, hoc est, Ἀιόλις Æolum lingua, *Deus*; & βυλὴ, *consilium*: vates enim Dei consiliorum particeps & gnarus efficitur, cum numine afflatur. Non tamen absurdi, qui istius nominis originem deducunt à *sibo*, quo nomine veteres Latinos callidum & acutum designasse, auctor est Festus in Lexico. Verum Salmasius à Græco σίειν mavult deducere. Sane si Latinum id nomen esset, non produceretur penultima ejus syllaba in *Sibyllinus* apud bonos auctores; sed corriperetur, ut in his derivatis; ἀιδρόμιος, λιθώδης, ξύλινος. Quid si non à σὸς, neque à σίβη, neque Latino *sibus*, id nomen formatum, sed à verbo σίνω, quod est *lædere*, & βυλὴ: παρὰ τὸ σίνεσθαι τὴν βυλὴν, à mentis & consilii oblæsione, quam vates furore correpti patiuntur? Hujus compositionis exempla in his nominibus, σιώπη, & σίφλος, *silentium*, *cæcus*, animadvertere licet: quorum prius fictum censetur παρὰ τὸ σίνειν τὴν ὄπα, ad significandam vocis privationem: nihil enim aliud silentium esse videtur, quam vocis quædam privatio; si vocis privatio dici potest interruptio ejus & cessatio voluntaria: posterius autem idem quod ὁ σινόμενος τὰς ὀφθαλμὰς *qui oblæsa est oculorum acie*. Nihil igitur obstat, quo minus hanc nominis Sibyllæ originem amplectamur, cum aliis memoratis probabilitate haudquaquam concedat. Nam quod quidam Sibyllam volunt nominatam à verbo Ebræo *sabal*, quod est *portare*, nimis remotum videtur: quia vates Deum in pectore portant, & animæ suæ incolam circumferunt, juxta illud Horatii:

Non Dindymone, non adytis quatit
Mentes sacerdotum incola Pythius;

unde & nomen Pythonissa in sacris literis, & in Græcorum monumentis Εὐρυκλεῖς & ἐγγαστρίμυθοι ab incolatu dæmonis; & Sibyllarum antiquissima *Sambethe* dicta, ab eodem verbo *sabal*. Ita Thysius Miscellanearum exercitationum cap. 1; Hoc, inquam, nimis remotum; cui tamen hæc magis arridebit conjectura, hanc sequatur per me licet. Sane si est, ubi ingenio ludere dare liceat, maxime in investigandis nominum originibus id cuivis permissum arbitror. Quod studii genus licet sola conjectura nitatur, vixque certi aliquid habet; nescio quomodo tamen doctissimum quemque & ingeniosissimum mirifice oblectat: adeo, ut ne gravissimi quidem Philosophorum sibi temperare potuerint, quin eo ludi genere inter altissimas philosophiæ disputationes animo suo indulgerent. Sic Plato in Cratylo, sive recta nominum ratione, multarum origines dictionum persequitur; sed ea licentia, ut tota illa tractatio ludicræ potius exercitationis ad solam animi voluptatem comparatæ, quam seriæ occupationis speciem præbeat: adeo quæ ibi affert levia & frivola acutius excutienti deprehenduntur. Neque in hoc genere gravior aut solertior videtur Aristoteles; vel etiam Plotinus, cæteriquæ sapientiæ antistites; qui modo aliquid, quod ad propositum alludat, dicant, parum id, verum an falsum sit, curant. Sed de Sibyllæ etymo hactenus. Patet autem ex his, non posse idoneum ullum contra nos argumentum trahi ex nomine Sibyllæ. Quod autem hoc nomen, ut dixi, proprium sit fœminæ alicujus vaticinio supra alias omnes eminentis, aliud argumentum addere placet ex Cedreni Annalibus; tametsi multis quavis etymologia futilius visum iri non dubito, sed tamen animi gratia subjungam. Is de Saba Æthiopum regina, ea cujus fit mentio in libris Regum, verba faciens, & nominis affinitate, ut arbitror, & sapientia ipsius fœminæ inductus, utpote quæ Salomonis visendi atque interrogandi causa in Judæam proficisci non dubitaverit, hanc ipsam met Græcorum Sibyllam fuisse censet. ἡ βασίλισσα Σαβᾶ, ἥτις ἐλέγετο Σίβυλλα παρ' Ἕλλησι. *Petitus.* Quod si Sibyllarum no-

nomen usque ad Noachi familiam deducere velimus, non adeo incongruum esse existimaremus, si ab Arabum סבל *sabal, dicavit in usum religionis*, Deo dedicavit. Sibyllæ enim Deo se esse dicatas jactitabant, & illi se servire gloriabantur. Ex سلب Arabico verbo quod *vas utrem* significat & لله *Deus*: quia se Dei vasa esse existimabant; uti etiam in tali sensu Levit. XIX. vers. XXXI. אבות Pythonissæ vocantur: eo quod se pro Dei vasibus venditarent. Sic etiam Pausanias in Attic. Ἔχεται ἡ Πυθία πεὶ ἐς τὸ ἀσπὸν ἐχρῶν. Alias etiam ex lingua Arabica possemus cudere etymologias, sed res tanti non est ut illi diutius immoremur. *Gallæus.*

2 Χρησμοὶ] Suidas hanc inter λόγια & Χρησμοὺς constituit differentiam, nempe λόγια dicit esse τὰ παρὰ Θεῶ λεγόμενα καὶ πλοκαίδεα. Χρησμοὶ δ', οἷσπερ ἐμμέτρως λέγεσθαι προφερόμενοι τὰ λεγόμενα. Λόγια dici Syllogen eorum quæ à Diis sunt dicta: Χρησμοὶ vero, Oracula quæ versibus sunt prolata, ab iis qui sunt Divinitus acti. Idem.

Σιβύλλας] Uti in dissertationibus nostris de Sibyllarum etymologia nominis egimus, sic & de ipsarum numero quam plurima disseruimus, quæ sufficere posse judicamus, verum quia Petrum Petitum singularem Sibyllæ numerum asserentem conspicimus, lubet & illius rationes ex ejus scriptis peritas proferre, ne ulla scriptorum ratio ulli deficiat: hoc autem scribit modo. Nunc unam Græcis cognitam & celebratam fuisse Sibyllam, maximorum ejus gentis auctorum testimoniis probandum est. Plato igitur ubicumque Sibyllæ mentionem facit, id nomen in numero singulari usurpat. Ita enim in dialogo qui inscribitur Phædrus, sive de pulchro: καὶ ἐὰν δὴ λέγω μὲν Σίβυλλαν τε καὶ ἄλλους, ὅσοι μαντικὴν χρήσθαι σοφοὶ ἐγένοντο, πολλὰ δὴ πολλοῖς σμίλιγγι εἰς τὸ μᾶλλον ὀρθῶς. id est: *Et si dicamus Sibyllam & alios, quotquot divino afflatu usi multa multis in futurum recte prædixerunt.* Idem in Theage: εἶπας ἂν μοι, τίνα ἰκανομίαν ἔχει Βάκις τε, καὶ Σίβυλλα, καὶ ὁ ἡμέτερος Ἀμφίλυτος. id est: *Petes mihi dicere, quo nomine appellentur Bacis, Sibylla, & civis noster Amphilytus?* Tres profecto ibi vates singulares nominat: duos viros, Bacidem & Amphilytum; fœminam unam, quæ Sibylla dicitur. Sed neque Heraclitus aliter Sibyllæ, quam ut unius singularis fœminæ, mentionem facit. Quod ex loco Plutarchi in lib. de Pythiæ oraculis patet. Σίβυλλα δὲ μαινομένῳ στόματι καὶ Ἡρακλείτου τ' ἀγέλαστα καὶ ἀμύητα φθεγγομένη, χιλίων ἐτῶν ἐξικνεῖται τῇ φωνῇ διὰ τὸν θεόν. id est: *Sibylla autem insano ore, juxta Heraclitum, tetrica & horrida nullisque delibuta unguentis sonans, voce attingit usque ad mille annos propter Deum.* Eodem spectant ejusdem Plutarchi verba de propriorum nominum mutatione: οἷον γοῦν Ἀλεξάνδρου μητέρα Πολυξένην, εἶτα Μυρτάλην, Ὀλυμπιάδα τε καὶ Στρατονίκην καλεῖσθαι λέγουσι. τὸν δὲ Κορινθίαν Εὐμητὼ ἅπαντες σχεδὸν νεῦν Κλεοβούλην πατρὸς τὸ πάτριον καλεῖν. Ἡρόφιλον δὲ τὴν Ἐρυθραίαν μαντικὴν δυομάσαι Σίβυλλαν σφόδρα. id est: *Ajunt, matrem Alexandri Magni, cum prius vocaretur Polyxena, postea Myrtalem, & Olympiadem, & Stratonicen dici cœpisse: Eumetin autem Corinthiam plerique omnes ad hoc usque tempus Cleobulen patrio nomine appellant. Sed & Herophilen illam, Erythris oriundam, cum esset vates, Sibyllam nuncuparunt.* Non esse igitur Sibyllam nomen appellativum omnibus fœminis vatibus commune, sed proprium unius, ex his Plutarchi verbis discimus. Idem Plutarchus in eodem libro eos refellens, qui negabant amplius Delphis superesse vim illam fatidicam, quod Pythia non ut olim solebat versibus, sed prosa & pedestri oratione responsa daret, hoc modo disputat: τὸ δὲ λοιπὸν τῆς λέγοντος ἐμπνεῖν μόνον γεγονέναι Σαπφὼ γυναικῶν, μεστὴν μόνον γεγονέναι Σίβυλλαν, καὶ Ἀριστονίκην, καὶ ὅσαι μέτρων ἥψαντο ἔπεσι δόσαι. id est: *Quid refert, aliquis unam e fœminis Sappho*

amatoriam fuisse dicat, an solam pertendat Sibyllam toto ad vaticinandum ingenio præditam fuisse, an Aristonicen, & alias quotquot versibus vaticinata sunt? Ubi velim observent studiosi, quam aperte Plutarchus Sibyllam ab Aristonice vate alia distinguat. Quod non faceret, si Sibyllam nomen esse omnibus fatidicis mulieribus commune putasset. His adde alium ejusdem locum ex libello qui inscribitur γυναικῶν ἀρεταί, quo ostendit eandem esse rationem virtutum in viris & fœminis: πῶς γὰρ ἂν τὰ τοιαῦτα πάλιν ἢ μιμηλικὰ ἀποφαίνοιτο, εἰ ἐπίσης μὲν ἀνδρῶν, ἐπίσης δὲ γυναικῶν ἦσαν, ἀλλὰ τὴ Σαπφοῦς μέλη τοῖς Ἀνακρέοντος τῷ, ἢ τὰ Σιβύλλης λόγια τοῖς Βακιδικοῖς παραβάλλοιτο τις, ἢ τις αἰτιάσαιτο δικαίως τὸν ἀνδρεῖα. id est: *Quid si picturam rursus facultatem, aut quæ penicillo imitatur, non esse aliam in fœmina, ab ea quæ in viris, dicamus; tum porro Sapphus cantica cum Anacreontiis contendamus; jure quisquam id genus demonstrationis reprehendat.* Nempe hic, ut Sappho, in iis quæ ad lyricam poësim attinent, Anacreonti melico poëtæ comparatur, una scilicet mulier particularis cum uno viro item particulari; sic etiam Sibylla cum Bacide, ut vates una particularis cum altero singulari vate componitur. Idem ex verbis Dionis Chrysostomi in oratione 13. colligi potest: Ταῦτα δὲ πάντα ἐν Σιβύλλαις ἀρχαίαις μαντευομένοις ὑμῖν ἐν Βακίσι, εἴποις ἂν μάλα χρησμῳδικῶς καὶ μαντικῶς. id est: *Hæc ipsa in Sibyllam inveneris & Bacidem vobis divinasse, qui quidem ambo fatidici & vates boni fuerunt.* Ecce in duali numero Sibyllam & Bacidem, ut duo humanæ naturæ individua, componit. His accedat Aristidis locus in Platonica prima, in quo etiam de Sibylla & Bacide fit mentio, ut de duobus individuis: ὅσοι δ' αὖ ἐν ἐνθουσιασμοῖς θεῷ τῷ τύχῃ ἀεὶ μηδὲν μέλον χρῆται ἐν αὐτοῖς, ἀλλὰ τοῖς ὕστερον πολλὰ δὴ ἐν γυναιξὶν ἐγένοντο, οἷον ἡ Βακὶς, Βάκις, Σίβυλλα, ἕτεροι μυρίοι τοιοῦτοι. id est: *Quotquot rursus vel semel numine repleti, nec artis habentes quicquam, non suis tantum, sed & posteris, multa & miranda prædixerunt, ut Bacis, Sibylla, & cæteri.* Nec modus futurus dicendi, si cuncta quæ apud Græcos loca in eandem sententiam occurrunt, exscribere studeam: tum frustra eum laborem susciperem, cum ex iis quæ attuli, id quod dixi, abunde demonstratum videatur. Nec verò Græci tantum hoc modo de Sibylla locuti sunt, sed & Romani eorum exemplo: ut videre est apud Ciceronem, quoties occasio incidit, ut Sibyllæ mentionem faciat. Quod aliquot ejus locis ostendere placet. Ita ergo in primo de natura Deorum scribit: *Cumque omnis populi Romani religio in sacra & in auspicia divisa sit, tertium adjunctum sit, si quid prædictionis causa ex portentis & monstris, Sibyllæ interpretes haruspicesque monuerunt: harum ego religionum nullam unquam contemnendam putavi.* In primo etiam de Divinatione, ubi de iis agit, qui furore correpti vaticinantur, *ut*, inquit, *Bacis Boeotius, ut Epimenides Cres, ut Sibylla Erythræa.* Recte autem Erythræam nominat, quia ut infra ostendam, aliam Græci non agnoverunt. Rursus eodem libro: *nam terræ vis Pythiam incitabat, naturæ Sibyllam.* Neque vero est quod quisquam arguatur, & ipsam Pythiam singulari numero ibi efferri à Cicerone, cum tamen non unam, sed multas fuisse constet: hæc disparitas est, quod Pythia una quidem semper munere eo fungebatur, ideo in singulari usurpatur à Cicerone & aliis; quod non obstat quin plures fuerint successione, quia una extincta, alia in ejus locum substituebatur, inque eo munere succedebat. Quod de Sibylla dici non potest, cui alias ejusdem nominis & facultatis successisse non legimus. Idem in 2. de Divinatione: *Sibyllæ*, inquit, *versus observamus, quos illa furens fudisse dicitur.* Infra etiam: *Sibyllam quidem sepositam & conditam habeamus.* Et in epistola 7. ad Lentulum, ubi de Ptolemæo rege reducendo in regnum: *sine multitudine reducatur, quemadmodum bo-*

mines

mines religiosi Sibyllæ placere dixerunt. Denique nusquam Cicero de Sibylla, nisi ut de singulari fœmina. In quo non levis, fateor, mihi exoritur scrupulus. Cum enim M. Varro, ut vitium est, decem fuisse Sibyllas scripserit, mirum sane videri possit, nihil de eo numero unquam à Cicerone proditum fuisse: neque enim hunc Varronis latuisse de numero Sibyllarum sententiam verisimile est. Cur igitur hujus non saltem meminit in libris de Divinatione? si vellet meminisse, non alius opportunior erat locus. Quæ igitur silentii causa? negligentia? non credo. Quid igitur? oblitus hujus mentionem facere? ne id quidem. Nihil video probabilius, quam non putasse hanc opinionem dignam cujus aliquam rationem haberet. At Varro, ut fere omnes qui eruditionis & παλυμαθείας amore ducuntur, omnia quæ usquam legisset, sive vera sive falsa, studiosè colligebat, ut multorum conditor voluminum diceretur. Quo sane fiebat, ut utilibus & scitu dignis quædam, ut Gellius de eo prodidit, congereret frigidiuscula: ut quæ in Hebdomadibus de numeri septenarii potestate commemorat. *Septem opera esse in orbe terrarum mirandæ, & sapientes item veteres septem esse: curricula ludorum Circensium solemnia esse septem: ad oppugnandas Thebas duces septem electos: se quoque duodecimam annorum hebdomadam ingressum esse: & ad eum diem septuaginta hebdomadas librorum conscripsisse.* Hæc & alia id genus frivola Varro, ne quid, quod in literis esset, intactum relinqueret. Cæterum absit hæc vanitas à nobis, ut putemus tantum virum, in iis omnibus quæ ab aliis prodita excerperet, voluisse obstringere fidem suam. Quin neque hunc plus una Sibylla agnovisse, conjectare licet ex verbis ejus in Præfatione librorum de Re Rustica: *Neque patiar*, inquit, *Sibyllam non solum cecinisse quæ, dum viveret, prodesset hominibus, sed etiam quæ cum perisset tippa, & id etiam ignotissimis quoque hominibus. Ad cujus libros tot annis post publice solemnis redire, cum desideramus quid faciendum sit nobis ex aliquo portento: me, ne dum vivo quidem, necessariis meis quod prosit, facere.* Jam vidimus, ut Plutarchus Sibyllam ab aliis fatidicis mulieribus distinguat; id vero nunc aliorum testimoniis confirmare libet. Quo autem certiore quam doctissimi Plinii lib. 7. cap. 33. quod *de divinatione* inscriptum est? *Divinitas*, inquit, *& quædam cælitum societas nobilissima ex fœminis in Sibyllis fuit, ex viris in Melampode apud Græcos, apud Romanos in Marcio.* Ubi quos divinissimos hominum habuerit vetustas, refert; nempe in eo albo fuisse Melampodem apud Græcos, Marcium apud Romanos: at Sibyllam ex fœminis nobilissima cælitum, hoc est, Deorum societate venerabilem & augustam fuisse censet: divinissimam inquam inter fœminas; nedum huic alias pares fuisse arbitretur. Quod cum Sibyllæ proprium facit, sine dubio hanc unam & singularem ejus nominis fuisse declarat. Id cum adeo manifestum sit Plinii de una vate Sibylla eaque divinissima testimonium, satis mirari non possum, quosdam extitisse, eosque non indoctos, qui plures ex Plinio Sibyllas profiterentur. In his est Onuphrius in libro quem de Sibyll. scripsit; ubi Plinio falsam hanc opinionem affingit his verbis: *Plinius lib. 34. cap. 5. auctor est, Romæ in foro juxta rostra trium Sibyllarum fuisse statuas cæteris minores: ex his unam Pacuvius, &c.* Quem errorem & Ludovicus Vives sequitur, ei adstipulatus inconsulto Plinio, quod nutror: adeo bona fide exscripsit Onuphrii locum, ad cap. 23. lib. 18. de civit. Dei: *Plinius est auctor, Romæ trium Sibyllarum fuisse statuas juxta rostra, unam quam Pacuvius Taurus ædilis plebis posuit, alias quas Marcius Messala.* Has censet esse, Cumanam, Delphicam, & Erythræam Herophilen, Solino memoratas cap. 8. ambo hallucinati. Quod ut pateat, locum Plinii adscribam: *Statuæ quidem & Sibyllæ* (supple *statuas*, nam de his

loquitur) *juxta roſtra eſſe non miror, tres ſint licet: una quam Sextus Pacuvius Taurus ædilis plebis reſtituit: duæ quas Marcus Meſſala.* Hæc igitur cum Onuphrius legeret, trium Sibyllarum ſtatuas putavit induci, cum Plinius unius ejuſdemque Sibyllæ tres intelligat ſtatuas non eodem tempore poſitas: dum quidem uni ævo corruptæ alteram ſubſtituit ædilis Pacuvius, huic poſtea duas Meſſala, non eodem tempore. Neque enim abſurdum, aliquo caſu una priore conſumpta, alteram non multo poſt ab eodem magiſtratu denuo ſubſtitui. Immo vero ejuſdem Sibyllæ tres ſtatuas in roſtris fuiſſe poſitas quid vetat, velut in eodem templo apud nos plures ejuſdem Sanctæ effigies videre eſt? Quin Demetrio Phalereo trecentas & ſexaginta ſtatuas Athenis eodem tempore poſitas fuiſſe, idem Plinius ibidem refert, & ex Græcorum etiam monumentis nemini non erudito compertum. Quod autem tria hæc ſimulacra non fuerint trium diverſarum Sibyllarum, ſatis ipſe Plinius declarat his verbis, quibus nihil clarius: *Equidem & Sibyllæ* (ſtatuas) *juxta roſtra eſſe non miror, tres ſint licet.* Primum enim Sibyllæ ait ſtatuas, non Sibyllarum: deinde ſe non mirari, licet tres ſint ſtatuæ; quod non erat opus admonere, ſi totidem has effigies Sibyllarum, non autem unius ejuſdem putaſſet. Nempe idem, quod modo dixi, intellexit, ejuſdem viri aut mulieris plures eodem tempore imagines ſive ſtatuas poſſe conſtitui. Cæterum non eſt ſatis, luculentis veterum ſcriptorum teſtimoniis probaſſe, unam tantum fuiſſe Sibyllam, niſi etiam loca quædam non minus gravium auctorum, quæ prima facie nobis adverſari videntur, explicamus; ne quis iis deceptus, à recto veritatis tramite, quem oſtendimus, aliorſum transverſus rapiatur. In his eſt ille Ariſtotelis in problemate primo ſectionis trigeſimæ naturalium quæſtionum: quo loco de bilis atræ natura & viribus diſputans, huic vatum furorem adſcribit, & in exemplum adducit Sibyllas & Bacides; ita enim eos vates in plurali nominat: πολλοὶ δὲ διὰ τὸ ἰσχυρὸν εἶναι τὸ θερμὸν τὸν τοῦτον τὸν ἠθμοειδῆ ταύτην, νοσήμασιν ἐμπίπτουσι μανικοῖς, ἢ ἐνθουσιαστικοῖς, οἷον Σίβυλλαι καὶ Βακίδες id eſt: *Multi etiam propterea quod ille calor ſedi mentis in vicino eſt, morbis veſaniæ implicantur, aut inſtinctu lymphatico inferveſcunt, ex quo Sibyllæ efficiuntur & Bacchæ.* Ita Theodorus Gaza, & recte, vertit; niſi quod in voce ultima lapſus eſt, *Bacchæ* vertens pro *Bacides*, quod vatum quorundam eſt nomen: ut pridem ab aliis eſt animadverſum. Hic ergo videtur Ariſtoteles non obſcure agnoſcere multas Sibyllas. Sed & Plutarchus in libro de Pythiæ oraculis, in quo quæritur quamobrem deſierit Pythia verſibus reſponſa dare? Pariter Sibyllas in numero plurali nominat: Σίβυλλαι δὲ αὗται καὶ Βακίδες, ὥσπερ εἰς πόντον ἀπεριμέτρητον τὸ χρεὼν ἐκπεσοῦσαι καὶ διάδοσιν, ὡς ἔτυχε παραδιδοῦσαι, ὁμοῦ ψεύδεσι καὶ ἀληθείαις συμπλεκόμεναι. id eſt: *Sibyllæ vero ipſæ & Bacides in tempus, tanquam in vaſtum & profundum mare, projecerunt ac diſſeminarunt, nulla conjectatione atque ut fors tulit, ommſaria nomina & verba cladium atque eventuum.* Tum ibidem de quodam ſaxo, in quo Sibyllam conſediſſe ajebant, & adhuc Delphis viſebatur; loquens: ἐφ' ἧς, inquit, λίθου καθίζεσθαι τὴν πρώτην Σίβυλλαν: Neque enim *primam* Sibyllam videtur dicturus fuiſſe, niſi alias fuiſſe agnoſceret. Hæc, fateor, aliquid negotii primo adſpectu legentibus facere poſſint, non tamen iis qui ſuperiorem noſtram viderint diſputationem, modo paulum ſalis critici habeant. Quod enim ad Ariſtotelis locum attinet, non immerito aliquis ſuſpicetur mendoſe ſcriptum Σίβυλλαι pro Σίβυλλα. Quid enim facilius quam unum jota addere? Ac ne quis à me hoc gratis dici putet, huic ſuſpicioni occaſionem dat antiqua verſio Latina horum problematum, quam Aponenſis, vulgo Conciliator dictus, qui eum Ariſtotelis librum commentariis auxit, ſequebatur; quæ ſic habet: *Multi autem & propter*

propter hoc quod hæc caliditas est prope intellectivum locum, ægritudinibus consumuntur maniacis aut divinativis: unde Sibylla & Bacides. Nota etiam ejusmodi extat ad marginem: *Nota de Sibylla & aliis divinis.* Sed & ipse Aponensis in commentario congruenter ei versioni sic memorata verba explanat: *Et plurimi, eo quod caliditas coleræ nigræ est prope locum, in quo viget operatio intellectus divina, puta circa virtutes phantasticas: cadunt in ægritudines maniacas: ita quod efficiuntur amentes, divinantes, & Pythonici: & induxit quosdam qui fuerunt tales divini prope, quod Sibylla in prophetia famosa, & Bacides.* Hæc eo fidentius affero, quod plerumque accidit, ut ex impolitis versionibus & semibarbaris, modo antiquis, corrupta bonorum auctorum loca emendentur. Si cui tamen non satis justa hæc causa vel unum jota mutandi in textu Aristotelis videatur; fortasse istud satisfaciet, si nimirum, quod alias interdum fieri observatur, hic factum dicamus, ut Aristoteles *Sibyllas* dixerit pro *Sibylla*, per eam quam Grammatici vocant numerorum enallagen. Qua & philosophos aliquando uti, ostendunt hæc Platonis in Symposio: ὡς ὁρᾶτε, Φαίδρος, Ἀχαϊκοὶ, Εὐξιμαχος, Παυσανίας. cui similia occurrunt passim apud eundem exempla, sed & apud Latinos auctores; Juvenalis:

Qui Curios simulant & Bacchanalia vivunt.

Ita & Arnobius lib. 1. *Quamvis Epicados omnes, Cesellios, Verrios, Scauros teneatis & Nisos.* quæ nomina sunt propria veterum Grammaticorum in numero multitudinis per eam figuram usurpata. Sexcenta apud auctores in hunc modum. Neque vero mihi in primum super hoc Aristotelis loco in mentem venit, sed & Petro Victorio multo ante; qui verba illa ἱστ Σίβυλλαι ἢ Βάκιδες sic in numero multitudinis posita exponit, ut figura nota usum Aristotelem non dubitet, libro 26. Variarum Lectionum c. 16. De qua ejus loci interpretatione videndus Muretus lib. 13. Var. Lect. cap. 15. cui tamen hic, quod ad Bacidem attinet, negat esse locum: propterea quod ipse tres Bacidas fuisse, quorundam testimonio certum autumat, cum Victorius unum vatem extitisse ejus nominis putaret. De quo quid probabilius mihi videatur, alias in dissertatione de Bacide dicetur. Quod autem Plutarchus loco supra allato primam ait Sibyllam quodam in saxo Delphis consedisse, neque hoc probat plures fuisse Sibyllas; neque necesse est, quia primam nominat, alias post illam primam in eadem petra sedisse, ibique oracula fudisse: sicut non sequitur, quia Hector apud Homerum dicit,

Πολυδάμας μοι πρῶτος ὀνειδίσσει ἀμύμων.

Primus Polydamas mihi exprobrabit;

multos fuisse Polydamantas in Trojanorum exercitu, qui auderent Hectori exprobrare, si id de quo ibi agitur fecisset: aut plures Trojanos principes Æneæ nomine in Italiam venisse, quia Maro Æneam primum è Trojæ finibus eo pervenisse primis magni operis versibus testatur:

Arma virumque cano, Trojæ qui primus ab oris
Italiam fato profugus Lavinaque venit
Litora.

Nihil enim aliud ex his locis sequitur, nisi alios fuisse Troja profugos, qui in Italiam post Æneam descenderunt; alios in Trojanorum exercitu, qui Hectori si quid parum honestum fecisset, Polydamantis exemplo exprobrarent. Neque igitur aliud ex iis Plutarchi verbis efficitur, nisi ideo primam dici Sibyllam in eo saxo sedisse, quia alias postea contigit in eodem loco consistere; non quidem Sibyllas, sed fatidicas post Sibyllam. Adde his locum Platonis in Hippia majore statim initio; ubi Hippias sophista illustris sic loquens inducitur: ἡ δ' Ηλις, ὅτου ἂν δεήσῃ ἀφικέσθαι ἀφ' ἡμῶν τινος τῶν πολιτῶν, αὐτὴ ἐπ' αὐτοῦ τοῦ ἐμοῦ ἔρχεται τῆς πολιτικῆς. id est, *Elis nam-*

que

que civitas, ubicunque aliquid cum quapiam aliarum civitatum tractandum est, ad me primum ex civibus veniunt. Anigitur quisquam ex his verbis inferat, plures fuisse Elide ejus nominis sophistas? & non potius, Hippiam istum fuisse, ad quem ex omni civium multitudine, ubi quid majoris momenti in republica agendum esset, civitas se conferret. Nihil proinde aliud, inquam, Plutarchus iis verbis vult, nisi primam ibi fuisse Sibyllam omnium quæ eo postea accesserunt fatidicarum; quod plane efficietur, si moto articulo, non τὴν πρώτην, ut mendose scriptum est, sed πρώτην τὴν Σίβυλλαν legamus. Sic Plutarchum & veritati amicum, & sibi ipsi concordem faciemus. Hactenus quid de Sibyllarum numero dicendum putem, exposui: nempe hanc unicam tantum fuisse. In qua opinione constituenda si Græcorum nonnullis elaboratum est, ut Vives ad cap. 23. libri 18. de civitate Dei autumat: non equidem minus ea causa meam hanc putem doctrinam, immo, eo potiori jure meam, quod huic lucis non parum mea opera confido allatum & roboris ad fidem in animis hominum non præoccupati judicii obtinendam. *Petitus.*

3 Σίβυλλα] Cæterum quia multas fuisse feminas vates in confesso est, nomenque istud *Sibyllæ* Grammatici appellativum esse docent, iccirco commune omnibus divinandi peritis, ad earum vim & facultatem indicandam: qua id fiducia affirment, audire, & quæ afferunt accuratius considerare operæ pretium censeo, eoque impensius, quod plures citant testes, in quibus & Varronem teste Lactantio citato loco. *M. Varro*, inquit, *quo nemo unquam doctior, ne apud Græcos quidem, nedum apud Latinos vixit, in libris rerum divinarum, quos ad C. Cæsarem Pontificem maximum scripsit: cum de quindecim viris loqueretur, Sibyllinos libros aut non fuisse unius Sibyllæ, sed appellatione nomine Sibyllinos, quod omnes fœminæ vates Sibyllæ sint à veteribus nuncupatæ.* Varroni adstipulatur Servius ad tertium Æneidos: *Sibylla*, inquit, *appellativum nomen est, adeo ut Varro, quot Sibyllæ fuerint, scripserit. Sibylla autem dicitur omnis puella cujus pectus numen recipit.* Adstipulatur & Hesychius illustrius: Σίβυλλα Ῥωμαϊκὴ λέξις ἐστὶν· ἐμμανόμενη προφῆτις· ὅτι αἱ θήλειαι μαντεῖαι ἐν ὀνόματι Σίβυλλαι ἐπιφέρουσι. id est: *Sibylla dictio est Romana, fatidicam mulierem significans: unde vates femina uno nomine Sibyllæ vocabantur.* Quod Latinam esse dictionem censet *Sibyllam*, infra perpendemus ubi de etymo. Eadem habet Isidorus in libris Originum, item Antimachus in libro de oraculis Sibyllarum. Quæ considerans Lilius Gyraldus, ac tanto Grammaticorum consensu persuasus, Sibyllam nomen esse facultatis atque officii; consequens putavit, multo plures quam decem fuisse Sibyllas: totidem scilicet, quot seculis omnibus fœminæ futura prænuntiasse inveniuntur. Ita enim in 2 dialogo de Poëtarum historia loquitur: *Nolim vos tamen decem tantum Sibyllas nuncupatas existimare, ut scriptorum fere magna pars ad hanc diem credidit: nam quæcumque divino afflarentur numine & futura prædicerent, ea Sibyllæ Græca voce dictæ fuere. Nam & Phemonoen & Cassandram Sibyllas vocatas invenimus.* Non male ille quidem, si Sibylla nomen appellativum est, commune omnibus fœminis vatibus: & si, quæcumque aliquid de futuris prædiceret, Sibylla olim nuncupata. Verum hæc quam sit falsa opinio, nunc certe faciam ut omnes intelligant. Quod igitur & Phemonoen & Cassandram eo nomine appellatas se invenisse autumat, quæreretem ab illo libenter, si viveret, apud quos auctores id scriptum invenerit: si indoctos, nihil moror; si eruditos & prisci ævi, horum & nomen & locum indicaret. Quod cum non facit, & fieri non posse certo scio, superest ut hunc mentitum dicamus. Damus autem testes contra eum omni exceptione majores. Audiamus

diamus Pausaniam in Phocicis: Φαινὶς δὲ θυγάτης βασιλέως τοῦ ἀνδρὸς ἐν Χαόσι, καὶ Πέλεια τῆς Δωδωναίας ἐμαντεύσατο μὲν ἐν Θεσπρωτοῖς αὐτὴ Σίβυλλα δὲ ἐστὶ ἀνδρῶν ἐξ ἐπιλήθων. id est: *Phaenus vero, hominis in Chaonibus regnantis filia, & Peleæ apud Dodonæos, divinarunt quidem ipsæ, non tamen Sibyllæ ab hominibus nominatæ fuerunt.* Idem ex Hygini veteris Grammatici libro Fabulosæ historiæ intelligi potest: ubi de antiquis vatibus utriusque sexus singulari capite tradit hunc in modum: *Amycus Elati filius, Mopsus Amyci filius, Amphiaraus Oeclei vel Apollinis filius, Manto Tiresiæ filia, Polyidus Coerani filius, Helenus Priami filius, Cassandra Priami filia, Calchas Thestoris filius, Theoclymenus Polyphidei filius, Theonoe Proteï filia, Telemus Eurymi filius, Sibylla Samia, alii Cumæam dixerunt.* Ibi cum vates fœminas complures enumeret, non tamen harum ullam Sibyllæ nomine appellat, præter unam, quam expresse Sibyllam vocat, & ab aliis distinguit. Jam vero quot alias memorare possum divinandi peritia celebres fœminas, quæ nunquam Sibyllæ fuerunt vocatæ? Non enim Cassandram eo nomine appellavit Hyginus, ut vidimus; non Maro, non alii scriptores, quicquid Gyraldus contra obstrepat; non idem Maro Carmentam Euandri matrem,

cecinit quæ prima futuros
Æneadas magnos, & nobile Pallanteum.

Huic antiquum nomen fuisse Nicostratæ ferunt (post Carmentam dictam à furore, quasi mente carentem, si Plutarchum audimus, qui nominis hujus hanc originem tradit in Quæstionibus Romanis. unde etiam *carmina* censet dicta, quod insanæ illæ mulieres sua responsa versibus modulari solerent.) De Phemonoë nulla mihi objicitur dubitatio, quin vates simpliciter habita & dicta fuerit, nunquam Sibylla. Et semper credam, donec mihi proferatur locus antiqui alicujus auctoris, qui hanc nomine Sibyllæ appeller. Certe Plinius lib. 10. cap. 3. hanc testem citans, Apollinis quidem filiam vocat, non tamen Sibyllam: *Phemonoë dicta Apollinis filia, dentes ei esse prodidit.* De tertia aquilarum specie ibi tradit, quod genus Græci μόρφνον, Homerus περκνὸν vocat, cui dentes inesse præter aliarum avium naturam, Phemonoës istius auctoritate confirmat. Sic & Plato in Symposio Diotimæ sacidicæ mulieris sermonem recitans, habitum cum Socrate de natura amoris, hanc γυναῖκα μαντικὴν simpliciter vocat; ita enim lego, non μαντικὴν, ut quibusdam placet. Sed neque Atrianus Syram illam vatem è comitatu Alexandri Magni: aut Eunapius Sosipatram Dæmonum alumnam, & semper numine, ut vocat, afflatam: aut Hyginus Manto Tiresiæ vatis filiam, vel Theonoën, aut alias supra memoratas, Sibyllæ appellatione comprehendunt. Omnium maximum argumentum, quod Plutarchus, qui tam multa de Pythia Apollinis sacerdote & vate celeberrima prodidit duobus libris de ea editis, nunquam aut in his aut alibi uspiam hanc Sibyllam appellat, sed Pythiam semper. Quod & Herodotus & Xenophon & alii scriptores antiqui observant. Multa alia in eandem sententiam possem adjungere; sed vereor in re doctis omnibus comperta, diutius lectores morari. *Petitus.*

4 *Ἀνθεμιὼν*] Hoc procœmium non exstat in scriptis Sibyllæ libris, sed refertur à Theophilo in secunda oratione ad Autolycum, Antiochenæ Ecclesiæ, Antonini Veri temporibus, anno Domini CLXXI. præfecto. Cujus aliquot versus postea Clemens Alex. circa annum CXCVIII. Lactant. circa annum CCCXX. & Eusebius repetiverunt, ut singulis locis indicabimus. Cujas vero fuerit Sibylla istorum carminum auctor, non plane liquet. Patriam & nomen ejus reticet Theophilus. Clemens nominat Hebræorum vatem, quæ eadem, Suida teste, Chaldæa, & proprio nomine Sambethe dicta fuit. Lactantius multis locis Erythrææ versus hosce expresse assignat. Unde non immerito Ranconetus vir summi judicii & doctrinæ suspicatus

Πῶς ταχέως ὑψοῦσθε, βίου τέλος οὐκ ἐσορῶντες·

Cur vos effertis, neque finem cernitis ævi?

catus est procœmium hoc infra inserendum esse, ubi initii defectus notatur. Nam qui illic leguntur versus usque ad finem libri tertii, Sibyllæ Erythrææ esse credimus Lactantii auctoritate & crebris testimoniis freti: & eos ipsos esse (ut Betuleius vult) qui à legatis Romam Erythris allati sunt. *Opsopœus.*

5 Οὐδὲν ἴοντες] Extat carmen Sibyllæ Erythrææ Nobilissimum & Vere legitimum à pluribus Græcorum patrum testimonio adhibitum, præcipue ab antiquissimo scriptore Theophilo libro II. ad Autolycum. Quod hodie placuit eruditis procœmium eorum librorum facere qui Sibyllini inscribuntur, minime tamen ii sunt quos Stilico exussit. Id Carmen cum hodie prima Aurora ad amœnas Rheni actas obambulans Latinis numeris explicarem, interim quæpiam subnotavi, quæ isti chartæ domum reversus illimenda censui. Principio.

Ἄνθρωποι θνητοὶ κὴ σάρκινοι, οὐδὲν ἴοντες.

Illud οὐδὲν ἴοντες de re vili proverbium quoddam habet eruditis inconditum. Euripides

Ὦ δύβρι μυρίοισι δὴ βροτῶν
Οὐδὲν γεγῶσι βίοτον ὀγκώσας φρονεῖ.

Cui meliorem interpretem dare non possum Boëthio quem vide libro III. cap. VI. de Consol. Dionysius Comicus:

Ἐκεῖνο δ' οὐδὲ τῶν γεγονότων ἓν
Τοῖς οὐδὲν οὖσιν οὐδὲ εἰς ὄλως φρονεῖ.

Quibus opponit Λεὶ θὲς σεμνὸ πάνυ κίνητον φύσει Martialis libro XIII. Nos hæc novimus esse nihil. Suetonius Cæsare: Nec minoris impotentiæ voces propalam edebat, nihil amplius Rempubl. esse appellationem modo sine corpore & specie. Apud Diogenianum proverbium est; cujus quidem explicatio vitio temporis intercidit οὐδὲν ἐοικὼς τ' ἄκρα πλύνει ὀχυρός. Quod reliqua nihil esse dicit, si cum auro omnia conferantur. Sed ego posteriora verba contaminata esse olfacere mihi videor. Cum enim Auctor Scholii cujusdam principium fuisse dicat, in numerum Verba à quopiam non nimium occupato redacta videntur. Id quod si magnopere interesset, factum esse nullo negocio demonstraturum me pollicear. Si enim primam Diogeniani Patœmiographi vocem cum his Patœmiæ ultimis jungere volueris, perfectum suis numeris legibusque Phalæcum versum in medium nobis produces, nihilominus sibi constante, ut fas est, sensu. Hoc pacto οὐδὲν ἐῶ ἄρα πλύνει ὀχυρός αὐτὴ, ἐχρὴ ἐπισολῆ, ἀναλύσαι ἢ αὐτὸ πυθέσθαι. Diogeniani fortassis sententia cum nostra Sibyllina congrueret si exstaret. Scilicet proverbium quoddam esse commune mortalium, aliquid esse Aurum, cætera omnia asini umbram. *Barthius.*

6 Βίου τέλος οὐκ ἐσορῶντες] Eodem carmine βίου τέλος οὐκ ἐσορῶντες, est οὐκ ἐξαλύοντες ἐσορᾶν spernentes contemplari vel penitus inspicere. Quare ita, secus ac doctissimus Seb. Castalio, vertimus:

Mortaleis homines compacts carne caduca
Quid subito elatis finem seponitis ausis
Ἄνθρωποι θνητοὶ κὴ σάρκινοι, οὐδὲν ἴοντες
Πῶς ταχέως ὑψοῦσθε βίου τέλος οὐκ ἐσορῶντες.

Seponere eleganter Horatius usurpat pro aliud velut agendo cum contemtu amovere. Arte Poetica:

Scimus inurbanum lepido seponere dicto.

Et est seponere longe ab usu removere, ut sepositus fons apud Propertium libro I.

At comes invicti juvenis processerat ultra
Ignotam sepositi quærere fontis aquam.

Idem.

[7] Οὐ τρέμετ', οὐδὲ φοβεῖσθε θεὸν, τὸν ἔπισκοπον ὑμῶν
Ὕψιστον [8] γνώσην, πανεπόπτην, μάρτυρα πάντων,

Non tremitis, summumq; Deum (quo præside statis,
Non formidatis? qui conspicit omnia testis,

[9] Παν-

7 Οὐ τρέμετ', &c.] Ad ea quæ sequuntur facit quod Veteres ab injustis factis moralis deterrentes, omnia à Diis inspici monebant, ductu rationis egregio. Ita Hesiodus de Diisquos Indigetes vocant:

Ἐσθλοὶ ἐπιχθόνιοι φύλακες θνητῶν ἀνθρώπων
Οἵ ῥα φυλάσσουσί τε δίκας καὶ χείλια ἔργα
Ἠέρα ἐσσάμενοι ———

Apollonius Argonaut. δ.

Ζεὺς αὐτὸς τὰ ἵκαν ἐπιδέρκεται· ἠδὺ μὲν ἀνδρὸς
Λέθομεν ἔπποθεν οὔτε θεοῖς οὔτ' ἀδικεῦντος.

Ita legendum posterius carmen ipsa sententia poscit. Vulgo ἠδὲ δίκαιος, quo nulla oppositionis ratio constat. Pindarus Olympion. ά.

——— Εἰ δὲ ἦλθον
Ἀνὴρ τις ἵλαος ἢ λαοῖς
μὴν ἐσθλὸν, ἁμαρτεῖν.

Quintus Smyrnæus si satis memini

Κλάνεσθε λάϊνον ἔσω σκολιῶν δίκην
Καλιάλκης τρέσσουσι, θεῶν ὅπιν εἰσορόωσαι. Barthius.

8 Γνώσην πανεπόπτην, &c.] Hinc Homerus Il.] de Deo loquens

Ὃς ἤδη τὰ τ' ἐόντα τὰ τ' ἐσσόμενα, πρό τ' ἐόντα.

Qui novit & præsentia & futura & præterita.

In rerum præteritarum, præsentium, & futurarum cognitione consistit omniscientia divina, imo est Solius Dei prærogativa: Huic uni convenit, quod Hyperbolice heic, & poëticè Calchantumbivati tribuitur, scil: εἰδότα τὰ ἐσόμενα sive τὰ μέλλοντα. Nam cæterum præter τὸν πανεπόπτην & παντέπτωτον Θεὸν, τὸ δ' αὖ-

τοῦ τις οἶδε, Anacr. Imo secundum Isocratem τὸ μέλλον ἀόρατον πᾶσιν ἀνθρώποις. Demosth. τῶν δὲ μελλόντων τετύφλωνται φεύγειν. Pindar. Ergo *quid futurum sit cras, fuge quærere* Nam ut verissime Horatius,

Prudens futuri temporis exitum
Caliginosa nocte premit Deus.

Sic & Homerus Odyss. IV.

——— Θεοὶ δέ τε πάντα ἴσασιν,

Odyss. — οἱ τὸ μεγάροισι κακὸν τ' ἀγαθόν τε
τίτυσθαι.

Dii omnia norunt;
Quidnam tibi in ædibus malumque bonumque sit,

sc. videndum. & Odyss. XVII.

Καί τε θεοὶ ξείνοισιν ἐοικότες ἀλλοδαποῖσι
Παντοῖοι τελέθοντες ἐπιστρωφῶσι πόληας,
Ἀνθρώπων ὕβριν τε καὶ εἰνομίην ἐφορῶντες.

Hoc est:

Nam & Dii hospitibus similes peregrinis,
Versantes se omnes formas obeunt per urbes,
Hominum injuriamque & justitiam observantes.

Hos versus &c. quos in Theophili scriptis ad Autolycum lib. II. reperimus, & quos Scriptor hic Sibyllæ tribuit, existimamus potius ex alicujus Christiani vel saltem personati alicujus scriptoris penu aut fonte, promanasse: quam ex Sibyllarum Dei Spiritu destitutarum scrinnis, verisenim illa increpatio maxime redolet exhortationes novi testamenti, uti facili negotio posset probari, ex quibus Apostolorum locis illæ sint haustæ: nec adeo mirandum est Theophilum sibi imponi passum fuisse, quoniam & ipse Justinus Martyr cujus etiam institutione usus fuisse à nonnullis

[9] Παντότροφον κλίσιν, ὅσις γλυκὺ πνεῦμ' ἐν ἅπασι
Κάθεκε, [10] χ' ἡγητῆρα βροτῶν πάντων ἐποίησεν,

Conditor omnia qui nutrit, cunctisque suavem
Indidit afflatum, mortales qui regat omnes,

Εἷς

existimatur, suppositiorum illorum oraculorum splendore fuerit occæcatus, uti multis ante probavimus. Hac ratione quod Deus sit παντόπτης, sacri & profani scriptores, homines ad pietatem sunt hortati. Hinc Regum sapientissimus Salomon Proverb. cap. V. versſ. XX. XXI. *quare errares, fili mi, cum extranea, & amplecteveris pectus alienæ, cum coram oculis Jehovæ viæ cujusque sint, & omnes orbitas ejus expendat?* & Gentium Apostolus Paulus in Epist. ad Hebræos cap. IV. vers. XIII. *Omnia sunt nuda, & intime patentia oculis ejus quicum nobis est negotium.* γυμνὰ καὶ τετραχηλισμένα legitur in Græco, similitudine desumpta, a Sacerdotibus qui in victimarum oblationibus bestias cultro aperiebant in tergo, a collo juxta spinam dorsi usque ad caudam, animal autem quod tali modo apertum jacet, omnia viscera conspicienda præbet, adeo ut nulla labes, nullus defectus, ullum fugere possit, ut recte olim ad hunc locum observavit S. Chrysostomus. Pari modo Lactantius noster de vero cultu c. XXIV. *Parietibus, hominum oculis submoventur, Dei autem Divinitas nec visceribus submoveri potest, quo minus totum hominem perspiciat, & norit.* Et ibidem. idem Lact. ex Seneca: Quid *prodest non habere conscium, habenti conscientium?* sic etiam olim scripsit S. Augustinus de verb. Dom. *illum time cui curæ est ut te videat, & timendo cultus: aut si peccare vis, quære ubi te non videat, & fac quod vis.* Egregie ad hanc rem locutus fuit Hesiodus,

Πάντα ἰδὼν Διὸς ὀφθαλμὸς, καὶ πάντα νοήσας.

Omnia videns Jovis oculus & omnia intelligens.

Hoc etiam modo Seneca Epist. LXXXIII. *Sic certe vivendum est, tanquam in conspectu vivamus: sic cogitandum tanquam aliquis in pectus intimum inspicere posset. Quid enim prodest ab homine aliquid esse secretum, nihil Deo clausum est, inter est animis nostris, & cogitationibus medius intervenit.* & Juvenalis Satyra XIV.

——— *siquid*
Turpe paras, puerî nec tu contempseris annos,
Sed peccaturo obsistat tibi filius infans.
Gallæus.

9 Παντότροφον, &c.] Duos hos versus repperimus in Lactantio nostro lib. IV. cap. VI. In hoc versu magnus Turnebus scribit παντρόφον pro παντότροφον: ea ratione qua κατοτόκος & κατοτόκος pro accentuum variatione significationem mutant. Istiusmodi enim composita in penultima apice notata actionem designant; in antepenultima passionem. παντότροφος omnium nutritor: παντότροφος ab omnibus nutritus, hos versus siquis explicatos videre velit legat Steuch. Eugubinum in lib. de perenni Philosophia. Reperiuntur etiam hi versus apud Theoph. lib. 2. in Sibyllinis autem non extant: ex Ορφεῖ & Ησιοδῳ, Gallæus.

10 Χ' ἡγητῆρα] In hoc versu excusa Lactantii exemplaria & scriptum clariss. Puteani optimæ notæ habent χ ἡγητῆρα. unde vel ἡγῶν vel ἡγητὴν fieri potest ut filium Dei, Deum lucem dicat omnium, ut p. 155. dicit πάντων δ' ἡγητὴν κατέπεμψε θεὸν ἀνθρώποις.

[11] Εἷς θεὸς, ὃς μόνος ἄρχει ὑπερμεγέθης, [12] ἀγένητος,

Unus qui solus regnat Deus, atque supremus,

[13] Παν-

nus. Cui plane consona est poëtæ præstantissimi Joan. Aurati lectio, χ' ἡγητῆρα βροτῶν πάντων, ut hominem Jesum nempe ducem omnium dixerit. *Opsopæus.*

11 Εἷς θεὸς, &c.] Hic versus in priori editione cum iis qui apud Lactantium lib. I. cap. VI. sejunctim ponuntur, conjunctum legebatur. Sed jam ratio est expedita. Apud Theophilum legebatur, εἷς θεὸς ἐστι μόνος. Sed apud Lactantium integer legitur, εἷς θεὸς ὁς μόνος ἐστὶν ὑπ', &c. Hæc Xystus. Atque ἐστὶν agnoscunt quidem Lactantii exemplaria cuncta, at scriptum ἄρχει habet. Unde lubrica est mutatio in ἄρχει. Citat hunc versum cum duobus sequentibus Justinus in oratione exhortatoria ad gentiles, sed paululum variantem, εἷς δὲ θεὸς μόνος ἐστὶν ὑπ', &c. l. 19. Similiter inquit Orpheus,

------ εἷς δέ τις αὐτὸς
ἀτρεμὲς ψυχῇ θνητῇ, νῷ' ἀτρεμίστατος.

Et iterum:

Οὐ γὰρ κέλλει ἰδεῖ θνητῶν μερόπων κεφαλῇσι
Εἰ μὴ μακροθυμός τις ἀπηρώξ.

l. ult. Hunc versum cum tribus primis sequentis paginæ citat Clemens Alexandr. in oratione exhortatoria pag. 27. & lib. v. Strom. pag. 251. edit. Græcæ: Et Eusebius de præparat. Euang. lib. xiij. pag. 397. Parisiensis edit. *Opsopæus.*

12 Ἀγένητος] Ἀγεννησίαν esse χαρακτηρίζουσαν Patris proprietatem, luculenter testantur Veteres. Ignatius, Epistola ad Ephesios, pag. 221. Ἰατρὸς ὑμῶν ἐστιν, ὁ μόνος ἀληθινὸς θεὸς, ὁ ἀγέννητος καὶ ἀόρατος ὁ τῶν ὅλων Κύριος, καὶ ὁ μονογενοῦς πατὴρ καὶ γεννήτωρ. *Medicus noster est, solus verus DEus, ingenitus ille, & inaccessus, universorumque Dominus, unigenæ autem Pater & genitor.* Alexander, Episcopus Alex. in Epistola ad Alexandrum Episcopum Constantinop. apud Theodoretum, Hist. Eccles. lib. I. Cap. III. pag. 132. Πιστεύομεν εἰς μόνον ἀγέννητον πατέρα, ἀΐδιον δὲ ὄντα αὐτὸν τ' αὐτὸν ἔχοντα, ἀπερίτρεπτόν τε καὶ ἀναλλοίωτον, κλ. *Credimus in solum ingenitum Patrem, qui essentiæ suæ authorem nullum habet, qui converti aut mutari non potest*, &c. Basilius M. lib. III. contra Eunomium, tom. II. pag. 85. Ἀγέννητον δὲ ἀΐδιός ἐστιν ἔξω παντελῶς ἐστὶ τοῦ θεοποιοῦντος ὑπερ, πλὴν τοῦ θεοῦ τῶν ὅλων, ὑπερσυναριθμεῖται· ἀλλὰ μόνῳ τούτῳ ἐστὶν, τὸ εἶναι τ μονογενῆ. *At nullus sic omnino impudens est, ut audeat alium, præter DEum universorum, ingenitum appellare: nec tamen etiam Filium, cum unus sit unigena.* Idem, lib. I. adv. eundem, pag. 15. Ὅταν εἰς τοὺς καθ' ἡμᾶς αἰῶνας ἀποβλέψωμεν, ὑπερεμπεπτώκαμεν πάσης ἐννοίας διέλαττον τὸν ζητοῦντα θεὸν, ἀγέννητον αὐτὸν λέγοντες. *Cum in posteritatis jam secula respicimus, ac omne superare initium vitam DEi invenimus, tunc ipsum ingenitum esse dicimus.* Gregorius Nazianzenus Orat. XXVI. pag. 445. Δεῖ ἕνα θεὸν πατέρα γνώσεσθαι, ἀναρχον, καὶ ἀγέννητον, καὶ ὑιὸν ἐκ θεοῦ γεγεννημένον αὐτοῦ πατρὸς, καὶ πνεῦμα ἐν ὃ καὶ θεὸν τὸν ὑπάρξαντα ἔχον, καὶ ἐκπορευτὸν, περὶ μὲν, ἀσθενείας ἡμῶν ὁ λόγος. *Unum DEum Patrem agnoscere oportet, principii expertem & ingenitum, & unum Filium ex Patre genitum, & unum Spiritum ex DEo subsistentiam habentem, hoc solo nomine Patre cedentem, quod non ingenitus sit, hoc item Filio, quod non genitus sit.*

Aliquando tamen Veteres hanc τοῦ ἀγεννήτου vocem, utpote Arianorum errori patrocinantem, non immerito rejecisse putantur. Id fecit Athanasius, Dial. II. de S. S. Trinitate, tom. II. pag. 185. Anomœus.

mœus rogat: Ἆρα οὖν λέγεις ὑπάρχειν πατέρα τῷ υἱῷ; *Num igitur Patrem & Filium simul existere dicis?* Respondet Orthod. Ἆρα λέγω. *Simul* existere *dico.* Anomœus rogat: Δύο οὖν ἀγεννήτους λέγεις; *Duo igitur ingenita dicis?* Orthod. Ἐγω πατέρα τὸν υἱὸν λέγω τὸ Νίσιν ἀγέννητον, οὐκ ἰδιάζοντα διὰ τὴν θείαν γραφήν. *Ego Patrem & Filium dico: quid vero ingenitum sit, sacra me Scriptura non docuit.* Anomœus: Οὐκ ἔστιν οὖν ὁμολογούμενον, ὅτι ὁ πατὴρ τοῦ Χριστοῦ οὐκ ἔστι γεννητός; *An igitur non in confesso est, Patrem Christi non esse genitum?* Orthod. Συμφωνῶ τῷ παρ' ὑμῶν. *Id & ego confiteor.* Anom. Οὐδὲ μὴν γεγονὼς, τὸν υἱὸν ἄρα ἀγέννητον ὑπάρχειν. ἀγέννητον ἄρα. *Itaque qui non est factus, & est, citra generationem est: est igitur ingenitus.* Orthod. Οὐ μὴν οὐκ ἐγνωσμένον, φαίην ἂν ἀγέννητον, ἢ αὐτὸν λέγειν οὐκ ἰδιάζοντα διὰ τὴν θείαν γραφὴν, ἀλλὰ πατέρα. *Eum quidem novi non fuisse factum: ipsum autem vocare ἀγέννητον non docuit me sacra litera, sed Pater.* Et Dial. eodem, pag. 186. Τὸ ἀγέννητον, οὐκ ἔστιν ἡμῖν ὑποπίπτειν, ἡ διδασκαλία οὐκ ἐπιτρέπει λέγειν. *Ἀγέννητον, etsi intelligentiæ nostræ convenire videatur, pietas dicere vetat.* Et paulo post: Μηδὲ τὸ ἀγέννητον λεγέσθω, καὶ ὑποπιπτέτω ταῖς ἐννοίαις ἡμῶν. Quædam tamen exemplaria veram retinent lectionem, & legunt, ἀγέννητον, simplici N. Perspicua imprimis sunt illa Basilii M. lib. I. adv. Eunomium, pag. 10. Ἐγὼ δὲ ἓν τῶν τοῦ ἀγεννήτου σημαινομένων, καὶ τὸ μάλιστα δοκοῦν ταῖς ἐννοίαις ἡμῶν συνεπαίνειν, οὐκ οἶδ' ὡς οὐδαμοῦ τῆς γραφῆς κειμένου, ἐξ αὐτοῦ τοιγαροῦν ἔσται τὸ βλασφημίας αὐτῶν, σιωπᾶσθαι ἂν δικαίως ἀξίων εἶναι φήσαιμι, τὸ, πατὴρ, φωνῆς, ἴσον δυναμένης τῷ, ἀγεννήτου, ὡς τοῦ ἐξ οὗ τὸν υἱὸν ἴσασιν συμπεπλεγμένον ἑαυτῷ λόγῳ τὸ χρῖσαι σημαίνοντα· ὁ γὰρ οὐδεὶς πατὴρ ἐξ οὗ, ἐξ οὐδενὸς ἐστιν ἑτέρου· τὸ δὲ ἐξ οὐδενὸς, ταυτόν ἐστι τῷ, ἀγέννητος. Οὐ τοίνυν ἀγέννητον ἀποσιγηθήσεται μᾶλλον ἡμῖν ἢ πατέρα, εἰ μὴ μέλλοιμεν εἶναι σοφώτεροι τῆς διδαγμάτων τοῦ σωτῆρος, εἰπόντος· Πορευθέντες βαπτίζετε εἰς τὸ ὄνομα τοῦ πατρὸς τοῦ πατρὸς, ἀλλ' οὐχὶ τοῦ ἀγεννήτου. *Ego autem etiam ingeniti appellationem, quamvis summopere intelligentiæ nostræ congruere videatur; tamen, quoniam nullo loco in Scriptura illam invenio, & quoniam primum est elementum blasphemiæ; eorum tacendam esse merito duxerim: præsertim cum Patris vox & id possit, quod ingeniti, & ad id etiam propter relationem conjunctam sibi notionem de Filio adducat. Qui enim vere Pater, & solus Pater est, à nullo est altero: qui autem à nullo est, idem est quod ingenitus. Non ergo magis ingenitus, quam Pater nobis appellandus est, ne videamur prudentiores esse velle Salvatoris doctrina, qui ait: Profecti baptizate in nomine Patris:* Patris *dixit, & non* Ingeniti. Similia apud eosdem, & apud alios etiam reperias. Quærenti; cur Patres hanc τοῦ ἀγεννήτου vocem è foro Theologico putaverint proscribendam, respondebit doctissimus Vir, Paulus Carolus, celeberrimus olim in Academia Montalbanensi Theologiæ Professor in Expositione Symboli Nicæni ἀνεκδότῳ, id ob duas maxime factum esse causas. Primo, quia hac voce Ethnici DEum designaverint. Sibylla apud Augustinum Steuchum, (imo etiam apud Justin. M. in Exhortat. ad Græcos: & apud Lactant. Institut. lib. I. cap. VI. qui ἀγέννητος non interpretatur *Ingenitus*, sed *increatus*) lib. II. de perenni Philosophia, Cap. V. Εἷς θεὸς, ὃς μόνος ἐστὶν, ὑπερμεγέθης, ἀγέννητος. *Unus, solusque est Deus, maximus, ingenitusque.* Et Parmenides, citatus ab eodem, (& à Clemente Alex. Strom. V. pag. 603.) lib. III. ejusdem Operis, Cap. X. ---- Ὡς ἀγέννητος ἦν, & ἀνώλεθρός ἐστι. ------- *Ingeneratus erat, semper sine morte futurus.* Ipse Arnobius, lib. I. contra Gentes, Deum sic compellat: *Tu prima causa es, locus rerum ac spatium, fundamentum cunctorum, quæcunque sunt, idem* Ingenitus. Et tunc nihil aliud significat, quam ἄκτιστον, *increatum & infectum.* Arriani ergo, qui Patrem nuncupabant ἀγέννητον, Filium autem γεννητὸν, solum Patrem esse Deum

ἄκτι-

ἄκτιστον, & *infectum*, Filium autem *creatum* & *factum*, κρουσθαῖος adstruebant. Deinde asserebant, ἀγέννητον & γενητὸν esse τὴ οὐσίας δηλωτικὸ, & inde colligebant, aliam esse Patris, aliam Filii essentiam: cum certum sit has voces ἀγέννητον & γενητὸν non esse, ut ait Justinus, τὴ οὐσίας δηλωτικὸ, σημαντικὸ ἢ τὴ ὑποστάσεως: & Basilius lib. III. contra Eunomium: Γ'πάρξεως μὲν τρόπ@ τὸ ἀγέννητον, κὴ οὐκ οὐσίας ὄνομα. Hactenus ex eruditissimo illo, & luce dignissimo Tractatu. Statuit erga Cl. Carolus, ἀγεννήτου vocem aliquando à Veteribus esse rejectam: idem innuunt allata modo testimonia. Quid vero nos? Non possumus in istam concedere sententiam. Cur hoc? Quia Ecclesiæ Doctores hac ratione modo affirmarent, modo negarent, *Patrem* in sancta Trinitate ἀγέννητον vocari posse. Clarissima vidimus dicta, quæ probant, Patris ἰδίωμα χαρακτηριστικὸν esse τὸ ἀγέννητον: idem Orthodoxa constanter docuit Ecclesia, nec alia ejus hodie sententia. Unde ergo ista in Patrum scriptis tam manifesta & periculosa contradictio? Re tota anxie satis & accurate ponderata, non aliam invenio causam, quam amanuensium, vel Typographorum, aut eorum potius, qui variis Patrum præfuerunt editionibus, adeoque typotheræ tollere debebant σφάλματα, incuriam. Eorum ἀλλοίωσιν voces ἀγέννητος & γενητὸς, non raro pro ἀγέννητ@ & γενητὸς posuit; quasi ἀγέννητον, *infectum*, *increatum* notet, atque τὸ γενόμενον, seu τὸ ποιητὸν, *factum*, *creatum*, opponatur: quasi γενητὸς *natus*, & γενητὸς *factus*, *creatus* sint ἰσοδυναμοῦντα. Exempla satis sunt obvia. Ea distincte producamus. Ἀγέννητ@, sæpe positum pro ἀγέννητ@ in sequentibus. Athanasius de Decretis Concilii Nicæni, tom. II. pag. 278. Ἀγέννητον μὲν, τὸ μήπω μὲν γενόμενον, δυνάμενον ἢ γενέσθαι. Ἀγέννητον est, *quod quidem nondum est factum, fieri autem potest*. Et paucissimis interjectis, dicit: ἀγέννητον esse, τὸ ἀναίτιον μὲν, μήτε ἢ γενητὸν, μήτε ἀρχὴν ἔχοντος εἰς τὸ εἶναι· ἀλλ' ἄϊδιον ὄν, καὶ ἀδιάφθορον, *quod quidem existit, non autem neque factum est, neque sui esse principium habet, sed sempiternum est, & à corruptione immune*. Pro ἀγέννητον hoc loco legendum esse ἀγέννητον, patet ex Cyrillo Alexand. in cujus Thesauro, Assert. I. pag. 11. hæc ipsa ex Athanasio leguntur, ubi ἀγέννητον constanter simplici N. scriptum est. Patet etiam ex hoc ipso Athanasii dicto: cum enim dicit, ἀγέννητον esse, τὸ μὴ γενητὸν, *quod non est creatum*, vel *factum*, eo ipso innuit, ἀγέννητον esse scribendum, alioqui dicturus fuisset, τὸ μὴ γενητὸν, *quod non est natum*. Idem Athanasius, de Synodis, tom. I. pag. 922. scribit, Ignatium appellare Filium DEi γενητὸν κὴ ἀγέννητον, suamque subjicit ἐπιτίμησιν hanc, γενητὸν αὐτὸν λέγων διὰ τὸν σάρκα· ἀγέννητον δὲ, ὅτι μὴ τῶν ποιημάτων, κὴ γενητῶν ἐστι, ἀλλ' υἱὸς ὢν πατρὸς. *Eum dicens* γενητὸν *propter carnem*: ἀγέννητον *vero, quoniam non sit ex numero creaturarum, aut rerum factarum, sed Filius ex Patre*. Apud eundem Athanasium, Dial. II. de S. Trinitate, tom. II. pag. 207. ἀγέννητ@ quinquies pro ἀγέννητ@ positum legitur. Orthodoxus dicit ad Aëtium Eunomianum: Οὐ πᾶν ἀγέννητον ποίησις οὐσίας ἐξήρτυσε· ἀγέννητον γὰρ ἐστι τὸ γενόμενον μὴ ἔχον. Οὐ πάντως δὲ τὸ γενόμενον μὴ ἔχον, ἀποίησε οὐσίας ἐξήρτυσε· δυνατὸν γὰρ τι γενόμενον μὴ ἔχειν, αἴτιον δὲ ἔχειν, ἢ πατέρα, ἢ χαρτεῶνα. Ὥστε κὴ εἰ δεῖ σε ἀγέννητον εἶναι τὸ ὑιὸν, διὰ τὸ γενόμενον μὴ ἔχειν, τοῦτο τὸ λόγῳ κὴ ἡμεῖς λέγομεν ἀγέννητον τὸ ὑιὸν, διὰ τὸ γενόμενον μὴ ἔχειν. ἀλλ' οὐκ αἴτιον· τὸ δὲ πατέρα ἔχ, ὡς γενόμενον, ἀλλ' ὡς πατέρα ἔχει. Καὶ τὸ πάλιν δὲ λέγομεν ἀγέννητον. ὃ δὲ ἔχει γενόμενον, ἀλλ' οὐκ αἴτιον· ἔχει δὲ αἴτιον τὸ ὑιὸν, οὐχ ὡς γενόμενον, ἀλλ' ὡς πατὴρ ἐστιν. *Non omne* ἀγέννητον *ab omni causa immune est*. Ἀγέννητον enim est, *quod opificem non habet*: *nec vero, quicquid opificem non habet, ab omni causa liberum est*: *fieri enim potest, ut aliquid opificem non habeat, causam vero habeat, vel patrem, vel suppeditatorem. Hinc,*

etiamsi

etiamsi tibi concedatur, Deum esse ἀγέννητον, quoniam opificem non habeat, eadem ratione etiam nos dicimus Filium ἀγέννητον, quia opificem non habet, sed non causſæ expertem: Patrem enim, non tanquam opificem, sed tanquam Patrem habet. Spiritum quin etiam sanctum ἀγέννητον dicimus, opificem enim non habet, sed non carentem causſa: causſam enim habet DEum, non tanquam opificem, sed tanquam fontem. Quis unquam ex Orthodoxis, Filium dixit ἀγέννητον, non genitum, ut hoc loco sit? quod certissimum manifestæ corruptelæ, & semper ἀγέννητον scribendum esse, indicium est. Γενητὸς etiam, ut ulterius progrediamur, pro ἄγενητὸς positum invenitur. Apud Basilium M. in Psal. VII. pag. 143. Ἡ τοῦ θεοῦ δικαιοσύνη ὑπερίσχυσε πάσης νοῦ, ἀδιήγητον ὂσα ἡ ἀκατάληπτος πάσῃ τῇ γενητῇ φύσει. *DEi justitia omnem excedit intellectum, cum sit incnarrabilis & omni creatæ naturæ incomprehensibilis.* Legendum esse ἀγενήτῳ, ex simili loco Origenis, lib. VI. contra Celsum, pag. 287 liquet: Οὔτε γὰρ τὸ ἀγέννητον, ἡ πάσης γενητῆς φύσεως ἀρχέτυπον κατ' ἀξίαν εἰδέναι τινὰ, δυνατὸν, οὐδὲ ὁ γεννήσας αὐτὸν πατήρ. *Nam non creatum* (nempe Dei Filium) *omnisque creatæ naturæ primogenitum nemo pro dignitate nosse potest, ne Pater, qui eum genuit.* Quemadmodum ergo hoc loco γενητῆ φύσει est *naturæ creatæ*, ita etiam apud Basilium, etsi Fronto Ducæus vulgatam lectionem existimet retinendam, quia γενητὰ non nunquam dicantur, quæ quovis modo procreata sint. Ita apud Theodoretum in Ἐκφ. σύν. sæpius γενητὰ dicuntur, quæ γενητὰ essent appellanda. Serm. I. p. 13. Τὰ ὁρώμενα, οἷ μὲν ἀγέννητα, οἱ δὲ γενητὰ ὑφεῖντο. Interpres: *Illa, quæ oculis contuemur, alii dixerunt esse ingenita, alii subdiderunt generationis principio.* Serm. III. pag. 53. Περὶ δὲ ἀοράτων μὲν ἦν γενητῶν ἡ φύσις. Iterum Interpres: *De natura illa, quæ genita quidem est, sed oculorum obtutu cerni non potest.* Serm. IV. p. 62. dicit idem, τὸν ἥλιον, τὴν σελήνην, τὴν τῶν ἀστέρων σύμπασαν τάξιν γενητὰ, τῷ θεῷ δὲ καὶ τοῦτο εἶναι γενητὸν, *solem, lunam, ac stellas, genita esse corpora; totumque id quod sunt, a DEo accepisse.* Hisce in Theodoreti locis omnibus, pro ἀγέννητον, ἀγένητον, increatum, infectum; & pro γενητὸν, γενητὸν factum, creatum, esse substituendum, extra controversiam positum putamus. Sententiam nostram confirmat Sylburgius, qui in manuscriptis aliquot exemplaribus has voces unico N. scriptas testatur. Hanc vero ἐξ ἀγενήτου & ἐκ γενητοῦ scripturam Orthodoxæ veteris Ecclesiæ Patrum de DEo sententiæ prorsus contrariam esse, facile intelligemus, ubi, quomodo voces ἀγενησία & ἀγεννησία; γενητὸς item & γενητὸς distincte usurpaverint, deinceps consideraverimus. Docuerunt ergo, DEum Patrem esse ἀγέννητον; omnes vero S. S. Trinitatis personas ἀγενήτους; quia ἀγενησία *ingenitum* & ἀγεννησία *non creatum* significet. Perspicua sunt, & hujus imprimis loci, quæ Damascenus, lib. I. Orthod. fidei, cap. IX. pag. 32. ex Cyrilli Alexandrini libro de S. S. Trinitate, Cap. VIII. pag. 11. & 12. excerpta nobis dedit. Verba ejus apponimus: Χρὴ εἰδέναι, ὅτι τὸ ἀγέννητον διὰ τοῦτο νοούμεθα, τὸ ἄκτιστον, ἤτοι τὸ μὴ γενόμενον σημαίνει· τὸ δὲ ἀγέννητον ἀφ' ἑνὸς τῶν δύο τι νοούμενον, δηλοῖ τὸ μὴ γεννητόν. Κατὰ μὲν δὴ τὸ αὐτὸ τοῦτο σημαινόμενον, ἀφ' ἑκατέρας ἐστὶ τῆς οὐσίας ἀλλὰ γὰρ οὐσία ἐστὶ ἄκτιστος, ἤτοι ἀγέννητος ἀφ' ἑνὸς τῶν τριῶν, τοῦ λόγου φημὶ καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος· ἀλλ' οὐκ ἀγέννητοι· ἐκλιθήσεται γὰρ οὕτω τῷ δημιουργῷ, τοῦ λόγου αὐτὸ τοῦτο χαρακτηρίζοντος εἶναι γάρ ἐστιν ὃ μὲν ἐκ πατρὸς ἐστὶν, μὴ ἀφυπέρεχον ἐτέρᾳ ἐπέκεινα ἀρχῇ, ἐξ ἧς γεννηθῇ. Κατὰ μὲν δὴ τὸ αὐτὸ τοῦτο σημαινόμενον, ἡνωμένως αἱ τρεῖς τῆς ἁγίας θεότητος ὑποστάσεις· ὁμόσιοι γὰρ τῷ ἄκτιστοι ὑπάρχουσι τῇ δὲ τὸ δεύτερον σημαινόμενον ἰδιάζουσι· μόνος γὰρ ὁ πατὴρ ἀγέννητος, ἐξ οὗ γὰρ ἐξ ἑτέρας ἐστὶ καὶ αὐτὸς ὑποστάσεως τὸ εἶναι τῷ μόνος ὁ ὢν γεννητὸς, ἐκ τοῦ

πατρὸς μὲν οὐσίας, ἀναίτιος τῷ ἀγεννήτῳ γεγόνῃ). *Oportet scire, vocem* ἀγέννητος, *uno* ν *scriptam, id, quod non est creatum, vel, quod non est factum, significare: vocem vero* ἀγέννητος, *duplici* ν *scriptam, notare ingenitum. Primo quidem significatu, substantia à substantia differt: alia enim est substantia non creata, sive non facta,* ἀγέννητος, *simplici* ν: *& alia est facta, sive creata. Secundo autem significatu, substantia non differt à substantia. Nam cujusque speciei animalium prima existentia ingenita est, sed non caret origine: à creatore enim creata sunt, verbo ejus ad ortum deducta: at non sunt generata, non præexistente altero ejusdem speciei, unde generarentur. Secundum igitur primum significatum, communicant inter se tres sanctæ Deitatis divinæ hypostases: consubstantiales enim & increatæ sunt. Juxta alterum autem significatum, nullo modo. Solus enim Pater ingenitus: non enim ex alia hypostasi essentiam suam habet. Et solus Filius genitus, est enim ex substantia Patris, sine initio, & sine tempore genitus.* Non alia, ante Damascenum, imo ante Cyrillum Alex. Athanasio mens fuit Dial. I. de S. S. Trinitate, tom. II. pag. 175. Orthodoxus dicit: Ἀγέννητον μὲν λέγω τὸν Υἱὸν, οὐκ ἀγέννητον δέ. *Principii expertem,* ἀγέννητον, *Filium etiam dico, sed non* ἀγέννητον, *ingenitum.* Anomœus: Ἄλλο γάρ ἐστι ἀγέννητον, τὸ ἄλλο ἀγέννητον; *Aliud ergo est* ἀγέννητον, *ortum non habens, & aliud* ἀγέννητον, *ingenitum?* Orthod. Καὶ πάνυ. *Omnino.* Anom. Πῶς; *Quomodo?* Orthod. Ὅτι τὸ μὲν γεννητὸν ἐστι τὸ ἐκ τῆς ὑποστάσεως ἡνωμένον· τὸ δὲ γενητὸν, τὸ ἐκ τῆς οὐσίας ἢ γενεσιουργὸν. *Quoniam* γεννητὸν, *genitum quidem est, quod ex hypostasi generatum est:* γενητὸν, *autem, seu factum est, quod à potestate Creatoris procedit.* Hoc ipsum discrimen etiam inde fit manifestius, quia iidem Græci Patres voces γεννητὸς & γενητὸς accurate deprehenduntur distinxisse. Orthodoxus, apud Athanas. Dial II de S. Trinitate, tom. II. pag. 192. dicit: Ἡμεῖς τὸν ἐξ οὐσίας γεννητὸν μὲν λέγομεν, οὐχὶ δὲ καὶ γενητόν· γεννητὸν γάρ ἐστι τὸ πατρὸς ἴδιον· γενητὸν δὲ, τὸ γενεσιουργὸν ἔχον. *Nos Filium quidem dicimus* γεννητὸν, *genitum, non vero* γενητὸν, *creatum: illud enim* γεννητὸν *est, quod Patrem habet:* γενητὸν *vero, quod creatorem habet.* Idem, Dial eodem, pag. 198. Γεννητὸν μὲν λέγω τὸν Υἱὸν, τὸν γενεσιουργὸν δὲ ἀπάντων. ἀλλὰ γεννητὸν εἰπεῖν. *Filium, verum omnium creatorem, ne dicas* γενητὸν, *creatum, sed* γεννητὸν, *genitum.* Cyrillus Alex. diligentissime inculcat, Filium non esse dicendum γενητὸν. Lib. I. in Johannem, cap. VI. pag. 51. contra Arrianos sic argumentatur: Εἰ μὴ ὢν τῆς οὐσίας τοῦ ἰδίου τῷ Πατρὶς ἐστιν ὁ Υἱὸς, γενητὸς ἄρα ἐστὶ καὶ κτιστὸς. *Si Filius non est ex essentia DEi & Patris, creatus utique erit & factus.* Et mox: Οὐκ ἄρα γενητὸς ὁ Υἱός. *Filius igitur non est creatus.* Cap. VII. pag. 56. Οὐκ ἄρα ἐστὶ γενητὸς, ἀλλὰ φῶς, ὡς ἐκ φωτὸς ὢν τοῦ φωτὸς φυλαζονίου δι' αὐτοῦ τὰ φῶτα πάντα. *Non est igitur creatus, sed lumen, ut DEus ex DEo illuminante per ipsum quæ luce egent.* Idem, ad Joh. cap. X. v. 33. pag. 669. Κατὰ φύσιν ἄρα τῷ αὐτῷ ὑπάρχον ἐστὶ τοῦ πατρὸς ὁ ὢν ποιητὴς, πῶς ἂν εἴη γενητὸς, ἢ πεποιημένος; *Cum igitur etiam ipse sit natura DEus, unum est cum Patre: qui vero talis est, quomodo posset esse creatus, vel factus?* Omnem imprimis dubitationem tollunt, quæ Epiphanius, Hæresi LXIV. quæ est Origenianа, pag. 230. contra Origenem disputat, observata etiam & notata Cl. Gatakero in Adversi. miscellaneis. Adducit Epiphanius ex Origenis in Psal. I. Commentario, vel Præfatione potius in librum Psalmorum, inter alia: Τῷ πατρὶ τὸ ὅλον ἡνωμένον, ἀλλὰ δι' αὐτοῦ ἡμῶν τῷ ἀρχιερεῖ γενητῷ θεῷ προσιόντος. *Ad DEum Patrem totius universi, per Salvatorem nostrum & summum Sacerdotem factum DEum, accedere.* Petavius quidem interpretatur *DEum genitum*: sed in favorem Origenis, & contra mentem Epiphanii: ille enim Origeni objicit, quod Filium dixerit γενητὸν, cum γεννητὸν debuisset; perinde ac si γενητὸν, *factum*, & γενητὸν, *genitum*, idem prorsus valerent: quod Epiphanius pernegat: Τὸ γενητὸν, inquit, ἵνα αἱρετίσῃ αὐτὸν σο-

φὶς ἰσν, ἐπ κλῆσὶν ἐρίζῃ). *Eo quod γενητὸν DEum illum esse dixit, manifestum est, creatum esse eundem statuisse.* Et continuo subjicit: Ὡς γάρ ἴνες ἐμᾶς βούλονῃ σοφίζεσθαι τῇ λέξει, ἴσν τὸ γενητὸν εἶναι τὸ γεννητὸν, ἃ δὲ διάφορόν ἐσι τὸ ἓν τῇ λέξει, ἀλλ' ἡ τῇ ἐπὶ τὰ κλίσματα μόνον ἴπερον γάρ ἐσι γενητὸν, ἢ ἴπερον γεννητὸν. *Quod enim nonnulli nos argutiis circumvenire conantur, dicentes, idem plane valere γενητὸν & γεννητὸν, factum & genitum: id vero de Deo non est admittendum, sed apud creaturas tantum: aliud enim est γενητὸν, factum, & aliud γεννητὸν, genitum.* Quod Epiphanius dicit, γενητὸν & γεννητὸν creaturarum respectu de eodem usurpari posse, non vult rejusdem esse significationis, si de creaturis usurpentur hæ voces: sed id tantum innuit, creaturam, quæ est γενητὴ, *creata, facta*, etiam posse esse γεννητὴν, *genitam*: Ita homo & γενητὸς est, & γεννητὸς, *creatus & genitus*. Ex his omnibus jam patere arbitror, quæ harum vocum sit significatio, quo illæ sensu in mysterio S. S. Trinitatis à Veteribus fuerint usurpatæ; quid etiam doctissimum, & in antiquitate Ecclesiastica versatissimum Dn. Carolum; cujus verba jam ante sunt allata; impulerit, ut existimaret, vocabulum ἀγέννητον à Patribus quibusdam fuisse rejectum. Id unum restat, ut Ejusdem rationes, quibus Veteres ad repudiandam hanc vocem incitatos affirmat, *impugnaturi* confideremus. Prior ratio hæc ipsi esse videtur, quia Ethnici voce ἀγέννητον Deum designaverint. At hoc non facile probaverit: testimonia etiam, quæ adducit, Deum ab Ethnicis ἀγένητον, non ἀγέννητον, appellatum fuisse evincunt. Verum omnino, eos Deum dixisse ἀγένητον. Idem etiam ex Simplicio patet, referente Augustino Steucho, lib. III. de perenni Philosophia, Cap. X. qui testatur, Xenophanem Deum vocasse τὸ πάντων κράτιστον καὶ ἄριστον, καὶ ἀγένητον, *Optimum omnium & præstantissimum, æternumque, vel sine exordio.* Hanc Dei appellationem respuebant Orthodoxi; non tamen, quod Deum ἀγέννητον esse inficiarentur, sed quia sub ea Arrianum virus latere viderent. Arriani namque, qui Patrem vocabant ἀγέννητον, id est, ἄκτιστον, *non creatum, non factum*, ex Filio κτίσμα, *creaturam* facere, eumque εἰς κτίσεως καὶ ποίημα κατάταξιν, *ad rerum creatarum sortem*, ut de iis loquitur Photius, Epist. I. pag. 4. nefario conatu detrudere satagebant. Huic ergo ἱπποδρομίᾳ sese opponentes Patres, illud ἀγένητον nigro notabant lapillo. Atque huc ego referenda putaverim omnia illa dicta, quæ paulo ante sunt adducta, ad demonstrandum, vocem ἀγέννητον aliquando à Patribus rejectam videri posse: idque hoc etiam facio libentius, quia in loco ex Athanasii Dialogo II. allato, Cl. Beza pro ἀγέννητον, constanter in sua horum Dialogorum editione legit & scribit ἀγένητον. Rem totam illustrant, quæ apud eundem Athanasium, Dial. eodem pag. 186. leguntur. Ibi Orthodoxus non vult, Patrem dicendum esse ἀγέννητον. Verba ejus præsto sunt: Οὐκ εἶπον ἐγὼ τὸ ἀγέννητον, τὸ γὰρ πατέρα αὐτὸν εἶναι εἶπ' ἐκείνου λέγω, ὃ ἡ γραφὴ εἶπε, τῇ γὰρ τῆς ἀνθρώπων ἐννοίᾳ τὸ ἄγραφον ἐπῆλθε. *Scriptura non dixit, eum esse ἀγέννητον, sed Patrem esse dixit. Et ego id dico, quod Scriptura dixit, non vero quod hominum intelligentiæ convenit.* Ob hæc verba adversarius Anomœus statim adversus Orthodoxum insurgit, & clamitat: Ἐγένητον οὖν ἐθεὸς; εἰπὲ ἡμῖν, ναὶ ἢ οὔ· ἐγένητον ἐστὶν ὁ θεός; *Factus igitur, vel creatus est DEus? Dic etiam à quo creatus est?* Ad quæ Orthodoxus: Εἰ λέγω τοῦτο ἀγένητον αὐτὸν δεῖ λέγειν, ἐκεῖθεν γὰρ ἀδύνατος ἐγένητον, εἶπε αὐτὸν ἡ ἄκτιστον, ἐκεῖθεν ὡς ἀδύνατον πεσοῦμαι· εἶπε ἡ ἀσεβῆ, ἐκεῖθεν ἀδύνατον σέβειν). Εἰ δὲ πάντα ἃ μὴ ἔννοια ἀπονοεῖται, ἢ δύσσεβα ταῦτα ἐπιτρέπει λέγειν· ἆρα ἡ τὸ ἀγέννητον, καὶ ἄθεσμα ταῦτα; ἐννοίας ἡμῶν ἀπορρίπτειν, ἀλλ' ἃ δύσσεβα ταῦτα ἐπιτρέπει λέγειν εἰ δὲ μή, εἶπε αὐτὸ πάντως ἡ γραφή. *Si propterea ἀγέννητον, increatus est dicendus, quia à nullo creatus, voca ipsum etiam ἄπιστον, quia in neminem credit: dic etiam ἀσεβῆ, quoniam nemunem veneratur. Si vero hæc quidem cogitatio suggerit, pietas tamen dicere non permittit: ita etiam illud ἀγέννητον, etiamsi cogitationibus nostris convenire videatur, pie-*

tas

13 Παντοκράτωρ, ἀόρατε, ὁρῶν μόνος αὐτὸς ἅπαντα,

Omnipotens, nunquam genitus, qui conſpicit ipſe

Αὐτὸς

tas tamen illud dicere vetat: ſin minus, eo omnino Scriptura fuiſſet uſa. Regerit Anomœus: Οὐ λέγεις δὲ ἀγέννητον τὸ ἐπὶ πάντων θεόν; *Omnium ergo DEum non dicis ἀγέννητον, increatum?* Orthodoxus ſine ambagibus reſpondet: Εἰ χάρτης ἐστὶν, λέγω· οὐδὲ ἡ γραφὴ, οὐκ ἔχω ἀναγκάσαι εἰπεῖν. *Si ſcriptum eſt, dico: ſi vero non eſt ſcriptum, nulla neceſſitas cogit, ut dicam.* Poſterior ratio, ob quam ſæpe laudatus Carolus exiſtimat, ab Orthodoxis ἀγεννήτου vocem, de Deo Patre alias uſurpari ſolitam, nonnunquam fuiſſe rejectam, eſt, quod Arriani aſſeruerint, ἀγέννητον & γεννητὸν eſſe τῆς οὐσίας δηλωτικὰ, *notare eſſentiam*, atque inde collegerint, aliam eſſe Patris, aliam Filii eſſentiam. Verum, Arrianos eo inſaniæ proceſſiſſe; Orthodoxos autem ideo τὸ ἀγέννητον, vel τὸ γεννητὸν fuiſſe averſatos, non invenio, tantum obſervo, eos Orthodoxum harum vocum uſum, ab adverſariorum ſtrophis vindicatum, τοῖς τῆς ἐκκλησίας τρόποις ſubinde commendaſſe. Aſſerebant enim, τὸ ἀγέννητον & τὸ γεννητὸν, non eſſentiam, ſed perſonas denotare. Unum & alterum teſtem produxiſſe ſufficiet. Juſtinus M. in Expoſit. Fidei, non longe à principio, inculcat, τὸν ἀγέννητον ὀνομάζειν, τὸν ὑπάρξεως τρόπον ἐμφαίνειν, *Ingeniti appellationem, modum exiſtentiæ exponere.* Et mox: Τὸ μὲν ἀγέννητον καὶ τὸν ὑπάρξεως τρόπον, ἀλλήλων εἰσὶ γνωρίσματα· τὸ δὲ οὐσίας τὸ θεὸς δηλωτικόν. *Ingenitum quidem & exiſtentiæ modus, alterum alterius invicem eſt nota: eſſentiam autem, DEi appellatio deſignat.* Item: Τὸ ἀγέννητον καὶ γεννητὸν οὐκ οὐσίας ὀνόματα, ἀλλὰ τρόποι ὑπάρξεως. *Ingenitum & genitum non ſunt eſſentiæ nomina, ſed exiſtentiæ modi.* Tandem: Τὸ ἀγέννητον καὶ γεννητὸν οὐκ οὐσίας δηλωτικὰ, σημαντικὰ δὲ τῶν ὑποστάσεών ἐστιν. *Ingenitum & genitum non notant eſſentiam, ſed hypoſtaſes deſignant.* Baſilius M. lib. I. contra Eunomium, pag. 19. pluribus probat, vocem ἀγεννήτου eſſentiam Dei notare non poſſe, & tandem concludit: Δείκται δὲ ἡμῖν, τὸ ἀγέννητον οὐ τοῖς μὴ οὖσι παραμένον· ὥστε ψεύδεται ὁ πλάσας τῆς οὐσίας αὐτῆς εἶναι τοῦτο φωνὴν τοῦτον. *Demonſtratum autem eſt his, quæ abſunt, ingenitum connumerari: mentitur ergo, qui ipſius ſubſtantiæ hanc vocem eſſe ſignificativam putat.* Idem Baſilius, lib. IV. contra Eunomium, pag. 92 & ſeqq. operoſe demonſtrat, quod ὑπάρξεως τρόπον τὸ ἀγέννητον, καὶ οὐκ οὐσίας ὄνομα, *Ingenitum* notet *ſubſiſtendi modum, non vero ſubſtantiæ ſit nomen.* Suicerus.

13 Παντοκράτωρ.] Hanc *potentiam*, imo *omnipotentiam* ea Scripturæ loca DEO vendicant, in quibus DEUS dicitur omnia efficere, quæcunque vult, ut Pſalm CXV. 3. ea, quæ dicunt, DEO nihil eſſe impoſſibile, ut Lucæ I. 37. Matth. XIX. 26. ea etiam, quæ DEUM παντόμως *omnipotentem* vocant, ut Apoc. I. 8. IV. 8. XVI. 7. Tribus poſtremis locis occurrit vox παντοκράτωρ, quam pluribus examinat Greg. Nyſſenus Orat. II. contra Eunom. tom. II. p. 467. & tandem ita concludit: Οὐκοῦν ὅταν τὸ παντοκράτωρ φωνῆς ἀκούσωμεν, τοῦτο νοοῦμεν, τὸ πάντα τὰ ὄντα συνέχειν, ὅσα τε νοητὰ, καὶ ὅσα τὰ ὑλικῆς ἐστι φύσεως. *Igitur, cum vocem παντοκράτωρ audimus: hoc mente concipimus, nempe DEUM omnia in ſuo eſſe, ſive in ſua natura & eſſentia continere, & quæ intelligentia ſolaque mente comprehenduntur, & quæ materiali natura conſtant.* Theophilus, lib. I. ad Autolycum, p. 246. Παντοκράτωρ λέγεται, ὅτι αὐτὸς τὰ πάντα κρατεῖ καὶ ἐμπεριέχει τὰ πάντα· ὕψη τε οὐρανοῦ, καὶ τὰ βάθη τῆς ἀβύσσου, καὶ τὰ πέρατα τῆς οἰκουμένης ἐν τῇ χειρὶ αὐτοῦ ἐστιν. *Omnipotens vocatur DEUS, quia ipſe omnia tenet & continet: etenim altitudines cœlorum*

& profundilates abyssorum, & orbis habitabilis fines in manu ejus sunt. Cyrillus Jerof. Catcheſi Illum. VIII. pag. 74. Παντοκράτωρ ἐστὶν, ὁ πάντων κρατῶν, ὁ πάντων ἐξουσιάζων. *Παντοκράτωρ est, qui omnibus imperat, qui omnibus dominatur.* Videri etiam poteſt Dionyſ. Areopag. cap. X. de divinis Nominibus, p. 658. 659. Perſpicua ſunt, quæ ad verba Dionyſii habet Pachymeres, pag. 665. Λέγει παντοκράτωρ, ὃν πάντων κρατεῖ καὶ ἐξουσιάζει καὶ ὑπερκεῖται καὶ ἐξωνίσι αὐτὰ τοῖς δυναμένοις ἅπασι. *Dicitur* omnipotens, *quia omnibus imperat, & dominatur, & ſufficit poteſtas ejus omnibus, qui ab ipſo gubernantur.* DEUM vero omnipotentem eſſe, ac proinde merito in hac δοξολογίᾳ *potentiam ejus*, vocari *omnipotentiam*, ita certum eſt, ut nulla prorſus probatione ſit opus. Certe Chryſ. in Pſalm. CXLI. potentiam DEI vocat παντελῆ δύναμιν, & in Cap. VII. Jeſaïæ παντελῆ δύναμιν, καὶ ἀφθόνου ἐξουσίας; *omnipotentem potentiam, & ineffabilem poteſtatem* conjungit. Cyrillus Alexand. lib. III. adv. Julianum, pag. 108. Παντελὴς τὸ Θεῖον, ἀπροσδεὲς ὂν ἄλλου ἀϊδιές. *Omnipotens eſt DEUS, nec ulla prorſus re eget.* Sanctus Macarius, Homil. XXVI. p. 354. itidem paucis multa complexus eſt: Τῷ θεῷ οὐδὲν ἄφατον, ὅσον πάντα δύναται ποιῆσαι. *Deus momento temporis omnia facile efficere poteſt.* Ut vero doctrinam de *omnipotentia DEI* ex Antiquitate magis enucleate proponamus, de ejus objecto paulo enarratius diſſerendum. Hic non moramur otioſos Philoſophaſtros, qui per inanes ἀποῤῥήτους ſubtilitates, multa, aliquando etiam DEO indigniſſima, blaterant de hoc Capite. Apoſtoli nobis commendata eſt regula, quæ jubet φρονεῖν εἰς τὸ σωφρονεῖν ſancti Gregor. Nazianzeni nobis obverſatur exemplum, qui Orat. XXXIX. pag. 630. de ſe teſtatur, φρίττω τὴν γλῶτταν καὶ τὸν νοῦν, καὶ ἀλγύνεται, ὅταν τῶν Θεοῦ φθέγγωμαι. *Et lingua, & mente, & cogitatione horreſco, quoties de Deo ſermonem habeo.* Atque hoc ἀκουστὸν πάθος καὶ μυστήριον omnibus auditoribus ſuis precatur. Sed ad rem. Quidam *DEI potentiam* anguſtioribus quam par eſt finibus coarctantes, aſſerunt, DEUM ea tantum poſſe, quæ velit, ac proinde omnia, quæ nolit, ab objecto potentiæ ejus eſſe removenda. Verum, ſi rem accuratiori ſubjiciamus examini, ipſamque Scripturam conſulamus ſacram, quæ, teſte Chryſoſtomo, οὐδὲν παρεσιώπησε τῶν χρησίμων ἡμῖν, *nihil tacuit eorum, quæ nobis utilia ſunt*, deprehendemus, ſententiam iſtam diſſertiſſimis ejus teſtimoniis refelli. Annon enim luculenta ſunt illa Johannis, ὃ τῆς μεγαλοσίας κάρτα ἐστὶ, καὶ μεγαλοπρεπείας οἰκεῖον; ut à Nyſſeno, Orat. de pœnit. tom. II. pag. 167. vocatur; Matth. III. 9. Λέγω ὑμῖν ὅτι δύναται ὁ Θεὸς ἐκ τῶν λίθων τούτων ἐγεῖραι τέκνα τῷ Ἀβραάμ; Potuiſſet ergo hoc DEUS, ſed nolebat. Annon omnem nobis ſcrupulum eximere poſſunt verba ipſius Salvatoris Matth. XXVI. 53. Potuiſſet omnino Chriſtus orare Patrem, ſed nolut: potuiſſet ei Pater ſiſtere legiones Angelorum; ſed itidem nolut. Plura ergo DEUS poſſet, quam vult. Theodoretus in Pſalm. CXXXV. Οὐ τῇ δυνάμει σύμμετρα τὰ γινόμενα, ἀλλὰ τῇ βουλήσει· ἐδύνατο μὲν γὰρ καὶ πολλαπλάσια τούτων, καὶ πολὺ μείζονα δημιουργῆσαι· ἀλλὰ τοσαῦτα καὶ τοιαῦτα ἐβούλετο. *Res creatæ non reſpondent potentiæ, ſed voluntati: potuiſſet enim his multo plura, & multo majora creare: ſed tot & talia voluit.* Ita apud Juſtinum Martyr. reſponſ. ad quæſtion. III. Græcorum. Θεὸς, ὅσα μὲν βούλεται ποιεῖν, δύναται ποιεῖν· οὐχ ὅσα δὲ δύναται, βούλεται ποιεῖν. *Quæcunque DEUS facere vult, ea facere poteſt: at non, quæcunque facere poteſt, ea facere vult.* Gemina prorſus occurrunt apud Damaſcenum Orth. fidei lib. I. Cap. ult. p. 64. Πάντα μὲν, ὅσα θέλει, δύναται· οὐχ ὅσα δὲ δύναται, θέλει. δύναται μὲν γὰρ ἀπολέσαι τὸν κόσμον· οὐ θέλει δὲ. *Omnia quæcunque vult poteſt, non autem quæcunque poteſt vult. Nam poteſt quidem perdere mundum, ſed non vult.* Suo hoc ipſum calculo Tertull. lib. adverſus Praxean. Cap. X. pag. 847. ſatis perſpicue comprobat. Sic de DEO ad Praxean. *Non quia omnia poteſt facere, ideoque credendum eſt, illum feciſſe, etiam quod non fecerit. Sed an fecerit, requirendum. Potuit, ſi voluiſſet,*

ita

Αὐτὸς δ' ὁ βλέπειαν ἀνητῆς ὑπὸ σαρκὸς ἀπάσης.
[14] Τίς γὰρ σὰρξ δύναται τὸν ἐπουράνιον καὶ ἀληθῆ
Ὀφθαλμοῖσιν ἰδεῖν θεὸν ἄμβροτον, ὃς πόλον οἰκεῖ,
Ἀλλ' οὐδ' ἀκτίνων κατεναντίον ἠλίοιο
Ἀνθρωποι σῆναι δυνατοὶ, ἀνητοὶ γεγαῶτες
Ἄνδρες, ἐν [15] ὀσσέοις φλέβες καὶ σάρκες ἐόντες,

Omnia, mortali non aſpectabilis ulli.
Corporeis oculis etenim quis cernere verum,
Æternumque Deum poſſit, cœlumque colentem?
Cum neque ſplendentis radiantia lumina ſolis
Suſtineant homines mortales cernere contra.

Αὐ-

ita ſalvus ſim, DEUS pennis hominem ad volandum inſtruxiſſe, quod & nulvis præſtitit: non tamen quia potuit, ſtatim & fecit. Potuit & Praxean, & omnes pariter hæreticos ſtatim extinxiſſe, non tamen quia potuit, extinxit. Interim non negaverim, veterum nonnullos ſtatuiſſe, *voluntatem DEI menſuram eſſe potentiæ ejus.* Id fecit Theodoretus non uno loco. In Epitome div. Decret. Cap. V. ſcribit: Γνώμην ἐχει θεὸς τῇ βουλήσει τῶν δύναμιν. *DEUS habet potentiam voluntati æqualem.* Idem in Pſalm. CXIV. Σύμμετρον ἐχει τῇ βουλήσει τὴν δύναμιν. Et θεραπευτ. ſerm. IV. Τῷ θεῷ τὰ ὅλων ὅσα βουλήσει, δυνατὰ· τῇ βουλήσει γὰρ ἡ δύναμις ἕπεται. *Univerſorum DEUS, quæ vult, eadem poteſt: divinæ ſiquidem voluntati etiam facultas adjuncta eſt.* Damaſc. Orth. fidei lib. I. Cap. VIII. DEUM vocat δύναμιν ὑπὲρ μέτρου γνωριζομένην, μόνῃ γὰρ τῇ οἰκείᾳ βουλήσει μετρωμένην, *potentiam nulla menſura cognitam, ſola vero propria voluntate menſuratam*; & addit, πάντα γὰρ ὅσα θέλει, δύναται. *Omnia enim, quæcunque vult, poteſt.* Et Cyrillus Alexand. Catena in Cap. II. Joh. pag. 80. Θεὸς οὐ μόνῳ τῷ θέλειν, ἔχει τὸ δύνασθαι. *DEO velle, poſſe eſt.* Hæc tamen ſententiam noſtram de Objecto potentiæ divinæ minime labefactant: Voluntas enim DEI divinæ potentiæ menſura eſt, quia, cum apud hos ſit velle quod facere, ut ait Aug. in Pſ. CXLIV. DEUS nihil poteſt facere, quod non poſſit velle, & nihil poteſt velle, quod non poſſit facere. Huc faciunt illa ex Epiſt. Theodor. CXLIV. pag. 1019. Οὐδὲν βούλεται ποιεῖν ὁ θεὸς ὃ μὴ πέφυκε. *Deus nihil vult facere, quod naturæ ejus non congruat.* Idem.

14 Τίς γὰρ σὰρξ] Betulejus notavit olim in Theophilo non exſtitiſſe ſequentes quatuor verſus, ſed ex Clemente illos fuiſſe adjectos: hodie reperiuntur in Theophili ſcriptis, uti conſtat ex ultima illius ſcriptoris Additione Colonienſi, anni 1686.

15 Ὀσσέοις] Turnebus legit ὀσσείοις.

Αὐτὸν τὸν μόνον ὄντα σέβεσθ' ἡγήτορα κόσμου,
Ὃς μόνος εἰς αἰῶνα καὶ ἐξ αἰῶνος [16] ἐτύχθη,
[17] Αὐτογνὴς, ἀγένητος, ἅπαντα κρατῶν διαπαντὸς,
[18] Πᾶσι βροτοῖσιν ἑνὼν τὸ κριτήριον ἐν φάει κοινῷ

Hunc colite, hunc unum, qui ſolus regnat in orbe,
Qui ſolus ſemperque fuit, ſemperque futurus,
Non genitus, per ſe conſtans, tenet omnia ſemper,
Et viget in cunctis mortalibus, atque vigorem

[19] Τῆς

16 ἐτύχθη] Sic legendum eſt ex emendatione Cl. Turnebi & autoritate codicis Lactantiani, illud ἔτυχεν quod pleræque editiones habent, nullo modo admittendum. *Opſopæus.*

17 Αὐτογνὴς] Huc reſpexit Lactantius lib. 1. cap. 7. his verbis. *Conſequens eſt, ut quando nihil ante illum fuit, ipſe ante omnia ex ſeipſo ſit procreatus; ideoque ab Apolline αὐτογνὴς & Sibylla αὐτογνὴς & ἀγένητος, & ἀνάρχητος nominatur.* Unde ſuſpicio eſt Lactantium ἀνάρχητος pro ἅπαντα legiſſe. Dicitur verò non ſolùm ab Apolline αὐτογνὴς, ſed etiam ab ipſa Sibylla lib. 2. *Opſopæus.*

18 πᾶσι βροτοῖσιν &c.] Turnebus in margine codicis ſui hanc electionem pro vulgata notaverat, βροτοῖς σὺ νεῦσον, & in fin. carm. pro ἐν κοινῷ φάει, has varietates ἐμβόλιμος κοινῷ vel ἐν δαὶ κοινῇ vel ὕδατι κοινῷ, vel ὅλον ἅπασι ἐν φάει εἶσι. Auratus ita emendaverat πᾶσι βροτοῖσιν ἐν ὅν τὸ κριτήριον ἐν φάει εἶσι, i. cum omnibus hominibus unum ſit tribunal, ſcilicet adeundum in die uno: vel (ſi malis ἐν ὢν) ille Deus qui omnia nutu ſuo moderatur, unicum eſt tribunal omnibus hominibus in die uno, hoc eſt, unus & ſolus judex pro tribunali ſedens ſententiam de omnibus in judicii die laturus. Atque hæc ſententia percommoda eſt: ſed malim ego ſcribere ἐν φαὶ κοινῷ. Sic enim iterum; infra παρίστατ' ἐν φαὶ κοινῷ & poſtea γνώσεται ἅμα τῦδε, τὸ ἀπόκρυφον ἐν φαὶ κοινῷ, ex auctoritate codicis regii. *Opſopæus.* Subditur in carmine Sibyllæ:

Πᾶσι βροτοῖσιν ἑνὼν τὸ κριτήριον ἐν φαὶ κοινῷ.

Variè ſummi viri Turnebus, Auratus, Obſopœus, hunc verſum volverunt. Tertii horum ſententia nobis maximè arridet, aliis locis ſtabilita. — ἐν φαὶ κοινῷ. Sed omnino in præcedentibus ſcribendum

—— ἅπαντα κρατῶν ἅμα πάντες
πᾶσι βροτοῖσιν, ἓν ὂν τὸ κριτήριον φαὶ κοινῷ.

Dicit enim Deum omnium hominum potentem eſſe, omniumque ipſorum operum gubernatorem; Omnium vero unum Judicium ſit in communi luce. Lux vero communis omnium illa eſt quam diu poſt Sibyllam hanc, ei tamen divinitus inſpiratam in Euangelio Salvator Opt. Max. loquitur, nihil dicens tam occultum eſſe, quod in lucem judicandum non aliquando ſit producendum. Videtur fuiſſe in eadem ſententiâ eruditiſſimus vir Joannes Auratus, ſed illius conjectura tam obſita mendis exſtat in notis Obſopœi ut conjectatione opus ſit novâ. *Bathius.*

19 Τῆς

[19] Τῆς κακοβουλοσύνης ἧ τὸν ἄξιον ἔξεπε μισθὸν,
Οὕτι θεὸν προλιπόντες ἀληθινὸν, ἀέναόν τε
Δοξάζειν, ἀυτῷ τε θύειν ἱερῆς [20] ἑκατόμβας,
Δαίμοσι τὰς θυσίας ἐποιήσαλε, τοῖσιν ἐν ἄδῃ.

Sensibus insinuat, communis luminis autor.
Præmia sed pravæ mentis digna accipietis:
Quandoquidem æternoque Deo, veroque relicto,
Cui decus & sacro debetur victima ritu,

[21] Tú-

19 τῆς κακοβουλοσύνης &c.] Hoc etiam olim docuit Homerus in Odyss.

ὅτι κῆ ἄλλους
Ἀνθρώπους ἰφορᾷ, κῆ τίνται ὅστις ἁμαρτῃ.
qui & alios
Homines intuetur, & plectit, quicumque peccat.

Et si autem Deus sit remunerator operum justorum & malorum vindex, non tamen illico post, peccatorum commissionem illa statim punit, at vero tandem aliquando vindicta sequitur, quo respicere videtur Valerius Maximus lib. I. cap. II. *Lento gradu ad vindictam sui Divina* precedit ira, tarditatemque supplicii gravitate compensat. ὅτι γὰρ ὁ Θεὸς ταχέως κολάζει ἀλλ' αὖτη μὲν ἰσην ἀνθρωπίνη δίκη. Lysias orat: V. *consuesse enim Deos immortales, quo gravius homines ex commutatione rerum dolent, quos pro scelere eorum ulciscí velint, his secundiores interdum res, & diuturniorem impunitatem concedere.* Cæs. de bello Gallic. lib. I. ad quæ verba Manutius in Scholiis affert hunc Homeri locum. Ἀδικεῖς μὲν τὸ μὴ μιμεῖσθαι τὸ σὸν τῶν Θεῶν ἐφί τι κῆ κέρδεσιν ἐντυγεῖν ἀπόπειραι. Pausan. lib. VIII. Huc porro spectat tritum illud & vulgatum apud Græcos paræmigraphos, ὁ Ζεὺς κωλῶδι χρόνῳ θεὶς τὰς δίφθερας. *Sero Jupiter diphtheram inspexit.* Et notus ille versus pro verbialis

Οὐκ ἐπὶ πᾶσι μύλοι, ἀλέουσι δ' ἀργὸν.
Lanei Deorum pedes &c,
Raro antecedentem scelestum
Deserunt pede pœna claudo. Horat.
Sed Videt hoc, videt ille Deum regnator; & ausis
Sera quidem, manet ira tamen; Stat. Papin. Theb. V.
Sera tamen tacitis pœna venit pedibus. Tibullus. Sed vide & Plutarchi librum de sera numinis vindicta. Hinc recte in hisce prætensis Sibyllarum oraculis ἔξεπε μισθὸν, *mercedem habebitis.* Du Portus.

20 Ἑκατόμβας] Sacrificii genus, in quo ritus sic servabantur, ut centenæ suis generis victimæ mactarentur; ut centum sues, centum hædi, &c. Ovidius Metamorph. lib. VIII.

Vota Jovi Minos taurorum corpora centum
Solvit. Hofmannus.

21 Tú-

[21] Τύφῳ ϗ μανίῃ δ' ἐβαδίζετε, ϗ τείχεον ὀρθὼ
Εὐθείαν ἀφέλιπόντες, ἀπήλθετε, ϗ δι' ἀκανθῶν
Καὶ σκολόπων ἐπλανᾶθε βεβηλοὶ παύσασθε μάταιοι
Ῥεμβόμενοι σκοτίῃ, ϗ ἀφεγγέϊ νυκλὶ μελαίνῃ·
[22] Καὶ λίπετε σκολίλιν νυκτὸς, φωτὸς δ' ἐπάβεσθε·
[23] Οὗτος ἰδὼ πάντεσσι σαφὴς. ἀπλάνητος ἀνάρχ.

Manibus infernis feciſtis ſacra ſuperbi.
Inſanique, via recta veraque relicta,
Erratis per iter ſcopulis & ſentibus horrens.
Deſinite in terræ noctis titubare tenebris,
Vani mortales: noctiſque nigrore relicto,
Utimini (patet en cunctis errore ſine ullo)

E'λ-

21 Τύφῳ] Putant nonnulli τυφλοὶ ſcribendum eſſe pro τύφῳ: ſed genuinam eſſe hanc lectionem aſſerit Clemens Alex. qui quatuor hos verſus in oratione exhortatoria citat pag. 13. Variat autem aliquantulum a noſtra lectione. Sic enim legit in altero ἀπήλθετε τλὼ δὶ ἀκανθῶν, atque reliquos ſic continuat, verſu integro qui hic legitur extrito, ϗ σκολόπων. ἰὼ πλανᾶσθε βροτοὶ. (ſcribe βροτοὶ, apud Clement. παύσασθε μάταιοι, κ᾽ λιπέτε σκοτίλιν νυκλὶ. φωτὸς δὶ λάβεσθε. l. 18 ita Xyſtus: Clemens in protreptico ſequentes octo verſus citat (pag. 211.) paucis verbis muratis. Nam pro πάντεσσι legitur πάντα ἴσι: quanquam πάντεσσι etiam ſtromatéων lib. v. legatur pag. 29. pro γνόφου ζόφου. In κρύπτεται τε, conjunctio τε apud Clementem abundat. Sed cur non addo Clementis explicationem? εὐθέως σφόδρα τλὼ μὶν ἀπατλω ἀπειλίζουσα τὸ σκότ, τλὼ δὶ γνῶσιν ἠλίῳ ϗ φωτὶ τῷ θεῷ, ἄμφω δ' ἐμφαίνῃ τῇ συγκείσῃ τλὼ ἐκλογλὼ διδάσκ. τὸ γὰρ ψευδὲς, ὡ ψιλῇ τῇ ἀληθείᾳ τὸ ἀληθὲς ἀφαπεδάνυται: τῇ δὶ χρόᾳ τ' ἀληθείας ἐνδιαζόμενον φυγαδεύεται. Oporinus.

22 Καὶ λίπετε] MS. Meus codex legit Καλίπετε. Gallæus.

23 Οὗτος ἰδὼ &c.] Clemens in Protreptico ſequentes octo verſus citat, paucis verbis mutatis. Nam pro πάντεσσι, legitur πάντα ἴσι: quanquam πάντεσσι etiam στρωματέων lib. 5. legatur. Pro γνόφου, ζόφου. In κρύπτεται τε, conjunctio τε apud Clementem abundat. Sed quur non addo Clementis explicationem? εὐθέως σφόδρα τλὼ μὶν ἀπατλω ἀπειλίζουσα τὸ σκότ, τλὼ δὶ γνῶσιν ἠλίῳ ϗ φωτὶ τῷ θεῷ, ἄμφω δ' ἐμφαίνῃ τῇ συγκείσῃ τλὼ ἐκλογλὼ διδάσκ. τὸ γὰρ ψευδὲς, ὡ ψιλῇ τῇ ἀληθείᾳ τὸ ἀληθὲς διασκεδάνυται, τῇ δ' ἀληθείας ἐνδιαζόμενον φυγαδεύεται. In ſcripto Sibyllino codice hi tres verſus continui legebantur illic, εἷς θεὸς, ſed confuſi: quos tum vel ex Lactan-

Ἐλθέ, μὴ σκολίῶν δ' ἐκ διώκετε, ἠ γνόφον αἰεί.
Ἠελίκ γλυκυδερκὲς ἰδὲ φάος ἔξοχα λάμπ.
Γνῶτε δ' ἓ καθέμῶοι σοφίῶν ἐν φήθεσιν ὑμῶν·
Εἷς θεός ἐστι, βρυχὰς, ἀνέμκς, σεισμὲς ὑπέμπων,
Ἀ'σερπὰς, λιμὲς, λοιμὲς ἠ κήδεα λυγρὰ,
Καὶ νιφέδες, κρύσαλλα. τί δ' ἦ καθ' ἓν ἀγορδύω;
[24] Οὐρανῦ ἡγεῖται, γαίης κεφαλεῖ, [25] αὐτὸς ὑπάρχ.

Solis luce, ſuo qui lumine cuncta ſerenat.
Atque hoc pectoribus ſapienter noſcite veſtris:
Unus, qui pluvias mittit, motuſque, notoſque,
Eſt Deus, atque fames, peſtes, triſtesque dolores,
Atque nives, glaciem. ſed quorſum ſingula pando?
Imperat & cœlis, & terræ præſidet. Ipſe eſt.

ſtantiana lectione ſuo nitori reſtituerat, quæ cum Theophili lectione pulchrè conſentit. In codice Sibyllino ſcriptum erat, πάντων ὑπέρτατος, *manifeſto errore: erat tamen genuina lectio in margine annotata, cum Theophilo & Lactantio conſentiens. Quin etiam Antimachus legit,* παντυπέρτατος. *In codice Sibyllino huic verſui connexi erant alii tres, ſed abrupta & interpolata ſententia: id quod magis jam ex Theophilo apparet. Paulo ſuperius melius locum habere poſſe videtur, circa numerum 7. Nam mihi ſic ordinata lectio poſſe videtur,*

Γνῶτε δὲ κραδίῃσι σοφίῃ ἐν φρέσιν ὑμῶν,
Ὡς μόνος ἔστι θεὸς πέμπων ἀκαμάτους ὑπάρχων,
Αὐτὸς τελεσφόρος μορφῆς τε τύπου, μερόπων τε

Λέγει μῖξε, φύσιν πάντων γενεὰς βιότου
Εἷς θεὸς, &c. *Hæ noſtræ ſunt conjecturæ, quæ fortè fallere poſſunt. Certum eſt Sibyllina eſſe, vel quia in codice ſcripto continentur, vel quia citantur à Lactantio. Lactantius tamen à codice hoc numine variat, quòd ille legit,* αὐτὸς ἴμιξε: *in Sibyllinis verò eſt,* αὐγαῖς μῖξε. *Centones ſunt ſine ordine cohærentes, quæ ſcriptus liber ab initio habet. Reliqua relinquo pio lectori cenſenda.* Betuleius.

24 Οὐρανῦ ἡγεῖται] *In fine prioris hujus de Deo carminis, quod ſequius de Dæmoniis loquitur inſignius in fine mendum eſt, quod cum familiari olim meo Euſt. Swartio profligatum ipſi edendum dedi*

Οὐρανοῦ ἡγεῖται, γαίης κρατεῖ, αὐτὸς ὑπάρχ.

Καὶ περὶ τῶν γενητῶν λεγομένων ἔφη.

[26] Εἰ δ' γενητὸν ὅλως καὶ φθειρε῀, ὃ δυάτ' ἀνδρὸς

De iis autem qui generati dicuntur, ait:

Quod si progenitum est, prorsum interit: exq; virili

[27] Ἐκ

Tertium addiderat vates: nimirum inferos quibus dominetur idem Deus, sine quorum mentione omnino manca est sententia; quod vero editur, bis idem dicit. Tu constanter scribe.

Οὐρανῦ ἠγεῖται, γαίης κρατεῖ, Ἀϊδῶ ἄρχει.

Ipse rotat cælum, terram regit, imperat Orco.

Eodem verbo de Deo suprà usa est - εἷς θεὸς ὃς μοῦνος ἄρχει ὑπερμεγέθης, ἀγήρως. Sed & Orci supra meminit. Nec de emendatione dubitandum. Carmen nunc ipsum Latinis numeris producamus

Mortaleis homines compacti carne caducâ
Quid subito elatis finem sepositis ausis
Negligitisque Deum vos desuper inspectantem,
Summum testem operum, vigili vice cuncta videntem
Pactorem omnituentem, a quo vitalis in omneis
Spiritus it, vegetans obnoxia corpora letho?
Rex unus solusque sine ortu, ultra omnia magnus
Cunctidomans, invisus, at contingi lumine namque,
Cœlestem, æternum, verumque pote incolam Olympi
Futilibus spectare oculis, caro dedita morti,
Clarividi radios contrà consistere solis
Cum nequeant homines, venis atque ossibus apti?
Hunc colite; hunc solus mundi qui templa gubernat
Solus is ex ævo fuit, atque futurus in ævum est
Ipse parens, sine patre, regens unâ omnia summâ
Judicii commune jubar mortalibus indens
Consilii merces pravi vos digna sequetur
Vera quod æterni spernentes jura magistri
Cui debetur honos, cui sanctificæ Hecatombæ
Spiritibus stygiis divos adolestis honores.
Insani fastu & furiis loquistis apertis,
Recta viæ, spinosum itinet per cæca secuti
Confraga, per scopulos longis erroribus acti
O miseri, revocate gradum; tenebrosa vagati
Per loca terrificæ, damnato lumine, noctis.
Linquite, ió tenebras, claramque apprendite lucem
Omibus ecce, omni, lux, orba errore, patescit.
Huc agedum, noctem nimbosam haud deinde secuti
Suavividum solis hoc en lux aurea fulget
Et Sophiam penito perceptam immittite cordi
Est Deus unus agens pluvias, ventosque movantes
Fulguraque morbosque, famemque a funebre lethum
Ille nives, glaciemque, sed omnia dicere longum est
Ille rotat Cœlum, terram regit, imperat Orco.

Barthius.

25 Αὐτὸς ὑπερέχει] lege ἄϊδῶ ἄρχει, Imperat orco. Uti multis probat Swarthius in Analectis, p. 31. & 32. *Gallæus.*

26 Εἰ δ' γενητὸν &c.] Ista integra non sunt.

[27] Ἐκ μηρῶν μήτρας τε θεὸς τετυπωμένον εἶναι.
Ἀλλὰ θεὸς μόνος εἷς [28] παναπέρτατος, ὃς πεποίηκεν
Οὐρανὸν, ἠέλιόν τε, καὶ ἀστέρας, ἠδὲ σελήνην,
Καρποφόρον γαῖάν τε, καὶ ὕδατος [29] οἴδματα πόντου,
[30] Οὔρεα θ' ὑληέντα, καὶ ἀέναα ῥέεθρα πηγῶν,

Fæmineoque nequit membro Deus esse creatus.
Sed Deus est unus solus, rerumque supremus,
Qui cœlum, solem, stellas, lunamque creavit,
Frugiferam terram, pontique fluenta tumentis,
Silvosos montes, fonteſque perenne scatentes,

[31] Τῶν

sunt. Arbitror autem Sibyllam occasione à veri Dei unitate arrepta hîc multa argumenta congessisse, quibus Deorum multitudinem, procreationem item & genealogiam refelleret. Indicio sunt tres illi versus à Theophilo in secunda oratione ad Autolycum allegati, quos inter fragmenta primos posui: sed quia illorum alter illic laborat, emendatos hîc denuo adjungam.

εἰ δὲ γε γεννῶσι, καὶ ἀθάνατοί γε μένουσι,
πλείονες ἀθρόοι γεγονάμεν εἰσὶ θεοὶ ἴσως.
ἀλλὰ τύπος σῶμα θνητοῖς οὐκ ἂν πού ὑπῆρξεν.

Qui non ineptè forsan huic εἰ δὲ γεννῶσι, &c. præponentur. Certè nihil aliud sibi volunt verba ista Theophili: καὶ οὐδὲ τοὺς γεννητοὺς λεγομένους ἔφη. Qui enim sunt illi qui generati dicuntur, nisi Dii gentium sive Hesiodei ex maris fœminæque coitu procreati? l. 2. Lactantius refert his verbis lib. 1. cap. 8. *Non multùm à multis animalibus differunt, qui credant eos qui geniti sunt maris ac fœminæ coitu, aliquid majestatis divinæque virtutis habere potuisse: cum Sibylla Erythræa dicat*: ὃ δύνατ' ἀνδρὸς ἐκ μηρῶν μήτρας τε θεὸς τετυπῶσθαι εἶναι. Opsopœus.

27 Ἐκ μηρῶν. &c.] Hic versus legitur apud Lactantium lib. I. cap. VIII. hæc Sibyllina, in scripto libro non inveniebantur, sed apud Thophilum extant, ubi πεπωμένον rectius legitur. *Betuleius.*

28 Παναπέρτατος, &c.] Corrupte in carminibus Sibyllinis πάντων ὑπέρτατος. quod respuit scansio; quanquam ibi monet adnotator ad oram libri Sibyllini habeti in MSS. sicut in nostro. *Iseus.*

29 Οἴδματα πόντου] Auratus paulo ante obitum suum monuerat legendum esse, οἴδματα πόντου, sed nihil mutandum censeo, alibi enim ait Sibylla, ἄγεμα κύματος πόντου: Opsopœus.

30 Οὔρεα θ', &c.] Priores editiones & codices manuscripti constanter habent ὑψίντα, *excelsos*, quod cum alibi non legissem, in ὑλήεντα verti, nisus versu illo ex oraculo Apollinis Didymæi, βαίνων ὑλήεντα κατ' ὄρεα χιονὶ κεχριμένα: sed nimis præpropere, ut me postea docuit similis versus infra ὄρεά θ' ὑφίντα, καὶ ἄγεμα κύματος πόντου. Id itaque hic restitue, & versum integrum ita scribe: Οὔρεά θ' ὑψίντα καὶ ἀέναα ῥέεθρα πηγῶν. *Idem.*

31 Τῶν τ' ἐνύδρων πάλι γένος ἀνήριθμον πολὺ πλῆθος.
32 Ἑρπετὰ ἢ γαίης κινήματα ψυχροτροφείτε,
Ποικίλα τε χλωρῶν λιγυρόθρεα, τερπνίζοντα,
Ξυθὰ, λιγυπερόφωνα, τερφόσυντ' ἀέρα ταρσοῖς·
Ἐν ἢ νάπαις ὀρέων ἀγρίαν γένναν θέτο θηρῶν,
Ἡμῖν τε χλωὴν ὑπέταξεν πάντα βροτοῖσιν·
Πάντων θ' ἡγητῆρα κατέσπασεν θεότευκτον,
Ἀνδρὶ δ' ὑπαίταξεν παμποίκιλα, κ' ἀκαλάλητα.
Τίς γὰρ σαόφρων δυναῖ) θνητῶν γνῶναι τάδ' ἅπαντα;
Ἀλλ' αὐτὸς μόνος οἶδεν ὁ ποιήσας τάδ' ἀπ' ἀρχῆς,

Et ſub aquis degens genus innumerabile gignit,
Quæque premunt terram ſerpentia corpora nutrit,
Et varias volucres, ſeu balbas, ſive canoras,
Stridentes, teneras, ſulcantes aëra plantis,
Et genus impoſuit ſylvis agreſte ferarum,
Subjecitque pecus nobis mortalibus omne,
Cunctorumque ducem fecit Divinitus ortum,
Subjecitque viro quæ vel comprendere non ſit.
Nam quis hæc valeat mortalis noſcere cuncta?
Ipſe ſed hæc ſolus novit, qui condidit unus,

33 Ἄφθαρ-

31 Τῶν τ', &c.] Auratus emendat γένναν: ſed rectius retinetur γένος, ut reperitur ὃς, qui procreat. *Idem.*

32 Ἑρπετὰ ἢ γαίης] Turnebus emendat ἐν γαίης, Auratus τ' ἐν γαίῃ; & ſtatim diviſe ſcribendum ψυχροτροφεῖτε, vel ψυχροτροφοῦ τε, & in frigidis locis nutrit idem ille Deus varia terræ ſerpentium genera. *Idem.*

33 Ἄφθαρ-

33 Ἄφθαρτος κλίσης, αἰώνιος, αἰθέρα ναίων· (θεὸν,
34 Τοῖς ἀγαθοῖς ἀγαθὸν φερέφρων πολὺ πλείονα μι-
Τοῖς δ' κακοῖς, ἀδίκοις τε, χόλον καὶ θυμὸν ἐγείρων,
35 Καὶ πόλεμον, καὶ λοιμὸν, ἰδ' ἄλγεα δακρυόεντα.
Ἄνθρωποι τί μάτην ὑψόμβροι 36 ἐκπεριζεῖτε;
Αἰσχυνθῆτε 37 γάλας καὶ κνώδαλα θειοποιοῦντες.
Οὐ μανίη καὶ λύσσα φερενῶν, καὶ 38 ἐσπόια φάρη;

Auctor inextinctus, æternus, in æthere degens,
Et multo majora bonis bona præmia reddens,
Injustosque, malosque, ira pœnisque coërcens,
Immittens bellum, pestem, tristesque dolores.
Stirpitus, ô homines, cur insurgendo peritis?
Non pudet in divos, feles & bruta referre?
An non est rabies, cæcæque insania mentis?

39 Ei-

33 Ἄφθαρτος κλίσης, &c.] Hic versus cum duobus sequentibus reperitur apud Lactantium, lib. de Ira Dei cap. XXII. sed variant codices MSS. Vide Betulæum in Lactantium, p. 476. *Gallæus.*

34 Τοῖς ἀγαθοῖς, &c.] Lactantius lib. de Ira cap. XXII. *Apud Erythræam Sibyllam de summo & conditore rerum Deo hujusmodi versus reperiuntur: nempe tres hi qui sequuntur.* E quibus alter vitiose in vulgatis Lactantii editionibus legitur, τοῖς τ' ἀγαθοῖς ἄρα καὶ φερέφρων πολὺ μείζονα μισθὸν. nam optimæ notæ exemplar V. Cl. Puteani plane præ se fert, ut habet Theophilus, τοῖς ἀγαθοῖς ἀγαθὸν, &c. *Opsopœus.*

35 Καὶ πόλεμον, &c.] Aut Orpheus à Sibylla, aut hæc ab Orpheo mutuata est versum istum. Sic enim ait ille, referente Justino in lib. de Monarchia, Clemente Stromat. lib. V. & Eusebio de Euang. præpar. lib. XIII. αὐτὸς δ' ἐξ ἀγαθοῖο κακὸν θνητοῖσι φυτεύει (al. δίδωσι) καὶ πολυμοχθείας. καὶ ἄλγεα δακρυόεντα. *Idem.*

36 Ἐκπεριζεῖτε] Auratus putat etiam ἐκφυσιᾶσθε legi posse. *Idem.*

37 Γάλας] Scribito γαλᾶς contractum ex γαλέας. *Idem.*

38 Ἐσπόια φάρη] Clauserus pro ἐσπόια φάρη, ἐσπόρια βόσκη legendum putat. Adr. Turnebus ἐσπόια φάρη vel ἐσθλὰ τ' ἀφέλιβα. Auratus vestigiis literarum insistens, κ' αἰθέρος ἀφαυρὰ, & *sensus imbecillus.* Idem.

[39] Εἰλοπόδας κλέπτωσι θεοὶ, συλῶσι δ' ὧτρας,
[40] Ἀντὶ δ' χρυσείην πόλον καταπίονα ναίειν,
Σηπόβρωτα δ' ἕδορχε, πυκναῖς δ' ἀράχναις [41] δεδίασαι·
Περσκωπέοντες ὄφεις, κύνας, αἰλούρους ἀνόητοι,
Καὶ πετεινὰ σέβεσθε, καὶ ἑρπετὰ θηρία γαίης,
Καὶ λίθινα ξόανα, καὶ [42] ἀγάλματα χειροποίητα,

Tauros furantur divi, prædantur & ollas,
Quoſque poli ſedes aureas habitare deceret,
Hos caries, denſiſque infeſtat aranea telis.
Serpentes colitis, ſtulti, feleſque, caneſque,
Et volucres, & quæ ſerpunt animalia terræ,
Et fabricata manu ſimulacra, & ſaxea ſigna,

[41] Καὶν-

39 Εἰλοπόδας, &c.] Clauſerus pro εἰλοπόδας ſcribit ἰλοπόδας, quod quid ſit neſcio. ἰλοπόδας quidem reperias apud Etym. & ἰλοπόδας apud Heſych. pro ſerpentum catulis: ſed id nihil ad hunc locum. Malim itaque αἰλόποδας cum Caſtalione. Mercurium enim boves ſurripuiſſe paſſim eſt apud poëtas, quamquam à vera prope abſit lectio Turnebi & Aurati, αἰλοπόδας, *ſi patinas*, q. d. Quænam perverſi rabies tam ſtulta cerebri, ut eos Deos eſſe credamus qui lances, patinas vel ſercula ſurripiunt, & ollas deprædantes? *Idem.*

40 Ἀντὶ δ' &c.] Auratus etiam ſic legi poſſe cenſuit: ἀντὶ δ' χρυσείου πόλου ἣν πίοσι πολὺ, quemadmodum in oraculo veteri, ἥκεις ὦ λυπεῖσθαι ἐμὸν ποτὶ πίσσαν ὑπόν, *Idem.*

41 Διδίασαι, &c.] Turnebus ſcripſit δεδύσαι. Auratus ἀράχνια δέδασαι, vel ἀράχναις πεπύκνωσαι, aranearum telis obſepta ſunt. Sed his varietatibus opus non eſt, aptiſſimum enim eſt verbum δεδίασαι è textrina petitum. Comicus apud Pollucem, ὁ δ' ἐξυφαίνει· ἰσὴ, ὁ δ' ἀφίστησι. Tela una perfecta, altera attexitur. Et in libro Judicum cap. XVI. de meretrice Samſonis capillos ſicio implicante, ἐδιάσατο σὺς ἑπτὰ βοστρύχους τῆς κεφαλῆς αὐτοῦ, &c. Solet namque Sibylla frequenter Bibliorum verbis & phraſibus uti: ut in hoc ipſo verſu σηπόβρωτα dixit, quemadmodum D. Jacobus in epiſt. ἱμάτια σητόβρωτα. Pergit autem hic deridere hominum ſtoliditatem, quod ſtatuas & idola à vermibus corroſa, & aranearum telis obſita pro diis colant. *Idem.*

42 Ἀγάλματα, &c.] Ἄγαλμα in genere eſt, παῦ, ἐφ' ᾧ τις ἀγάλλεται. *omne id, quo quis delectatur*: ita Heſychius, & ex eo Suidas & Phavorinus. Etymolog. M. Ἄγαλμα, ἀγαλλίαμα, παῦ ἐφ' ᾧ ἀγάλλεταί τις καὶ χαίρει, καὶ τι εἴδωλον ἢ, καὶ τι εἰκών: *Omne id, quo quis delectatur & gaudet, ſive veſtis ſit, ſive imago.* Poſt Homeri tempora, ἄγαλμα ſignificare cœpit ξόανον. Iterum Heſychius: Ἄγαλμα, ξόανον, ἄφο-

ἀφομοίωμα, εἰδώλων, εἰκόνων, ἢ ἀνδριάντων. Ἄγαλμα est statua, simulacrum idolorum, imaginum vel statuarum. Vetus Homeri scholiastes ad Iliad. δ'. v. 144. Ἔστιν ἄγαλμα, καθώπερμα, παῖν ἐφ' ᾧ τις ἀγάλλεται· καὶ χαίρει· οἱ δὲ μυθοποιοὶ, ἄγαλμα εἶπον τὸ ξόανον. Ἄγαλμα est ornamentum, omne quo quis delectatur & gaudet: qui vero post Homerum scripserunt Poetæ, ἄγαλμα vocarunt statuam. Eodem modo Eustathius. & ex his Etymolog. M.

Si ergo hujus vocis usum spectemus,

I. Ἄγαλμα *proprie* sumitur, & post Homerum significat *simulacrum, statuam.* A scriptoribus Ecclesiasticis de Gentilium idolis usurpatur. Clemens Alexand. in Protrept. pag. 34. Ἀγάλματα ἔγραψε, ἔπλασε, ἀνέθηκε, ἀνεδύσατο τὸ ἀφροδισιακὸν ἄγαλμα, τὸ ἀφροπάγον), χρυσοῦν), ἐλεφάντινον, φορεῖον), ἅρμα ξύλινον), γλυφῆς). Καφλὼ μὲν δὴ γαῖαν, ἀνεπιζήτητον ὑπὸ τῆς τέχνης, τὸ ἀφροσιακὸν ἀναπείθοντες. Προσκυνοῦσι γοῦν οἱ δεισιδαίμονες, οἱ θεοὺς τὰ δαίμονας, καλοῦσι δὲ ἀνθρώπων τὸν ἐμὸν γλυπτὸν καὶ τὸν τέχνιτον, τὰ ἀγάλματα, ὅπερ ἐστίν. Ἐστι γὰρ ὡς ἀληθῶς τὸ ἄγαλμα ὕλη νεκρὰ, τέχνης χειρὶ μεμορφωμένη. *Simulacra otiosa, inefficacia, sensu carentia, alligantur, clavis affiguntur, compinguntur funduntur, limantur, secantur, eraduntur, celantur. Ac surdam sane terram indigne tractant statuarii, dum naturam illi propriam adulterant arte, aliisque, ut eam adorent, persuadent. Adorant autem illi, qui deos faciunt, non deos & dæmones, mea quidem sententia, sed terram & artem, quod quidem est simulacra adorare. Vere enim est simulacrum materia mortua, artificis manu formata.* Idem pag. 38. Gentilem ita alloquitur: Χρυσὸς ἦν τὸ ἄγαλμά σου, ξύλον ἦν, λίθος ἦν. γῆ ἦσθα, ἐκ ἀνθρώπου ποιητὴς, μορφὴν σοὶ τὴν ἀπὸ τέχνης ἐπεσκεύασε γλυπτὸν γὰρ πολεῖν, ἐ σεσκευῶν μεμελέτηκας· ἐ γάρ μοι δῆμος, ἐμπιστεύσαι ποτὲ τὰς αὐξούσας τῆ ψυχῆς ἐλπίδας. *Artium est statua tua, lignum est, lapis est, terra est, cujus si principium consideraveris, formam ab artifice accepit. Ego autem terram calcare didici, non adorare: non est enim mihi fas unquam rebus inanimatis credere spes animæ.*

II. Ἄγαλμα *improprie*, seu *metaphorice* accipitur, & tribuitur,

1. *DEO.* Clemens Alexand. in Protrept. pag. 34. Ἡμῖν οὐκ ὕλης αἰσθητῆς αἰσθητὸν νοητὸν τὸ ἄγαλμα ἐστὶ θεὸς, ὁ μόνῳ ὄντως θεός. *Apud nos nullum è materia sensili sensile simulacrum, sed qui sola percipitur intelligentia DEUS, qui solus vere est DEUS.*

2 *Omnibus hominibus*, utpote ad imaginem DEI creatis. Ignatius Epist. ad Philipp. pag. 45. Ἀγαπᾶτε ἀλλήλους ὡς Κυρίῳ, ὡς θεοῦ ἀγάλματα. *Diligite vos mutuo in Domino, ut DEI imagines.* Basilius Seleuciensis, Orat. II. quæ est de Adamo, pag. 7. Ἄνθρωπος δουλεύεις θεοῦ αὐτοχειρίᾳ ἀπαρτιζόμενος ἄγαλμα. *Homo est simulacrum subito digitis DEI creatum.* Clemens Alexand. in Protrept. pag. 40. Ἡμεῖς ἐσμὲν οἱ τῷ εἰκόνι θεοῦ σωφρονοῦντες τὸ ζῶον τὸ κινούμενον τοῦτο ἄγαλμα, τὸν ἀνθρωπον, σύνοικον, εἰκόνα, σύμβιον, συνήμερον, συμπαθῆ, συμπαθῆ. *Nos, nos sumus, qui DEI imaginem circumferimus in hoc vivo & mobili simulacro, homine videlicet, nobiscum habitantem imaginem, consulentem, colloquentem, contubernalem, & quæ nostris movetur, simulque dominatur perturbationibus.*

3 Hominibus pietate, sapientia, aliisque virtutibus ornatis. Hinc Ἄγαλμα εὐσεβείας, *pietatis imago.* Ita Agapetus Justinianum Imperatorem, sect. V. vocat. Verba ejus sunt: Γνῶθι, ὦ εὐσεβείας θεόκτιστον ἄγαλμα, ὅτι ὅσῳ μείζοσιν ἐξοίσεις τοῦ θεοῦ δωρεῶν, τοσούτῳ μείζονος ἀμοιβῆς ὀφειλήσεις ἀπαίτησιν. *Scito, o pietatis divinitus factum simulacrum, te, quanto majoribus DEUS te donatus fit donis, tanto majorem ei debere retributionem.* Theophanes Homil. V. pag. 31. ad Deuteronom. xxxii. 36. Ἐγὼ ἀποκτενῶ καὶ ζωοποιήσω· ἀποκτενῶ τὸ παλαιὸν τῆς ἁμαρτίας ἐρέθισμα, καὶ ζωοποιήσω τὸ νέον τῆς εὐσεβείας ἄγαλμα. *Ego occidam, & ego vivere faciam: delebo vetus peccati diversorium, & novum pietatis simulacrum excitabo.* Ἄγαλμα φιλοσοφίας. Isidorus Pelusiota, lib. III Epist. CCXVI. pag. 341. de Episcopis. Ὡς ἄγαλμα φιλοσοφίας ἀπάσης, τὰς τῶν ἱεροσυλῶν λαχίδας, παυλοχῦ φαίνεσθαι χρή. *Eos, qui Episcopatum acceperunt, tanquam Philosophiæ omnis simula-*

crum,

[43] Κἀνπαρόδοῖσι λίθων συγχώματα· ταῦτα σέβεσθε,
Ἄλλά τε πολλὰ μάταια, ἃ δὴ κ' αἰσχρὸν ἀγορεύειν.
Εἰσὶ θεοὶ μερόπων δολοήτορες ἔκτοι ἀβούλων,
Τῶν δὴ καὶ στόματος χεῖται θανατηφόρος ἰός.
Οὗ δ' ἔστιν ζωή τε, καὶ ἄφθιτον αἰέναον φῶς, (μα
Καὶ μέλιτος γλυκερῆς γλυκερώτερον ἀνδράσι [44] χάρ-

Et passim lapidum moles. hæc, vanaque multa
Præterea colitis, quæ sunt turpissima dictu.
Talia sunt hominum stultorum numina falsa
Quorum mortiferum distillat ab ore venenum.
At cujus vita est, cujus lux illa perennis,
Lætitia unde viris dimanat dulcior omni

E'x-

crum, ubique apparere oportet. Et Epistola sequenti: Θείας φιλοσοφίας αὐτόφυῆ ἀγάλματα. *Divinæ Philosophiæ gemina simulacra.* Ἄγαλμα ἤτοι, ἄγαλμα ἔμψυχον. Michaël Psellus Orat. de Passione Domini B. Virginem vocat ἔμψυχον ἀρετῶν ἄγαλμα, *vivum virtutum simulacrum.* Et Basilius Seleuciensis Orat. XXIX. pag. 157. Adamum appellat τὸ θείας ἀξίας ἔμψυχον ἄγαλμα, *divinæ dignitatis vivam imaginem.* Memoratu digna sunt, quæ Origenes Celso, Christianus objicienti, *quod nullas statuas habeant*, respondet lib. VIII. contra eum, pag. 389. Ἄγαλμα τὸ παρ' ἡμῖν ἀκατασκεύαστον, οὐκ ἀπὸ βαναύσου τεχνίτου κατεσκευασμένον, ἀλλ' ἀπὸ λόγου θεοῦ τετορνεύμενον, τὸ μορφούμενον οὐ χρυσῷ, οὐ ἀργύρῳ, μιαιφόνῳ τινὶ τέχνῃ δι' ἀσωμάτους πάσης κλίνης, οὐ φιλοσοφίαν, οὐ σωφροσύνην, οὐκ ἀνδρείαν, οὐ σοφίαν, οὐ δικαιοσύνην, οὐ τὰ λοιπὰ ἀρετῶν ὀνόματα. *Simulacra & DEO dicata anathemata sunt non fabrorum opera, sed à verbo DEI deducta formataque in nobis, virtutes nimirum, quæ sunt imitamina primogeniti omnis creaturæ, in quo sunt justitiæ, temperantiæ, fortitudinis, sapientiæ, pietatis & reliquarum virtutum exempla.* Suicerus.

43 Κἀν παροδοῖσι λίθων, &c.] Sic recte locabitur accentus, παρόδοισι, intelligit lapidum congeries in compitis & collium cacumine in honorem cum aliorum deorum, tum præcipue Mercurii. Inde Græcis ἑρμαῖς, ut notat Nicandri Scholiastes, λίθοι στοιβαδηδὸν εἰς τιμὴν τοῦ ἑρμοῦ. Corn. Severus in Ætna:

- - - - - *qualis acervus*
Exsilit imparibus jactis extempore saxis.

Et ἑρμαῖ, ut Sibylla pag. 328. ἀψύχοις δ' ἑρμαῖς. Porro quæ in sequentibus à priori editione diversa repeties, è Turnebi annotationibus vel suppleta, vel emendata sunt. Opsopœus.

44 Χάρμα] Auratus probat κεῖρμα dilutam potionem. *Idem.*

45 Bi-

Ἐκπροχέῃ· τῷ δεῖ μόνῳ αὐχένα κάμπτειν,
Καὶ τείβον αἰώνεσσιν ἐν εὐσεβέεσσ' ἀνακλίνειν.
Ταῦτα λιπόντες ἅπαντα, δίκης μεσὸν τὸ κύπελλον
Ζωρότερον, σιδαρῆν, [45] βεβαρημένον, οὖ μάλ' ἄκρητον
Εἰλκύσατ' ἀφροσύνῃσι μεμιλωπὸς πυθμένι πᾶσιν.
Κ' οὐ θέλετ' ἐκνῆψαι, κὴ σώφρονα νοῦς νόον ἐλθεῖν,
Καὶ γνῶναι βασιλῆα θεὸν, τὸν πάντ' ἐφορῶντα.
Τοὔνεκεν αἰθομένοιο πυρὸς σέλας ἕρχετ' ἐφ' ὑμᾶς.
Λαμπάσι καυθήσεσθε δι' αἰῶνος τὸ πανῆμαρ
Ψυθέσιν αἰσχυνθέντες ἐπ' εἰδώλοισιν ἀχρήστοις.
[46] Οἱ δ' θεὸν πιστῶντες ἀληθινὸν, ἀέναόν τε,

Debet, quique piis oſtendit qua ſit eundum
In vitam. his inquam neglectis, inſipienter
Ingentem, magnum calicem, plenumque meraco
Melle: iſti cervix omnis ſe ſubdere ſoli
Pœnarum hauſiſtis furioſis mentibus omnes.
Nec ſobrii vultis ſanæque evadere mentis,
Et noviſſe Deum regem, qui cuncta tuetur.
Propterea fervens ignis vos opprimet ardòr,
Semper & in flammis turpes ardebitis, omne
Quandoquidem vanis ſtatuis impenditis ævum
At quibus æternus colitur Deus, atque perennis

Zωὴν

45 Βεβαρημένον] Hæc lectio Aurati eſt: At Turnebus voluerat βεβαρημένον, αἰθαχρυτῦνος. *Idem.*

46 Οἱ δ' θεὸν πιστῶντες] Hunc & duos ſequentes verſus citat Lactantius lib. II. cap XII. *Galleus.* Lactantius lib II. cap. XIII. *Deus ſententia in peccatores data ejecit hominem de paradiſo, ut vitium ſibi labore*

Ζωὴν κληρονομῆσι, τὸν αἰῶνα χρόνον, αὐτοὶ
47 Οἰκοῦντες παράδεισον ὁμῶς εὐανθέα κῆπον
Δενδρήμοι γλυκὺν ἄρτον ἀπ' οὐρανοῦ ἀστερόεντα.

Hi vitam degent quæ tempus in omne manebit,
Floriferos hortos paradisi semper habentes,
Et dulcem cœli panem stellantis edentes.

Σ I-

labore conquireret, ipsumque paradisum igni circumvallavit, ne homo posset accedere, donec summum judicium faciat in terra, & justos vires suos cultores in eundem locum revocet morte sublata, sicut sacræ voces docent, & Sibylla Erithræa, cum dicit, εἰ ζῆν, &c. Citat autem tres versus, in quorum ultimo scribitur παραδείσου. *Opsopæus.*

47 Οἰκοῦντες παράδεισον] Quidam putarunt, paradisum fuisse locum quemdam amœnum extra hunc orbem habitabilem, & cum primos parentes nostros ex paradiso ejectos S. Scriptura tradit, illud intelligendum esse, ex illo loco, in mundum hunc fuisse relegatos. Quod nullo quidem nititur fundamento, at contrarium patebit ei qui attentius inspiciet textum. Ibi enim mentio fit fluminum hortum irrigantium, quæ etiamnum sunt in rerum natura. Quare dicendum est, illos in paradiso degentes, etiam in hac terra nostra habitasse, & cum ejicerentur ex Paradiso, illos tantum mutasse locum in hoc mundo. Error ille natus est ex eo, quod nusquam in orbe terrarum, locus tam amœnus appareat, qualem Moses describit; & hinc nonnulli putarunt, fuisse in aëre vel alio extra orbem loco: sed non opus est ad hoc confugere. Etiamsi enim amœnitas prisca nullibi conspiciatur, hinc non sequitur locum illum non fuisse in orbe, sed dicendum, superveniente diluvio, jucundissimam ejus tractus faciem periisse: vel statim post & propter hominis peccatum, terram universam à Deo fuisse maledictam, & sic concidisse paulatim primam Paradisi faciem: siquidem tota terra, illi maledictioni obnoxia, & per consequens, etiam Paradisus, quippe qui ejus partem constituebat. In principio lib. I. Orac. Sibyllin. plura addemus, Deo dante, ex Blondello. *Gallæus.*

ΣΙΒΥΛΛΑΣ ΒΙΒΛΙΟΝ Α.

ΠΡΟΟΙΜΙΟΝ

περὶ τοῦ ἀνάρχου Θεοῦ.

SIBYLLÆ LIBER I.

PROOEMIUM

De Deo principii experte.

Εἷς Θεὸς ὃς μόνος ἄρχει, ὑπερμεγέθης, ἀγήρατος.
Ἀλλὰ θεὸς μόνος εἷς πανυπέρτατος, ὃς ποίησεν
Οὐρανὸν, ἠέλιόν τε, καὶ ἀστέρας, ἠδὲ σελήνην,
Καρποφόρον γαῖάν τε, καὶ ὕδατος οἴδματα πόντου,

UNUS, QUI solus regnat Deus, unus & idem,
Non genitus, rerum summus, super omnia magnus,
Qui cœlum, solem, stellas, lunamque creavit,
Frugiferam terram, pontique fluenta tumentis:

Ὃς

1 Εἷς Θεὸς, &c.) Primi septem versus à Lactantio positi, cum à Græculo quodam in libro περὶ χρησμῶν non essent reperti, ab eo sunt in hunc locum relati. Sed quatuor primi Erythrææ sunt, tres reliqui cujus sint, incertum est. Hæc censura est Ranconeti acutissimi, eaque verissima. Nam primus legitur lib. I. Lact. cap. VI. & supra. tres sequentes in eodem loco Lactan. tres ultimi Lactant. lib. II. cap. XII. è quibus medius tantum in his libris reperitur infra. Plane autem deest hoc prœmium in manuscripto codice regiæ bibliothecæ, & meo judicio posthac sine detrimento omitti poterit. *Opsopœus.*

Ὅς μόνος ἐστὶ θεὸς κτίσης, ἀκεράτῳ ὑπάρχων,
Αὐτὸς σπείξεν μερόπων μορφώ τε τύπον τε,
[2] Ἀὐγὰς μῖξε, φύσιν πάντων γλυεῖς βιότοιο.

ΕΚ ΤΟΥ ΠΡΩΤΟΥ ΛΟΓΟΥ.

Ἀρχομένη πρώτης γλυεῖς μερόπων ἀνθρώπων,
Ἄχρις ἐπ' ἐσχάτην σοφηδύσω τὰ ἕκαστα,
Ὁππόσα πρὶν γέγονεν, πόσα τ' [3] ἐστὶν, ὁπόσα τὲ μέλλει
Ἑξείης κόσμῳ, διὰ δυσεβίας ἀνθρώπων.

Qui ſolus Deus eſt, incomprenſuſque creator.
Hic hominum formam & ſpeciem conſtruxit, & idem
Viventem generis naturam miſcuit omnem.

NARRATIO.

Aggredior primo generis mortalis ab ævo,
Uſque ad ſupremum Divine pandere cuncta:
Quæ fuerint mundo, quæ ſint, quæ deinde ſequantur
Ob ſcelus humanum. Primum, quænam ſit origo

Πρώ-

2 Αὐγὰς μῖξε, &c.] Hoc modo correxit Betuleius, Iſæus monet ſic etiam extare in MS. Sibyllino. Lactantius hunc verſum citans, legit. lib. II. cap. XI. in fine, Αὐτὸς ἴμιξε. in fine etiam hujus verſus codex meus MS. legit γλυεῖ. *Gallæus.*

3 Ἐστὶν, ὁπόσα τὲ μέλλ.] Codex meus MS. legit ἐ' ἐστιν. πόσα ὃ μέλλ. *Gallæus.* Lactantius lib. II. cap. XII. Divina providentia effectum eſſe mundum, ut taceam de Triſmegiſto, qui hoc prædicat, taceam de carminibus Sibyllarum quæ idem nuntiant: taceam de Prophetis, qui opus mundi artificium Dei uno ſpiritu ac pari voce teſtantur, etiam inter philoſophos pene univerſos convenit. Et lib. VII. cap. VII. factum eſſe à Deo mundum, dixit Plato. Idem Prophetæ loquuntur, idemque ex Sibyllæ carminibus apparet. *Opſopœus.*

4 Πρω-

Πρῶτον δὴ κέλεταί με λέγειν θεὸς· ὡς ἐγμήθη
Ἀτρεκέως κόσμῳ. σὺ δ' [4] ποικίλε θυητὲ πίφασκε
Νωνεχέως, ἵνα μή ποτ' ἐμῶν ἐφετμῶν ἀμελήσῃς.
Ὕψιστον βασιλῆα, ὃς ἔκλισε κόσμον ἅπαντα,
Εἶπας γεινάσθω, [5] καὶ γείνατο. ἤρασε γὰ γλυῶ
[6] Ταρτάρῳ ἀμφίσαλον, καὶ φῶς γλυκὺ αὐτὸς ἔδωκε.
[7] Οὐρανὸν ὕψωσε, γλαυκὼ δ' ἅπλωσε θάλασσαν,
[8] Καὶ πόλον ἐσεφάνωσεν. ἄλις πυριλαμπέσιν ἄστροις.

Mundi, dicere me Deus imperat. Ergo ſcienter
Ne mea mortalis temnas præcepta caveto.
Supremum regem, qui mundum condidit omnem,
Sic fatus, fiat: factumque eſt. namque locavit
Quæ cingatur aquis, & cingat tartara, terram:
Dulce dedit lumen: cœlum ſubvexit in altum:
Et mare cæruleum explicuit: cœlumque renidens
Aſtrorum clara cinxit denſaque corona:

Καὶ

4 Ποικίλε θυητὲ, &c.] MS. meus codex legit ποικιλότητι. *Gallæus.* Aliquid deeſſe cenſet Caſtalio. At Ranconetus virgula poſt ἀμελήσῃς poſita, hiatum ſupplet: ut ſic πίφασκε regat accuſativum ὕψιστον βασιλῆα, *commemora regem altiſſimum.* Opſopœus.

5 Γείνατο] Regius codex habet καὶ ἐγείνατο, *Idem.* Hoc etiam modo legit MS. noſtrum exemplar. *Gallæus.*

6 Ταρτάρῳ ἀμφίσαλον] Uterque codex manuſcriptus, regius, & Cl. V. F. Pithœi, præfert ἀμφὶ σάλον. Tumebi liber *ἀμφίσαλον, ſalo ſive mari cinctam.* Forte ſcribendum περιφὲρῃ ἀμφισάλων, ut infra pag. 168. 11. *Opſopœus.* Noſtrum exemplar legit ἀμφὶ σάλον, bimare. *Gallæus.*

7 Οὐρανὸν ὕψωσε] In meo MS. legitur ὠρανὸν δ' ὕψωσε. *Idem.*

8 Καὶ πόλον, &c.] Exemplar noſtrum legit ἀστεριλαμπέσιν, uti & codex Regius. *Idem.*

Καὶ γαῖαν κόσμησε φυτοῖς, ποταμοῖσι δ' ὄνδον
[9] Χυάμβος ἐπέρασε, καὶ ἀέρι μίξεν ἀύτμας,
Καὶ νέφεα δροσόεντα. [10] πιθεὶς ἄρα καὶ γλῶ ἄλλο,
Ἰχθύας ἐν πελάγεσι, καὶ ὄρνεα δ' ὦκεν ἀήτας·
Ὕλας δ' αὖ θηρας λασιαύχενας, ἠδ' ἑρπετὰ πολλὰ.
Ἔρυσας, ἠμὲ πάντ' ὅσα [11] κυκλόσε νηῶ καθορᾶται.
Αὐτὸς ταῦτ' ἐποίησε λόγῳ, καὶ πάντ' ἐγένηθη
Ὧκα καὶ ἀτρεκέως. ὅδε γὰρ πέλετ' [12] αὐτολόχευτος.
[13] Οὐρανὸν ἐγκαθορῶν, ὑπαϊτετέλεσο δ' κόσμος.

Et terram ornavit plantis: & flumina ponto
Indidit infundens: & miscuit aëre ventos,
Et pluvias nubes. Aliud genus edidit inde,
Et commisit aquis pisces, ventisque volucres,
Atque feras sylvis hirsutas, atque dracones
Serpentes: breviter, quæ nunc cernuntur ubique,
Hæc fecit verbo, & sunt protinus omnia facta,
Et plane: siquidem per se parit ipse sua vi.
Cœlum despiciens perfecto denique mundo,

Καὶ

9 Χυάμβος] Uti Auratus olim legendum censuit, Χυάμβος sic & alios legisse deprehendimus, nostrum exemplar habet χθυάμβον. *Idem.*

10 Πιθεὶς ἄρα] MS. noster codex habet πιθεὶς δ' ἄρα. *Idem.*

11 Κυκλόσε] Hoc verbum non reperitur nec in Regio nec in nostro Codice. *Idem.*

12 Αὐτολόχευτος] Suidas huc respexit in λοχεύω. αὐτολόχευτος, αὐτογέννητος: ὁ θεὸς ὁ αὐθύπαρκτος: *Deus per se genitus, sui ipsius parens.* Opsopœus.

13 Οὐρανὸν ἐγκαθορῶν] Vet. cod. οὐρανὸν καθορῶν, ὑπαϊτετέλεσο δ κόσμος Turnebi liber, οὐρανὸν ἐγκαθορῶν μὲν ὕπαιθ, τετέλεσο, vel εἶπεν τετέλεσο. Auratus, οὐρανὸν ἐγκαθορῶν πᾶσι τετέλεσο. Eruditissimus vir Anton. Bayfius emendat, οὐρανὸν ἐγκαθορῶν ὕπαιθ, τετέλεσο δ κόσμος. *Idem.*

14 Ei-

Καὶ τότε δὴ μετέπειτα πλάσεν πάλιν ἔμπνοον ἔργον.
14 Εἰκόνος ἐξ ἰδίης ἀπομαξάμενον νέον ἄνδρα,

Rursum finxit opus spirabile. namque recentem
Expressit, propria ducens ab imagine, pulchrum,

Ka-

14 Εἰκόνος ἐξ ἰδίης] Hoc modo etiam loquitur Sibylla lib. VIII. circa medium. Homo dicitur ad imaginem, & quandoque ad Dei similitudinem creatus, Hebræi צלם aut דמות imaginem & similitudinem vocant: quodnam inter hæc vocabula sit discrimen quæritur. Quidam hic agnoscunt discrimen *reale*. Ita ex A. Judæis *Majm.* More Hannev. l. 1. c. 1. Ubi vocabulum צלם refert ... الصورة الطبيعيه اعني المعني الذي فيه يظهر الشي ويصار ما هو وهو حقيقته من حيث هو ذلك الموجود *ad formam naturalem, h. e. de re, per quam res existit & est quod est. Id autem est ipsa Essentia, a qua eus constat.* At דמות dicit esse, اسم من דמה وهو ايضا شبه في المعني *nomen à* דמה, *quod similitudinem rei notat*: Plane ut in Catena Patrum Msc. in octoteuchum: *εἰκὼν ἐστὶ ἡ σωματικὴ ὁμοίωσις τινὸς ὃ ψυχικὴ κρίσις.* B. Ex Christianis, tam veteres quam recentiores. Ex illis, Patribus videlicet, decem citat *Bellarm.* qui imaginem ad substantiam animæ, similitudinem ad qualitates, virtutes, & actiones referenda putant. *Musc.* in Gen. p. 43. *Basilius sentit, imaginem Dei in rationis usu consistere, similitudinem vero in eo, quod pietatis studio Deo similes reddimur. Et hic Lyranus dicit: Imago Dei consistit in anima, quantum ad proprietates naturales, memoriam videlicet, intelligentiam, & voluntatem attinet. Similitudo vero in gratuitis, & ideo similitudo est quædam perfectio imaginis, quia gratia perficit* Naturam. Hæc ille. Eandem sequitur sententiam Scholasticorum Patriarcha, *Lombardus* lib. 2. Sent. Hist. 16. cæterique Scholastici plerique. *Thomas* enim hoc discrimen minus vult esse solidum, ut observavit *Dorsch.* in Thoma Aquin. Confessore veritatis VI. cap. ד. Th. 1. ubi probat, non esse certum, imaginem Dei ad Naturam pertinere, similitudinem ad virtutes. Ita *Pererius* & alii; vide *Rivet.* Comment. p. 17. b. Ex his consentiunt *Bellarminus* de gratia primi hominis c. 2. *Ostander* de imagine Dei, & alii. *Alii* agnoscunt inter imaginem & similitudinem aliquid intercedere, si seorsim sumantur, vel oppositæ, hoc tamen loco ita conjungi, ut ad unam & eandem rem significandam usurpentur, nec tamen alterutrum vocabulum pro superfluo haberi debeat. Cum his facit Rivetus. *Alii* inter illa discrimen partim *Grammaticum* statuunt, quatenus sunt voces diversæ apud Hebræos צלם & דמות, apud Græcos εἰκὼν & ὁμοίωμα; partim *Logicum*; quatenus imago nomen est speciei, similitudo generis. Ad similitudinem convenientia duorum aut plurium requiritur in uno tertio, ad imaginem unius ex altero, ectypi ex suo archetypo expressio, & ad illud confirmatio. Ita Clariss. *Alting.* Theol. Elench. nov. p. 267. Sunt *denique* qui simpliciter hic Hendyada agnoscunt, non Patres modo, & ex Judæis Abarb. sed etiam Neoterici tum

tum Pontificii, *Sixt. Senenſ. Peter* alii; tum Euangelici; ex quibus *Muſc. Videntur hæ duæ voces* צלם & דמות id eſt. *imago & ſimilitudo, non eſſe à ſe invicem dirimendæ, quaſi non ſint mere ſcripturæ de re poſitæ eadem, ſed in eodem hic ſignificatu retinendæ, ut eadem ſit imago, quæ ſimilitudo: Et ad imaginem Dei factum eſſe idem, quod factum eſſe ad ſimilitudinem Dei. Hoc pacto uſus eſt hiſce vocibus Moſes plane ſimpliciter; ſicut & infra c. 5. fecit, ubi de Adamo ſcribit ad hunc modum: Et vixit Adam 130. annos, & genuit* בדמותו כצלמו id eſt. *in ſimilitudine ſua, ſecundum imaginem ſuam, ubi ſimilitudinis vox præponitur, & imaginis ſubjicitur, ut manifeſte appareat, indifferenter eſſe Moſen iſtis diſtinctionibus uſum. Quod vero novum hominem attinet, qui eſt ex Chriſto, manifeſtum eſt. Apoſtolum illi accommodare vocem imaginis non minus, quam ſimilitudinis, ſicut videre licet, Rom 8. cum dicit; Nam quos præſcivit, eos & prædeſtinavit conformes fieri imagini filii ſui. Et 2 Cor. 3. Nos vero omnes, inquit, revelata facie gloriam Domini ſpeculantes, in eandem imaginem transformamur à claritate in claritatem, tanquam à Domini ſpiritu. Coloſſ. 3. Exſpoliantes, inquit, veterem hominem cum affectibus ſuis, & induatis novum, eum, qui renovatur in agnitione Dei, ſecundum imaginem ejus, qui creavit eum. Hiſce locis manifeſtum redditur, ſubtilem illam & Philoſophicam diſtinctionem inter imaginem & ſimilitudinem nihil habere loci, nec in Moſe, nec in literis Apoſtolicis. Quare merito monendi ſunt omnes S. Literarum Candidati, ut in lectione eorum, qui plus adferunt de ſeculari Philoſophia in expoſitione S. Scripturarum, quam ſimplicitati Chriſtianæ conducit, caute & cum judicio verſentur.* Hæc graviſſimus Theologus, cujus ſententiæ ſubſcribentes, fatemur quidem, diſcrimen eſſe Grammaticum (differunt enim duæ hæ voces radicibus) cætera plane nullum. Unum enim idemque notari, probat 1. Etymologia utriuſque vocis. 2 Promiſcuus utriuſque uſus: Unde alterum pro altero ponitur. confer *Gen.* 1. 26. 27. c. 9. 6. c. 5. 1. 3. Imago non minus ad gratiam refertur, quam ſimilitudo, & ipſa ſimilitudo ad Naturam: Vide 1. *Cor.* 15. 50. *Eph.* 4. 24. *Col.* 3. 10. *Jac.* 3. 9. *Rom.* 1. 2. 3. 4. Ex definitione rei. Homo, Dei imago appellatur, quia Deo ſimilis eſt. Porro ſimilis eſt Deo, quatenus ad ſimilitudinem ipſius efformatus eſt in creatione, quo ad naturam, rectitudinem & ſtatum. Proinde imago Dei eſt ipſa ſimilitudo cum Deo. 5. Interpretes enim æquipollentiam agnoſcunt. LXX. vertunt ὁμοίωμα, ὁμοίωσιν, εἰκόνα. Chaldæus pro Hebr. צלם modo צלמא ponit, modo פסל, quod per εἰκόνα, γλυπτὸν LXX. reddunt. 5. Ipſe *Maimonides*, qui hic dormitare videtur cum Homero, uſum tamen vocis, צלם etiam ad externam formam, ſeu fabricam extendit; More Hanuev. P. 1. c. 1.

فكذلك اقول ان علة في تسمية الاصنام צלמים مطلوب منها معنيان المظنون بها شكلها وتغطيها وكذلك اقول في צלמי טהורים لان كان المراد منها معنى دفع ان يدخل الطهورات لا شكل الطهورات ولن لم يكن بد من ان يكون צלמי טהורים من اجل الشكل والتغطية فيكون צלם مشترك ومشكك يقال في الصور النوعية وفي الصور الصناعية وما مثله من اشكال الاجسام الطبيعية وتغطيها ويكون المراد به في قوله נעשה אדם בצלמנו כדמותנו النوعية الذي هي الامر الذي العقلي لا الشكل والتغطية

Proinde dico, causam ob quam appellentur Idola צלמים *pe-*

Καλὸν, θεοσέσιον, τὸν δὴ κέλετ' ἐν Παραδείσῳ

Præstantemque virum, & viridaria jussit amœna

Ἀμ-

petitam ab opinione quam de illa (habent cultores) non à similitudine aut delineatione: Atque si dico de Imaginibus (1. Sam. 6. v. 11.) anorum vestrorum; quod iis tribuatur propter virtutem averruncandi damnum amarisearum (hæmorrhoidum) non ob figuram anorum; quod si tamen aliter hæc vox explicari non possit, quam per imagines, ab externa videlicet figura seu forma, erit nomen טְחֹרֵיכֶם æquivocum aut amphibolum, sumiturque tam de forma specifica, quam artificiali, ac similibus figuris corporum naturalium; Atque sic verborum: Faciemus hominem ad imaginem; secundum similitudinem nostram; sensus erit, de specifica & interna forma, quæ est apprehensio intellectiva, non forma & delineatione externa. §. Consentiunt Theologi tum Reformati tum etiam Pontificii; & præter citatos supra, addi debent Cornel. à Lapide, Mariana, Estius, &c. Riv. l. cit. Hottingerus.

15 Ἐν τῷ Παραδείσῳ] Superius nonnulla scripsimus de Paradiso, ubi plura addi debuissent sed propter loci augustiam ad hunc locum rejicere maluimus, qui quamvis hic proprie loquitur de Adami habitatione in amœno hoc loco, attamen hic nunc adjicere lubet, quæ ante dici debuissent & quæ ex Blondello prolaturos nos fuimus polliciti, multi Patres existimarunt Paradisum à Deo fuisse creatum ut in illo piorum animæ post mortem reciperentur; Sic supra in præfatione hujus libri primi, desumpta ex Theophilo Antiocheno audivimus scriptorem hunc hoc modo scribentem:

Οἱ ἅγιοι πρεσβύτεροι ἀληθῶς λέγουσι &c. Audiamus etiam Tertullianum Apolog. cap. XLVII. *Paradisum novimus locum divinæ amœnitatis recipiendis Sanctorum spiritibus destinatum, maceria quadam igneæ illius Zonæ à natitia orbis communis segregatum.* Idem de Judicio Domini cap VIII.

Est locus Eois Domino dilectus in oris,
Lux ubi clara, nitens, spiratque salubrior aura
Æternusque dies, atque immutabile tempus;
Est secreta Deo regio, ditissima campis
Atque beata nimis, sudæque in cardine sedis.

Et circa finem ejusdem capitis hæc addit:

Hic quicunque pius, æquique bonique colonus
Quique Deum metuit sincera mente Tonantem, &c.
Illi exultantes Divinis laudibus omnes,
Hortantesque simul referunt ad Sidera voces; &c.

At vero hic vir magnus Montanistarum præstigiis occæcatus, restringit suam quam ex Sibyllis hauserat opinionem, ac solis Martyribus reservans paradisi inhabitationem, cæteros fideles ex illo excludit. *Imo, in Paradiso, inquit, quo jam tunc Patriarchæ & Prophetæ appendices Dominicæ resurrectionis, ab inferis migraverint. Et quomodo Joanni in spiritu paradisi regio revelata, quæ subjicitur altari, nullis alias animas apud se præter martyrum stendit? quo modo perpetua fortissima martyr sub die passionis in revelatione paradisi, solas illic commartyres suos vidit, nisi quia nullis romphæa paradisi janitrix cedit, nisi qui in Christo decesserint? non in Adamo, &c.* S. Cyprianus ad exemplum Tertulliani magistri sui, loquens de Domino nostro ad Demetrianum Africæ pro consulem, Christianorum hostem infensissimum sic disserit. *Hic nobis viam vitæ aperit, hic ad paradisum reduces facit.* Et lib. de mortalitatem circa finem. *Patriam nostram paradisum computamus,*

parentes noſtros, patriarchas habere jam cœpimus. Et Cap. quo exhortatur ad martyrium: *Si militibus ſecularibus glorioſum eſt, ut hoſte devicto redeant in patriam triumphantes, quanto potior & magna eſt gloria, victo diabolo ad paradiſum triumphantem redire, & unde Adam peccator ejectus eſt, illuc proſtrato eo qui ante dejecerat trophæa victricia reportare.* Sic etiam Lactantius lib. II. Cap. XII. *Tum Deus ejecit hominem de paradiſo, ſententia in peccatores lata, ut victum ſibi labore conquirerent: ipſumque paradiſum igni circumvallavit: ne homo poſſet accedere, donec ſummum judicium faciat in terra, & juſtos viros cultores ſuos in eundem locum revocet morte ſublata.* S. Athanaſius tractatu in hæc verba Matthæi XII. verſ. XXVII. *Omnia mihi tradita ſunt à patre &c.* Ὁ ἐναντίος ἰσχυρὸς κατὰ Ἀδὰμ μέχρι Χριστοῦ, ἡ γῆ κεκατήρατο ὁ ὄφις ἐνοίγη, ὁ παράδεισος ἐκλείσθη &c. ἐπὶ γὰρ παραδόθη αὐτῷ τὰ πάντα ὑπὸ τὴν γνῶσιν ἀνθρώπου· ὁ δὲ διαβόλου καὶ ἐπιπλήκτου ἄρχα, ἡ γῆ ἀπὸ κατάρας δέδοκται, ὁ παράδεισος κλοίν ἐπιτέτακται. Hoc eſt, *mors invaluit ab Adam uſque ad Chriſtum terraque execrationi ſuit data, infernus apertus, paradiſus clauſus, cœlum infenſum, &c. poſtquam igitur tradita ſunt illi omnia, & perfecta terra, pro maledictione benedictionem obtinuit, paradiſus reſeratus eſt: infernus ſe metu contraxit.* & in expoſitione fidei: Ἔδειξεν μὲν ἐσταυρῶ ἐν τῷ παραδείσῳ ἐξ οὗ ἐξεβλήθησαν Ἀδὰμ εἰς ὃν πάλιν εἰσῆλθε λῃστὴς, ὡς εἶπεν ὁ κύριος, σήμερον μετ' ἐμοῦ ἔσῃ ἐν τῷ παραδείσῳ, εἰς ὃν ὁ Παῦλος εἰσῆλθε. *Ingreſſum in paradiſum oſtendit ex quo Adam ejectus fuit: in quem rurſus Adam intravit per latronem, ut inquit Dominus, hodie mecum eris in paradiſo, in quem ipſe quoque Paulus ingreſſus eſt.* S. Cyrillus Hieroſolymitanus prima Catecheſi myſtagogica. Ἀνοίγεταί σοι ὁ παράδεισος τῷ θεῷ ὃν ἐφύτευσε κατὰ ἀνατολὰς οὗτος Ἀδὰμ τοῦ παραβάσεως ἐξόρισος γέγονε ὁ ἡμέτερος πρωτόπλαστος, καὶ τούτου σύμβολον τὸ γραφέντα τοὺς δυσμῶν πρὸς ἀνατολὰς τὰ φοινὸς τὸ χερουβίμ. Hoc eſt, *Aperitur tibi paradiſus Dei, quem orientem verſus plantaverat Deus, ex quo exul factus eſt primus noſter pater propter tranſgreſſionem, hincque ſignum eſt quod vertas te ab occidente ad orientem luminis locum.* S. Baſilius in tractatu ſuo de paradiſo. Ὅπως σοι ἀνοιχθῇ τὸν ὄφιν ἐναργῶς ἀγαγεῖν τὸν πατέρα ἵνα σοι τὸν τῆς ἐξορίας ἀναπλήσῃ &c. εἰ πρέπει σὲ ἔχειν τὴν ὑπογραφὴν τοῦ σημείου σοῦ hoc eſt. *Quomodo tibi evidenter ob oculos ponere potuit patriam, ut te ipſum ab exilio revocet? &c. Si carnalis es, habes deſcriptionem corporalis illius.* & Cap. XXVII. lib. de Spiritu Sancto: πάντες μὲν ἑνωσιν τῇ ἀναστάσει ἐπὶ τὸ πρόσωπον, ὀλίγοι δὲ ἴσμεν οἱ τὸν ἀρχαῖον ἀποκαλύπτομεν παράδεισον τὸ παραδείσου ὃν ἐφύτευσεν ὁ θεὸς ἐν Ἐδέμ. Hoc eſt: *omnes reſpicimus ad orientes quum adoramus, pauci tamen novimus quod veterem patriam requirimus ipſum paradiſum, quem plantavit Deus in Edem ad orientes.* S. Gregorius Nyſſenus, hoc modo hac de re ſcripſit: Orat. II. in laudem XL. martyrum, Τὸ μὲν οὖν ζητούμενον ἦν, εἰ μὴ τοῖς ἁγίοις ἄθλοις ἴσον ὁ παράδεισος ἦν τριακοντάπηχυ ῥομφαίας; καὶ εἰ τὸ τῶν θηρίων οἱ ἁρπαγὴ ἀποκλείοντας; πῶς ἡ ἐπαγγελία λοιπὸν ὑπὲρ τῆς ἀναδίχεται τοὺς τῆς ἀθανασίας ἀγῶνας, καὶ εἰ τὸ λῃστῇ ἔλαττον ἔχειν, φησὶν ὁ κύριος, οὐ σήμερον μετ' ἐμοῦ ἔσῃ ἐν τῷ παραδείσῳ, καὶ τί γὰρ ἐκ ἐκείνου ὁ λῃστὴς τῷ στενῷ σωθῆναι; ἀλλ' ἐπειδὴ ἐγγὺς τῆς σωτηρίας ἐγένετο, εἶδεν ὁ ἐξὸς καὶ δίδυμος πλάστης τὸ ὑψηλὸν, καὶ ἐπιτηδὲς καιρῷ τοῦ ζωὴν ἐλπίσας, κλοπὴν τῇ κλοπῇ καὶ δόκησις ἁρπαγῆσόμενος κύριε μνήσθητί μου, φησὶν, ὃ τῆς βασιλείας σου ἄκρον ἐκείνου μοι ἀξιῶτω τῷ παραδείσου. ἐπὶ γὰρ ἀρίστου φλογίνη ῥομφαία ἀφηκολύθησεν ἢ αὐτὸν ἔχει τὸν λύσιν τὸ ζητούμενον. Διὰ τοῦτο γὰρ οὐκ ἀπέστησαν ἀπαρασκεύους τοιούτους τῶν ῥομφαίαν ὁ λόγος ἐδίωσεν, ἀλλὰ καὶ τριφαλίνῳ ἐπείτων ἵνα τοῖς μὲν ἀναξίοις καὶ σώμα σωφαίνῃ τοῖς δὲ ἀξίοις τριφυμένη καὶ τούτῳ χάρις, ἀπέλυτον αὐτοῖς τῶν ἐσόδον ἀπὸ τῶν ζωῶν ὑπαποίησασα, ἧς οὐκ οὐδένος γενόμενος τῇ παρίσσῃ τὸ ἀγαθὸν ἀπαρῆς τῶν φλόγα περιόντος, διὸ καὶ ἡ μεῖς ἀδίως περάσαντες. Ὃ παράδεισος ἐστὶς γενόμεθα. Hoc eſt: ex interpretatione Siſani.

Ac

Ac quæstio quidem hæc erat: an etiam Sanctis propter gladium, qui vertitur; paradisus inaccessus sit, & an athletæ paradiso excludantur: quænam promissio deinceps sit, cujus respectu pro pietate certamina suscipiunt? item an deteriore conditione futuri sint, quam latro, ad quem Dominus dixit, hodie mecum eris in Paradiso, quandoquidem non sponte sua latro ad crucem accessit: sed posteaquam prope salutem fuit, animadvertit acutus & ingeniosus fur thesaurum, & nactus occasionem vitam rapuit arte furandi pulchre atque solerter abusus, Domine memento mei, inquit, in regno tuo. Tum ille quidem Paradisum consequitur: quod autem ad Sanctos attinet, flammeus ensis aditum impeditum reddit? sane à se ipsa quæstio solutionem habet: nam propterea non semper ingredientibus ex adverso stantem gladium scriptura demonstrat, verum verti fingit: ut indignis quidem adversus appareat; dignis vero versus à tergo existat, expeditum eis aditum patefaciens ad vitam, intra quam illi fiducia certaminum illæsi flammam transgressi penetrarunt: qua etiam nos intrepide superata; intra Paradisum perveniamus. Atque hinc est quod in Orationibus funebribus in mortem Pulcheriæ & matris ejus Placillæ hoc modo scribat: ἵνα τὸ φυτὸν ἀνασάθη, ἀπὸ τοῦ παραδείσου ἐξεφυτεύθη. *Hinc planta revulsa est, at in Paradiso sata est.* De Placilla autem hoc modo: in fine Orationis: νῦν τοίνυν ἀφομιλῶ τῷ πόλῳ τῶ πατρὸς τ πίστως Ἀβραὰμ ἐν τῷ τῶ Παραδείσε πηλῶ. *Ab hac additus est ad sinum patris fidei Abrahami juxta tentem Paradisi.* Paulinus qui postquam mundi negotiis renuntiasset ut vitam religioni addictam degeret, Nolæ Episcopus fuit creatus in 11 ad amicum suum Severum epistola hoc modo scripsit: *Hoc acceptum & placitum coram Deo ut bonum, & voluntarium, quo recipiamus quæ nostra sunt, Paradisi scilicet domum & vitam æternam, in quibus creati sumus; qui si ab hujus terræ in quam damnatione devenimus, possessione purgari receperimus; tunc vere ut ab exilio in patriam restituti, vel peregrinatione longinqua in genitalem domum reduces poterimus dicere,* portio nostra Deus in terra viventium. Audiamus etiam Prudentium in Cathemerin hymno X.

Sed dum resolubile corpus
Revocas Deus, atque reformas;
Quanam regione jubebis
Animam requiescere puram?
Gremio senis abdita Sancti
Recubabit, ut illa Lazari,
Quam floribus undique septum
Dives procul adspicit ardens.
Sequimur tua dicta redemptor,
Quibus atra è morte triumphans,
Tua per vestigia mandans
Socium crucis ire latronem.
Patet ecce fidelibus ampli
Via lucida jam Paradisi;
Licet & Nemus illud adire,
Homini quod ademerat anguis.

Sic etiam Auctor Homiliæ super Latrone male Eusebio Emisseno attributæ. Hodie mecum eris in Paradiso *tanquam in hereditaria & paterna sede, quæ expulso Adamo, expulsis duobus, clausa innumeris populis te introeunte reserabitur. Ingredere illuc primus sed ingressu fœliciore, quam primus, intra Paradisum: nequaquam ultra cum Adam visurus infernum: nullum illic cibum lethalem, nullam jam legem, nullam arborem pertimescas, ego tibi ero vitæ, & vita, & ne forte verearis ne tibi aliquis hostis in illo beato nemore, ne antiquus ille latro insidietur, possessio tibi illic me introducente firmabitur.* Justinus Martyr. Quæst. LXXV. ad Orthodoxos. αἱ μὲν τ δικαίων ψυχαὶ εἰς τ Παράδεισον (ἀγονται) ἵνα συνηρία τι καὶ θέα ἀγγέλων τε καὶ δοξολογίαν πρὸ ἀπεκδοχῆς ἧς ἔχ τ σωτῆρος Χριστ. hoc est: *animæ autem justorum (abducuntur) ad Paradisum, ubi consuetudine & adspectu fruuntur Angelorum & Archangelorum, per visionem autem & ipsius Servatoris Christi.* & responsione LXXVI. Ὅτι φιλοσοφία τοῦ λησῆ, εἰς τ Παράδεισον εἰσιέναι. τὸ ἔργον μαθεῖν τ πίστως ἀφίλιτον, δι' ἧς ἀξιωθῆ τ σωθησόμενον τ ἁγίων ἐν τ φυλακῆ τ ἡμέρας τ ἀναστάσως τ καὶ ἀπαπαύσως. ἔτι καὶ τι τ Παραδείσε τῶν ἀκάτων πρὸ ἐμοῦ

Ἀμβροσίῳ ναίειν, ὥς οἱ καλὰ ἔργα μεμήλη.
Αὐτὰρ ὁ μοῦνος ἐὼν [16] αὐτοῦ ἐριθηλέϊ κήπῳ,
[17] Πρὸς λαλιὴν ποθέεσκε, καὶ οὔχετο εἶδος ἀθρήσαι
Ἄλλ' οἷον αὐτὸς ἔχεν. τῷ δὴ θεὸς αὐτὸς ἀπούρας
[18] Ἐκ λαπάρας, τύτῳ ἐποιήσατο Εὔαν ἀγητὴν
Κυανέῃ ἄλοχον· ἰὼ δὴ πόρεν ἐν Παραδείσῳ
Τύτῳ σύννασθαι. ὁ δέ μιν καθορῶν, μέγα θυμῷ
Θαῦμ' ἔχεν, ἶξάφνης κεχαρημένος, [19] οἷος ὀπώπει

Incolere, ut ſtudiis operam navaret honeſtis.
Verum cum ſolus viridantibus eſſet in hortis,
Colloquium optabat, proprioque videre volebat
Conſimiles vultus. igitur Deus ipſius, ejus
Ereptam lateri, formoſam condidit Evam
Uxoremque viro propriam conjunxit, ut una
Degeret. hanc ſimulac vidit, propriæque notavit
Exemplar formæ, ſtupuit ſimul, atque recentem

Ἀν-

φῦτιν αἱ ψυχαὶ ἑαυτάς τι κῆ τὰ ὑπ' αὐτάς, ἵν' ἦ κῆ τὰς ἀξιάλυς τι κῆ τὰς δαίμονας. hoc eſt: *Utilitas latroni, quod Paradiſum ſit ingreſſus, hæc fuit, quod fidei commodum re ipſa percepit, per quod dignus reputatus eſt, qui ſanctorum cœtui adjungeretur, in quo uſque ad diem reſurrectionis & retributionis reſervatur. Paradiſi autem percipit ſenſum per eum qui notionis dicitur, ſenſum, quo animæ ſe ipſas & ea quæ ſub ipſis ſunt. præterea vero & Angelos & dæmones.* Ex Blondello. *Gallæus.*

16 Αὐτοῦ ἐριθηλέϊ] Αὐτῷ verſus cauſa è Turnebi libro repoſitum eſt pro Παραδείσῳ, quod ſcripti & cuſi codices agnoſcunt. Legi quoque poteſt ἰὼν Θεὸς ἐν ἑῷ. *Opſoparus.*

17 Πρὸς λαλιὴν] Unicam dictionem facit F. Pithœi codex: reliqui duas, πρὸς λαλιὴν, non tam bene. *Idem.*

18 Ἐκ λαπάρας] Regium exemplar, λαπάρης τύτυ ἐκ. Auratus olim correxerat, ἐκ λαπάρας ἑνὸς ἐποιήσατο Εὖαν, &c. *Idem.*

19 Οἷος ὀπώπει] Auratus legit οἷον ὀπώπει, eodem plane modo MS. noſtrum exemplar. *Gallæus.*

20 Αὐ-

Α'νλίτυπον μίμημα, σοφοῖς δ' ἠμείβετο μύθοις,
[20] Αὐτομάτοισι ῥέεσι. θεῷ γὸ πάντ' ἐμεμήλει.
Οὔτε γὸ ἀκρασίη νόον ἔσκεπον, οὔτε μὺ αἰδὼ
[21] Εἶχον, ἀλλ' ἦσαν κραδίης ἀπάνευθε κακοῖο,
[22] Καὶ ὡς ἦπες δὴ βίνεσκον ἀπὸ σκοπιῆσι.
[23] Καὶ μετέπειτα ὃ τοῖσι θεὸς ἐφέλμας ἀγορεύσας,
[24] Δεῖξεν ϑ' δένδρε μὴ [25] ψαύειν. τὸς ὃ μάλ' αἶνος
Ε'ξαπάτησεν [26] ὄφις δολίως, [27] ἦπὶ μοῖραν ἀπελθεῖν

Hausit lætitiam. tum docte farier infit,
Verbis sponte sua manantibus, omnia quando
Curabat Deus.
Nam neque velabat mentem laxata libido,
Nec pudor ullus erat: sed prava mente carebant,
Luce palam vulgo coëuntes, more ferarum.
Illis deinde Deus tradens præcepta, cavendum
Arboris ostendit gustu. sed pessimus illos

Τῶ

20 Αὐτομάτοισι ῥέεσι] Bene inquit. Opsopœus. Si αὐτομάτως legas scribens ut habet codex Regius. & noster, αὐτομάτως ῥέεσι. Gallæus.

21 Εἶχον] Idem Ἄμφω εἶχον hoc etiam modo MS. noster codex, pro κραδίης mavult Auratus κραδίῃ. ex Opsopœo. Idem.

22 Καὶ ὡς ἦπες, &c.] In cod. regio scribitur, καὶ ὡς ἦπες ἀπαύστοισι δὲ σκοπιῆσι μίλεσι. Auratus aliquanto liberius legit, καὶ ὡς ἦπες γυμνοὶ βίον ἦγον ἐπὶ σκοπιῆσι, Et ferarum more nudi vitam degebant in scopulis, vel ἄνδυτα κήπιο, absque labore Opsopœus.

23 Καὶ μετέπειτα, &c.] Regius codex τοῖσι ϑ' καὶ μετέπειτα, sic etiam habet codex noster. Gallæus.

24 Δεῖξεν ϑ' δένδρε] Alio modo legitur δεῖξεν ϑ' δένδρε. Pithœi δεῖξεν ϑ' δένδρε, at Auratus λέξεν ϑ' δένδρε. ex Opsopœo.

25 Ψαύειν] Noster codex habet ψαύεμεν. Gallæus.

26 Ὄφις] Serpentem instrumentalem tantum passivam causam fuisse, Diabolo intrinsecus agente, docet Majm. More Hannev. lib. 2. c. 30. وسما يجب ان يعلمه كما ينبغي ان كرسي ولكن لنفهم نذكرها

f 3

נסכרו לן ال נחש סר כוב
فانه كان قس جمل وان סכבה
هو الذي اغوي חוה وان الراكب
كان סמאל وهو الاسمه هي
ותלקחהו ב ال שטן *oportet autem te scire, quomodo illud explicent in Midrasch; videlicet serpentem fuisse equitatum, qui magnitudine ad Camelum accederet, Sessorem autem eum fuisse, qui decepit Evam; Sammaelem nempe* (qui propterea, ut diximus, Angelus mortis vocatur) *quam nomenclaturam Satanæ absolute tribuunt.* Hottingerus. Pherecydes Syrus apud Originem contra Celsum, Dæmonem scribit, qui terras devastavit, Serpentem, fuisse eumque idcirco ὀφιομορφὸν & ὄφιονον, id est, serpentigenam vocat, qui quidem homines, tanquam turmatim adversus Deum in aciem producat, &c. *Schedius.*

27 Ἐπὶ μεῖζον ἀπολθεῖν, &c.] Auratus addita negativa legit, μ' ἐπὶ μεῖζον ἀπολθεῖν, μ' ἐπὶ pro μὴ ἐπὶ. Decepit primos parentes (inquit) speciosa promissione, fore ut nunquam mortis fato subjecti essent, & cognitionem boni ac mali acciperent: sed sine negatione legitur apud Lactantium lib. II. cap. 13. & infra pag. 384. unde hi duo versus sunt translati. *Opsopœus.* Satis constat, hominem primum, si in rectitudine sua perseverasset, perennaturum fuisse in ea vita, in qua conditus fuit, procul omni periculo mortis seu interitus. Non convenit enim Dei sapientiæ & constanti bonitati, *ut opus manuum suarum spernat & destruat*, Job. X. 3. vel annihilet eum, qui purus, innocens, sanctus est, & cui animam dedit immortalem & sui imaginem, denique in quo nullæ causæ existunt, quæ necessario efficiant dissolutionem animæ à corpore. Si sanctus fuisset homo, quæsivisset Deum, ejusque amicitiam ambivisset. At Deus non quæritur frustra, nec frustratur eos qui se quærunt, sed remuneratur, tantum abest ut pœnam mortis à tali deposcat. Atque hinc est quod Deus pœnam mortis nominatus est nisi peccatori. Et ipsæ Sibyllæ citatæ Lactantio Firmiano, lib. IV. 12. fatentur, ad fatum mortis accessisse hominem propter seductionem Serpentis:

Ἀνθρωπον πτωλιέθρ' ἧς πολέμαις ἐπὶ ὠκυπόδεσσι.
Ὅστις πλάσσατο ἔργα θεὸς ἐπὶ μοῖραν ἀνελθεῖν
Τῷ ψυχὴν γνῶσίν τε λαβεῖν ἀγαθοῦ τε κακοῦ τε.
Hominem formatum esse Dei ipsius manibus,
Quem seduxit serpens dolose, ut ad fatum accederet
Mortis, & notitiam acciperet boni & mali.

Peccatorem igitur secuta mors est, tanquam ὀψώνιον ἁμαρτίας *stipendium peccati*, Rom. VI. 23. Et *per unum hominem peccatum venit in mundum, & per peccatum mors*, Rom. V. 12. XXII. Naturalis sequela mortis ad peccatum cum pendeat à πρεπωδίᾳ seu decentia illa Dei, qua Deus justitiam & sanctitatem suam manifestat, perspicuum inde est, eam non excludere declarationem illius πλειάδων seu *perfectionis* Dei, quæ in longævitate & misericordia est conspicua. Utrumque enim Deo naturale est, & sanctitatem suam demonstrare, & misericordiam exercere posse. Hinc est, quod post peccatum admissum Deus non statim ad exequendam vindictam & infligendam peccatori mortem processit; sed homini in Paradiso adhuc commoranti proposuit ἱλαστήριον *propitiatorium*, benedictum semen mulieris, quod pro eo, siquidem ad illud confugeret, sponderet, & in plenitudine temporum fieret maledictio, ut nos à maledictione legis liberaret. Hæc igitur promissio seminis, & insinuatio sponsoris genuina causa est, cur Deus vitam etiam temporalem prorogaret homini. Absque ea fuisset, nec vita Adamo ad momentum continuata fuisset, nec posteritas ulla ei succedere potuisset. Ut vere dicere possimus cum Esra, c. VI. 13. זרע קדש מצבתה *semen sanctum statio* est hominis. XXIII. Quod vero ter-

terminus vitæ aliis acceleratur, aliis prolongatur, ita quidem liberrimæ Dei sponsus est, ut sapientissima tamen ratio, quæ liberæ Dei voluntati subest, indagari facile possit. Cum enim ipsa vita peccatori donetur non alio fine, quam ut ad ludum μετανοίαν, benefica illa voluntas & longanimitas Dei nos ducat ad salutarem cognitionem Christi Mediatoris, ad fidem, pœnitentiam, atque ita vel viam salutis aperiat credentibus, vel incredulos reddat plane ἀναπολογήτους; manifestum est, longam illam vitam primis hominibus singulari munere Dei concessam esse, ut promissio facta in Paradiso penitius cognosci, & longa accurataque contemplatione penetrari, liberis & ceteris nepotibus ab iis qui eam à Deo & majoribus suis, quibus ea credita fuit, exceperunt, inculcari, propagari, integra & inviolata conservari, & à corruptelis variisque Sathanæ machinationibus vindicari possit. Severitatis quodammodo divinæ fuit, quod revelatio mysterii primis temporibus parce admodum dispensata fuerit, secus quam factum est succedentium temporum tractu, & in œconomia illa plenitudinis temporum. Rursum bonitatis Dei πανήγυρις fuit, quod hominibus ætas diutissime conservata est. Sic enim duce Spiritu Sancto potuerunt ex principio illo revelationis confectaria plurima eaque tum ad salutem, tum ad ubertatem notitiæ mysterii utilissima per spiritualem σύγκρισιν, ἀναστοχασμὸν, σύνεσιν, συμβιβασμὸν elicere, & longa memoria conservata constanter retinere. Itaque per sex continuas ætates, cum jam familia Sethi in magnum populum crevisset, quotidie vox Adæ resonare potuit ad renovandam creationis, lapsus & pœnæ memoriam, ad testandam spem salutis, quæ post castigationem relicta fuerat, & ad recitanda Dei judicia, quibus omnes erudirentur. Poterant sane Adamo mortuo etiam liberi ejus nepotibus quasi per manus tradere quod didicissent. Sed pondus majus habuit doctrina relata ex ejus ore, qui αὐτόπτης & αὐτήκοος fuit. Quod vero Patres tanto præsidio longævitatis instructi conservandæ & à corruptione & maleficio hominum protegendæ traditionis, tamen vitare nequiverunt, ne illa corrumperetur, & fallo Dei cultu ipsaque adeo idololatria, quæ in ipsa etiam familia Eberi invaluit, incestaretur, documentum certum est, quam lubricus sit traditio oretenus propagata & ad posteros traducta. XXIV. Atque hinc etiam intelligi potest, quæ causa sit mutatæ longævitatis, & contracti vitæ humanæ termini. Nempe traditione hactenus in mundo vigente & in animis sanioris hominum partis corroborata etiam breviori vitæ spatio mysterium fidei comprehendi & doceri potuit. Tandemque ne doctrinæ cœlesti vis ulla nocere posset, illa literis, fidissimæ custodiæ rerum mandata est per Mosen. Proinde ipsius Mosis tempore vitæ humanæ spatium ad eam annorum mensuram redacta est, intra quam per tot secula constitit. Quamvis enim ipse Moses centesimum & vicesimum annum ætatis attigerit, tamen communem sui & secuturorum temporum ordinem his verbis describit: ימי שנותנו בהם שבעים שנה ואם בגבורות שמונים שנה *Dies annorum nostrorum partim sunt septuaginta anni, & si in robore, octoginta anni*, Psal. XC. 10. Nempe cum in Scriptura Mosis divino jussu exarata promptius jam extaret subsidium discendi ea, quæ ad salutarem notitiam mysterii pertinent, brevior vita minus damnum attulit hominibus. Apparet tamen, rectam esse eam causam longævitatis, quam reddidimus. Cur enim præcise tempore Mosis ad extremum coarctata est ratio vivendi, nisi quia thesaurus divinæ traditionis Scripturæ mandatus ad omnium facilitorem intelligentiam expositus non jam corrumpi amplius potuit. Ex quo plane sequitur, rerum divinarum comprehensionem & mysterii conservationem ac propagationem, Scripturæ ministerio hactenus destituram, divino consilio adjuvari & promoveri longioris vitæ usu debuisse. XXV. Quamvis

vis autem in defectum longævitatis illius succesſerit verbi divini per Moſen ſcripti inſtitutio, ejuſque jacturam non mediocriter ſolaretur: tamen mutatio illius πολιτευματος ſanctis Patribus grandem molestiam & ægritudinem attulit. Hinc acerba querela eſt tum Jacobi tum Moſis. Quo ille Geneſ. XLVII. 9. *Dies annorum peregrinationis meæ ſunt triginta & centum anni. Pauci & mali: & non attigerunt dies annorum vitæ Patrum meorum.* Hic loco allegato oratione querula deplorat, quod homini vita ad tam arctum ſpatium redierit. Ut ſatis appareat, eos diminutionem vitæ habuiſſe loco pœnæ. Hujus rei cauſa eſt, quod divina promiſſio ipſis facta eos anxia exſpectatione ſolicitos habuit. Unde Chriſtus Diſcipulis ſuis dicit: πολλοὶ δίκαιοι ἐπεθύμησαν ἰδεῖν ἃ βλέπετε: *Multi juſti deſideraverunt videre quæ vos videtis*, Matth. XIII. 17. Præcoci igitur fato οὐκ ἐκομίσαντο τὴν ἐπαγγελίαν, *non ſunt aſſecuti promiſſionem.* Hebr. XI. 39. Tum verbi ſcripti inſtitutio tutum quidem & expeditum fuit remedium proficiendi in ſapientia ſpirituali, & notitia acquirenda rerum futuratum. At longiore ætate quis dubitet majorem profectum comparari poſſe? Denique Abrahamo & poſteritati ejus promiſſa eſt hæreditas terræ Canaan, quæ, quia in ea Deus loqui inſtituit Iſraëli, in ea apparere, σκηνῶν *habitare* conſtituit, ſancta fuit, habitaculum Dei, hæreditas populi, pignus & ſymbolum futuri Salvatoris. Itaque ſancti Patres quodammodo ſuſpirabant ad longam poſſeſſionem terræ ſanctæ, tanquam pignoris & ſymboli ſui, & ejus charitate generoſo & libero voto ad vitam æternam ſe extendere non potuerunt. Quin etiam inter promiſſiones populi Iſraelitici erat longævitas. Atque hæ ſunt cauſæ, ob quas ſancti Patres ſe ad majorum ſuorum ætatem non attingere graviter & merito dolebant. Nobis autem, quibus τὸ κρεῖττον melius Deus providit, licet alacriori animo mortem quocunque tempore inſtantem obire; ſicut & Simeoni, Luc. II. 26, 29. Quippe & promiſſio ſeminis repræſentata eſt, & πολυποικίλος illa σοφία ac myſterium voluntatis ſecundum beneplacitum quod eſt in Chriſto, locupletiſſime notificatum. Præterea cum πολίτευμα noſtrum ſit in cœlo, nec ullum terreſtre pignus nobis commendatum ſit, quod animus vel amplectamur, non convenit, ut rebus hujus ſeculi ſubjiciamur, vel earum deſiderio ita torqueamur, ut longiorem vitam, quam quæ nobis voluntate Dei deſtinata eſt, concupiſcamus. Sive enim multum ſive parum vivamus in hoc ſeculo, plus vidimus, plus cognovimus, majori cum fructu lætitiæ facti ſumus compotes eorum, quæ Deus nobis in Chriſto donavit, quam qui mille annos primis temporibus in ſeculo hoc contriverunt. Hinc etiam de fidelibus ultimi temporis extat prophetia Eſai. LXV. 20. לא יהיה משם עוד עולל ימים וזקן אשר לא ימלא את ימיו כי הנער בן מאה שנה ימות והחוטא בן מאה שנה יקלל: *Non exiſtet inde amplius infans diebus ſive ætate, neque ſenex qui non implebit dies ſuos: ſed puer centenarius morietur, & peccator centenarius maledicetur.* Innuit Propheta, tantam fidelium, licet pueri ſint, futuram notitiam ac lætitiam, quanta fuit eorum, qui centum annos vixerunt ſub veteri œconomia: quique nihilominus puer erit ſcientia & ſtultitia animi, eum tam futurum inexcuſabilem ac ſi viviſſet centum annos. XXVI. Atque ſic clariſſime conſtare puto, quæ ſapientiſſimo Deo ratio fuerit producendæ hominum vitæ vel coarctandæ. Porro quo medio Deus uſus fuerit naturali ad prolongandam primorum hominum vitam, inveſtigari exiguo negocio poterit. Vitam animalis conſiſtere in ὑγρῷ καὶ θερμῷ ἐμφύτῳ *humido & calido innato*, inter omnes convenit. Calidum innatum eſt ignis, particulis pinguibus & oleaginoſis in ipſo generationis principio mixtus, cujus ope etiam ſuccus alimenti ad conſervationem corporis præparatur,

per

per illud distribuitur, eique agglutinatur. Humidum radicale sunt ipsæ particulæ pingues & oleaginosæ, quibus calidum innatum insinuatum est & immistum. Quamdiu igitur & ignis potens est ad consumendam humiditatem, & humidi copia igni devoranda suppetit, necessum est ut vivat animal. Hinc causam longioris vitæ scrutatus est Philosophus περὶ μακροβιότητος καὶ βραχυβιότητος, cap. 3. Si nimirum humidum radicale iis conditionibus sit instructum, ut insito igni diutissime idoneum fomitem seu alimentum præbere possit. Verba ejus, quibus conditiones humidi radicalis describit, sic habent: Διὸ καὶ μὴ δυνήσεσθαι δεῖ εἶναι τὸ ὑγρόν. Καὶ ἅμα τοῦτο τὸ λιπαρὸν, ἄπεπτον. αἴτιον δ' ὅτι ἀὴρ ὁ δ' ἀὴρ πρὸς πάντα πῦρ δ' ὁ μικρὸν σπανιώτερον ὁ δ' αὖ ὀλίγου δεῖ εἶναι τὸ ὑγρὸν δύσεφικτον γὰρ καὶ τὸ ὀλίγον. διὸ καὶτὰ μεγάλα καὶ ζῶα, καὶ φυτὰ, ὡς ὅλως εἰπεῖν, μακροβιώτερα, καθάπερ εἰλήχθη πρότερον. ὅλου γὰρ τὰ μείζω πλείονα ἔχει ὑγρὰ· ὁ μὲν γὰρ τοῦτο μακροβιώτερα· δύο γὰρ τὰ αἴτια, τό, τε πεπτικὸν, καὶ τὸ πολύ. ὥστε δεῖ μὴ μόνον πολὺν εἶναι ὑγρὸν, ἀλλὰ τοῦτο καὶ θερμὸν, ἵνα μήτε δύσπεπτον, μήτε δύσεφικτον ᾖ. Καὶ ἅμα τοῦτο ἀνθρώπου. μακροβιώτερον μᾶλλον οὖν μειζόνων μακροβιώτερα γὰρ τὰ λειπόμενα τοῦ πολλοῦ ὑγροῦ. ἐὰν πλείονι λόγῳ ὑπερέχῃ τὸ πολὺ, ἢ λείπῃ τὸ πεπτόν. ἔστι δ' οἷον μὲν τὸ θερμὸν, τὸ λιπαρὸν· ὃ ἅμα πολύ, τὸ, τε μὴ δύσεφικτον, καὶ τὸ μὴ δύψυκτον· οἷον δ' ἄπεπτον ἐκ χυμῶν. *Quocirca & humidum esse tale convenit, ut non facile siccescat. Et ob id pinguia putrescere non solent. Cujus rei causa est, quod ea sunt aëris, aër autem ad reliqua ignis est, qui haudquaquam putrit reddi potest. Rursum non paucum esse humidum oportet. Quod enim paucum est facile exarescit. Ideoque magna & animantes plantæ, ut in universum dixerim, plus temporis vivere consueverunt, quemadmodum dictum est antea. Nam ratione optima evenit, ut quæ majora sunt plus habeant humidi. At non solum propter hoc vita sunt longiore. Duæ enim causæ quantitas & qualitas, id est modus & genus. Proinde non solum oportet humidum esse multum, sed etiam calidum, ut ne facile aut congelascat, aut reficcetur. Hac de causa diutius homo, quam majuscula quædam animalia, vivit. Nam quæ humidi copia vincuntur, si majore proportione per qualitatem superent, quam per quantitatem vincantur, ea sane vivaciora sunt. Calidum autem ipsum, in nonnullis pingue habetur, quæ res simul efficit, ut neque facile inarescat neque facile refrigeretur. In nonnullis alio succo præditum est.* Humidum radicale in universum ita comparatum esse oportere docet, ut sit pingue, adeoque non facile siccescat: ut non sit paucum, ne facile exarescat: denique ut sit calidum, ne temere vel congelascat vel reficcetur. Hanc igitur causam longæ vitæ Aristoteles perhibet, quem inprimis experientia duce Physicorum & Medicorum Schola unanimi voto probat. Quamobrem non multum nobis laborandum erit in naturali causa longævitatis primorum hominum eruenda. Quid enim vetat dicere, quæ in universum causa longioris vitæ & seræ senectutis esse experiundo & certa ratione cognoscitur, eandem certissimam esse longævitatis primorum hominum causam? Deus igitur Adamo in prima creatione internum innati calidi alimentum, seu humidum illud primigenium omnibus numeris consummatissimum suppeditavit, ita ut corpus ejus mortalitatis expers esse potuerit. Per peccatum infractæ sunt vires internæ illius constitutionis, & contracta est necessitas moriendi. Primis tamen temporibus propter sapientissimam, quam supra evolvimus rationem, Deus ita naturam hominis confirmavit, præparando insito illi calori nutrimentum humiditatis & pinguissimum & copiosum & calidum, quale ad longam vitam unice est necessarium; ut ad seram senectutem illam facile pertingere potuerit. Externa vero vitæ conservandæ remedia quod attinet, non alia fuisse videntur, quam quæ etiam brevem vitam sustentant. Quamdiu enim naturalis ille calor ob defectum radicalis

Τὸ θανάτου, γνῶσίν τε λαβεῖν ἀγαθοῦ τε κακοῦ τε
Ἀλλὰ γυνὴ πρώτη παραδόπις [28] τις γένετ' ἐκείνῳ,
Ἣ δ' ὤκεν, τοῦτον δ' ἀδάῃ πείθεσκεν ἁμαρτεῖν.
[29] Ὃς ᾧ γυναικὸς ἐπέσσι πεπειρημένῳ, ἔξελάθεσκεν

Decepit vafre ſerpens, ut mortis abirent
In fatum, ſcirentq; bonumq; malumque quid eſſet.
Sed mulier primo proditrix extitit illi,
Quæ dedit, ignoraque rei peccare ſuaſit.

humidi non redditus eſt languidior, adeoque naturalem ſuam potentiam retinuit, non neceſſum fuit, ut vel alimentum primorum hominum, vel influxus ſiderum, vel τὸ περιέχον ſeu aër ambiens, vel denique ulla cauſa externa ſuſtentandæ vitæ majores vires obtineat, quam quas hodieque conſtanter natura ſervat. Quippe in his omnibus non cauſa proprie ſed comes tantum & inſtrumentum eſt longæ vitæ. Tantum rectus, prudens & moderatus rerum naturalium uſus apud eos vigere debuit, ut ordinariam illam vitæ metam, Dei ſingulari nutu eis præſtitam contingere valerent. *Heideggerus.*

28 Τὴ γένετ'] Regius codex habet γένετ' pro γένετ', ſic etiam & noſter habet. *Gallæus.*

29 Ὃς ᾧ γυναικὸς, &c.] Tradunt I. Adamum in ſtatu Integritatis non diu permanſiſſe. Supra, ex *Pirke Aboth*, definierunt horas duodecim. Alii tamen, Kabbaliſtæ præſertim, fælicitatem primævam æſtimant annis 20. Alii eam metiuntur diebus 40. alii 8. alii etiam ſex horis. Arabes die Veneris Adamum Paradiſo ejectum volunt. *Patricid.* Mſc. فلما عصيا ربهما اخرجهما من الجنة في

A'θa-

بسعة ساعات من يوم الجمعة
في جبل من جبال الهند واسكنهما
الارض فامرهما ان يتناسلا ليكثر
ويملها للارض *Cumque rebellaſſent Domino ſuo, expulit eos Deus horto, hora nona, diei Veneris in montem quendam Indiæ, ipſiſque incolendam tradidit terram, atque præcepit, ut creſcerent, multiplicarentur & implerent terram, Ibn Sora*, Jacobita, ſcripto Apologetico, quod Patricidi oppoſuit, habet inter alia: Cum crucifixiſſent Servatorem, obſcuratus eſt ſol à tempore ست ساعات من النهار
وفي يوم الجمعة الذي اكل ادم
من الشجرة اي وقت تسع ساعات
مثل الوقت الذي ادم اخرج من
الفردوس *horæ ſextæ, diei Veneris, qua Adamus edit de arbore, ad horam nonam, qua Adam expulſus eſt Paradiſo. Hora tertia comedit Adamus fructum mortis in Eden de arbore: Sexta hora aſcendit Dominus Mundi in crucem pro ſervo ſuo, qui peccavit.* II. Adamum immortalitatis privilegio munitum; ſibi ſuiſque poſteris mortem inobedientia acceſſiſſe. Aſſerunt enim Judæi, diſertis

Ἀθανάτου κήδεα, σαφέων δ' ἀμέλησεν ἐφετμέων.
Τὴν ἕνεκεν ἀντ' ἀγαθοῖο λάβον κακὸν οἷον ἔπραξαν.
Καὶ τότε δὴ γλυκερῆς συκῆς πέταλ' ἐμπείραντες,
Εἵματας τεύξαντες, ἐπ' ἀλλήλοισιν ἔθηκαν.
Μήδεά τ' ἀμφεκάλυψαν, ἐπεὶ σφίσιν ἤιεν αἰδώς.
Τοῖσιν δ' ἀθανάτῳ κότον ἔκθετο, κάββαλεν ἔξω
[30] Ἀθανάτου χώρου. τόδε γὰρ τετελεσμένον ἦεν,

Ille quidem audita perſuaſus conjuge, patrem
Æternum oblitus, ſprevit clariſſima juſſa.
Hoc ergo peperere ſibi mala, non bona, facto.
Ac tum mellitæ ficus foliis contextis
Veſtes fecerunt, quibus obtexere pudenda
Impoſitis inter ſeſe, cogente pudore.
At pater æternus facto ſuccenſuit illo,

[31] Θνη-

tis verbis a. *Adamum rebellione ſua hujuſmodi extitiſſe authorem.* Teſtimonia ex *Zohar*, *ſepher haæmunoth*, R. *Bechai*. R. *Moſe. Gerundinens*; vide in Append. *Bux.* Diſſert. de Ling. Heb. Confuſ. Memorabile cum primis eſt illud ex Zohar: אדם קדמאה כרך במדריה וגרם כותא לעלמא *Primus homo rebellavit Domino ſuo, & cauſa extitit mortis Mundo.* b. Sammael nomen eſt Principis Dæmonum & Seductoris Protoplaſtorum) poſt lapſum vocari conſuevit מלאך דמותא *Angelus mortis*, quia, ut Hebræi loqui amant; גרם מותא לכל עלמא *cauſa extitit mortis univerſo orbi.* Muhammedanorum conſenſum in Theatro noſtro quadripartito لي شا الله proxime exhibebimus. *Hottingerus.*

30 *Ἀθανάτου χώρου*] Communiter ſcribunt Hebræi, ſedem exulum, Paradiſo ejectorum, fuiſſe Moria montem; R. *Eliez.* cap. 20. *Et expulit Adamum. Ejecit atque eduxit e horto Eden, & habitare eum fecit in monte Meria, quia porta Paradiſi vicina erat monti Moriæ. Inde ſumſit eum Deus & reduxit eum in locum ubi deſumtus erat, juxta illud: Et* ſumſit Deus Adamum. *Quinam autem fuit hic locus? Deſumpſit eum ex loco domus Sanctuarii, quia dicitur; Ad* colendum ſcil. terram illam unde deſumtus erat. Volunt nempe (ſine ratione tamen) Adamum in meditullio terræ eſſe formatum, inde argillam ejus deſumtam, ibi quoque habitaculum ſibi exſtruiſſe, ibidem loci ædificatum altare, in quo ſacrificaſſe Adam, Abel, Kain, Noah:

[31] Θνητοῖς ἐν χώρᾳ μεῖναι, ἐπεὶ οὐκ ἐφύλαξαν
Ἀθανάτου μεγάλοιο θεοῦ λόγον [32] αἰσαντες.
Οἱ δ' ἅφαρ ἐξελθόντες ἐπὶ ζείδωρον ἄρουραν,
[33] Δάκρυσι καὶ στοναχαῖς δδύνῃ, ἔπειτα ὃ τοῖσιν

Dejecitque loco immortali, quatenus æquum
Degere mortali fuit in regione, rebelles
Contra immortalis magni præcepta parentis.
Qui simul egressi terram tetigere parentem,

Ἀθά-

Ibidem ligatum fuisse Isaacum, ut in victimam offerretur; Solomonem etiam templum ibi extruxisse. *Arabes* tamen *Christiani* quendam Indiæ montem ostendunt exilii sedem, ut supra monuimus; quibus *Muhammedani* accedunt, ut videre est ex Seldeni doctissimo Comment. de *Jure. Nat. & Gent.* p. 342. ubi ex Historia universali Msc. mons ille vocatur سرنديب *Sarandib* في شرقي ارض الهند *in Orientali Indiæ regione.* G. Hujus vero tum peccati, tum inflictæ, propter peccatum, pœnæ, ubique Gentium obvia vestigia. Mitto, quæ de pomis Adamicis nugantur Judæi, qui morsus in iis indicia ostendunt. Vide *Torniell.* Annal. p. 24. Extimis & remotissimis Indis nota est هروب آدم *fuga Adami.* Idem.

31 Θνητοῖς ἐν χώρᾳ.] Regium exemplar Θνητοῖσιν ἐν χώρᾳ. forte scribendum Θνητοῖσι χωρὶς μεῖναι, q. d. ita consilio divino destinatum erat ut seorsim habitarent, nempe extra hortum Dei. Auratus legit, Θνητοῖς μ' ἐν χώρᾳ, pro μὴ ἐν. *Opsopœus.*

32 Αἰσαντες.] Turnebus & Auratus αἰσασθαντες metri causâ legunt, quo verbo usa est Sibylla pag. 172. cod. reg. ἀάσασθε: unde fieri potest ἀὴν ἀάσθε. *Idem.*

33 Δάκρυσι, &c.] Lapsum hominem, pœnitentiæ specimen daturum, à γονυκλισίᾳ στρωλικῇ tecisse initium, fabulosum sit; rediisse tamen cum Creatore suo peccatorem in gratiam, constans est Orientis traditio. Christianorum sententiam exprimit R. Gedal. p. 92. ואומרים שאדם חוה עשו תשובה גדולה *Dicunt Adamum & Evam pœnitentiam fecisse magnam.* Judæorum mentem breviter aperit *Joseph.* Antiq. l. 1. c. 2. Prolixius R. *Elies.* Capit. 20. *Quodam Sabbatho ingressus est Adam aquas Gihon superioris, donec pertingerent aquæ ad collum ejus, supplicavitque septem diebus Sabbatorum vel hebdomadæ, usque dum factum fuit corpus ejus instar cribri: Dixit Adam coram sancto benedicto: Domine totius universi, transeat quæso peccatum meum à me, & recipe pœnitentiam meam, ut discant omnes ætates, quod sit respiscentia, & quod suscipias respiscentiam convertentium se. Quod fecit sanctus Bened. Extendit dextram suam, atque removit ab illo peccatum ejus, & suscepit conversionem ejus, juxta illud;* Peccatum meum tibi notum feci, & iniquitatem meam te non celavi, Sælah, *in hoc seculo*, Selah in futuro seculo V. Ne-

Ἀθάνατος θεὸς αὖτὸς ἔπος προσφέρεσθαι εἶπεν·
34 Αὔξεσθε, πληθύεσθ', ἐργάζεσθ' ἐπὶ γαίης

Et gemitu & lachrymis perfundebantur. & inde
Immortalis eos Deus eſt affarier orſus:

35 E'ν-

Neque vero veniam tantum; ſed & Paracletum accepiſſe volunt, ne plane triſtitia conſumeretur. *Reuchlin.* de arte Cabbal. p. 8. *Ne Adamum lapſum prorſus omni conſolatione deſtitueret Clementiſſimus pater, continuo miſit Angelum, quo plenius tantæ ruinæ diſceret reparationem. Sic enim Cabbaliſtæ* Comment. in lib. Ietzira ſcribunt: שהאבות רבותיהם חיו מלאכים יהועים רבו של אדם הראשון *Quorum patrum Præceptores fuerunt Angeli noti, videlicet Præceptor ipſius Adami, Raziel.* Tradunt Syri, ipſos etiam Angelos Adami lapſu, graviter fuiſſe conſtriſtatos, *Bethgaza* p. 127. Sed & arbores ſua quaſi capita incurvaſſe; p. 88. quod in ipſo quaſi felicitatis portu naufragium feciſſet *Princeps Creaturarum*: imo *Caput & Princeps omnium nationum & tribuum*; Angelorum igitur τῶν ἀμφὶ τὴν λειτουργίαν ministerio erigendos iterum & ſolatio permulcendos fuiſſe. *Hottingerus.*

34 Αὔξεσθε, &c.] *Utrum verba* פרו ורבו creſcite & multiplicamini, *ſint præceptiva?* In hujus præcepti explicatione aliter Judæi verſantur, aliter Chriſtiani. Judæi hic conſtanter agnoſcunt præceptum, ut ordine primum: ſic dignitate haud poſtremum, ceu diximus Jur. Heb. p. 6. Hujus præcepti ſenſum *vertit* magis quam *addivit Abarb.* ita explicat. טעם המצוה הכאת הוא פי בעבור שהיה האר' בצלם אלהים

ותכליתו שישתדל להשיג השלמות האנושי לא שמירת המין כשאר בח"ח עד שמפני זה לא נאמר בבריאתו למינהו כמו שנ' בבריאתם והיה שבבחינת השלמות השכלי לא יאות פועל ההולדה כי הוא פועל בהמי ומזק לשכל ואולי יחשוב אדם מפני זה שראוי להתרחק ממנו בהחלט הנה מפני זה הוצרכו האד' ואשתו אל מצות פריה כאומר עם היות כי בצלם אלהים בראת אותך אל תמשך כ"כ אחרי החלק השכלי שתניח החמרי בהחלט ותפסק ההולדה ויחרב העולם אין רצוני בכן אלא שתפרו ותרבו ותמלאו את הארץ אבל אל תחשבו שבהיותכם פרים ורבים

ורבים מולידים ברומה כצמחים
וכֻבח שאין לכם יתרון עליהם
ותפלינו מפני וה בהוש המשוש
כי חרפה הוא לכם לא תעשו
כן אל תהיו כסוס כפרד אין
הבין בנטותכם אחרי התיאורת
הגופניות אבל בהפך שתמשלו
והרדו ברגת הים אשר הוא
הכוג היותר חסר מהחי ובעוף
השמים שהוא יותר נכבד ממנו
ובכל נפש חיה הרומשת על
הארץ שהוא סוג יותר נכבד
מכלם וכלל עוד באמרו ואתם
פרו ורבו להזהרם שלא
ישתמשו במשגל רק לפריה
ורביה ומזה הצד היתה המצוה
הזאת שכלית מאד *Sensus hujus*

præcepti est, quod quia homo est ad imaginem Dei, & finis ejus, ut intendat consecutionem perfectionis humanæ, non observationem (continuationem) *speciei, prout reliqua animalia, adeoque propterea in creatione ejus dictum non fuerit, ad speciem ejus; prout dictum fuit in illorum* (animalium) *creatione. In ea scilicet autem perfectionis intellectualis, non convenit illa actui generationis, qui actus est bruti, intellectui nocens. Ne vero forte homo cogitaret, eam ob causam oportere ab illo* (actu) *omnino recedere; propterea Adam & Eva opus habuerunt præcepto super-naturali. Quasi diceret* (Deus) *etsi crearim te ad imaginem Dei, ne omnes sequaris partem intellectualem; materialem vero plane deseras, generationem intermittas, atque ita devastetur Mundus. Hæc mea voluntas non est. Quin, crescite, multiplicamini, & implete terram. Verum, ne existimetis, eo quod crescitis & multiplicamini, producitis simile, more plantarum & bestiarum, nulla alia re in vos excellere, ac propterea modum excedatis in sensu tactus: Quod vobis erit opprobrium. Hoc proinde ne faciatis: Ne satis instar equi & muli, quibus non est intellectus, dum inclinatis ad voluptates corporales; sed contra, ut dominemini, & præsitis piscibus maris, qui genus constituunt* (creaturarum) *imperfectius animalibus & avibus cæli, quæ excellentiora sunt; & reptilibus terræ, quod genus reliquis omnibus antecellit.* Hoc præceptum Synagoga etiamnum, id quod praxis quotidiana, & in ea votiva acclamatio (*Buxt. Synt. Jud* pag. 408.) probat, stricte observat. *Ex Christianis* alii præcepti amplitudinem, & necessitatem, quam Judæi defendunt, improbant; neque tamen vim præceptivam omnem tollunt. *Mercer. in Gen. p. 34. Hebræi hoc volunt esse primum omnium præceptorum totius legis, ac pro præcepto accipiunt. Nos benedictionem tantum & propagationem accipimus, ut hoc non teneantur omnes, nisi qui continere non possunt, juxta præceptum Pauli. Cornelius à Lapid.* nullum plane hic agnoscit præceptum, cum idem Deus dixerit piscibus v. 22. quibus legem non tulit, sed quod usum matrimonii tantum probet, eique virtutem & fœcunditatem indat, ut per maris & fœminæ conjunctionem, uti cætera animalia, sibi simile procreent. Citat eam in rem *Chrys. August. Rupert. Perer. Oleast Vatab.* Eandem vim præcepti negat *Torniel.* pag 37. aut si quæ sit, restrictam esse contendit verbis: *Replete terram.* Adeo ut cum jam repleta sit, necessario cesset obligatio. Unde non rejicit eos, qui non irrationabiliter putarint prædicta verba vim quo-

quodammodo habuisse præcepti in primis duntaxat illis Mundi temporibus; quo terra replenda erat. Hinc & alii Theologi Pontificii, si vel pestе, vel fame minuerentur incolæ urbis alicujus vel provinciæ, beneficio, ei hujus præcepti succurrendum statuunt. Ita *Thomas* 2. 2. quæst. 152. art. 2. *Sent.* in 4. d. 24 asserunt, præceptum hoc non obligare singulos, sed quosdam tantum, qui speciei providerent; vel non ad semper; sed tempore necessitatis. *Mersennus* tribus sententiam suam complectitur aphorismis. Primo negat vi verborum illorum inferri præceptum. 2. Non esse certum, utrum verba illa Adamum saltem & Evam obligarint. 3. Neminem præcepto positivo teneri, ut ducat mulierem, eique sese conjungat, tametsi debeat ei in iis, quæ matrimonio conveniunt, obsequi, si quando contraxerit. Breviter hoc fere agunt Pontificii Interpretes, ut elisa vi præceptiva cælibatui sacerdotum colorem quærant; unde & *Bellarminus* satis thrasonicè Melanchthoni insultavit; defensus tamen & masculè vindicatus à *Rivet.* comment. in Genes. p. 44. Nos ita sentimus l. verba פרו ורבו præceptiva esse respectu individuorum Adami & Evæ in statu integritatis. Notum est, ex veteribus nonnullos vel odio conjugii, vel nimia virginitatis admiratione, negasse, præceptum de γενναν in Paradiso habuisse locum. Sane Chrysost. lib. de virginit. ait in statu Innocentiæ hominem, si perduraſſet, maris & fœminæ conjunctione ad prolis generationem non habiturum opus, adeo ut c. 17. putet illud Crescite & multiplicamini, non ad Naturæ institutionem, sed in remedium concupiscentiæ dictum esse, cui *Damasc.* 2. & 4. de fide Orthodoxa suffragatur. *Basilius* verbum Crescite refert ad definitam hominis staturam, q. d. Nutrimini, parvi genetati, magni evadite, terminus vero sit augmenti. Ita Græci Patres plerique, quæ etiam sententia Armenis tribuitur, &, ex recentioribus, *Jacobo Fabro Stapulensi. Augustinus Eugubinus* putat hæc homini dici tanquam militi, habita ratione ejus, quod post expulsionem ei eventurum erat. Hieronymus, literaturæ Hebraicæ gnarus, vidit facile hunc textum tam notoriam πολυγαμιαν non admittere, ipsi conjugio cornu obvertit: Nuptiæ, inquit, terram replent, virginitas Paradisum. Nos vero dicimus A. Hæc verba continere institutionem conjugii. Id ipsum enim constanti Ecclesiæ Judaicæ consensu creditum fuit & traditum. Inter ipsos etiam Patres Augustinus, etsi à Damasceno & Chrysost. non longe abire videatur, lib. 1. de Gen. cont. Manich. c. 19. lib. tamen 14 de Civit. Dei c. 22. aperte ostendit, illud Crescite & multiplicamini non de Spiritu qui imperat, & carne quæ obtemperat, aut de animo rationali qui regit, & irrationali cupiditati quæ regitur, aut de virtute contemplativa, quæ excellit, & activa, quæ subditur, sed aperte de conjugii vinculo intelligenda. Atque hæc posthac sententia omnibus placuit & recepta fuit Scholasticis & Reformatis Doctoribus. II. Eadem verba ad Adamum & Evam pertinere in statu innocentiæ, quod probant rationes. I. Verbum פרו Imperativum est, quod vinculo conjugali, Adamum & Evam colligat. 2. Ex ipsa Adami explicatione Prophetica, facta ante peccatum *Gen.* 2. vers. 24 coll. cum *Matth.* 19. 5. 3. A minori. Reliqua animantia simile producendi acceperunt potentiam, in ipsa creatione, cur non & homo? 4. Lex nulla limitatione, hominem in statu integritatis consideratum, excipit. E. nec nostrum est eum excipere. 5. Deus destinavit finem, impletionem & inhabitationem terræ. E. & medium, conjugium. 6. Accedit consensus tam veterum, quam recentiorum. Ex veteribus Cyprianus etiam huic favere videtur sententiæ, lib. de discipl. & habit. virgin. Prima sententia crescere & generare præcepit, secunda continentiam suasit. Ex recentioribus Pontificiis, *Mersenn.* p. 1068.

hanc

35 Ἐντεχνέως, ἵν' ἔχητε τροφῆς χόρον ἰδρώοντες.

Crescite multiplici numero, terramque per artem

hanc etiam sententiam probabilem judicat. III. Post lapsum eadem repetuntur verba, *Gen.* 9. vers. 2. ubi Deus Noacho, posterisque ejus benedixit, addito verbo imperandi iterum gemino: פרו ורבו *crescite & multiplicamini*. Hæc verba imperativi esse modi, nemo negarit: de sensu quæstio est. Sunt qui plane negant imperium aut mandatum contineri objectivum, ut Pontificii nonnulli; sunt qui mandatum *necessitatis* agnoscunt, *Jus Heb.* p. 6. Sunt denique, qui præceptum hoc observant, non quidem strictæ necessitatis; sed tantum *libertatis*. Et ut ante lapsum primarium ejus præcepti objectum erant individua, secundarium species; ita post lapsum primario speciei illud convenit. Individuis secundario. Speciei hoc mandato libertas concedtur legitime in fœdera conjugalia veniendi; Individuis tamen omnibus nulla imponitur necessitas. Sunt, quos Apostolus, propter τὴν ἐνεστῶσαν ἀνάγκην nuptiis solvit, 1. *Cor.* 7 26. Sunt quibus & Creator ipse, & idem Apostolus præcipit, ἀλλὰ πορνείας τὴν ἑαυτοῦ γυναῖκα ἐχέτω, καὶ ἑκάστη τὸν ἴδιον ἄνδρα ἐχέτω. Frigida nimis eorum est distinctio, qui certo tantum casu, in quibus *Thomas*, *Scotus*, *Mersennus* etiam in Genes. pag. 1067. vim agnoscunt præceptivam, & vel quibusdam tantum, vel aliquando nuptiarum usum, tenore horum verborum, concedunt, ut, quod *Bellarminus* urget, si forte periculum esset, ne genus humanum plane periret. Ita enim tollunt nubendi libertatem, necessitatisque casum arctis nimis cancellis includunt, neque ad præceptum ipsum, sed ad ejus objectum referunt, parum memores disputationis Paulinæ 1. Cor. 7. Atræ igitur foliginis succo, quo Torniellus, Mersennus, & ipse etiam *Bellarminus* de Cleric. lib. 1. cap. 21. Reformatos in genere omnes, in specie vero Melanchthonem perspergit, non fuisset opus. Non insultant nostri cælibatui eorum, quibus datum est esse Eunuchos propter regnum cælorum; ægre tamen ferunt, nimis temere quemlibet sibi injecta illud polliceri tunica, præcipitanter effutito voto, quod ἐγκράτειαν est exspectandum. Verba certe conjugii institutiva, ut neminem cogunt, sic neminem prohibent. Ut enim, quod jam monuimus, speciei potius, quam Individuis hæc lex post lapsum est data; ita nullum speciei individuum, quod speciali continentiæ dono ornatum non est, ab hac lege & privilegio excludi debet. Si enim Adamo integro conjugii vinculum & concessum & imperatum fuit; cur jam, ubi lapsæ naturæ medicina & frænum esse cœpit, rigidius posteri ejus tractentur? Nullum ergo hic objecti, sed circumstantiarum admittimus distinctionem. Promiscue in actu signato, omnes æque illud concernit, in exercito eos, quos peculiaris quædam continentiæ excipit ratio. Hanc verborum mentem esse probant eædem fere rationes, quas supra jam recensuimus, quibus accedit. 1. Praxis perpetua Ecclesiæ Judaicæ. In V. T. tam rigide fuit observata, ut non modo sterilitas probro verteretur; sed defuncto fratri ἀτέκνῳ semen à superstite fratre fuerit excitandum. Christianæ, in qua etsi necessitas, tanta non observetur, libertas tamen non fuit sublata, donec tandem nimio cælibatus amore Anachoritæ non tantum, sed & alii, Illustria primitivæ Ecclesiæ lumina, conjugium fere in contemtum adduxerunt, qua de re alibi. Rationes, quæ negant Imperium hoc loco Adæ & Evæ datum, examinare nihil attinet. Discussæ jam sunt ab aliis, illæ præsertim, quas *Nyssenus* habet. Vide *Revet.* in Genes. l. cit. *Hottingerus*.

35 Ἐντεχνέως] Regium ac nostrum exemplar habent ἐντέχνως. *Gallæus*.

36 Κι-

Ὡς φάτο. τῆς δ' ἀπάτης τὸν ἐπαίτιον ἐρπυςῆρα,
Νηδύϊ ᾗ κενεῶνι ποιήσατο γαῖαν ἐρείδειν,
Πικρῶς ἐξελάσας. δεινὼ δ' ἔχθεαν ἐφίαψεν
Ἐν μέσῳ ἀλλήλων· καὶ ὁ μὲν [36] κεφαλὼ φυλάσσῃ
Σώζειν, ὃς ἢ πέρηαν· ἐπεὶ θάνατός γε πάρεστι

Exercete, cibos alimentaque deſudantes.
Sic ait, & fraudis ſerpentem qui fuit autor,
In latus & ventrem, terram calcare coëgit,
Acriter exactum: capitaleque conciliavit
Inter eos odium. quare hic caput, ille tuetur

Πλη-

36 Κεφαλὼ, &c.] Commemorantur quam plurima prudentiæ, ſolertiæ, aſtutiæ, & calliditatis ſerpentis teſtimonia, quæ duorum ſunt Generum: nam alia indicant prudentiam & aſtutiam ſerpentis in procuranda & tuenda ſalute ſua, ut quod ſingulis annis, tempore veris, veterem pellem exuat, per foramen anguſtum penetrando & novam induat, quod viſum hebetem ex diuturna obſcuritate loci, in quo hyeme latet, renoveт & perſpicatiorem efficiat, oculos ad marathrum, ſeu fœniculum admovendo, quod cum ſe exoſum eſſe ſentiat, ſolicitè declinet, ac refugiat homines ſibi adverſos, quod fugiat voces pavonum, & afflatum cervorum, qui ut teſtatur Solinus, c. 22. ſpiritu narium ſerpentes extrahunt de latebris cavernarum, & eos abſorbent; quod dum caput ipſius petitur, totum corpus plagæ objiciat, ut vitam conſervet, ſcit enim, capite contrito vel abſciſſo, ſe vivere amplius non poſſe; atque adeo ſcit, caput ſuum, cum læſum fuerit, non poſſe ſanari, cum reliquas corporis partes læſas facile ſaneт, quod totius corporis venenum in collo colligat, ut, ſi neceſſitas exigat, habeat in promptu quo ſe defendat, quod in aquam deſcendens venenum in tuto loco reponat, ut inde ab aquis recedens reſumat. *Alia* vero indicant prudentiam & aſtutiam ſerpentis in inſidiando & nocendo aliis, ut *quod* homini tranſeunti nociturus, inſidietur ei, non juxta foramen ſuum aut in loco deſerto, ſed *juxta viam* ſeu *ſemitum*, Gen. 49. 17. i. in loco frequenti, ubi non futurus eſſe putabatur (videatur Cyrillus lib. 1. contra Julian. *Serpentes*, inquit, *in triviis ſedent, ut inſiliant in eos, qui nihil ſibi timentes, ſecurè ambulant*) & *quod* obturet Aurem ſuam ad incantationes, ne illis prohibeatur mordere & nocere, Pſal. 58. v. 5. 6. vide etiam de aſtutia ſerpentis Auguſt. lib. 2. de Doctr. Chriſt. c. 16. item in Pſal. 57. & 139. & Arnobium in eundem Pſalmum. *Ravanellus.*

Πλησίον ἀνθρώπων, καὶ ἰοβόλων κακοβούλων.
Καὶ τότε δὴ γρηὺς πλεθυίετο, ὡς ἐκέλευσεν
Αὐτὸς ὁ παντοκράτωρ, καὶ αὔξανεν ἄλλος ἐπ' ἄλλῳ
Λαὸς ἀπειρέσιος, [37] οἴκους δέ μιν ἐξήσκησαν

Calcem: quandoquidem mortis discrimen utrosq;
Urget, mortalesque, veneniferosque malignos.
Tum genus humanum, sicut mandaverat ipse
Omnipotens, magno numero crescebat, & amplus
Pan-

37 Οἴκους δὲ, &c.] Postquam in cavernis habitandi priscos mortales tædium cepit, è luto fabricari cœperunt, inventore Doxio, Celei fratre, qui circa tempus illud, quo sub Josepho Prorege Ægyptus floruit, hirundinum in nidis construendis industria accuratius observata, idem in domibus conficiendis, experiti statuit. Postmodum eo usque luxus crevit, ut ex ebore Achabus Israël. R. ex auro, Nero Imp. ut alios omittam, ædificare non dubitarint. Qua de re cum & alibi dictum sit, addam pauca de laxitate *Ædium* apud Vett. quæ tanta, ut aliquot servorum myriadas non difficulter continerent. Seneca certe *Epist.* 90. *capacia populorum tecta, domos instar urbium*, non semel inculcat. Ejusdem hæc sunt *Epist.* 114. *ubi luxuriam late felicitas fudit, cultus primum corporum esse diligentior incipit; deinde supellectili laboratur: deinde in ipsas domos impenditur cura, ut in laxitatem ruris excurrant, ut parietes advectis trans maria marmoribus fulgeant, ut tecta varientur auro, ut lacunaribus pavimentorum respondeat nitor*, &c. Quæ eadem Juvenalis carmine expressit, *Satyr.* 4. *vers.* 5.

Quid refert igitur, quantis jumenta fatiget
Porticibus? quanta nemorum vectentur in umbra?
Jugera quot vicina Foro, quas emerit ædes?

Nec vero non respondebant hisce spatiis aulæ æmulæ urbium, capaces populi, & Cœnationes & Porticus & Vestibula, Atria, Peristylia, Bibliothecæ, Pinacothecæ, Basilicæ & alia ad decorem Majestatis perfecta & publicorum operum magnificentiam comparata. Verbo, domorum ea fuit amplitudo, *ut domini* (prout temporis conditio exigebat) *quibusdam membris uterentur, quibusdam non, l. penult. ff. de usu & habitat.* V. Pignorium *Commentar. de servis.* Neque vero in Urbe tantum, sed & ruri laxitatis extremæ *Ædificia* prisci possidebant, adeoque cum aulas habitarent illustres viri, instar urbium: in villis, velut more Persarum, regias quasdam construxisse, Strabo auctor est. Hinc Plinius *lib.* 23. *cap.* 15. nihil illis magis mirandum fuisse in toto terrarum orbe testatur, atque addit montes perfossos, valles coæquatas. Quin & maria constrata Sallustius refert. De Lucullo, quem *ob injectas moles mari & receptum suffossis montibus in terram mare, haud infacete magnus Pompejus Xerxem togatum vocare assueverat*, ut loquitur Paterculus. V. etiam Plinium *lib.* 9. *cap.* 54. & Varronem *de R. R. cap.* 17. Et hæc com-

Παντὸς, [38] οἱ δ' αὖτε πόλεις ἠ τείχε' ἔποιεν

Fiebat populus. tunc ſcite tecta, domoſque

complures privati factitabant: de Gordianorum villa, audi Capitolinum, *Extat Gordianorum villa via Prænestina, ducentas columnas uno peristylio habens, quarum* 50. *Caryſtiæ, Claudianæ* 50. *Syenitides* 50. *pari menſura ſunt. In qua Baſilicæ centenariæ tres: cætera huic operi convenientia*, &c. De Inſulis quæ erant *Ædes* grandiores, ſic dictæ, quod non jungerentur communibus parietibus cum domibus vicinis, quales Sex. Rufus & P. Victor olim Romæ non paucas recenſuerunt, V. infra. Quod vero de ſervorum multitudine diximus, confirmatur ex Athenæo, Romanorum quoſdam eorum 1000. quoſdam 2000 habuiſſe, nec ut quæſtum ex iis facerent, ſed ut aſſeclas haberent, ſcribente; Jac. Oiſelius JC. *Not. in A. Gellium lib.* 1. *ſub fin. Addam* de *Ædibus*, Conſtitutio Hadriani Imp. memoratur, apud Spartianum in *Vita* ejus, *Conſtituit inter cætera, ut in nulla civitate domus aliquæ transferendæ ad aliam Urbem ullius materiæ cauſa diruerentur.* Unde colligunt quidam, promulgatam ab Hadriano fuiſſe, de non diruendis ædificiis aliquam conſtitutionem: cujus tamen cum hodie in libris Juris Civ. Roman. mentio extet nuſquam, judicat Joſias Mercerus ad illud Senatusconſultum, verba Spartiani referenda eſſe, quod Hadriano imperante quinto ejus anno Coſſ. Aviola & Panſa factum eſt. Cavere Patres eo decreto, ne ea quæ *ædibus* juncta ſunt, tollere, negotiationis & promercii cauſa vendere, emere, legare liceret: item, ne cui domum ſuam, qui demoliretur, vendere liceret aut legare; Auctores ſunt, Paulus *lib.* 52. *de contr. empt.* Ulpianus *l.* 41. *de leg. primo*; item alii multi: nam hujus S. C. frequens in Digeſtis fit mentio. Sed & multo ante Veſpaſiani lege idem fuerat cautum; ut teſtatur Alexander Severus *l.* 2. *Cod. de ædif. priv.* Nec novum eſt, ut ab Imperatore jus dicatur conſtitutum, quod eo imperante Ordo ampliſſimus decreverit, &c. Hoc itaque ait Spartianus, conſtituiſſe Hadrianum, ne transferendæ ullius materiæ cauſa ad aliam urbem, in ulla civitate, domum aliquam diruere fas eſſet. Materiæ autem in aliam urbem ſolitæ transferri ſunt, tigna, marmora, typi, & quod miretis, parietes ac parietum partes. Plinius, *lib.* 35. *c.* 14. *Lacedæmone exciſum lateritiis parietibus opus tectorium, propter excellentiam picturæ ligneis formis incluſum, Romam deportavere, in Ædilitate, ad Comitium exornandum, Murena & Varro. Quod opus cum per ſe mirum eſſet, translatum tamen magis mirabantur.* V. Salmaſium *ad Spartianum, l. c.* Hoffmannus.

38 Οἱ δ' αὖτε πόλεις, &c.] Scriptum Reginæ referente hoc *Opſopœo*, illudque quod penes me habeo legunt ἠ δὲ, *Gallæus. Urbs*, ordinata eſt plurium ædificiorum, pro recipienda civitate, ſeries, muro cincta: Dicta an ab *urbo* i. curvatura aratri, quo futuræ urbis magnitudinem olim adumbrabant? An ab *orbe*, quod in orbem, cum prima mœnium fieret deſignatio, aratrum circumducebatur? Prima à Caino, Adami filio, condita legitur Gen. 4. 17. quam, Henochiam vocatam, ad montem Caucaſum fuiſſe augurantur eruditi. Poſt hanc Joppe antiquiſſima habetur, quam jam ante diluvium conditam quidam volunt. Urbibus ſimilia Caſtra fuere, imo non raro in *Urbes* tranſiere. Suetonius *in Auguſto cap.* 18. *Ampliato vetere Apollinis Templo locum caſtrorum, quibus fuerat uſus,*

Εὖ γὰρ Ἡσιόδῳ, [39] οἷσιν πολυχρόνιον ἦμαρ

Diverſas alii cœperunt ædificare:

Ω'-

exornatum navalibus ſpoliis — conſecravit. Ubi quidem totum Caſtrorum locum in templum verſum ait, ut & *cap.* 96. ſed Dio, in Caſtrorum loco Urbem Nicopolim fuiſſe ædificatam refert. Templum vero conditum, in loco, ubi Auguſti fuerat tabernaculum. Certe Romanos, in loco, quo Caſtra habuerant, poſtmodum *Urbes* condidiſſe, ex Scriptoribus paſſim liquet. V. quæ de Auguſta apud Salaſſos habet Strabo *lib.* 4. Nec aliunde eſt; quod Hiſpaniæ, Africæ, Græciæ, Germaniæ aliarumque Regionum urbes, *Caſtrorum Burgorumque* nomina gerant. In limitibus autem Imperii ad inprimis fiebat, cujuſmodi proin urbes Κάστρα vel Κάστρια non raro Græcis Scriptoribus citerioris ævi appellantur, V. ſupra ubi *de Limitaneis Arcibus* ſeu *Urbibus*, item in vocibus *Charax*, *Foſſa*, &c. Quo pertinet, quod ſummi Reges integras *Urbes*, pro tropæis, ſtatuerint. Herodianus *lib.* 3. de Alexandro, Μικρὰ δ' ἦν πρὸς τὰ πρόσθεν τὰ δείγματα τῶν νίκης ἐκείνης Πόλις ἐπὶ τῷ λόφῳ Ἀλεξάνδρεια κεκλημένη. Qua de re V. Caſp. Barthium *Animadverſ. Papinianis ad Theb.* 2. *verſ.* 706. uti *de Urbibus Regiis*, apud Salmaſium *ad Solinum pag.* 475. & de *Urbe Regia* κατ' ἐξοχὴν ſic dicta, urbe ſc. CPoli, apud Macros Fratres *in Hierolexico*, ſicut de *Urbe Aurea*, quo modo Roma Scriptoribus venit, Car. du Freſne *Gloſſar.* Ut quædam addam de Vett. moribus ritibuſque circa Urbes, Romani earum condendarum ambitum aratro circumducebant & veſtigia murorum ſulco imprimebant, ut dictum: alii cretæ vel polenta notabant, ut ſupra vidimus: de quo conſtituendarum Urbium more, multa inſigni eruditione congeſſit Salmaſius modo laudatus, *ad Solinum pag.* 819. & *ſeqq.* Certis dein ceremoniis, pronuntiatione inprimis ſolennium ac legitimorum verborum, inaugurabantur ac dedicabantur. Quem ritum indigitat Tertullianus *de Pallio cap.* 1. *Ubi mœnia Statilius Taurus impoſuit: ſolemnia Sentius Saturninus enarravit.* Porro *Urbes* etiam integræ coronabantur, præſertim victrices & aliarum dominæ: Sic Græci Athenas, ingenti adverſus Perſas obtenta victoria, coronarunt, teſte Ariſtide *in Panath.* ejuſdemque Urbis ſtatuam ſexdecim cubitorum in Boſphoro erigi curarunt Byzantini, apud Demoſth. *de Cor.* Quam in rem V. plura apud Car. Paſchalium *Coronar. lib.* 7. *cap.* 6. & ſupra, ubi de *Iſelaſticis Certaminibus*, ac *Olympionicis*. Etiam poſt Maximianum & Diocletianum, vel ſaltem Probum Impp. nummorum inferiori poſticæ parti characteres inſcripti viſuntur, *Urbium*, in quibus fuere cuſi, ſignantes nomina, uti pluribus videre eſt ſupra, ubi de *Re Monetaria*. Tandem, uti ſolennia ac legitima verba effabatur Augur, quibus Urbes inaugurabantur: ſic contrariis ſolemnibus eædem, cum diruendæ erant, exaugurabantur, uti docet Salmaſius *Not. ad Tertullianum d. l.* Plura hic paſſim. *Hoffmannus.*

39 Οἷσιν πολυχρόνιον, &c.] Exempla hominum, qui ad longos ſatis conditionis humanæ terminos vitam produxere, paſſim profana hiſtoria commemorat. Magnus naturæ conſultus Plinius lib. VII. 48. uno faſce multos coarctavit; Argantonium Thartheſſianorum Regem, cui Anacreon tribuit annos CL. Epimenidem Gnoſſium, cui Theopompus annos CLVII. Epiorum gentis in Ætolia quoſdam, quibus ultra ducentos Hellanicus, ac inprimis Pictorum cui Damaſtus CCC. Ar-

ca-

eadum Reges, quibus Ephorus ccc. Dandonem quendam in Illyrico, cui Alexander Cornelius cccc. Insulæ Lachmiorum Regem, cui Xenophon in Periplo octingentos annos adscribit. Verum omnia hæc insciția temporum accidisse idem Plinius fatetur. Annum enim alios æstate unum determinasse, & alterum hyeme: alios quadripartitis temporibus, sicut Arcades, quorum anni trimestres fuerint; quosdam Lunæ senio, ut Ægyptios, apud quos aliqui & singula millia annorum vixisse prodantur. Cæterum inter confessa Macrobiorum exempla recensent multos, Arganthonium, Masanissam, Gorgiam Siculum, Q. Fabium Max. M. Perpennam, L. Volusium Saturninum, M. Valerium Corvinum. Fœminas etiam longævas producit Liviam Rutilii, Statiliam Terentiam Ciceronis, Clodiam Ofilii (*Ausilii* legit Valerius,) Lucejam Mimam, Galeriam Copiolam. Ex his omnibus alii proxime ad centum annos pertigerunt, alii scanderunt supra. Sed in Tmoli montis cacumine, quod vocant Tempsin, CL. vivere homines, Mutiano authore prodit idem Plinius. Brachmanum etiam veterum, & totius illius gentis religiosissimæ, in Oceani insula habitantis, longævitas testibus multis confirmata est. Inter quos Suidas in voce Βραχμᾶνες ita habet: οὐ γὰρ νόσῳ καθικνοῦνται οἱ μακρόβιοι· ζῶσι γὰρ μέχρι ἔτους. Ἀλλὰ τὸν πάντων καθαρώτατον καὶ ὑπερφυᾶ βίον. *In ea insula habitant homines longævi. Vivunt enim centum & quinquaginta annos, propter insignem aëris puritatem & temperiem.* Ac ne plura robustæ senectutis exempla vetera ex Phlegonte, Liberto Hadriani περὶ μακροβίων, Valerio, Censorino, Sabellico, Guidone excerpam; etiam ex recentiori memoria macrobii plurimi produci possent. Non fabulosum neque ambiguum est, ante triginta & duos annos vixisse hominem in Anglia, qui annis duobus atque quinquaginta centesimum excederet, neque defecisse senecta existimatus sit, sed cum pro miraculo in Regiam advocatus esset, victus & cœli mutationem non tulisse. Sane etiam Johannes de Tempore Caroli Magni armiger trecentos annos vivendo implevit. Et ante triginta & duos annos Nicolaus Peireskius, commemorante in ejus vita Gassendo, Alepo à Petro & Johanne Constantinis per literas edoctus est, hominem esse in Persida annos jam natum quadringentos. Nihil jam dicam, quantam Brasiliæ & Mexici incolis senectutem relationes eorum qui viderunt, tribuant. Illustris Josephus Scaliger in Elencho orationis Chronologicæ, pag. 65. 66. de macrobiis proximæ abhinc ætatis ita loquitur: *In partibus Marroci, Fessæ, & tractibus montis Atlantis hodie crebrius est homines* CXX *annorum videri, quam hic mulierem gemellos parere. Ludovicus Vartomannus in Arabia se multos vidisse dicit, qui post* CXXV *annum adhuc vivebant*, lib. II. c. VIII. *In Insula Hispaniola homines indigenæ* CXX *annos ut plurimum excedebant, quando illas regiones Hispani armis subegerunt. Superioribus annis Hollandi nostri Argonautæ Regem viderunt annorum* CL. *in partibus Javæ, quipugnando periit. Nos Theobaldum Nitiobrigem* CXX *annorum vidimus, cujus pater me puero obiit anno* CXXX *ætatis. Proavunculus matris nostræ* CXX *annos sine ullo morbo transegit.* Neque abludunt, quæ idem in elencho primæ orationis Chronologicæ recitat lit. E. 3. *Quid diceret, si sciret ante hos sex septem annos Regulum paganum ad Javam majorem pugnantem periisse annos natum* CL? *quem si belli furor non abstuliisset, is videbatur potuisse adhuc ad* CLX *annos ætatem extendere potuisse, quod alius Rex & ipse quoque paganus paulo ante fecerat, qui major* CLX *annorum obiit. Quære: utrum majorem fidem meret, hominem posse* CXXX *annos vivere, aut undecimo ætatis suæ anno generare? Nos possumus producere, quos* CXX, CXXV, CXXX *annos vitæ explesse scimus, vidimus, meminimus. Unus etiam senex amicis nostris miraculo fuit Lutetiæ anno Christi* MDLXXXIV, *quimi-*

les pugnæ montis Leberii interfuerat ſub Ludovico XI. *Is major annorum* CXL *omnibus membrorum officiis integris Lutetiam ſeſe contulerat liticulæ cujuſdam perſequendæ cauſa.* II. Hæc tamen omnia nervoſæ vivacitatis exempla ſive ficta ſive confeſſa vincit hiſtoria primorum hominum ſacra, quam Moſes capite quinto, nono & undecimo Geneſeos poſteritati noſcendam & admirandam unice reliquit. Ex ea enim conſtat, Protoplaſtum Adamum תשץ מאות ושלשים *noningentorum & triginta*; Sethum שתים עשרה ותשע מאות *noningentorum & duodecim*: Enochum חמש ותשע מאות *noningentorum & quinque*: Cenanem עשר ותשע כאות *noningentorum & decem*: Mahallalelem חמש ותשעים ושמנה מאות *quinque & nonaginta atque octingentorum*: Jaredum שתים וששים ותשע מאות *duorum & ſexaginta atque noningentorum*: Hanochum חמש וששים ושלש כאות *quinque & ſexaginta atque trecentorum*: Methuſchælachum תשע וששים ותשע מאות *novem & ſexaginta atque noningentorum*: Lamechum שבע ושבעים ושבע מאות *ſeptem & ſeptuaginta atque ſeptingentorum*: Noë תשע מאות וחמשים *noningentorum & quinquaginta*: Semum שש מאות *ſexcentorum annorum* ſpatium adæquaſſe. Nullum ſimile in ſequioris ævi macrobiis, à fabuloſis ubi diſceſſeris, eſt reperire. III. Poſt locupletiſſimum teſtimonium Moſis de primorum illorum hominum longævitate, etiam exoticorum teſtimonia eam confirmant. Joſeph. Antiquit. lib. 4. introducit conſentientes longævitati illius authores Beroſum in Chaldaicis, Manethonem in Ægyptiacis, Hieronymum in Phœniciis, Heſtiæum, Hecatæum, Hellanicum in Græcanicis, Acuſilaum, Ephorum, Nicolaum Damaſcenum; quorum plerumque libri tempore adhuc Joſephi ſuperſtites fuerunt. Integrum Joſephi locum non tam ex ipſo Joſepho, quam ex Euſebio, apud quem Præparat. Euang. IX. c. 13. extat incorruptior adſcribemus. Ita autem Euſebius: *Præterea, quod hominum qui principes nati ſunt, diuturni ævi fuiſſe Moſes aſſeverat, ejus quoque rei teſtes Gentilium Scriptores à Joſepho laudantur, his verbis: Nemo, priſcorum hominum vitam, cum noſtræ annorumque noſtrorum brevitate componens, quæ de ipſis memorantur falſa eſſe putet; dum ex longe brevioribus vitæ noſtræ ſpatiis, ne veteres quidem illos tantum vivendo temporum conficere potuiſſe conjiciet. Nam illi ſane, partim quod Deo cariores, ipſaque illius manu fati eſſent, partim quod cibis vim ſuam diutius integritatemque retinentibus uterentur, vitam in tot annos propagare commode poterant. Adde verum etiam fuiſſe, ut partim in virtutis ſuæ præmium, partim ad accuratiorem ac certiorem cum Aſtrologiæ, tum Geometriæ, quas ipſi Artes inveneranr, uſum & experientiam, longiorem eis Deus vitam indulgeret; quippe qui niſi ſexcentos minimum annos, quot videlicet magnus Annus abſolvitur; vivendo compleviſſent, certi nihil unquam iis de rebus poſteris tradidiſſent. Cujus equidem rei teſtes habeo, quotquot Græcos inter Barbaroſque rerum antiquarum monimenta reliquere. Nam & Manethus qui Ægyptiacam, & Beroſus qui Chaldaicam ſcripſit hiſtoriam, & Molus, & Heſtiæus, & Hieronymus Ægyptius, quique res Phœnicum proſequuti ſunt, uno mihi omnes ore ſuffragantur. Imo etiam Heſiodus, Hecataus, Hellanicus, Acuſilaus, Ephorus item & Nicolaus, veteres mille annos vixiſſe tradunt.* Quem Joſephus apud Euſebium vocat Μόλον *Molum*, eum vulgata hodie editio Joſephi inſignit Μῶχον, *Mochum*. Et Mochum quendam Phœnicios inter ſcriptores retulit Tatianus apud eundem Euſebium, lib. X. II. ubi cum Theodoto & Hypſicrate conjungitur, quorum libros Græce vertit Aſitus. Mochum etiam cum Sanchoniathone Phœnicio ſcriptore conjungit Athenæus ſub finem lib. III. Proinde *Mochum* non *Molum* Joſephum ſcripſiſſe contendit Franciſcus Vigerius. Cæterum id mihi non fit probabile, quia Joſephus diſerte illum ſcriptorem ſeparat

ab

ab illis qui τὰ Φοινίκων συνεγράψαντο, *res Phœnicum persecuti sunt.* Constat autem, Mochum rerum Phœniciarum scriptorem fuisse. Malo igitur ex Eusebio legere Μώχου, vel Μώχων. Meminit enim Josephus lib. II. contra Apionem passim Molonis Apollonii, à quo aliquid de rebus Judaicis perperam scriptum fuerit. IV. Dolet sanctissimo Patri Augustino de Civ. Dei, lib. xv. 9. annorum numerositatem cujusque hominis, quæ temporibus primis fuit, non posse nunc in experimentum venire talibus documentis, qualibus probari possint antiquorum corporum magnitudines. Has enim idoneè probare putabat inventa ossa, quæ quoniam diuturna sunt, etiam multo posterioribus seculis proceram corporum priorum magnitudinem prodant. Nullis autem similibus documentis longævitatem primorum hominum confirmari posse. De documentis procerorum olim corporum responderunt multi. Quamvis autem longævitatis ejusmodi documenta alia adduci non possunt, *non tamen ideo*, uti ibidem loquitur S. Pater, *fides sacra huic historiæ deroganda est, cujus tanto impudentius narrata non credimus, quanto impleri certius prænuntiata conspicimus.* Neque infideles id in dubium revocare possunt, quando præter rationem Augustini conservata sunt testimonia scriptorum antiquissimorum, quæ ex Josepho supra notavimus, & in mundo adhuc est testimonium Hesiodi, & res ipsa ita comparata est, ut possibilis sit Deo, & plane πιθανὴ, sicut infra visuri sumus. Non fuerit ἀπροόπτως hic adscribere locum Sabellici ex Ennead. I. l. I. ubi incredulitati multorum occurrit his verbis: *Scio ego tam longo hominis (Noe) ævo, historiæ fidem abrogari, si quis ad hanc vitam, quæ hodie vivitur, respexerit. Sed fide non parva opus est ad divina opera credenda. Quanquam non video, quid magis ineptum fieri possit, quam cœlum & omnia, quæ cœlo continentur, mira & ineffabili ratione, à Deo condita affirmare, hominem, animal nobilissimum, rationis cœlestiumque rerum capax, quod summus ille universi Autor è terra suscitarit, non potuisse, aut si potuit, non debuisse, quam diutissime in vita retineri: præsertim mundo adhuc recenti, cum in tanta solitudine humano genere aucto inprimis opus esset. Et si sub ipsum mundi exordium, cœlo & elementis minus noxiis longior (ut quidam suspicantur) potuit homini vita contingere, quod in hoc senescentis seculi fece evenire possit. Adjiciunt, qui sacram scribunt historiam, aliam adhuc causam, quod idcirco tam longa sit vita homini à principio data, ut is simul multos procrearet commodiusque opera naturæ longa exploraret experientia, diligentiusque explorata posteris traderet quod eorum plerique fecisse existimantur. Sed utcunque res excipienda est, Berosus, Hellanicus, & alii vetustissimi rerum scriptores longissima hæc humanæ vitæ spatia, pro confessis tradidisse dicuntur. Adstipulatur huic fidei, quod in aperto hoc rerum declinio, Macrobii Æthiopes, Seres & Hyperborei centeni quadragenis annis vivere creduntur, Panderæque gens Indica ducentis, ut Gnidius Ctesias prodidit.* V. Non defuerunt tamen homines deploratæ fidei, qui cum Mosis authoritatem deprimere non possent, ejus tamen narrationem in gratiam ἀπιστούντων ita interpretari laborarent, ne quidquam insuetum, & humana opinione insolens continere videatur. Tales jam suo tempore notavit Augustinus eodem libro cap. 12. ubi prolixe refellit illos, *qui putant, aliter annos illis temporibus computatos, id est, tantæ brevitatis ut unus annus noster decem illos habuisse credatur. Quapropter, inquiunt, cum audierit quisque vel legerit nongentos annos quenquam vixisse, debet intelligere nonaginta. Decem quippe illi anni, unus est noster & decem nostri, centum illi fuerunt. Ac per hoc, ut putant, viginti trium annorum fuit Adam quando genuit Seth, & ipse Seth viginti habebat annos & sex menses, quando ex illo natus est Enos, quos appellat Scriptura ducentos & quinque*

annos. Horum igitur opinione annus Patriarcharum illorum, quos commemoravimus, absolutus fuerit spatio dierum circiter triginta sex. Qua anni menstrui mensura quondam Ægyptios usos esse supra Plinius adfirmavit, & disertius etiam tradit Diodorus Siculus. Eandem sententiam quibusdam חכמי נוצרים *sapientibus Christianorum* tribuit Don Abarbanel ad Genes. cap. v. *Quidam*, inquit, *ex sapientibus Christianorum existimant, annos illorum temporum non fuisse* שנות חמה *annos solares, sed* חדשי לבנה *menses lunares. Luna autem circulum suum absolvit per* 12 *signa Zodiaci, viginti octo dierum spatio circiter. Et hic ejus cursus quoque vocatur* שנה מלשון שכיות *Annus ab iterando & recurrendo; quia* שניה *secundo redit ad locum è quo exire incepit.* Eodem modo R. David Ganz in Zemach David ad A. 1656. *Errenei quidam spiritus* (טועי רוח) *vel hæretici existimant, primævos illos homines adeo dies suos prolongasse, quia non habuerint mensuram annorum juxta dimensionem annorum nostrorum, ut forte mensem unum vocaverint annum, aut revolutionem quadrimestrem, vel tempus aliquod determinatum: quia sicut invenimus in Josippo & Cabala seu traditione R. Abrahami filii David, Græcos divisisse annum in octo mensis, ita fieri potuerit, ut primævis alia fuerit anni determinatio, neque repugnare hoc sanctæ nostræ legi, nec effatis sapientum nostrorum b. m.* VI. Non constat plane, quinam fuerint illi, qui ante tempora Augustini errori huic impliciti fuere. Nisi quod ex Gentilibus Lactantius lib. II. cap. 12. Varronem allegat, erroris illius compertum. Verba Lactantii: *Sic facta hominis vita est temporaria, sed tamen longa, quæ in mille annos propagaretur, quod divinis literis proditum & per omnium scientiam publicatum cum Varro non ignoraret; argumentari nixus est, cur putarentur antiqui mille annos vixitasse. Ait enim apud Ægyptios pro annis menses haberi, ut non Solis per* XII. *signa circuitus faciat annum, sed Lunæ, quæ orbem illum signiferum* XXX. *dierum spatio illustrat.* Interim nec curet ratione Augustini conjectura, qui lib. XV. de Civ. Dei, cap. 13. putat, in ea sententia de mensibus annis fuisse eum ipsum, qui in LXX Interpretum editione mutavit & pervertit numeros; *qui cum vellet persuadere ideo numerosissimos annos vixisse antiques, eos brevissimos nuncupabant; & hoc de maturitate pubertatis, qua idonea filii gignerentur, conaretur ostendere: atque ideo in illis centum annis decem nostros insinuandos putaret incredulis, ne homines tamdiu vixisse recipere in fidem vellent, addidit centum, ubi gignendis habilem non invenit ætatem, eosdemque postea genitos filios, ut congrueret summa, detraxit. Sic quippe voluit credibiles facere idoneorum generandæ prolis convenientias ætatum, ut tamen numero non fraudaret universas ætates viventium singulorum.* Conjecturæ hujus non contemnendum adfert ibidem argumentum à sexta generatione, in cujus annis consentiunt tum Græci tum Hebræi codices. Etenim Hebræus codex Jaredo generanti Enochum tribuit שתים וששים שנה ומאות שנה *sexaginta duos & centum annos.* Græcus qui hactenus Patriarchis generantibus addidit centum, hic convenit cum Hebræo, tribuens Jaredo ἑξήκοντα δύο, *centum & septuaginta duos.* Addo ego, etiam in octava & nona generatione Lamechi Hebraïcos & Græcos codices congruere. Utrique Mathusalæ generanti Lamechum annos centum sexaginta septem, & Lamecho generanti Noë centum & octoginta duos annos adsignant; quod an Augustinus non viderit, an potius tum temporis codices non congruerint, dicere non habeo. Nunc igitur, ita magna ratione conjectamus cum Augustino. Græculus qui LXX Interpretum editionem corrupit, numeros priorum generationum auxit uno centenario, ut juxta annos illos menstruos idoneam faceret ætatem gignendi. Si quis enim Enoscho v. g. generanti Kenanem, cum Hebræis cōdicibus tribuat annos

nona-

nonaginta, eoſque breves illos, nempe menſtruis diebus paucis majores intelligat, is Enoſchum faciet anno nono generantem. Notum autem eſt, non conſtare hanc ætatem gignendi. Igitur ſciolus ille centum videtur addidiſſe, quo ſic Enoſcho generanti ætas annorum novendecim congruat. At in ſexta, octava & nona generatione centenarius non eſt oppoſitus. Nempe in ſexta generatione anni 162 breves facerent annos noſtrates ſedecim; totidem fere anni 167 in octava; in nona iterum anni 182 breves facerent octodecim longos. Hæc generationum ætas quia apta fuit ad generationem, nullo auctario indiguit. Ac proinde numeros earum homo ille mutare ſuperſedit. VII. Jam varias fuiſſe apud diverſas gentes annum numerandi rationes, minime dubium eſt, cum ejus *tot periodi ſint aut conſtitui poſſint*, ut notat Scaliger lib. 1. de Emend. temporum, *quot ſunt ſiderum errantium*. Cæterum non tam laborandum hic eſt, quales anni uſitati fuerint Ægyptiis vel Græcis (quanquam quod R. David Ganz ex Joſipo & Cabala affert, Græcos diviſiſſe annum in octo menſes, commentum merum eſt non veri Joſephi ſed Joſipi illius Hebræi, cum talis annus nunquam inter Græcos obtinuerit) aliiſque, quam quales fuerint anni Hebræorum, quibus Moſes in deſcribenda hiſtoria ſacra uſus eſt. Illos autem fuiſſe lunares non dierum 36. ſed menſium duodecim, quorum quidem illi qui מלאים *pleni* dicti, continerent dies triginta: qui חסרים viginti novem; adeoque in univerſum dierum 354, atque eoſdem annos lunares certis temporibus neceſſariam ob cauſam adæquatos fuiſſe noſtris ſolaribus, loco ſuo certiſſimis argumentis probatum confido. Atque hoc quidem convellendæ opinioni contrariæ ſufficere poterat. Moſes enim niſi vel ubique de annis conformiter talibus locutus eſſet, vel differentiam annorum, ſi quæ omnino eſſet, annotaſſet, ejus profecto obſcuritatis, amphibologiæ, & neglectus accuſari poſſet, qualis ne quidem in vulgarem quempiam hiſtoricum cadit. Sed alia argumenta multa ſuppetunt, quibus vetuſtus ille error penitus elidi valeat. VIII. Etenim *primo*, ſi anni illi Patriarcharum fuiſſent menſtrui, vel 35 dierum, concedendum foret, quoſdam liberis operam dediſſe jam anno ſexto & ſeptimo ætatis. Kenan cum genuiſſet Mahallalelem, fuit annorum ſeptuaginta; Mahallalel & Hanochus ſexaginta quinque uterque implevit, cum illi Jaredus ederetur, huic Mathuſelachus. Si igitur Moſes annos menſtruos indigitaſſet, ſequeretur, Hanochum & Mahallalelem ſtatim poſt annum quintum, Kenanem poſt annum ſextum pubertatis tempora ingreſſos operam liberis dediſſe. Quod locum habere nullo modo poteſt. Neque LXX Interpretes expediunt difficultatem, qui Kenani 170, Hanocho 165 annos adſcribunt. Hoc enim & Hebraïco codici, de cujus *auctoritate* ut dubitemus, ratio nulla eſt, & vetuſtiſſimis quibuſque codicibus adverſatur. Et corruptos eſſe hic Græcos codices à temerario critico, qui eidem ſententiæ de menſtruis annis adhæſit, jam dicere & probare occupavimus. *Secundo* annos longos lunares vel ſolares noſtris ſimiles intellexiſſe Moſen, ipſa diluvii hiſtoria irrefragabiliter demonſtrat. Aqua diluvii dicitur terram inundaviſſe anno ſexcenteſimo vitæ Noë בחדש השני בשבעה עשר יום לחדש *menſe ſecundo die decimo ſeptimo menſis*, Geneſ. VIII. 4. A tempore, quo diluvium cœpit, nempe ſecundi menſis die decima ſeptima, uſque ad tempus, quo cœperunt decreſcere aquæ, quod factum ante menſis ſeptimi diem decimum ſeptimum, numerantur חמישים ומאתים יום *centum & quinquaginta dies*, Gen. VIII. 3. Ex quibus neceſſario colligendum, Moſen uſum eſſe annis longis minimum lunaribus. Quomodo enim annus brevis 36 dierum continere poſſet varietatem menſium primi, ſeptimi, decimi; & in eodem menſe dierum ſeptendecim? Si brevis ejuſmodi annus maxime diſtribui in

menſes potuiſſet, tamen citra maximam inæqualitatem nullus menſis unus ſeptendecim dies habere potuiſſet. Et à ſecundi menſis die 17. ad ſeptimi menſis diem decimo ſeptimo anteriorem dies centum & quinquaginta fluentes manifeſte arguit menſium ſeu integrarum minimum lunationum menſuram à Moſe adhibitam fuiſſe. Argumentum hoc etiam Auguſtini verbis exornati lubet. Is l. 1. ita ſcribit: *Sexcenteſimo nempe anno vitæ Noe, ſcriptum eſt factum eſſe diluvium. Cur ergo ibi legitur: Et aqua diluvii facta eſt ſuper terram ſexcenteſimo anno vitæ Noë, ſecundi menſis, ſeptima & viceſima menſis: ſi annus ille minimus quales decem faciunt unum noſtrum, triginta ſex dies habebat? Tantillus quippe annus ſi antiquo more hoc nomen accepit, aut non habet menſes, aut menſis ejus eſt triduum, ut habeat duodecim menſes. Quomodo igitur hic dictum eſt, ſexcenteſimo anno, ſecundi menſis, ſeptima & viceſima menſis, niſi quia tales quales nunc ſunt, etiam tunc erant menſes? Nam quo pacto aliter viceſimo & ſeptimo die ſecundi menſis diceretur cœptum eſſe diluvium? Deinde poſtea in fine diluvii ita legitur: Et ſedit in arca menſe ſeptimo, ſeptima & viceſima menſis ſuper montes Ararath. Aqua autem minuebatur uſque ad undecimum menſem. In undecimo autem menſe prima die menſis apparuerunt capita montium. Si igitur tales menſes erant, tales profecto & anni erant quales nunc habemus. Menſes quippe illi triduani, viginti & ſeptem dies habere non poterant. Aut ſi pars tricesima tridui tunc appellabatur dies, ut omnia proportione minuantur: ergo nec toto quatriduo noſtro factum eſt illud tam grande diluvium, quod memoratur factum quadraginta diebus & quadraginta noctibus. Quis hanc abſurditatem & vanitatem ferat? Proinde removeatur hic error, qui conjectura falſa ita vult adſtruere Scripturarum noſtrarum fidem, ut alibi deſtruat. Prorſus tantus etiam tunc dies fuit, quantus & nunc eſt: quem viginti & quatuor horæ diurno curriculo nocturnoque determinant. Tantus menſis, quantus & nunc eſt: quem luna cœpta & finita concludit. Tantus annus quantus & nunc eſt: quem duodecim menſes lunares additis propter curſum ſolarem quinque diebus & quadrante conſummant. Tantus anni ſexcenteſimi vitæ Noë ſecundus erat menſis, ejuſque menſis viceſimus & ſeptimus dies, quando cœpit eſſe diluvium: in quo dies quadraginta continuatæ ingentes pluviæ memorantur, qui dies non binas ac paulo amplius horas habebant, ſed vicenas & quaternas die noctuque tranſactas.* Neque hic obduci poteſt, Moſen aliter numeraſſe diluvii menſes & dies, nimirum juxta morem Judæorum quem ab Ægyptiis hauſerant; aliter annos Patriarcharum retro diluvium receptum. Etenim ſatis indicatur, à menſe ſecundo anni quo diluvium ingruit, ad menſem ſecundum anni ſequentis quo terra exſiccata eſt, nonniſi unum annum vitæ Noë fuiſſe tranſactum; cum cap. VII. 11. dicatur, anno ſexcenteſimo vitæ Noë menſe ſecundo cœptas eſſe pluvias; capite vero octavo verſ. 13. anno ſexcenteſimo primo vitæ Noë, primo menſe, &c. imminutas eſſe aquas, & paulo poſt menſe ſecundo arefactam eſſe terram, & Noë ex arca eſſe egreſſum. IX. *Tertio* ex genealogia poſterorum Semi quam Moſes exponit Geneſ. XI. 9, 10, &c. contrariæ ſententiæ vanitas manifeſte etiam deprehendi poteſt. Etenim in ea genealogia dubitari nequit, ejuſdem menſuræ annos Moſen intellexiſſe. Quid enim abſurdius excogitari poteſt, quam in eodem loco, ubi continua ſerie contextus recitantur anni poſterorum unius Semi, menſuram anni immutatam eſſe. Nunc Semus dicitur vixiſſe ſexcentos annos; Arphaxad trecentos triginta octo; Schælach quadringentos triginta tres; Heber quadringentos ſexaginta quatuor; Phaleg ducentos triginta novem; Reu ducentos triginta ſeptem; Sarug ducentos & triginta; Nachor centum & quadraginta octo; Thare ducentos quinque; Abraham centum ſeptuaginta quinque. Hic ſi juxta

annos

annos illos fictitios putes, exiguum admodum vitæ spatium circumegerint illi qui secuti Heberum. Phaleg enim implesset non ultra viginti quatuor; Reu, Sarug totidem fere; Nachor quindecim; Thærachus viginti, Abrahamus septendecim. Et tamen Abrahamum Scriptura dicit obiisse בשיבה טובה וקן ושבע *in bona senectute, senem & dierum saturum*, Genes. xxv. 7. Quin imo cum ibidem Nachor dicatur genuisse Thærachum anno vigesimo nono, ex hypothesi, quam oppugnamus, generare incepisset nondum exacto tertio vitæ anno. Quod omnes absurditatis numeros implet. *Quarto* ipsi illi primi Patriarchæ vita fruiti essent angustis nimis terminis inclusa & limitata. Non attigisset sane annum centesimum Methuschælachus, cui Moses nongentos novem & sexaginta vendicat. Cæteri autem minore intervallo constrictam vitam habuissent. Ex adverso sequioribus temporibus non pauci supergressi sunt centesimum, quorum exempla supra citavimus. Et tamen certum est, primos homines posteriores longinquitate vitæ superasse. *Quinto* Jacobus ad Pharaonem regem introductus de ætate sua ita queritur: *Dies peregrinationis meæ centum & triginta annorum sunt parvi & mali; & non pervenerunt usque ad dies Patrum meorum, quibus peregrinati sunt*, Genes. xlvii. 9. Ubi per annos intelligi lunares longos, redactos ad solares nostros, puto minime ambiguum esse. Si primorum Patriarcharum anni tales sunt, quales illi pertendunt, nulla fides est hujus orationis. Etenim ipsum Metuschælachum, qui inter Patres longissimam vitam transegisse dicitur, anteivisset integros triginta tres annos. *Sexto* nec probabile est, primos illos Patres adeo imperitos fuisse siderum, ut annum ad Solis cursum ordinare non possent. Cognoverunt sane, luminaria cœlestia esse creata, ut sint לאותת ולמועדים ולימים ושנים *in signa & tempestates & dies & annos*, Genes. i. 14. Pro sua autem ἀγχινοίᾳ si penetrare non potuerunt, anni constituendi nullam certiorem & æquabiliorem mensuram esse, quam proprium motum Solis qui spatio dierum 365. circumdat totum ambitum duodecim signorum Zodiaci; at certe, tot lunationes, quot sunt inter duos autumnos, annuum spatium absolvere nullo pacto dubitare potuerunt. Jam Sethi posteros siderali scientia imbutos fuisse scribit etiam Josephus Antiquit. i. 2. Nullus autem astrorum notior effectus est, quam discretio temporum. X. Hæc cum ita se omnino habeant, relinquitur tamen difficilis & intricata quæstio de principio gignendi, quod Patriarchis à Mose tribuitur. Si enim anni quos Patriarchæ illi vivendo exegisse memorantur solares vel lunares magni fuerunt, an credibile est, tam sero incepisse generare prolem? Sethus Enoschum generavit anno centesimo quinto; Enosch Kenanem anno nonagesimo; Jared Henochum centesimo & sexagesimo secundo; Methuschælachus Lamechum centesimo & octogesimo septimo. *Itane credendum, hominem filios generaturum, nec habentem propositum continentiæ centum & amplius annos* (solares vel lunares magnos) *à concumbendi opere vacaviisse; aut si non vacaret, nihil prolis gignere potuisse?* quærit Augustinus l. i. cap. 15. Respondet autem duobus potissimum modis. *Aut tanto*, inquit, *serior fuit proportione pubertas, quanto vitæ totius major annositas: aut, quod magis video esse credibile, non hic primogeniti filii commemorati sunt, sed quos successionis ordo poscebat; ut perveniretur ad Noë, à quo rursus ad Abraham videmus esse perventum: ac deinde usque ad certum articulum temporis, quantum oportebat signari etiam generationibus commemoratis cursum gloriosissimæ civitatis in hoc mundo peregrinantis & supernam patriam requirentis.* Quod priorem attinet modum, quo serior statuitur proportione pubertas, quanto vitæ totius major annositas, non est ille satis idoneus ad dubitationem hanc

tollendam. Etenim si necessaria foret proportio inter vitæ & pubertatis annos, sequeretur, apud quos conveniunt vel non nimium differunt anni ætatis, apud eosdem convenire pubertatem & principium generandi; vel certe non plurimum distare debere. Hoc autem non ita se habere manifestum est. Mahalalel & Jaredus quoad annos ætatis distinguuntur solis sexaginta septem annis. Et tamen ille anno sexagesimo quinto Jaredum, hic anno centesimo sexagesimo secundo Henochum genuit. Deinde post mutatam hominum ætatem & terminum vitæ communem anno octogesimo conclusum videmus ejusmodi fere esse proportionem pubertatis & vitæ, ut pubertas incipiat quarta vel ad extremum quinta ætatis parte transacta. Justinianus Imperator Sſ. 1. Instit. quib. mod. tutèl finit. *Masculorum pubertatem*, inquit, *post decimum quartum completum annum illico initium accipere disposuimus: antiquitatis normam in fœminis bene positam suo ordine relinquentes, ut post duodecimum annum completum viriputentes esse credantur.* Macrobius lib. 1. cap. 6. *Post annos bis septem ipsa ætas necessitate pubescit.* Constituamus igitur talem proportionem annorum & vitæ Patriarcharum, ut quinta parte ætatis illorum pubertas initium sumserit. Comperiemus in plerisque generationibus, si ratio hæc obtineat, Patriarchas generasse ante pubertatem, quod maxime absurdum est. Etenim juxta hunc calculum Adamo, Setho, Enoscho, Kenani, Jaredo, Metuschælacho pubertas obvenerit anno circiter centesimo octogesimo. Et tamen Adamus ante trigesimum & centesimum; Sethus centesimo quinto, Enoschus nonagesimo, Kenan septuagesimo, &c. jam anno generasse prolem commemorantur. Quid dicam de posteris Semi prioribus, Arphaxado, Schælacho, Hebere; qui cum generarint post trigesimum annum ætatis, tamen quadringentos annos vivendo vel proxime attigerunt, vel excesserunt. Ubi hic proportio annorum vitæ & pubertatis? An vero Græca versio proportionem hanc rectius per omnia tueatur, alibi inquiritur. Præterea nulla ratio est, ob quam primis illis hominibus macrobiis serior pubertas obtingere debuerit. Natura viridis, omnibus necessariis instructa subsidiis æque illis ac sequioris ætatis hominibus accelleravit pubertatem. Etiam μακρόβιοι inter nos & præcedentibus seculis puberes fuerunt iisdem annis quibus μακρόβιοι. Nec recte colligitur, quia hodie quinta parte ætatis peracta succedit pubertas, similem proportionem etiam in illorum annis obtinere debuisse. Quod enim pubertas hac potissimum ætate invalescit, causa est corporis talis constitutio, ut homo aptus & potens reddatur ad generandum. Atque eadem corporis constitutio & perfectio primis hominibus si non citius, certe nec serius obvenire debuit. Naturam quippe in illis divina dispensatione si non plus, at certe non minus polluisse quam in nobis, vel ipsa illa longævitas valide arguit. XI. Inclino igitur magis in posteriorem illam Augustini responsionem, non esse credibile quod Patriarchæ eo demum anno, quo singuli dicuntur filium genuisse, uxores duxerint, ac filios procreare cœperint. Neque enim ulla ratio est, cur ii, qui geniti memorantur, primogeniti fuisse statuantur. Sicut manifestum est, quod Sethus non fuerit primogenitus Adami, ita fieri potuit, ut nec Enosch esset primogenitus Sethi, nec Cainan Enoschi, atque sic deinceps. Consilium fuit Mosi, uti cuilibet conjectu proclive est, Noæ & Abrahami genealogiam pertexere, tum quia illi duo inter cæteros fide & pietate eminebant, & uterque divinitus insigni donatus est prærogativa: quandoquidem Noë universali diluvio appetente humanum genus ab interitu in arca servavit; Abraham autem cultum veri Dei in sua familia retinuit, & singularibus promissis de gentium benedictione per semen ejus mactatus est: tum quia inde postmodum

erat

erat ducenda genealogia Salvatoris ab Adamo usque. Non contemnendum ejus rei argumentum est in Arphaxado, filio Semi, à quo naturalis successio ad Abrahamum usque ducitur, Genes. xi. capite. Eum autem primogenitum Semi non fuisse, luculenter colligitur ex Genes. x. 22. ubi primogenitus ejus ponitur Elam. Dignissima in hanc rem notatu sunt verba Augustini l. 1. *Cum sacræ scriptor historiæ ad ortum vitamque Noë cujus tempore diluvium factum est, per successiones generationum notatis temporibus intenderet pervenire, eas utique commemoravit, non quæ primæ suis parentibus fuerint, sed quæ in propagationis ordinem venerint. Exempli gratia quo id fiat apertius, aliquid interponam, unde nullus ambigat fieri potuisse quod dico. Evangelista Matthæus generationem Dominicæ carnis per seriem parentum volens commendare memoriæ, ordiens à Patre Abraham atque ad David primitus ut perveniret intendens, Abraham, inquit, genuit Isaac: cur non dixit Ismahel, quem primitus genuit? Isaac autem, inquit, genuit Jacob: cur non dixit Esau, qui ejus primogenitus fuit? Quia scilicet per illos ad David pervenire non posset, deinde sequitur: Jacob autem genuit Judam & fratres ejus: nunquid Judas primogenitus fuit? Judas, inquit, genuit Phares & Zaram, nec istorum geminorum aliquis fuit primogenitus Judæ, sed ante illos jam tres genuerat. Eos itaque tenuit in ordine generationum per quos ad David, atque inde quo contenderat, perveniret. Ex quo intelligi potest, veteres quoque homines ante diluvium non primogenitos, sed eos fuisse commemoratos, per quos successionum ordo generationum ad Noë Patriarcham duceretur, ne seræ pubertatis illorum obscura & non necessaria quæstio nos fatiget.* XII. Atque sic asserta plenitudine & integritate annorum, quos impleviſſe Patriarchas scribit Moses, longævitas Patriarcharum illorum in aperto collocatur. Est tamen inter Hebræos non levis contentio: an longævitas illa fuerit communis omnibus hominibus ad tempora usque contracti vitæ humanæ termini, an singularis illorum tantum Patriarcharum, quos Moses diserte expressit? Posterius tuetur Maimonides in libro More, parte ii. cap. 47. ubi scribit; *longævitatem hanc non fuisse nisi quorundam singularium commemoratorum in lege; reliquos illorum seculorum annos attigisse non plures, quam hodie adhuc communiter fieri solet.* Maimonidi subscribit etiam Don Abarbanel ad Genes. c. v. ubi singulares illos homines ad longam illam ætatem provectos per miraculum docet duplicem potissimum ob finem. Primo *ad multiplicanda individua speciei*; ut illis tanto citius mundus habitabilis redderetur & terra impleretur. Secundo *ad perficiendam speciem humanam in scientiis, artibus & disciplinis*, quæ sint perfectio hominis & finis ejus. Hanc vero perfectionem adipisci non potuisse nisi per experimenta. Quod si ætas illorum hominum fuisset eadem quæ nostra est, futurum fuisse ut morte absumerentur, antequam naturam entium intellexissent, quorum principia desumuntur ex sensu, & nonnisi longo tempore acquiruntur. Ideo Deum speciei humanæ provide prospexisse, cum homines illos singulares tam longa ætate miraculosè donavit. Ac in eandem sententiam citat R. Abarbanel locum ex Bereschit Rabba, in quo R. Chanina filius R. Simeon ben Lakisch בני אלהים *filios Dei*, quorum meminit Moses, interpretatur singulares illos longævos, quos Scriptura enumerat & nominibus suis recenset, eosque ita nuncupari, quod productione existentiæ & longævitatis suæ ratione similes fuerint filiis Dei. Maimonidem consensione sua dignatur etiam Paulus Burgensis Episcopus. XIII. Verum hanc Maimonidis & Abarbanelis opinionem serio oppugnat Nachmanides. *Cur enim*, inquit ille, *miraculum factum esset illis, qui neque Prophetæ, neque justi neque boni erant, ut continuis aliquot seculis miraculum ipsis fieret?* Et sane non videtur longævitas illa

fuisse paucorum tantum & singularium illorum Patriarcharum munus, sed commune omnium qui ante fatalem terminum tum temporis consuetum singulari casu non obiverunt. Etenim non Sethitas tantum, quorum anni à Mose numerantur, sed etiam Cainitas impios, quorum anni non numerantur, longævos fuisse probatur, quia nonnisi septem fuerunt individua explentia totum illud spatium quod est inter cædem Habelis & diluvium: cum Sethitæ longævi enumerentur decem. Tum manifestum est, non fuisse Mosi propositum exempla tantum longævitatis proferre singularia, sed genealogiam potius pertexere tum Noæ tum Abrahami voluit. Huic autem instituto annexa commemoratio longævitatis illorum, à quibus per naturalem successionem duo sancti illi viri descenderunt, plane accidentaria non probat solis illis privilegium obtigisse. Nam quod multiplicationem attinet individuorum ejusdem speciei, quam leve fuisset auctarium illud sex septemve macrobiorum? Præterea terminus vitæ paulatim decrescens & contractior factus argumento est, terminum illum longiorem antehac propter communes causas fuisse communem & ordinarium. Si quorundam duntaxat fuisset, cur præcise illorum, & quidem omnium, ex quibus Noë & Abraham descenderunt? Certe id non meruit illorum spectata sanctitas, cum quidam majores Abrahami idololatriæ fuerint dediti. Perfectio scientiarum & artium tanquam causa longævitatis illius obtenditur. Hæc autem perfectio non tantum in Noæ & Abrahami, sed in cæterorum etiam filiorum Adæ & Noæ, qui seorsim habitarunt, nec facile cum Noæ & Abrahami majoribus coaluerunt, familia acquiri debuit. Explicatio autem בני אלהים *filiorum Dei*, quam ex R. Chanina vidimus, sua se futilitate prodit. XIV. Cum inter Patriarchas, quos Moses commemorat, nemo unus annum millesimum vivendo attigerit, mysterio quidam singulari locum fecerunt. Irenæus sub finem lib. 5. adversus hæreticos notat, quosdam dixisse, id quod dictum fuit Adamo: *In quocunque die comederis, morte morieris*, hic impletum esse. Nam mille annos coram Deo esse ut diem unum. Ut ergo veritas divinæ comminationis locum habere posset, detractos fuisse de illo die mille annorum annos aliquot: atque sic Adamum eodem die quo peccavit, hoc est, chiliade annorum nondum plene transacta defunctum esse. Id quidem plane dilutum & frivolum est, nec refutatione prolixa indiget. Hoc enim quid aliud est, quam ex Mose historico qui per diem jam mille annos, jam horas 24. citra ullam differentiæ notam indigitet, facere flexiloquum Apollinem? Apud Deum quidem mille anni sunt non *dies unus*, sed יום אתמול כי יעבור *sicut dies hesternus qui transiit*. Sicut dies hesternus qui transiit, in oculis nostris nihil est, vel exiguum saltem spatium temporis, ita apud Deum mille anni minimæ durationis rationem habent. Licebat Mosi etiam multas myriadas annorum comparare cum hesterno die qui transiit. Quid enim sunt multæ annorum myriades, si cum æternitate conferantur? Qui tales similitudines consectantur, non multum abludunt à Judæorum illa temeritate, qua pro singulis diebus creationis singulos millenarios durationi mundi describunt. Plus probabilitatis habet, quod alii dicunt, Deum ostendere voluisse, etiam hominis longævam vitam Dei ipsius respectu esse brevissimam, quæ ne quidem attingat spatium, quod apud Deum æternitatis respectu unum diem non absolvit. Quomodo Cicero 1. quæst. Tuscul. cap. 39. longissimam hominis vitam ceu unum diem æstimans sic ait: *Apud Hypanim fluvium, qui ab Europæ parte in Pontum influit, Aristoteles inquit bestiolas quasdam nasci, quæ unum diem vivant. Ex iis igitur hora octava quæ mortua est, provecta ætate mortua est; quæ vero occidente Sole, jam decrepita: eo magis*

gis si etiam solstitialis dies fuerit. Confer nostram longissimam ætatem cum æternitate, in eadem propemodum ætate, qua illæ bestiolæ reperiemur. Singula tamen reputando, quæstio hæc de mysterio inutilis videtur, quia probari nequit, neminem primorum hominum annum millesimum attigisse. Inter eos quidem qui à Mose recitantur, Abrahami & Noæ majores nemo unus per mille annos ætatem protogavit. At inter cæteros Adami & Noæ posteros ad tantæ senectutis robur neminem pervenisse quis adfirmare ausit? Jam supra animadvertimus, Mosen non instituisse longævitatis feræ exempla promere, sed per occasionem genealogiæ, cui soli intentus hæsit, etiam annos numeravit Patriarcharum. XV. Porro de causis longævitatis primorum hominum disputatio admodum torsit eruditorum ingenia. Causas autem hoc loco intelligimus partim conservantes longæ illius ætatis, partim finales, ob quas Deus sapientissimus longævitatem tantam primis hominibus concessit. Ac primo quidem Maimonides longævitatem illam miraculo productam arbitratur lib. 1. Et R. Levi eam facit opus simpliciter *providentiæ*, non *naturæ*. Jam specialem Dei providentiam id ita dispensasse ob causas gravissimas, minime dubium est. Nihilominus cum fuerit tum ordinaria, non est opus ad miracula confugere. Non est superius virtute rerum creatarum, quam eis Deus creator largitus est, ut homini vitam prorogent ad seram ætatem, si Deus illarum actionem & efficaciam non infringat sapienti voluntate & consilio. Alii in diversum nituntur & providentiæ Dei speciali locum nullum concedentes, naturæ hoc beneficium in solidum referunt acceptum. Ajunt enim, mundum proximum adhuc suæ origini majoribus in universum viribus polluisse; procedente autem tempore senescentem pristinum robur & vigorem illum amittere. Non mirum proinde esse, quod primis temporibus longior ætas, proceriora corpora, majus robur hominibus obtigerit; posterioribus autem temporibus, mundo ad senectam præcipitante deficiant hæc omnia, & notoriis decrementis minuantur. Cyprianus hæretico Christianis calamitatum publicarum causas imputanti inter alia in hanc sententiam respondet: *Illud primo loco scire debes, senuisse jam mundum; non illis viribus stare, quibus prius steterat, nec vigore & robore eo prævalere, quo antea prævalebat. Non hyeme nutriendis seminibus tanta imbrium copia est, non frugibus æstate torrendis solis tanta flagrantia est, nec si verna de temperie sua læta fata sunt, nec adeo arboreis fœtibus autumni fœcundi sunt. Minus de effossis & fatigatu montibus marmorum eruuntur crustæ; minus argenti, & auri opes suggerunt exhausta jam metalla, & pauperes venæ tenuantur in dies singulos, & decrescunt. Deficit in agris agricola, in amicitiis concordia, in artibus peritia, in mari nauta, miles in castris, innocentia in foro, justitia in judicio, in moribus disciplina. Putasne tu tantam posse substantiam rei senescentis existere, quanta prius potuit novella adhuc & vegeta juventa pollere? Minuatur necesse est, quicquid fine jam proximo in occidua & in extrema devergit. Sic sol in occasu suo radios minus claro & igneo splendore jaculatur: sic declinante jam cursu exoletis cornibus luna tenuatur, &c. Hoc (subdit) nobis tacentibus mundus ipse jam loquitur, & occasum sui rerum latentium probatione testatur. Hæc sententia mundo data est: hæc Dei lex est, ut omnia orta occidant, aucta senescant, fortia infirmentur, & magna minuantur.* Atque hæc sententia à posterioribus etiam per imprudentiam excepta & ante Cyprianum Poëticis schematibus Homeri, Juvenalis, Horatii, Lucretii jactata est. Cypriano quidem error is facile condonari potest, qui cum incidisset in tempora dura, bello, fame, peste sævientia, quorum culpam in Christianos Idololatriæ publicæ professos hostes derivabant; ut profano Gentili os quocunque modo obtu-

obturaret, naturæ defectum velut lenta tabe laborantis causari maluit, quo adversarium à tam sacrilega criminatione depelleret. At hodieque qui hoc errore tenentur, parum naturam exploratam habent. Si longævitas est à primo vigore naturæ, & brevior vita incessit quotidie ex naturæ effœtæ senectute invalescente, eum natura non faciat saltum, cur à termino noningentorum annorum processit subito ad quadringentos, à quadringentis ad ducentos, centum, hinc ad septuaginta vel octoginta? Imo cur à tempore Mosis ad nostram usque ætatem per tractum triginta duorum seculorum idem terminus vitæ immobilis permanet, si cum mundo senescente decrescit ætas hominum? Necessum profecto foret decrepita hac mundi senecta non jam annos, sed ne mensem quidem unum vivendi spatio à nobis adæquari. Verum fabulam illam de natura fatiscente eruditi communi suffragio hodie explodunt, ac certissimis argumentis adversus incauta quorundam judicia convicit Johannes Frenshemius vir summus, & studiorum quondam nostrorum fidus formator, oratione septima & nona, quam utramque in Suecia dixit. XVI. Flavius Josephus de causis longævitatis ita loquitur Antiquit. lib. 1. cap. 4. Οἱ μὲν γὰρ θεοφιλεῖς ὄντες καὶ ὑπ' αὐτοῦ τοῦ Θεοῦ γεγυμνασμένοι καὶ πρὸς τὸ τὰς τροφὰς ἐπιπονωτέρας ἔχειν πλείονα χρόνον εἰκὸς ἦν, εἰκότως ἴζον πλεῖον τούτων ἐπῆν, &c. *Hi enim partim quod Deo cariores, ipsaque illius manu fati essent, partim quod cibis suis vim suam diutius integritatemque retinentibus uterentur, in tot annos vitam commode propagare poterant. Adde verum fuisse, ut partim in virtutis suæ præmium, partim ad accuratiorem ac certiorem tum Astrologiæ tum Geometriæ, quas ipsi artes invenerant, usum & experientiam, longiorem eis vitam Deus indulgeret: quippe qui nisi sexcentos minimum annos, quot videlicet Magnus annus absolvitur, vivendo complevissent, certi nihil unquam iis de rebus posteris tradidissent.* Quibus verbis quatuor causas facit longævitatis, quas paucis excutiemus. Prima est, *quia Deo fuerint cariores*, longiorem vitam vixisse. Primos Patres plerosque Deo fuisse charos, lubens largior. Attamen nec omnes Deo cari fuerunt, nec hæc causa est idonea longævitatis. Probavimus supra, longævitatem fuisse non tantum singularium personarum, quas Moses nominibus suis ciet, sed communem omnium. At à majoribus Noæ singulari pietate præstantibus si discesseris, fuerunt etiam alii, puta in posteritate Caini, quin & ipsius Sethi sub extrema inprimis tempora ob flagitia minime cari Deo. Tales inprimis fuerunt Nephilim illi, homines compertæ nequitiæ. Jam etiam inter majores Abrahami nonnullorum, qui, teste Josua, Idololatræ fuerunt, ætas ultra ducentos annos promota fuit. Tum post longævitatem desitam inter mortales vixerunt Deo carissimi, Moses vix cuiquam majorum suorum inferior, David, Solomon, B. Virgo Maria, Apostoli, aliique quorum pietas luculentum in Scripturis testimonium habet. Non igitur pietas idonea est causa longævitatis. Secundo loco allegat Josephus, *quod macrobii illi Dei manu fati essent.* Atqui hoc non competit nisi in Adamum & Evam. Cæteri enim geniti sunt vulgari modo nascendi. Neque ipse Adam longævus fuit, quia γεγηρᾶκε. Non enim credibile est, eum qui ex luto productus est, alius fuisse conditionis, quam cujus sunt illi, quos Deus etiam manu sua format & coagulat in utero parentis. Quamvis igitur Dei manu fatus fuerit, tamen non aliam causam habuit vitæ suæ conservantem quam cæteri; & molestiis ac ærumnis, quibus propter peccatum conflictamur, perinde obnoxius fuit, ac cæteri homines. Tertia causa Josephi est: *quod uterentur cibis diutius vim & integritatem suam retinentibus.* Verum nec id solidum est. Utebantur herbis & fructibus arborum, ac si adlubescret, etiam carnibus se oblectare licitum fuit. Unde vero constat, cibos

bos illos vim & integritatem ſuam diutius tum retinuiſſe? Æque benigna & propitia tellus hodie eſt, quam fuerit olim, quia natura non fatigatur nec deficit. Alias pridem nullas vires alimentum hominis obtinuiſſet. Et tamen idem alimentis robur eſt, eadem ad conſervandum nos facultas per annos plus quam ter mille, à tempore uſque Moſis, quo hodiernus vitæ terminus decretus fuit. Si alimentum hominis vim ſuam integram non retinuit, oportet ſane Solis & aſtrorum influxum à quo alimenti robur præcipue pendet, circa tempora Moſis languidiorem redditum eſſe. Quarta Joſephi ratio petita à neceſſitate eruendæ Aſtronomiæ & Geometriæ, haud multum efficacior eſt. Non dicam, quod μέγας ἐνιαυτὸς *magnus annus* definit ἐνιαυτοῖς ἑξακοσίοις *annis ſexcentis* præter omnem ferme ſententiam. *Cum Phœnicis vita*, inquit Solinus, cap. 33. *magni anni fieri converſionem, rata eſt fides inter auctores.* Phœnicem autem durare 540 annis idem Solinus ſcribit ex Manilio. Tacitus tamen Phœnici quingentorum annorum ſpatium tribuit, vulgatum maxime, l. 6. §. 5. *Sunt qui adſeverent*, inquit idem Tacitus, *mille quadringentos ſexaginta unum in terris vivere.* Juxta quam ætatem Cenſorinus de anno magno Ægyptiorum ſcribit: *Eoque fit, ut anno milleſimo quadringenteſimo ſexageſimo primo ad idem revolvatur principium.* Sed Claudius Salmaſius in Exercitationibus Plinianis, pag. 552. 553. oſtendit, ſicut Ægyptiorum annus, quem ἡλιακὸν & Θεῶν ἐνιαυτὸν, & κυνικὸν & πανέρον vocabant, trecentis ſexaginta quinque diebus & diei quadrante conſtituebatur; ita μέγα ἔτος eorundem tot annis conſtitiſſe, quot ille conſtitit diebus, trecentis ſcilicet ſexaginta quinque & anni quadrante ſive tribus menſibus. Et quemadmodum rurſus periodum è minoribus annis ſolidis & abſolutis quadriennalem ſive tetraëterida componebant, ita etiam ex quatuor iſtis majoribus circuitum conflarunt, quæ totidem annos haberet, quot in illa minore dies reperiuntur, hoc eſt, mille quadringentos ſexaginta unum. Hic annus maximus erat, conſtans annis magnis quatuor, cujus periodo ἀπόκατάστασις omnium planetarum fieri vulgo tum Ægyptii tum Græci exiſtimarunt. Quod ſi igitur primis hominibus longævitas conceſſa fuit propter neceſſitatem perficiendæ Aſtronomiæ, uti Joſephus arbitratur, neceſſum fuiſſet homines primos annum illum maximum, quo magnam illam converſionem planetarum fieri creditum eſt, vivendo adæquare, ut experimentum caperent periodi planetarum. Quo pacto quindecim ſecula ſuperanda fuerunt. Imo plura, ſi recte calculus ponatur. Vaniſſima igitur hæc cauſa eſt. Artes & ſcientiæ non ab uno inveniri debuerunt, nec ab uno inventæ ſunt ſimul, ſed ab initio quidem ſcientia rudior ſucceſſu temporum & hominum locupletata eſt & incrementis latentibus paulatim aucta. Inventis priorum addiderunt poſteriores, donec ad perfectionem perventum eſſet. Curſum cœli & ſiderum tempore Græcorum declaravit Ptolomæus. Et tamen idem profitetur, non ſe inceptiſſe indagationem rerum cœleſtium, ſed ante annos trecentos ab alio eam inchoatam fuiſſe. XVII. Abarbanel contraxit cauſas longævitatis, quas Maimonides & Moſes Nachmanides reddiderunt. Tres igitur ex eorum mente cauſas facit & approbat: *prima*, quia origini mundi propiores fuerint, adeoque majori corporis robore inſtructi: *ſecunda*, quia ante diluvium aër purus fuerit, qui poſt diluvium corruptus nocuerit hominum vitæ: *tertia*, quia cibis & alimentis temperantius uſi fuerint, quam homines ſequentium temporum. Ex adverſo igitur cauſas contrarias brevioris vitæ his verbis Abarbanel enumerat: *Ex quibus vides, tres concurrere cauſas brevioris vitæ, juxta hanc ſententiam: Prima eſt elongatio à ſcaturigine prima; quia enim Adamus perfectus fuit in creatione roboris & virtutis*

magna, pro gratia portione à Creatore accepta, inde etiam filii ejus & secula illi propiora, perfectiora erant: cum vero multiplicarentur generationes, tum, prout elongati fuerint ab illa prima scaturigine, eo longius etiam abfuerunt à vitæ longitudine: Secunda est ab aquis diluvii, quod licet per medium pœnæ veniſſet, juxta Rabbenu Niſſim, & poſtquam deſiit, par fuiſſet, ut aer iterum purus eſſet; non tamen potuit negare, quin ſimul maledicta fuerit terra, & multum de ſua virtute priſtina perdiderit; hincque conſequutum ſit, ut ei bi & germinantia è terra, non remanſerint in virtute ſua prima. Neque ulla fuit hic perverſio judicii (hoc eſt quicquam iniqui:) *ſufficiebat Noacho, ut liberaretur è diluvio. Fortaſſis ita vovit Deus abbreviare dies hominum, & terminum vitæ ponere homini, dicendo;* Hucuſque pervenies, & non ulterius, *ſicut poſtea explicabo. Sic ergo etiam ex natura terræ poſt diluvium, brevior eſt vita. Tertia cauſa eſt intemperantior uſus ciborum & alimentorum, qui tum inter homines ortus eſt: nam, prater minorem virtutem terræ creſcentium poſt diluvium, & quod non ita ſalutare, ut antea, nutrimentum præberent, eſus quoque carnis abbreviavit dies eorum, ſanguiſque abundantior generabatur, & potus vini defluxiones atque morbos multos produxit. Hinc dicit Solomon;* Ne ſis cum potatoribus vini, neque cum voratoribus carnis, Prov. XXIII. 20. *Ad hæc quoque acceſſit* nimia hominum libido, *qua fiebat, ut homo antequam vigeſimum annum attingeret, filios & filias gigneret. Sine dubio autem hæc abbreviat vitam hominis; conſumit humores, & extinguit calorem naturalem. Sic legimus Davidem, cum nonniſi ſeptuaginta annorum eſſet, opus habuiſſe, ut veſtibus tegeretur, neque ullum amplius calorem habuiſſe: quod ſane non fuit ex ſenectute; quot enim reperiuntur ſeniores illo, qui vegeti ſunt adhuc, robuſti, & liberos gignunt? ſed calor ejus naturalis extinctus, & refrigeratus fuit, quia in juventute ſectabatur mulieres, atque inde contigit, ut in ea frigiditatis extremitate fuerit. Sic Salomon filius ejus, qui parentem hac in parte imitatus fuit, imo eum ſuperavit, breviorem aſſequutus eſt ætatem, ut moreretur anno ætatis 52. Qui enim mala utitur diæta, u corrumpit ſuum temperamentum, & filius ex illo malo temperamento natus, fit corruptus, eaque corruptio augetur, ſi nativis vitiis ipſemet plura ſuperaddat. Hujus rei cauſa vita hominum decrevit jubente in illis generationibus, uſque dum natura in certo vitæ termino ſubſiſtiſſet, ſicut dicitur:* Omnes dies noſtri declinaverunt propter iram tuam: conſumpſimus annos noſtros tanquam ſermonem: dies annorum noſtrorum ſunt 70 anni, &c. Pſalm xc. 9. *De ſæculis enim primis, quibus vita hominum paulatim decrevit, dicitur:* Quia omnes dies noſtri declinaverunt propter iram tuam, conſumpſimus annos noſtros tanquam ſermonem: *De natura jam in certo termino conſtituto dicit:* Dies annorum ſunt 70 anni, &c. *Ex quibus omnibus patet, verba iſtorum duorum Rabbinorum, Nachmanidis & Maimonidis, ſimul eſſe bona, obſervatis iis, quæ ego illis ad ulteriorem expoſitionem addidi.* Verum & hæ cauſæ etſi eas adoptaverit Lyranus, momentum omnino exiguum habent. Nam primam quod attinet, quæ ratio eſt, cur propiores primæ mundi ſcaturigini longiorem vitam exigere potuerint? Natura æquabilis ſemper manſit, & virtute Dei concurrente ſimiles effectus ubique producit. Non defatigatur longo labore vel temporis tractu, neque eſt, ut ſcite Scaliger, *ut aſinus ad molam.* Et macrobiorum, qui à prima mundi origine remotiſſimi abierunt, exempla ex Plinio, Valerio, aliiſque etiam recentioribus ſupra produximus. Si ratio hæc valeret, oporteret tanto curtiorem vitam hominibus obtingere, quanto quiſque à prima mundi origine longius diſcedit. Adami corpus fuiſſe robuſtius & majorias *dimenſionis* quam noſtra hodie ſint, non iverim infi-

cias.

ficias. Sed causa illius roboris non est inde arcessenda, quod origini mundi proximus fuerit. Nam per peccatum effectum est, ut ἀιωνία illa multum labefactaretur, & causæ dissolutionis jam grassari inciperent. Et si Deo cordi esset hodieque tantum robur nobis largiri, non obstante longissimo discessu ab ortu mundi, æque facile nos fortes redderet. Secunda causa petita ab aëris antediluviani puritate, quam inprimis operose urget Nachmanides, ita impugnatur à R. Nissim. *Diluvium*, inquit, *non fuit accidens naturale, sed habuit rationem pœnæ. Cum igitur homines sustinuissent pœnam suam, & Deus reduxisset ventum super terram ad exsiccandam eam, debuit mundus redire ad naturam suam priorem: eo quod omnia facta sint secundum justitiam & judicium, non per accidens. Quod si aliquid ex his attribuendum sit naturæ, potius evenire debuit contrarium. Nam post vehementem pluviam purificatur & serenus magis fit aër. Et post corruptionem insignem aëris fit aër magis purus & salubris, prout experientia teste fieri solet post pestem, idque ex causis naturalibus.* Quæ sane responsio non est contemnenda. Nec eam tollit exceptio Abarbanelis, *non tantum diluvium habuisse rationem pœnæ, qua cessante aër debuerit fieri purior; sed terram simul fuisse maledictam & multum de pristina sua virtute perdidisse.* Nam terra non solum fuit maledicta per diluvium, sed propter peccatum Adami, statim à mundo condito admissi. Igitur maledictio terræ jam tum irrogata statim longævitatem impedire debuisset. Accedit non minus valida hæc ratio. Si inundatio aquarum diluvii causa fuisset longævitatis impeditæ & abruptæ, tum homines diluvio exacto proximi breviorem vitam expleviſſent, quam ii, qui à temporibus diluvii abierunt longius. Cum enim aquæ diluvii impuritatem aëris credantur invexisse, cessantibus aquis maxime impurus fuerit aër, & paulatim ad pristinam puritatem reductus. Et tamen contra eveniſſe videmus. Nam quo magis à tempore diluvii remoti fuerunt homines, eo majores ad angustias ipsis vivendi terminus est redactus. Denique nec tertia causa, quæ Maimonidis est, satisfacit. Ponamus enim alimentis & voluptatibus etiam licitis temperantius usos esse quosdam, quorum præ cæteris pietas emicuit. At multi fuerunt etiam ἀσεβεῖς, de quibus testatissima est querela Christi, quod edendo, bibendo pœnam diluvii provocaverint. Et tamen non obstante ejusmodi nepotum ἀσεβείᾳ communis fuit longævitas omnibus. Temperantiæ leges probe custoditæ faciunt sane ad vitam nonnihil productiorem. At tot seculis termino, qui hodie vulgaris est, superstruendis minime sufficit. Hinc hodieque homines præ cæteris temperantes & sobrii, alios quidem ætate vincunt, sed intervallo non magno. Nempe temperantia causa quidem esse potest, ut vivendo attingatur meta illa, quam ætati humanæ divina Providentia præfixit. At ipsius longævitatis causa non est, sicut in animalibus apparet, quæ cum plerunque homines moderatione victus antecellant, tamen consuetum moriendi limitem ægerrime vitant. XVIII. Lyranus tribus his Hebræorum, quas adoptavit, causis adjungit alias, quas ipsius recitabo verbis: *Quarta*, inquit, *ex scientia Adæ, quia formatus fuit in perfectione scientiæ, ut supra dictum est, cap. 2. Et ideo cognovit virtutes fructuum, herbarum & lapidum, quæ faciunt ad conservandam sanitatem & vitam prolongandam: Et de hoc docuit homines ad vitam prolongandam. Quinta ex bono adspectu siderum super illam regionem, in qua manebant, qui adspectus multum facit ad longitudinem vitæ: sed per motum cœli continuum mutatus est tempore procedente. Sexta ex divina dispositione hoc ordinante, ut per longam vitam hominum cito multiplicaretur genus humanum. Item ut homines illius temporis per longam vitam possent habere experientias de cursu cœli & effectibus*

bus siderum & aliarum rerum : quæ experientiæ sunt principia artis & scientiæ, ut habetur 1. Metaphysic. Item videmus magnam latitudinem in quantitate molis in natura humana : quia aliqui sunt parvi sicut Pygmæi : qui dicuntur homines in longitudine unius cubiti tantum : alii autem sunt valde magni sicut gigantes. Unde Deuteronom. 3. cap. dicitur de Og rege Basan: Monstratur lectus ejus ferreus qui est in Rabbath filiorum Ammon habens novem cubitos longitudinis & quatuor latitudinis, &c. *Unde & Augustinus dicit* XV. *de civit. Dei 9. cap. 2. quod vidit dentem gigantis, qui si divideretur minutatim faceret centum dentes hominum communis staturæ. Si igitur est tanta latitudo & excessus unius ad alterum in quantitate molis, non videtur irrationabile quod fuerit tantus excessus in quantitate durationis hominum primorum ad illos, qui nunc sunt, sicut Scriptura determinat. Item in quantitate durationis videtur etiam magna latitudo; quia etiam de Pygmæis dicitur*, quod quinto anno generant, & octavo anno senescunt. *Et ideo si homines alii tantum excedunt eos in quantitate durationis, qui vivunt communiter* LXX *vel* LXXX *annis, non est mirandum si homines primæ ætatis tantum excedebant modernos in quantitate durationis. Ego autem tot rationes induxi ad propositum ostendendum: quia si una per se non sufficit, plures simul sumptæ videntur propositum suadere.* Nulla ex his rationibus idonea est quæstioni expediendæ. Non *quarta*. Adamum multiplici rerum scientia imbutum fuisse certum est. Proinde quæ vires sint plantarum, quæ alimenti præstantissimi salubritas, plane exploratum habuit, & posteris etiam suis tradidit. Atque hæc scientia & usus alimenti optimi longævitatis haud dubie adminiculum fuit destinatum divinitus. Cæterum tantum longævitatis causa alimentum non fuit. Quis enim dubitet, quin eam scientiam habuerit etiam Noë, & cum posteris suis fideliter communicaverit? Et tamen manifestas decrementis paulatim vita hominum defecit ad angustissimos, quibus hodie circumscribimur cancellos. Non deest etiam nostris temporibus per longam tot seculorum experientiam hausta arborum, fructuum, lapidum notitia exactissima, qua fortasse non cedimus hominum illorum primorum experientiæ. Neque tamen scientia illa facit ad prolongandam ultra communem & brevissimum illum terminum vitam. Quinta ratio petita *ex bono adspectu siderum super illam regionem, in qua manebant*, inepta admodum est. Quomodo enim qualiscunque illa siderum mutatio tantam differentiam annorum inducere potis fuit? Cum ne hodie quidem mutato adspectu siderum crebris revolutionibus cœli ipse vitæ humanæ terminus ubique terrarum idem mutationem ullam recipiat. Quid quod sub eodem haud dubie siderum positu hodieque homines vivunt, qui tamen ad longævitatem Patriarcharum minime accedunt. Quod sextam Lyrani causam attinet, agnosco divinam dispositionem ita ordinantem causam fuisse longævitatis illius. Sed dispositionis illius rationes allegatæ non satisfaciunt. Etenim citra illam longævitatem genus humanum multiplicari potuit: sicut Israëlitæ in Ægyptum transvecti exiguo numero brevi in immensum creverunt, qui tamen intra contractiorem illum vitæ terminum constiterunt. Unde Moses Deuteron. x. 22. *Cum septuaginta animabus descenderunt Patres tui in Ægyptum. Nunc autem posuit te Jehova Deus tuus sicut stellas cœli in multitudinem.* De necessitate sideralis scientiæ eruendæ supra Josepho respondimus. Quod vero de inæqualitate corporeæ molis, ex qua etiam durationis humanæ vitæ inæqualitatem collegit Lyranus, & post eum Grotius de verit. Relig. Christ. pag. 45. ea non tam τὸ διὸτι quam τὸ ὅτι longævitatis concernit. Cum igitur singulæ hæ rationes Hebræorum & Lyrani exiguum, vel nullum pondus habeant, non possunt etiam conjunctæ, seu, ut Lyranus loquitur, *simul sum-*

ſumptæ propoſitum ſuadere. Quemadmodum ſi quatuor pluresve ad cœnam accedant ἀσύμβολοι, omnes æque eſurire neceſſum eſt. XIX. Benedictus Peterius ſex illis rationibus hactenus ventilatis addit ſeptimam, nimirum inventionem artium. *Septima cauſa fuit*, inquit, *ut diu viventes homines poſſent reperire artes & ſcientias ad neceſſitates, utilitateſque vitæ humanæ, & ad perfectionem intellectus humani plurimum conferentes, quæ tamen non niſi longiſſimi temporis experimentis & obſervationibus reperiri poſſunt. Recte enim dictum eſt ab Ariſtotele, tempus eſſe inventorem & promotorem artium & ſcientiarum. Præſertim autem longinquitas vitæ neceſſaria erat ad inventionem Aſtronomiæ & Geometriæ, quarum diſciplinarum certitudinem aſſequi non poterant, auctore Joſeph. cap. 3. lib. 1. de Antiquit. ſi minus ſexcentis annis vixiſſent, ex tot enim magnus annus conſtat.* Cauſa hæc Peterio quodammodo cum Joſepho eſt communis. Proinde ex iis quæ ſupra dicta ſunt, de ea judicari poteſt. Verum eſt, longa vita multiplicem rerum experientiam comparari. Cæterum & breviori vivendi ſpatio primi homines ſagacitate ingenii ſui facile eum in ſcientiis proceſſum nanciſci potuerunt, qui ad felicitatem eorum neceſſarius fuit. Quamvis igitur longævitas Patriarcharum ad perfectionem artium multum contulerit, tamen non perſuadeor, Dei conſilium fuiſſe propter ſeculoris ejuſmodi ſapientiæ faſtigium ad tam ſera tempora primorum hominum vitam protrahere. XX. Johannes Beverovicius, noſtræ ætatis Medicus non è multis Theſauri ſanitatis c. 3. ex Petro Mexa Hiſpano multas longævitatis primorum hominum cauſas ediſſerit, communes tamen omnes cum iis, quas hactenus ventilavimus, excepta unica, petita ab uſu ciborum crudorum, beneficio ignis non coctorum & macerarorum. Cum enim ignis vi ſua partes alimenti præſtantiſſimas auferat, neceſſum omnino eſſe, ut cocta per ignem multo efficaciæ minus obtineant, adeoque naturalis vitæ ſtamina abrumpat citius; & contra quæ cruda & ignis furore nondum delibata vorantur, homini vitam longiorem præſtent. Vereor autem, ne cauſa hæc in eundem cum cæteris cenſum vocari mereatur. Unde enim conſtat, cibis crudis primos homines uſos eſſe? An ignis copiam nullam habuerunt, vel ignorarunt uſum? Et ſi uſi omnino ſunt, dubitari merito poſſit, an ad longævitatem quidquam id contulerit. Certe nec animalia carnivora, quæ carnibus crudis veſcuntur, nec quæ herbis non excoctis ſe oblectant, longiorem vitam exigunt quam homines, qui alia omnia faciunt. Neceſſum enim eſt, cibis crudis ſtomacho ingeſtis, coquendis, diſſolvendis, & ad uſum corporis inſtruendis ita debilitari calorem hominis interiorem, ut magnam noxam inde contrahat. Addo ipſam cruditatem plus corpori nocere, quam ſublatæ vi ignis particulæ alimenti ſalubriores eidem prodeſſe valeant. In eadem, quam impugnamus ſententia fuit etiam Cardanus, aſſerens, ad vitæ diuturnitatem crudas quam coctas carnes plus eſſe conducibiles, & coqui eas non ex neceſſitate, ſed ex conſuetudine. Quamobrem acriter eum caſtigat Scaliger Exercit. XXII. *Quare*, inquit, *odiojus es cum iſta tua religione qui nobis carnes crudas apponi jubes? Nam homo cum ſit in medio conſtitutus: qui cibi terræ multum, aut contumacis alicujus ſubſtantiæ continent in ſe ipſis, ventriculi viribus infeſtum, ii vi ignis domiti rediguntur ad caloris noſtri proportionem.* Ac mox acute admodum & ſubtiliter: *Ac propterea quod ais, ad vitæ diuturnitatem crudas quam coctas carnes plus eſſe conducibiles, operæ precium erit reſpicere ad crudivoras beſtias: quarum puſillus vitæ tractus te inſolentis opinionis admonebit. Fuit igitur ars, non fortuita conſuetudo. Cum ventriculi vi non poſſe crudas confici comperiſſent, culinarum inierunt rationem. Etenim quæ proportio eſt maturi fructus cum acerbo: ea eſt cocta carnis cum cruda, ſi ad coctri-*

Ὥπασεν εἰς ζωλὼ πολυήρατον. ἀ γὰ ἀν' αὖς
Τειρόμενοι θνῆσκον, ἀλλ' ὡς δεδμημένοι [40] ὕπνῳ,
Ὄλβιοι οἱ μέροπες μεγαλήτορες, ὃς ἐφίλησεν
Σωτὴρ ἀθάνατος βασιλὺς θεός. ἀλλὰ ἢ αὐτοὶ

Urbes & muros alii, queis, longa dabantur
Tempora vivendi: nec enim tum ſollicitudo
Mortem conflabat: placidoque ſimillima ſomno
Mors obrepebat. felices, magnanimique,

Hᵛli-

cem noſtram conferas facultatem. Demonſtrationis conſtructio hæc eſt. Cibus conſignificat ſimul & ſubſtantiam ejus quod eſt: & ſubſtantiam ejus, cujus aliquid futurum eſt. Refertur enim ad hominem, uti dicebamus. Igitur & ad facultatem tranſmutantem. Quæ cum inferior eſſet, arte ſubventum eſt. Præterea ne ipſi quidem Canibali crudas vorant. Et barbari maris accolæ, Sole, aut cremato ſimo torrent. Reſtat objectio, fructus & lactucas, quæ ſint frigidiora, cruda eſitari. Reſpondeo. Carnes eſſe ſub forma valde reſiſtente concoctioni. Itaque vel ipſo igne ſerius coguntur. At fructus ſtatim. Lactucæ vel ſolo aeris afflatu marceſcunt. Poſtridie ſane ejus diei, qua collectæ ſunt, flaccidæ fiunt. Tum quod aut, carnes igne corrumpi: calumnioſo verbo uſus es. Afficiuntur enim, ut in ventriculo conficiantur. Et hoc ignis ventriculo, quod eſt ventriculus jecori. Corrumpuntur ergo ſibi, ſed inchoantur nobis. Sane hoc quoque modo à ventriculo corrumpuntur. Verum igitur eſt, quod ait Præceptor ſapientiæ: Pauca reſpicientes facile pronunciant. Tutius in divini Hippocratis ſententia conquieſces: Is in ſecundo de victus ratione: τὰ πυρέμβια, καὶ τὰ φαζόμενα χείμωνι ἐπὶ πλέον ἢ ὦμεν. Et mox: τὰ ἔνυδρα προφάγια, καὶ ἰρόγμυδα ἐπ. διὸ δὴ τῷ πνεῦ περιγαθλῶμ. τοῦτο ἡ χιλὶη λεπτύσασ' ἀσθενέσερα ἔσα τ ἐσάντων. Porro Cardano objicienti, quod ignis tenue à craſſo ſeparet, ejus autem ambitu deterius reddatur alimentum, verius quam modeſtius eodem loco ita reſpondet. *An non hæc inſignis calumnia eſt? Craſſo enim etiam ad alendum indigemus, non tenui ſolo. Neque enim carnium ſolo ſucco alimur ad eundem modum: Abeſt enim longius à carnis noſtræ conſiſtentia, quam caro. Ac propterea quam plurimo tenui ſucco eſſet opus nobis: multo ſane pluri, quam quantum ventriculo capi poſſet. Quocirca toto ipſo veſcimur. Quod quia craſſius, atque contumacius erat, attenuandum fuit: atque quo fieri modo poterat, æquandum. Itaque quantum abit tenuis, tantum reponitur attenuationis opera: imo vero plus. Quamobrem craſſum illud plus attuliſſet noxæ, quam tuum iſtud tenue utilitatis. Sane ut probum ſit hoc, quod exhalat: major eſt utilitas in majore copia attenuati, quam jactura tenuium.* Plura eam in rem ibidem erudite diſputat. *Heideggerus.*

40 Ὕπνῳ] Similiter Heſiodus, θνῆσκον δ' ὡς ὕπνῳ δεδμημένοι. --- Sunt autem iſta de ætatibus pleraque ex Heſiodo deſumpta. *Orſoræus.*

41 Γιν-

Ἥλιτον ἀφραδίῃ βεβολημένοι. οἱ γὰρ ἀναιδῶς
Ἐξεγέλων πατέρας, καὶ μητέρας ἠπίμαζον,
[41] Γνωτὸς δ' οὐκ ἐγίνωσκον, ἀδελφειῶν ἐπίβουλοι,
Ἦσαν δ' ἀργὶ μιαροὶ, [42] κεκορυθμένοι αἵματι φώτων,
Καὶ πολέμους ἐποίουν. [43] ἴσον δ' αὐτοῖς ἦλυθεν ἄτη,
Ὑστάτη, ἀρχαίοθεν βεβολημένη, [44] ἢ βιότοιο
Δεινὰς ἔξειλεν, τοὺς δ' αὖ κατεδέξατο δόμος.
[45] Ἄλλω δ' αὖτε κάλεσσαν, ἐπεὶ πρῶτος μόλεν Ἀΐδαμ

Quos Deus æternus rex & ſervator amavit.
Sed tamen hos etiam peccandi amentia cepit.
Ridebant patres, & matres dedecorabant
Turpiter, & notos non norant, fratribus ipſis
Inſidiabantur, perverſi, ſanguine pleni
Humano, neque non crudelia bella gerebant.
Exitium ſed idem divinitus abſtulit illos
De cœlo tactos, aut dura morte peremptos

Γαν-

41 Γνωτὸς] Turnebi liber, γνωτὸς δ' οὐ γίνωσκον, mox regius codex, δ' ἐπίβουλοι. *Idem.*

42 Κεκορυθμένοι] Auratus legit μιαροὶ μεμορυγμένοι αἵματι φώτων, *ſanguine humano contaminati* : quanquam recepta lectio non ſit rejicienda. *Idem.*

43 Ἴσον δ'] Idem εἰς vel ἐπὶ δ' αὐτοὺς ἦλυθεν ἄτη Ὑστάτη, *interitus ultimus ſupervenit illis.* Idem.

44 Ἢ βιότοιο] Regius codex ut & noſter legunt ἢ βιότοιο δεινὰς ἔξειλεν.

45 Ἄλλω δ'] De voce Ἄλλος nonnulla diximus in diſſertationibus noſtris p. 553. &c. quæ ibi videri poſſunt. *Gallens.*

Jam vero quid Græcorum Hades? Sane ſi cum Biſſono noſtro multitudinem ſequi placet, (quos ſapientes Idiotas appellant,) locus eſt neſcio quis ſubterraneus, animarum cuſtodiæ deputatus. Verum ſi ad ſapientiſſimos te converteris, ſive ſacros, ſive alios antiquiſſimos: illi te non obſcura, nec varia, ſed clariſſima, & quaſi communi voce docebunt, Haden proprie eſſe Terram. Atque illis quidem ſacris vel ipſum tribunal ut conſcendere liceat æquum eſt, quales ſunt in veteri fœdere Prophetæ, Apoſtoli in novo: reliqui vero in ſubſelliis teſtificantium ſubſidere ſatis habebunt, ſive illi è Græcia poëtæ

poëtæ fuerint, aut Philosophi, sive de Ecclesia Dei, doctores sancti Tractatoresque, quantumvis illi Theologorum & sapientum apud suos, hii Patrum nomine & à nobis, idque merito cohonestentur. Quod ad illos priores, cum duplici mihi hominum genere litigandum esse video. Sunt enim, qui utrosque tum Prophetas tum Apostolos nobis abreptos sibi vendicant: sunt autem qui propheras nobis relinquunt aliquando, Apostolos vero & Euangelistas suis semper in castris mereri jubent. At bene accidit quod à priori horum hominum classe asseritur, *Haden* semper esse infernum: id ne ipsis quidem dicentibus, aut eorum saltem gregalibus, bene convenire posse; quippe qui Sheol nonnunquam capi pro sepulchro concedentes, & *Haden* etiam pro sepulchro sumi nonnunquam, ut largiantur necesse habent. Atque meo quidem judicio extra omnem aleam est, & Hebræam vocem & Græcam, si modo sumantur proprie, semper sepulchrum significare, id quod etiam quam clarissime in Sheol certe comprobatum esse puto. Quod vero saltem aliquando per sepulchrum sint explicandæ, adeo in aperto est: ut eorum qui contra dicunt, impudentia deploranda sit necne, an insciti redarguenda, incertum sit. David Joabum & Shimein ablegari in *Haden* jubet 1 Reg. 2 6. 9. Quid in infernum? At nec politicæ cognitionis istud est, nec eo Joabi aut Shimeis cani descendere potuerunt. Non immerito igitur Arias Montanus, Pagninus, Vatablus una cum Paraphraste Chaldæo, non hic infernum, sed sepulchrum transferunt: quibus accedunt Hebræi, qui hic *Haden* per sepulchrum explicant, sicuti Lyra contestatur, cujus etiam & ista sunt. Non fuit intentionis Davidis, ut Joab descenderet ad infernum damnatorum: quæ proponit Dionysius Carthusianus, nec refellit. Dicitur in *Hade* non laudari Deus Psal. 6. 5. in eo nullam esse scientiam Eccl. 9. 10. quæ de sepulchro plana sunt, non item de loco animarum, cum earum aliquæ saltem etiam corporis exutæ vinculis, non solum intelligant, sed etiam in laudando Deo, dies noctesque exerceantur. Quid quod ista aperte sepulchro tribuantur alibi, Psal. 30. 10. Psal. 115. 17. Psal. 88. 12. Isai. 38. 18? Hinc Arias Montanus & Pagninus sepulchrum vertunt, Munstetus foveam. Augustinus Steuchus ex Aben Ezra hunc locum in Psalm 6. ad sepulchrum refert, in Genes. 37. scribens: Arias Montanus cum probare vellet Sheol quandoque significare sepulchrum, Sic accipitur inquit Psalm 6. In Inferno quis confitebitur tibi? Nonne fossa Prov. 112. fovea Ezech. 32. 23. lacus Ezech. 31. 16. vermis Job. 17. 13. mors Psalm 115. 17. Corruptio. Psalm 16. 10. *to Hade* apponitur, idque ad *exegesin*, quæ omnia & singula sepulchrum attingunt? Conqueritur David vitam suam appropinquare ad Haden, ubi Lyranus sepulchrum intelligi arbitratur, & Arias Montanus & Pagninus, in textu ipso *sepulchrum* vertunt. Psalm 115. 17. Haden habent Septuaginta, ita tamen vel Gilbertus Genebrardus: Non mortui Domine laudabunt te, neque omnes qui descendunt in *sepulchrum*, hoc est, corpora mortuorum quæ jacebant muta & stupida in sepulchris. Habetur Job. 7. 9. Qui descendit *eis Haden*, non est reversurus, cui simile est illud Sap. 2. Non fuit cognitus qui ab *Hade* reverterit, in quorum priori Lyranus ipse sepulchrum agnoscit, & in posteriori, nihil aliud quam sepulchrum intelligi potest, præsertim cum ab iis hominibus proferatur, qui animarum mortalitatem adstruebant, adeoque animarum infernum nullum agnoscebant. Ezech. 32. 27. Descendent in *Haden*, cum instrumentis bellicis suis, positis eorum gladiis sub capitibus ipsorum. Quis non videt de monimentis sepulchralibus hæc affirmari, de quibus fuse Gyraldus disserit? Commemorat Jobus 21. 13. inter impiorum prosperitates, quod nullo laguenti morbo confecti, descendunt *eis*

Ha-

Haden, hoc eſt, ſepulchrum: ſic enim Pagninus, Montanus, Vatablus, reddunt: Hebræi, Lyranus, Eugubinus, interpretantur. Iſ. 28. 15. Pepigimus pactum cum morte, & cum *Hade*. Quomodo pactum cum inferno pangitur? Reſpondet gloſſa interlinearis, ut deſcenſuri ad inferos, levius puniantur. Ridicule. Quanto melius Munſterus? Cum *ſepulchro* pactum fecimus, ne nos abſorbeat: ſic ut recte Montanus, Pagninus, Vatablus, *Haden* hoc loco *ſepulchrum* vertant. Pſ. 116. 3. Dolores inferni invenerunt me. Hæc de ſepulchro intelligenda, aſſerit Lyranus. Pſ. 49. 15. Mors depaſcet eos, veterascent in inferno. Hæc de ſepulchro & morte, in gloſſa ordinaria Auguſtinus explicat. Dicit David Pſ. 141. 7. Diſperguntur oſſa noſtra *para ton Haden*. Quis ſapiens hæc de *ſepulchro* non intelliget, ſicuti & Paraphraſtes Chaldæus, & Arias Montanus, & Pagninus, & reliqui fere ad unum omnes intellexerunt? Nulla igitur Bellarmino frons eſt, cum *Haden* ſemper infernum animarum locum notare dicit, nunquam ſepulchrum. Aliter Beda. Quod dicitur in infernum viventes, indicat ſub terra eſſe infernum. Aliter in infernum, in *ſepulchrum*, intelligitur. Rurſus in Pſal. 48. Deus redimet animam meam de inferno. De inferno exteriori (inquit,) id eſt, *ſepulchro*: & interiori, id eſt, de maſſa perdendorum. Nicolaus de Lyra. Iſ. 5. Dilatavit infernus animam ſuam. Accipitur (inquit) infernus in ſcriptura dupliciter. Uno modo pro foſſa ubi ponuntur mortuorum cadavera, & hæc partim fuerunt ſepulta, & partim infoſſata, projecta, putrefacta: alio modo de loco, quò deſcendunt animæ. Eadem habet in Job. 17, in Pſ. 114. in Iſ. 38. Auguſtinus Steuchus, ubique Sheol, & *ſepulchrum*, & infernum ſignificare affirmat (Sheol vero & *Haden* commiſcet in Job. 17,) in Pſal. 9. Job. 17. 21, maximè verò in Geneſ. 37: ubi in eum hoc nomine, tanquam in hominem imprudentem & parum quidem religioſum, Pererius debacchatur. Ita Cajetanus. Deſcendam ad filium meum lugens in infernum Geneſ. 37. Dictio interpretata infernum, foſſam & *ſepulchrum* ſonare dicitur. Permanebo in luctu uſque ad tempus *ſepulturæ*. Ita Eraſmus. Scriptura ſæpenumero mortem & *ſepulturam*, vocat Inferos. Quin & Gilbertum ipſum Genebrandum in ſe concitat Bellarminus: ſic enim ille. Quemadmodum in errore verſantur qui Sheol *nunquam ſepulchrum* deſignare contendunt: ſic fronte ſunt perfricta, qui uſpiam gehennæ regionem negant ſignificare. Ita Arias Montanus. Infernus ad omnes mortuos refertur, & quoad animam & quoad corpus, in qua relatione ſignificat *ſepulchra*, foveas, ſpeluncas, ſpecus, lacus, & cætera, in quibus cadavera vel ſepeliuntur, vel reconduntur, vel quomodocunque abſumuntur. Ita Guido Fabricius Boderianus, in Dictionario ſuo Syrochaldaico, a cenſoribus Lovanienſibus approbato, Sheol Syriacè infernum, foveam, *ſepulchrum*, notare docet. Quid ego Pagnini, Oleaſtri, Feri, Mercerii, aliorumque verba referrem, qui idem bene plane docent? Infernum nempe qui quandoque animarum locum; quandoque ſepulchrum corporum deſignare. Operæpretium potius eſt, ut advertantur Jeſuitæ adſtruentes contrarium, quàm titubanter loquantur. Eſt ubi Bellarminus fidentior eſt, Sheol & ſic *Hades* ſemper ſignificat infernum, nuſquam ſepulchrum: eſt ubi remiſſior. Sheol *ordinarie* accipitur pro loco animarum, & *vel raro* aut nunquam pro ſepulchro. Quàm petulans Pererius in hæreticos Hebraizantes, qui Sheol pro ſepulchro ponunt, quamque vehemens pro inferno? Hæret tamen miſer. Sheol (inquit,) & infernus in ſcripturis *ſæpenumero* ſignificant, non foſſam & ſepulchrum, ſed locum animarum. Hæſitanter Suarez etiam. Si interdum (inquit) in teſtamento veteri nomine inferni ſignificatur & mors *ſepulchrum*, ut Job. 7.

Γουσάμφ' θανάτῳ, γαῖα δέ μιν ἀμφεκάλυψε.
Τέκνα δὴ πάντες οἱ ἔπιχθόνιοι γεγαῶτες
Ἀνέρες εἰν ἀΐδαο δόμοις ἱένaι καλέονται.
Ἀλλ' ὅτοι πάντυτες κὴ εἰν ἀΐδαο μολοιῶτες,
[46] Τιμὴν ἔχηκαμ, κὴ ἔπὶ πρῶτον μένος ἦσαν.
Αὐτὰρ ἐπεὶ τούτοις ὑπεδέξατο, δεύτερον αὖθις
Τῶν καταλφθέντων τε δικαιοτάτων ἀνθρώπων
Ἄλλογένος τε φῦξεν πολυποίκιλον, οἷς ἐμεμήλει
Ἔργ' ἐρατὰ, φυταί τε καλαὶ, κὴ ὑπείροχος αἰδὼς,
Καὶ πυκινὴ σοφίη, [47] τέχνας δὲ μὴν ἐξήσκησαν

Quos Orcus cepit, qui Graiis nomine dictus
Est ἄΐδης quod eo primus descenderit Adam,
Vita defunctus quando est tellure repostus.
Hinc homines quotquot fuerint telluris alumni,
Infernas Orci sedes dicuntur adire.
Et tamen hi (quamvis omnes acceperit Orcus)
Ad primos primi generis referuntur honores.
His terra tectis, hominum genus inde secundum
Extitit ex reliquis, cui non certaverit ullum
Justitia. fuit his, diversis cura studere

[48] Παν-

& alibi &c. Adeo scilicet lux veritatis harum noctuarum oculos perstrinxit: ut non nisi caute, ut non nisi timide, ausi fuerint obluctari. Aliquando igitur *Hades* sepulchrum. *Parkerus.*

46 Τιμὴν ἔχηκαμ] Honor hic explicatur ab *Hesiodo.*

47 Τέχνας δὲ &c.] Auratus, τέχνας μὲν ἐξ. attamen supra quoque 164. οἴκους δὲ μὴν ἐξήσκησαν. *Opsopœus.*

48 Παν-

[48] Παντοίας, ἐρέγντες μηχονίαις Ἀπονοίαις.
Καί τις μὲν [49] γαίῃ ἐρότῃσι ἐξόχῳ γεωργεῖν,
Ἄλλος τεκταίνειν, [50] ἄλλῳ δὲ πλέειν μεμέλητο,

Rebus, & egregiis ſtudiis, pulchroque pudori,
Et diſciplinis variis: artesque colebant
Omne genus, mentis quas extundebat acumen,

Ἄλλῳ

48 Παντοίας &c.] Turnebus annotat hanc lectionem, πάντοίας ἐρέγντες ἀμηχανίας ἀπονοίας. Sed probè reg. codex, ἐρέγντες ἀμιξαυίας ἀπονοίας. q. d. homines dum omnibus modis paupertatem & rerum penuriam à ſe depellere cogitant, varias artes invenerunt, quo ſenſu Theognis dixit, μητέρ' ἀμηχανίῃ ἔλαβον τὴ δίκαια φιλοῦντες, *Matrem inopiam acceperunt, qui juſta amant.* Idem.

49 Γαίῃ ἐρότῃσι &c.] Ad vitæ inſtituta quemque vel ſua cupiditas trahebat, vel parentum incitabat authoritas. Hinc Moſes Geneſ. IV. 2. ויהי הבל רעה צאן וקין היה עבד אדמה *Et erat Habel paſtor ovium, Cain agricola.* Utrumque munus per ſe ſanctum & præſtabile ſemper habitum eſt. Nam quod agriculturam attinet, ejus neceſſitas & utilitas inde apparet, quòd eorum omnium, quæ ad vitam pertinent, ſolum panem ἐπούσιον petimus ut ſummè neceſſarium. Et terræ præſtantiam his verbis commendat Solomon, Eccl. V. 8. ויהרון ארץ בכל היא מלך לשרה נעבד *Excellentia terræ eſt ſuper omnia. Etiam Rex terræ ſervit.* Sanè etiam Uziæ regis exemplum manifeſtum eſt ex 2. Paralid. XXVI. 10. ubi vocatur אהב אדמה φιλογεωργὸς *agriculturæ deditus.* Saulem etiam jam factum regem agriculturæ deditum fuiſſe probare nonnulli conantur ex 1. Sam. XI. 17. Inter Patriarchas agricolas fuiſſe conſtat Noë, Iſaacum, quin & ipſum Adamum ante peccatum deſtinatum fuiſſe agriculturæ, colendo nimirum horto, quem Deus plantaverat, habemus Gen. II. 15. Apud Homerum Iliad. 18. ϒ. 550. in ſcuto Achillis meſſores expreſſerat Vulcanus mutuas ſegetes colligentes, & regem ipſum in ſulco ſtantem, & in proximo operariis prandium parantem. Et חחרשו *arator* à Deo ipſo dicitur doceri, Eſai. XXVIII. 26. Quin Deus ipſe ſuo modo eſt agricola, Joh. XV. 1. fideles τὸ γεώργιον *Dei agricultura*, 1. Cor. III. 9. Jam ex tot legibus quas Moſes tulit, cum pleræque ceremonias religionéſque, & juſti injuſtique præcepta continerent, exteræ quæ ad facultates copiáſque, atque ad ea opera pertinent, ex quibus aliquid acquiritur, omnes ejuſmodi ſunt, ut de ruſticatione aliquid ſingulare tradant. In Pentateucho populus ſolicitè docetur, quando requiem terræ datæ, & ſementem intermittere oporteat: quid in meſſibus & vindemiis ſervandum ſit: quoto anno ex vinea fructum capere fas ſit. Magna ſeveritate interdicitur, ne diverſa ſemina uni agro mandentur, & ſi quid aliud. Complexus eſt omnia, quæ ad agriculturam pertinent, Maimonides in libro quem זרעים appellat. *Heideggerus.*

50 ἄλλῳ δὲ πλέειν.] Magnæ utilitatis & antiqui uſus eſt. Hanc inventum Neptuni, Bacchi, Herculis, Jani, qui primus navem fabricaverit, Jaſonis, Poëtæ

faciunt: Æginetis, Phœnicibus, Tyriis, Britannis Hiſtorici adſcribunt: Milvo nonnulli aërem alarum ſecanti remigio illam acceptam ferunt; Nautilo piſci Oppianus *de Piſcibus lib.* 1. ubi de eo,

——— *Qui primùm marmora findens*
Piſcis opus cernens humanos traxit in uſus;
Conſtruxit naves, extendens carbaſa ventis,
Explicuit funes, faciles moderatus habenas.

Quidam in caſum ejus primordia referunt; in hominum audaciam Horatius *Carm. l.* 1. *Ode* 1. & Oppianus *lib. cit.* Sed caſus initium, ſucceſſus audaciam fecerit; & in variis regionibus varii aliquid Artis invenerint, brutis quoque doctoribus uſi; ut ita ſententiæ tot capitum concilientur: vera origo è Sacris arceſſenda eſt. Non enim, ante Arcam, à Noaho divino monitu fabricatam, navigiorum matiſque uſum fuiſſe mortalibus vel hinc patet, quòd ob illius fabricam is fuit irriſus. Sed primi, non niſi per litora *Navigationes* inſtituere, quamvis ſatis remotas ac longinquas, ſeculorum tractu, unde prolixo iis admodum temporis ſpatio opus: Quod ſi in altum, ubi præter aërem undamque nihil pateret, aliquando ſive fortuitò, ſive tempeſtate abriperentur, navis dirigendæ gubernandæque diſciplinam nullam tenuere aliam, quàm quæ aſtrorum Solis nimirum ac Lunæ ratione ipſis commonſtrabatur. Verùm & hoc auxilium cùm nubilum cœlum ſubduxit, ventorum naturam impetumque ſequebantur, aut itineris antea eo tranſitu confecti aut imaginarium loci, quò tendebatur, ſitum, ducem habebant; quo ingenio hodieque Indi immenſa maris ſpatia percurrere norunt: vel denique volucrum ductu, ut Taprobanæ incolæ, ad ſcopum itineris perveniebant. Donec Magnetis verticitas, ad dirigendas naves, Europæis publicè innotuit, induſtriâ Johannis Gojæ, (alii *Flavium Giram* vocant) Amalphitani, circa A. C. 1300. Cœterùm in *navigatione* Veterum, multa ad modum & harmoniam facta, imperata, cantata, ſatis docent, quæ doctè notat ad Sidonium *lib.* 2. *Epiſt.* 8. & *lib.* 8. *Epiſt.* 13. Joann. Savaronius. Unde Papinius Statius *Thebaides lib.* 4. *verſu* 805.

——— *Sic Ambracii per litora ponti*
Nauticus in remis juvenum, monſtrante Magiſtro,
Fit ſonus, inque vicem contrà percuſſa reclamat
Terra, ſalutatus cùm Leucada pandit Apollo.

Ubi Schol. *Vel portum*, inquit, *ſive promontorium demonſtrante gubernatore, vel docente, quomodo ſalutandus ſit Apollo Leucadius.* V. ſuprà in voce *Celeuma*, & alibi paſſim, inprimis quoque in voce *Portiſculus.* Idem Poëta *Magiſtrum* notanter vocat, gubernatorem navis: ut & *Theb. lib.* 6. *v.* 451.

——— *laſſâ veluti ratione Magiſter*
In fluctus, in ſaxa ruit. nec jam amplius aſtra
. . . . . .
Reſpicit & victam projecit cæſibus artem.

Hoc enim titulo ſpeciatim inſignitur. Auctor in *Baſilica Gloſſar.* Μάγιστρος ὁ ναυκλήρος τῆς νεώς. Ita Jureconſulti & Impp. in utroque *Juris Juſtinianei* Tom. Plura Barthius *ad Claudianum* & Statium *l. cit.* Reliqua dicam verbis Plinii *lib.* 7. *cap.* 56. *Nave primus in Græciam ex Ægypto Danaus advenit: ante ratibus navigabatur, inventis in Mari Rubro inter inſulas à Rege Erythra. Reperiuntur, qui Myſos & Trojanos priores excogitaſſe in Helleſponto putent, cùm tranſirent adverſùs Thracas. Etiam nunc in Britannico Oceano vitiles corio circumſuta fiunt: in Nilo ex papyro & ſcirpo & arundine. Longâ nave Jaſonem primum navigaſſe, Philoſtephanus auctor eſt: Egeſias Paralum: Cteſias Samyram: Saphanus Semiramim: Archimachus Ægæonem Biremem Damaſtes Erythræos feciſſe: triremem Thucydides Amtnoclem Corinthium: quadriremem Ariſtoteles. Carthaginienſes. Quinqueremem inſtituit Neſichthon Salaminius: Sex ordinum Zenacho-*

ras

Αλλῳ δ' [51] ἀςρονομεῖν ϗ [52] ὀνειροπολεῖν τὰ πέλεινα,

Hic terram docuit colere: ille fabrilia primus

[53] Φαρ-

ras Syracusius: ab ea ad decem remem Mnesigethon. Alexandrum M. ferunt instituisse ad 12. ordines. Philostephanus Ptolomæum Soterem ad quindecim: Demetrium Antigoni ad 30. Ptolomæum Philadelphum ad 40. Ptolomæum Philopatorem, qui Triphon cognominatus est, ad 50. Onerariam Hippus Tyrius invenit: Lembum Cyrenenses: Celocem Rhodii: Cercuron Cyprii, Siderum observationem in navigando Phœnices: Remum Copæ: Latitudinem ejus Platææ: Vela Icarus, malum & antennam Dædalus: Hippagum Samii aut Pericles Atheniensis: Tectas longas Thasii. Antea ex prora tantùm ac puppi pugnabatur: Rostra addidit Piseus Tyrrhenus: Ancoram Eupatamus: eandem bidentem Anacharsis: Harpagonas & manus Pericles Atheniensis: adminicula gubernandi Tiphys. Classe princeps depugnavit Minos. Romanos verò, cum in omni reliqua militia clari essent, mari tamen sese non commisisse, ante primum bellum Punicum, legimus. Tum enim primùm, cùm Carthaginenses plurimum mari pollerent, coacti & ipsi sunt, classem comparare & navalis belli periculum facere; ad quod quo pacto sese paraverint, docet Polybius *libro* 2. V. plura apud Anton. de Guevara *Aur. Epistol. Part.* 2. *sub finem*, Joh. Rosinum *Antigq. Rom. lib.* 10. *capp.* 19. & 20. Thom. Dempsterum *Paralipom. in ejus lib.* 7. *cap.* 32. Vossium de *Scientiis Mathem. cap.* 47. Hieron. Mercurialem *de Arte Gymn. lib.* 3. *cap.* 13. *ubi de* Navigationis *usu Medico*, Licetum *de Gemmis Annular.* Preyelium *Sine & Europæ cap.* 29. cui tit. *Naves*, & *cap.* 43. cui, *Artes* &c. Neminem verò, inter tot Græcos Artigraphos, *Navigandi* aliquando artes & rationes in

Commentarios redegisse: neque adeò ullum nostro ævo, miratur Barthius ubi suprà. Adumbravit saltem illas strictim Claudianus *Consul. Honorii IV.*

Hæc genitor præcepta dabat, velut ille carinæ
Longævus rector, variis quem sæpe procellis
Exploravit hyems, Ponto jam fessus, & amnis.
Æquoreas alni nato commendat habenas,
Et casus, artesque docet, quo dextra regatur
Sidere, quo fluctus possint moderamine falli,
Quæ nota nimborum, quæ fraus infida sereni,
Quid Sol occiduus prodat, quo saucia vento
Decolor irates attollat Cynthia vultus &c. Hofmannus.

51 *Ἀςρονομεῖν*] Qualis sit differentia inter astrologiam & astronomiam ex his quæ ex Hofmanno proferemus constabit. *Astrologi* seu Chaldæi Assyriis, quales Ægyptiis Sacerdotes. Clemens 1. *Strom.* ubi de Astrica Philosophia ac Faridica: *Προϊσχυσαν ϗ παρ' Αἰγυπτίων ϗ οἱ ἐπιφανῆ, ϗ Ἀσσυρίοις οἱ Χαλδαῖοι ϗ Γαλατῶν οἱ Δρυίδαι.* Quâ arte Berosus inprimis claruit. Plinius *lib.* 7. *cap.* 37. *Variarum artium scientiâ innumerabiles emituere* —— *Astrologiâ Berosus, cui ob divinas prædictiones, Athenienses publicè in gymnasio statuam inauratâ linguâ statuere.* Hic eam à Babyloniis suis primus in Græciam attulit, & disciplinæ hujus Scholam in Coa Insula aperuit, teste Vitruvio: circa tempora Alexandri M. si is idem est cum eo Beroso, qui *Βαβυλωνιακὰ* scripsit. Ante eum Eudoxus *Astronomiam*, quam ab Ægyptiis didicerat, Græcos suos docuit, circa Olymp. 103. Certè τὰ *Ἀςρονομίας* apud Græcos, duos Auctores præcipuos ac primos agnoscit

53 Φαρμακίη δ' ἄλλω, αὖτὰρ 54 μαγικὴ πάλιν ἄλλω.

Invenit: quidam torrentia flumina tranat.

Αλ-

Sextus, Eudoxum & Hipparchum. Vetustiora tamen Eudoxo hujus scientiæ principia ac studia in Græcia fuisse, hinc colligitur, quòd Thales, qui obiit Olymp. 58. primus ἀστρολογῆσαι proditur. Scripsit is de Æquinoctiis & Solstitiis, primusque deliquia Solis prædixit: nullam verò partem τῆς Γεωμετρικῆς attigit, quæ Veteribus *Astrologiæ* nomine propriè veniebat; Astronomiam propriè vocantibus τήρησιν τῶν ὑπὸ φαινομένων, *observationem siderum*, ad prædicendas anni tempestates: quæ observatio Nautis ac Agricolis in primis utilis ac necessaria est. Alii tamen discrimen hoc neglexerunt. Unde Thales, ut modò visum, ἀστρολογῆσαι primus dictus & Pherecydes Ἀστρολόγος est appellatus, qui tantùm Ἀστρονόμος fuit: Phoci Samii liber inscriptus erat Ἀστρολογία Ναυτική &c. Contrà Manilius *Astronomicôn* libros suos inscripsit, qui merè Γεωμετρικοὶ sunt. Sed Recentiores, *Astrologos* & *Astronomos* iterum, sed alia paulo ratione, separavere, ut videre est, apud Salmasium pluribus hac de re agentem, *ad Solinum pag. 641. & seqq.* V. quoque Gerh. Joh. Vossium *de Artibus Mathematicis*, ut & hîc passim, ubi de *Æquinoctiis*, *Gnomonice* Atte, *Horoscopiis* &c. *Hofmannus*.

52 Ὀιωνοπολεῖν] *Augures*, Magistratus Romani, ex avium volatu, cantu & comestione futura prædicentes. Superstitione à Tuscis, qui à Chaldæis, acceptâ. Vid. Valer. M. *lib.* 1. *cap.* 6. Tres primùm Romæ fuere, propter tres ipsius tribûs, Lucetes, Rhamnenses, Tatienses; mox uno addito, quatuor extiterunt. Sed cùm posteà plebs admissa esset in honorem urbis, quinque plebei Augures creati sunt, & Patricii quatuor; idque M. Valerio & Q. Apuleio Coss. Locum verò Augurii ita fuisse legimus: Templum Augur constituebat, versus Orientem sedebat, capite velato lituum, id est, incurvum baculum dextrâ gestans, quo cœli regiones dividebat, & quæ Auguria veniebant, prædicebat. Si læva fuissent, quâ parte est Septentrio, felicia pronunciabat; illa enim pars, propter altitudinem prospera putabatur. A dextrâ parte meridies parum fausta, & infelix credebatur, quia locus est depressus. Plura Liv. *lib.* 1. & Halicarnass. Dionys. *lib.* 2. Plut. *in Paral. & problem.* Cic. *de Divin.* & alii. Notum illud Catonis: Mirari se, si augur augurem adspiciens sibi temperaret à risu: nempe, quia occulto Syncretismo colludebant inter se, sibi conscii fraudis & impostura. Augurum autem illorum deliria inter recentiores egregiè confutavit G. *Peucerus Comment. de variis Divinationum generibus.* Idem.

53 Φαρμακίη δ' &c.] *Medicinæ* origo, ab experientia; experientiæ occasio à necessitate est. Incrementa dedit consuetudo, quâ antiquis temporibus ægri solebant in via exponi, quò rogarent transeuntes, eodemne morbo laborassent, & quo pacto essent restituti. Artem posteà auxit, quum à morbo liberati, quomodo sanati forent, conscribere ac dein ad Sacerdotes deferre inciperent, ut in templi sacrario remedia deponerentur: quod Ægyptiis in more fuisse, testis est Plinius *lib.* 29. *cap.* 1. & Galenus *de Compos. Medic. l.* 5. Nec structurâ magis, quàm remediorum istiusmodi præstantium copiâ, celebrius fuit templum Ephesinum; ut de aliis nil dicam, contentus attulisse hac de re illustrem Plinii locum *l.* 29. *c.* 1. *Clara* (Medicina) *Trojanis*

junis temporibus, quibus Fama certior, vulnerum tamen duntaxat remediis. Sequentia ejus nocte densissimâ latuere usque ad Peloponnesiacum bellum: tunc eam revocavit in lucem Hippocrates, genitus in insula Coo, inprimis clarâ ac validâ & Æsculapio dicatâ. Is, cùm fuisset mos, liberatos morbis scribere in templo ejus Dei, quid auxiliatum esset, ut postea similitudo proficeret, exscripsisse ea traditur, atque jam templo cremato instituisse Medicinam hanc, quæ Clinice vocatur. Quòd ergo Poëtæ Apollinem ajunt *Medicinæ* inventorem, Solem intelligunt, à quo herbarum vires, quibus *Medicina* constat: Nec alius videtur Pæon, qui sic ἀπὸ τῦ πάιειν, h. e. θεραπεύειν, *mederi, curare* dictus est. Quòd verò Æschylus Prometheo, alii Ægyptiorum Hermæ sive Mercurio, nonnulli Isidi, inventi hujus gloriam eunt adscriptum, inde est, quòd antiquissimis temporibus Ægyptiis hæc Ars nota fuit. Namque Athothis, secundus Rex primæ Dynastiæ Thinitarum & Tosorthros, tertiæ Dynastiæ Memphitarum Rex itidem secundus, Medici insignes jam fuisse leguntur. Ab Ægyptiis ad Græcos Artis notitia pervenit, inter quos, in Arte Chirurgica, à qua *Medicina* cœpit, primus ex Homero celebratur Chiron Thessalus, panaceæ inventor, & Achillis atque Æsculapii Præceptor. Quem qua serie reliqui secuti sint, & quibus incrementis *Medicina* suurrexerit, accutate exequitur Gerh. Joh. Vossius *de Philosophia capp.* 8. 9. 10. 11. 12. 13. & 14. E quo saltem hæc addam, *primum præcepta medendi clarissimè tradidisse* Hippocratem, teste Plinio *l.* 26. *c.* 2. atque in Artis formam sic redegisse: cui supremum postea addidit fastigium Claudius Galenus, qui sub Severo Imp. vixit. V. Cardanum quoque *Subtilit. l.* 16. & suprà, in voce *Medici*, item *Curiosorum Collegium.* Idem.

54 Μαγικὴ &c.] In apocrypho Enochi libro (cujus fragmenta non contemnenda servantur apud Georgium Syncellum) inter Ἐγρήγορας, sive mulierosos angelos, qui ante Diluvium homines artibus instituisse dicuntur, f) *Undecimus* Φαρμακὸς ἐδίδαξε, φαρμακείας, ἐπῳδὰς, σοφίας, καὶ ἐπῳδὴν λυτηρίαν, *Pharmarus* (forsan *Pharmacus*) *docuit veneficia, incantationes, artes Magorum, & incantationum remedia.* Pseudo Clemens tradit *Magiam*, de Cœlo transmissam: ad hunc modum à *Chamo* citra Diluvium propagatam fuisse; & *Misraimum* illam à patre didicisse; ille autem Ægyptiorum conditor fuit. Si hæc essent fide digna, satis constaret de magiâ Ægyptiacâ, etiam ante *Mosis* & *Josephi* tempora. Nihilominus Ægyptiaca Magiæ factio omnium vetustissima fuit. De magicis Ægyptiorum præstigiis passim Mosaica historia. Accersivit Pharao *Sapientes & Maleficos*, id est, Peritissimos artis Magicæ; ὡς λόγος ἔχειν. Priscis seculis Magia doctrinæ culmen habebatur. Plinius rectè *animadvertit summam literarum claritatem gloriamque ex eâ scientiâ antiquitùs & pene semper petitam.* Non recte autem Judæis illam assignat, & Persicâ recentiorem existimat. *Est & alia Magices factio à Mose & Jamne & Jotape Judæis pendens, sed multis millibus annorum post Zoroastrem.* Apuleius, Plinium secutus, utrumque errorem retinet. *Ego ille sim Carinondas, vel Damigeron, vel Moses, vel Jannes, vel Apollonius, vel Dardanus, vel quicunque alius post Zoroastrem & Hostanem inter Magos celebratus.* B. Paulus, ex Judæorum traditione, docet *Jamnem & Jambrem*, sive *Mambrem, restitisse Mosi*: & Numenio, philosopho Pythagoræo, apud Eusebium, sunt *Jannes & Jambres Ægyptii ἱερογραμματεῖς sacrorum scribæ, electi ut Moysi resistlerent, ac gravissimas calamitates ab illo in Ægyptum invectas coram omnibus depellerent.* Artapanus eosdem appellat τοὺς ἱερεῖς τοὺς ἐν Μέμφει *Sacerdotes supra Memphim.* Macarius Alexandrinus, *novem dierum itinere* in eremo Ægypti, invisit *sepulchrum Jannis & Jambru fratrum*, ut

ut ex ipsius ore refert Palladius. Magi igitur isti ex Ægypto fuerunt. Moses autem, qui divinâ potentiâ operatus est, in Magorum censu non est numerandus: neque fuit aliqua *Judaica Magices factio*; cùm Judæis omne genus Magiæ Lege Mosaicâ vetitum sit: Quædam ejus species etiam morte plectendæ. Ex Ægypto Magia ad Babylonios derivata est. Diodorus, ex Ægyptiorum traditione, φασὶ δὲ τοὺς ἐν Βαβυλῶνι Χαλδαίους, ἀποίκους Αἰγυπτίων ὄντας, τῷ δόξαν ἴσχειν τῷ ἀρχαιοτάτῳ τῶν ἀστρολογίαν, τοῦτο δὲ τὸ περὶ μαθητὰς τοὺς Αἰγυπτίων, *Dicunt Chaldæos in Babylone colonos esse Ægyptiorum, & ab Ægyptiis sacerdotibus edoctos ad Astrologiæ famam pervenisse.* Coloniæ meminimus. Magiæ autem *è Medicinâ natæ additæ sunt Religionis Vires, & artes Mathematicæ; nullo non avido futura de sese sciendi; atque ea è Cœlo verissimè peti credente.* Magi Babylonii sub Nabuchodonosor demum agnoscuntur. Quando cœperit apud eos ars ista, incertum est: Sanè admodum obscura fuit, antequam in Ægypto floruerint *Petosiris*,

Quique Magos docuit mysteria vana Nechepsos.

Græci autem, qui artem Magicam à Persis serò acceperunt, Persas ejus authores fuisse volunt; & immensam jactitant *Zoroastris* cujusdam antiquitatem, quam à nugivendulis hariolis acceperant. Commenti autem vanitatem arguit ipsa sententiarum discrepantia. *Xanthus Lydus* numerat *à Zoroastre eis τὴν ἕλξιν Ἀλεξάνδρου annos* 600. Anonymus apud Suidam putat illum fuisse *annis* 500 πρὸ τῆς Τρωϊκῆς, *Hermodorus Platonicus* ab eodem εἰς τὴν Τρωϊκὴν ἅλωσιν *computat annos* 5000. Eadem delirant *Plutarchus* & *Hermippus*. *Eudoxus* autem eum *Platone seniorem* asserit *annis* 6000. Ex tanto dissensu nihil aliud est colligere, quàm Græcos istos ignorantiâ temporum graviter laborâsse. Sanè veteres Græci chronologiæ technicæ fuerunt imperiti; cui non nisi post exercitum imperium Persicum operam dare cœperunt. Cùm igitur ἀνάγκαιον ista uni viro competere non possint, duos plurésvè sibi fingunt Zoroastres. Quidam volunt *Chamon* à *Persis recentioribus* appellari *Zoroastrem*, & *pro Deo haberi*. Alii dicunt *Zoroastrem* non *Persam* fuisse, sed *Bactrianum*. *Rex Bactrianorum*, cui cum Nino bellum fuit (in Epitome Trogi) vocatur *Zoroaster*, *qui primus dicitur artes magicas invenisse*. Et Cephalion historicus (sub Hadriano) post Nini res gestas tractat περὶ τοῦ Σεμιράμεως καὶ Ζωροάστρου μάγου (ita legendum) *natalia Semiramidis & Zoroastri magi*. Verùm Bactrianorum rex ille Diodoro, ex Ctesiâ, vocatur *Oxyartes*; neque ulla est Bactrianæ magiæ celebritas: Hanc tamen sententiam amplexi sunt Arnobius, Augustinus, Orosius, alii. *Marshamus*. *Magia*, triplex Vossio: Primum genus totum est in occultis naturæ proprietatibus indagandis, & earum operationibus promovendis, adeoque naturâ nititur, quæ Deum Auctorem habet. Huc refert quædam ἀβέαστα sive ἀβεάμματα vel ἀπροσκάλα; Latinis ab amoliendo *amoleta*, vulgò *amuleta* dicta: *Negari enim*, inquit, *non debet, aliqua occultam habere facultatem, quâ de collo pendentia, ubi incaluerint à corpore nostro, profluvia quædam, nobis nescientibus, effundant, cutique nostræ vel ori etiam, ac naribus infundant, eoque pacto morbis prosint variis.* Alterum, per incantationes ac *Magicos* susurros medetur, & Homeri jam ætate, imò, secundùm eum, temporibus quoque Trojanis obtinuit. Quod Romanos veteres etiam adhibuisse mireris; docet autem id Cato *de R. R. cap.* 160. ubi modum præscribit; quomodo excantanda sit luxatio aut fractura membri, cùm inter alia ait: *Incipe cantare in alio, S. F. motas vata* (Aldus: *danata*) *daries dardaries astataries dissunapiter* (Ald. *dic unà pariter*) *usque dum coeant.* Et paulo pòst: *Vel hoc modo: huat hanat huat* (Ald. *haut haut haut*) *ista pista sista domiabo* (Ald. *damiabo*) *damnastra.* Et mox,

mox, Vel hoc modo: *Huat haut haut iſta fis* (Ald. *iſtagis*) *tarſis ardannabon dunnauſtra*. Ubi Aldinus habet, *damauſtra*. Hinc Plinius *lib.* 28. *cap.* 2. Cato, inquit, *prodidit, luxatis membris carmen auxiliari. M. Varro podagris*. Ac aliquanto pòſt: *M. Servilius Nonianus Princeps civitatis, non ita pridem, in metu lippitudinis, priuſquam eam nominaret, aliusve ei prædiceret, duabus literis Græcis P. A. chartam inſcriptam, circumligatam lino, collo ſubnectebat*. Similis eſt quartanæ ſanatio per *Abracadabra*, apud Q. Serenum Sammonicum. Sed de his optimè docet Chryſoſtomus, utut iſtiuſmodi amuleta præſtarent, quod promittunt, ſatius nihilominus fore, ut morbo obeamus, quàm ſic recuperemus ſanitatem. V. & Fr. Valeſium *de Sacra Philoſophia cap.* 3. Tertium *Magiæ* genus, commercio cum Spiritibus conſtat, & proin planè nefarium eſt. Licèt enim talem *Magiam* in Θυεργίαν, quam *albam* vocant, & Γοητείαν, quam *nigram*, nonnulli dividant, ac priorem, ut quæ commercio bonorum Spirituum fiat, licitam eſſe contendant: quemadmodum & Palingenius *Zodiaci lib.* 8. ait, aëra eſſe bonis Spiritibus refertum, atque illos Θυεργίας auctores exiſtere. Melius longè Arnobius *adverſùs Gentes*, *Magi*, inquit, *non tantùm ſciunt Dæmones, ſed etiam quidquid miraculi edunt, per Dæmones faciunt: illis adſpirantibus & infundentibus præſtigias edunt, vel quæ non ſunt videri, vel quæ ſunt, non videri*. Et ſane in hoc conſentit omnis Sanctorum Patrum chorus, quibus potiùs accedendum, quàm Plotino, Jamblicho & Platonicorum aliis, V. Gerh. Joh. Voſſium *de Philoſophia cap.* 8. Hornius verò nullam *Magiam* licitam dici poſſe ſtatuit, docens *Magiam* priſcis fuiſſe θεῶν θεραπείαν, quæ, ut notum ex Euſebio, tota circa Dæmonum cultus verſata fuerit, nec aliam apud antiquos reperiri: coluiſſe autem propterea Dæmones, ut propitios in miris effectibus adjutores illos haberent. Quod proin primum *Magiæ* genus ſuprà memoratum attinet, quæ alio nomine Θαυματουργικὴ vocatur, ac ex arcanorum naturæ cognitione profecta, tam mirifica molitur opera, ut cauſarum ignaris, vel prodigia, Dæmonum artificio, vel miracula, à divina ope profecta, videantur, non niſi impropriè ac abuſivè *Magiam* appellari vult, voce à priſca ſignificatione in paulo meliorem degenerante. Quod originem *Magiæ* attinet, à Zoroaſtre, Oromazi filio, Bactrianorum Rege, Chami, ut quidam volunt, nepote, communis arceſſit Eruditorum opinio. Ita enim Plato *in Alcibiade priore*, ὁ μὲν μαγείαν τινὰ διδάσκει τὴν Ζωροάστρου τοῦ Ὡρομάζου, *Is quidem Magiam docet Zoroaſtris, Oromazi filii*. Et Juſtino *lib.* 1. *primas artes Magicas invenisſe Zoroaſtres* dicitur. Apulejus ſimiliter *in Apol. Ego ille ſum Carinondas, vel Damigeron, vel is Moſes, vel Jannes vel Apollonius, vel ipſe Dardanus, vel quicunque alius, poſt Zoroaſtrem & Heſtanem, inter Magos celebratus eſt*. Perſis primus *Magiæ* auctor *Zarduſt*, vel *Zaraduſt* dictus eſt: Idem & *Mog* eſt appellatus; unde Græci fecerunt Zoroaſtrem & Zapatum: ex *Mog* Mochum & *Magum*, verba ſunt Cl. Salmaſii *de Hellenist.* Zoroaſter igitur hujus artis primus in Perſide Doctor extitit, neque eam vivâ tantùm voce, verùm & ampliſſimis ſcriptis excoluit, Plinio & Ariſtotele teſtibus: de ea enim centum verſuum millia literis exaraſſe legitur, quos commentariis Hermippus illuſtravit; Sed ipſe Zoroaſter vanitatem iſtam ab Agonace quodam hauſit, qui, ut Plinius ſcribit, aliquot annorum millibus ante Trojanum bellum floruit. Quin idem inter antiquiſſimos Magos recenſet Apuſcorum & Zaratum Medos, Babylonium Marmaridum, Hippocum Arabem & Aſſyrium Zarmocenidam, quorum omnium monumenta meritò perierunt. Minutius F. *in Octavio*: *Magorum & eloquio & negotio primus Hoſthanes*. Ita

Ἄλλοι δ' ἄλλα ἕκαστα [55] μεμηλότε τεχνώοντο,
Γρήγορες [56] ἀλφισῆρες, ἐπωνυμίης μετέχοντες
Ταύτης, ὅτι φρεσὶν ἀκύμαντον νόον εἶχον,
[57] Ἄπλητόν τε δέμας, σθαροὶ μεγάλοι τ' ἐπὶ εἴδει
[58] Ἦσαν ὁμῶς, ἔμολον δ' ὑπὸ ταρτάρεον δόμον, αἰνὸν,
Δεσμοῖς ἀῤῥήκτοις πεφυλαγμένοι ἐξαπολίσαι,

Sidera ſuſpectant alii volucrumque feruntur
Auguriis: alii medicam, magicamve ſequuntur.
Quisque ſuo indulgent ſtudio, curæque: vocati
Rite repertores vigiles: hoc nomen adepti,
Mentis inexhauſtæ quod erant, & mole ſtupenda
Membrorum, facie proceraque, horribilique.

Eis

etiam Tertullianus *Apol. de Pallio.* Tatianus, Plut. *de defectu Orac.* Apulejus *loco ſupra citato*, Lactantius, alii. Etiam *Magia* præſes habita eſt, quæ modò *Diana*, modò *Ceres*, modò *Minerva*, *Hecate*, *Trivia*, aliiſque nominibus dicta eſt, Tatian. eaque Magis invocata miris quibusdam ſacris, uti ex Porphyrio docet Euſebius *lib.* 3. *περ.* In Sacris antiquiſſimi cujusdam Magi, qui *Bilcam*, filius Beor, vocatur, mentio fit, quem eundem eſſe cum Zoroaſtre non pauca ſunt, quæ ſuadeant. V. Georg. Hornium *Hiſtor. Philoſ. lib.* 2. *cap.* 4 &c. De *Magia* verò vett. Ægyptiorum, Kircherum *id Oedipo.* Hofmannus.

55 Μεμηλότε &c.] Regius codex μεμηκότες ἐπιχώοντο inquit Opſopæus, at contra metri regulam. Noſtrum exemplar μεμηνότες ἴσχει, *Gallæus.*

56 Ἀλφισῆρες] Idem ἀλφησῆρες: ut pote ab ἀλφὴ. Heſiodus, τῇ μ' ἀνδράσιν ἀλφησῆσιν. Ratio iſtius nominis quæ ſequitur, potius Heſiodi aut alterius poëtæ ſcholiaſten, quàm Sibyllæ furorem arguit, in qua ubi priores editiones φασὶν habent, φρεσὶν reposuimus veſtigia codicis Puteani ſecuti, φρασὶν præ ſe ferentis. At Turnebus duplicem lectionem proponit, ἔστ' ἐ φύσιν ἀκύμονα ἔ νόον εἶχον: vel φύσιν. ὅτι ἀκύμονα ἔ, &c. explicationem addit, ὅτι ἐδίπετο εὐ ἀμηχανίᾳ ἤτοι τῇ παρεχῇ. Noſtra tamen prope à vera abeſſe videtur. Sed & ſic legi poterit levi tranſpoſitione facta, ὅτι ἀκύμαντον νόον ἐν φρεσὶν εἶχον, quia in pectore ſedatum, hoc eſt, præſentem, ſibi conſtantem & ſolertem animum gerunt. Sineſius, ἀλλὰ πάσης ἠλιθίας ἐλεύν τὸ ἀκύμαντον τ' ψυχῆς ὑπάρχειν τῷ ἀληθίνῳ. Opſopæus.

57 Ἄπλητόν τι &c.] Regius cod. ut & priores editiones, ἄπλαστον. Heſiodus tertiæ ætatis homines ἀπλάστους nominat inter alia epithera. *Idem.*

58 Ἦσαν ὁμῶς] Auratus legit ἦσαν. ὁμῶς δ' ἔμολον ὑπό. *Idem.*

59 Αἰ-

Εἰς γέενναν μαλερὸν λάβρα ποδὸς ἀκαμάτοιο.
Τῶν δὴ καὶ μελέπεσσα πάλιν γλῶς ὀμβεμόθυμον,
Ἐξεφάνη τριτάτον γε ὑπερφιάλων ἀνθρώπων,
Ἀφνῶν, οἱ κακὰ πολλὰ πρὸ σφίσιν ἐξεπονοῦντο.
Καὶ τοὺς δ' ὑσμίνη τ', [59] ἀνδροκτασίαι τε, μάχαι τε
Ξωσεχέως ὤλεσσον, ὑπέρβιον ἦτορ ἔχοντας.
Ἐκ τῆσδὴ μοῖ ταῦτα κατήλυθεν ὀψιτέλεστον,
Ὁπλότατον γλῶσσ-ἄλλο, μιαιφόνον, ἀκριλόβαλον,
Ἀνδρῶν ἐν τετάρτῃ γλωσσῇ, οἱ πολλὰ χέεσκον
Αἵματα, ὅτε θεὸν ἀθλιότες, ὅτ' ἀνθρώπους
Αἰδόμβροι. [60] μάλα γάρ τοι ἐπ' αὐτοῖσιν βεβόλητο

Hi quoque tartareas ædes ſubiere tremendas,
Infractis vinclis ſervati, ſuppliciumque
Ignis inextincti juſſi perferre geennæ. (eſt,
Tertia ſtirps hominum poſt illos deinde ſecuta
Sævior, & faſtu nimium tumefacta ſuperbo;
Qui mala multa ſibi per ſeſe conſiliantes,
Cædibus aſſiduis, acie pugnaque peribant
Indomitis animis. Quorum de ſanguine nata eſt
Poſterior ſoboles temeraria, cæde cruenta. (multo
Hoc quartum genus eſt hominum, qui ſanguine
Immaduere, Deique hominumque timore ſepulto.

Oi-

59 Ἀνδροκτασίαι τε] Exemplar Regium inquit Opſopæus legit ἀνδροκτασίαι τ' ἀλιγειναὶ, *cædes miſeranda*, ſic etiam Codex meus legit, *Gallæus*.

60 Μάλα γὰρ &c.] Scripti libri uti & meus γὰρ οἱ. Turnebus γάρ τε, Auratus γὰρ δὴ. legunt.

61 Ποιη-

Οἰς ἐρεμανὴς μανίαις, καὶ δυσεβὴς ἀλεγεινή.
Καὶ τοὺς μὲν πόλεμοί τ', ἀνδροκτασίαι τε, μάχαι τε
Εἰς ἔρεβος κατέψαν, ὀϊζυρὸν πάθος ἐσσιδέσθαι,
Ἀνδρας δυσεβέας. τοὺς δ' αὖ μετόπισθε χόλοισιν
Οὐρανίος θεὸς αὐτὸς ἑῷ μετεθήκατο κόσμῳ,
Ταρτάρῳ ἀμφιβαλὼν μεγάλῳ ὑπὸ πυθμένι γαίης.
Καὶ πάλιν ἄλλο γένος πολὺ χείρεσσιν μετόπισθεν
Ἀνθρώπων, [61] ποιήσας οὐκ ἀγαθὸν μετέπειτα,
[62] Ἀθάνατος θεὸς ἔτευξεν, ἐπεὶ κακὰ πολλ' ἐπονεῖτο

Inſanis etenim ſtimulis crudele furebant.
Sævitiæ, diræ parentes impietati.
Atque hos bella quidem, cædeſque & prælia dira
Demiſere Erebo (dictu miſerabile factum)
Infandos homines, quos tandem percitus ira
Cæleſtis Deus, ipſe ſuo detruſit ab orbe,
Clauſos tartareis clauſtris, tellure ſub ima.
Poſtremo longe peiorem condidit atque
Plane, illaudatam ſtirpem Deus, atque malorum

Οἱ

61 Ποιήσας οὐκ &c.] Regius uti & noſter Codex legunt ποιήσαν, οἷς οὐκ ἀγαθὸν. Auratus ποίησεν, ἧς οὐ κρείσσον.

62 Ἀθάνατος θεὸς &c.] In MS. meo non reperitur vox θεὸς. *Gallæus.* Pro τεῦξεν ſcribendum eſt εὖρε, vel θεὸς erit monoſyllabum, ut annotavit Turnebus. Et in eodem verſu ἐπονεῖτο ſtat fide ſcriptorum codicum, & ſic erat pagina præcedenti. Impreſſi habent ἐπονεῦντο. quod ita corrigit Turnebus, πολλὰ πόνοιτο. *Opſopæus.*

63 Εἰ-

Οἱ γὰρ ὑβρισταὶ πολλῷ πλέον, ἢ ὅτ' ἐκεῖνοι,
[63] Γίγαντες σκολιοὶ, [64] μιαρῶς δύσφημα χέοντες.

Artificem, multo illis intolerabiliorem:
Scilicet horrendos, fantes infanda, gigantes.

Mo-

63 Γίγαντες σκολιοὶ] Porro variè illam vocem *Nephilim* reddidêre interpretes. Græci transtulêre Γίγαντας, *Gigantes*. Eodem modo Vulgatus. Chaldæus גבריא *fortes, robuſtos*. Quomodo etiam Syrus גנבריא *ſtrenuos, heroës*. Arabs habet גבאברין. Jam גאבר *præpotentem & validum* vertit Ibn Marſeph, & Gieuharis *abſolutè dominum imperii*, αὐτοκράτορα. Symmachus reddidit βιαίους *violentos*. Aquila Ponticus ἐπιπεσόντας *irruentes*. Lutherus *Tyrannos*. Hiſce præmiſſis inquirendum erit, quinam qualeſve Nephilim illi fuerint. Reperio autem tres potiſſimùm ſententias. Alii enim de natura, alii de quantitate, de qualitate alii explicant. XVII. De natura explicat ſpurciſſimus ille liber, quem Enocho malè conſulti quidam olim tribuêrunt. Is enim habet, Nephilim quidem primò Γίγαντας σκολιοὺς, μιαρῶς δυσφημοχόους poſtea factos dæmones. Verba ſunt: Καὶ νῦν οἱ γίγαντες γεγεννῆντες ἀπὸ πνευμάτων καὶ σαρκὸς, πονηρὰ ἐπὶ τῆ γῆς καλέσουσι αὐτὰς· Ὅτι ἐν πονηρίαις αὐτῶν ἐγένοντο ἐπὶ τῆ γῆς. Πνεύματα πονηρὰ ἔσονται τὰ ἐξελεύσεται ἀπὸ τῦ σώματος τῦ σαρκὸς αὐτῶν, διότι ἀπὸ τῦ ἀνθρώπων ἐγένοντο καὶ ἀπὸ τῶν ἐγρηγόρων. *Et nunc gigantes nati è ſpiritibus & carne, ſpiritus malos ſupra terram vocabunt ipſos, quoniam habitatio eorum eſt ſuper terra. Spiritus mali erunt, ſpiritus egreſſi e corpore carnis eorum, propterea quod ex hominibus orti ſunt & Egregoris.* Non multùm diſcors Paulus Burgenſis Epiſcopus ſuper VI. caput Geneſeos, Nephilim hos fecit dæmones ſub humana ſpecie, adeóque incarnatos. Argumentatur autem ex etymo vocis נפלים quod eſt à נפל *cecidit*, uti diximus. Notari igitur dæmones, qui è cœlo ceciderunt, juxta illud Eſaiæ.c.XIV.12. איך נפלת משמים הילל *Quomodo cecidiſti è cælo Lucifer*; & Luc. X. 18. *Vidi Sathanam tanquam fulgur è cœlo cadentem.* Sed tum ſententia inepta eſt, tum ipſa probatio vana. Quomodo enim ex hominibus, quales fuiſſe Sethitas & Cainitas oſtendimus, dæmones naſci potuerunt? Et ſi ponamus maximè filios Dei fuiſſe Angelos, non ſequetur Nephilim ex iis creatos fuiſſe dæmones, quia jam ante memoratam illam commixtionem in terris graſſati ſunt Nephilim. Præterea propter Nephilim illorum חמס *violentiam* inceſſit diluvium. At ſi Nephilim dæmones fuerunt, cur ob violentiam eorum puniti homines? Dæmones ſanè ex cœlo ceciderunt. Et hactenus rectè תנופלים *cadentes*, apoſtatæ dicerentur. Neque tamen propterea quicunque vel cadunt, deficiunt, vel in alios irruunt, dæmones incarnati ſint neceſſum eſt: cùm de hominibus idem dici poſſit, uti mox videbimus. XVIII. Qui ex quantitate dictos eſſe Nephilim arbitrantur, Nephilim nobis faciunt homines grandioris ſtaturæ, & ut cum Auguſtino loquar *ſtaturoſos*, gigantes. Itaque Græci interpretes vocem נפלים uti diximus, reddidêre Γίγαντας, *Gigantes*. Atque eodem ſenſu intellexit Baruchus, cap. III. 26. Ἐκεῖ ἐφοβήθησαν οἱ γίγαντες οἱ ὀνομα-

σι οἱ ἀπ' ἀρχῆς γεγονότες ἀμαχέται, ἐπιστάμενοι πόλεμον. *Ibi erant gigantes homines jam inde ab initio nobiles, ingenti corporis magnitudine præditi, reique bellicæ scientissimi.* Gigantes illos vocat etiam Siracides & author Machabæorum. De iisdem etiam Chrysostomus interpretatur in c. VI. Geneseos: Γίγαντας, inquit, ἐκάλεσε τοὺς ὑψηλοὺς τοὺς ἀμέτρους. Τέτους γὰρ ἐποίησεν ὁ θεὸς ἐκ τοῦ Σὴθ υἱοὺς. Τοὺς δὲ τοῦ Καὶν ταπεινοὺς καὶ ἀσθενεῖς, ἵνα καὶ τὸ εἶδος φαίνηται καὶ ἀξιόλογον. *Gigantes vocavit Heroas prælongos. Tales enim fecit Deus filios Sethi excelsos. Filios autem Caini humiles & tenui corpore, ut aspectu ipso appareret differentia.* Ubi mirum est, quod Sethitas faciat præcelsos corpore, quod & post ipsum feciſſe Patricidam observo, cùm tamen ante commixtionem illam gigantes fuerint, non ex Sethitis, ut opinior, oriundi. Et corporea moles ferè ubique ἀξιολογία notatur ut maledictionis initium. Theodoretus quæst. 48. in Genesin vocat παμμεγέθεις ἀνθρώπους *prægrandes homines.* Cyrillus lib. 3. in Genesin, Nephilim etiam gigantes fecit, quibus corporum deformitas & magnitudo data sit in pœnam effrenatæ libidinis parentum. Giganteam etiam τὸν Nephilim magnitudinem credidit Augustinus, cujus verba extant, lib. XV. de Civ. Dei, cap. 4. *Ita quippe,* inquit, *non credunt etiam magnitudines corporum longè ampliores tunc fuisse quam nunc sunt. Unde & nobilissimus eorum poeta Vergilius, de ingenti lapide, quem in agrorum limite infixum, vir fortissimus illorum temporum pugnans, & rapuit, & cucurrit, & intorsit, & immisit: Vix illud,* inquit, *lecti bis sex cervice subirent, Qualia nunc hominum producit corpora tellus. Significans majora tunc corpora producere solere tellurem. Quanto magis igitur temporibus recentioribus mundi, ante illud nobile diffamatumque diluvium. Sed de corporum magnitudine plerumque incredulos nudata per vetustatem, sive per vim fluminum, variosque casus sepulchra convincunt: ubi apparuerunt, vel unde ceciderunt incredibilis magnitudinis ossa mortuorum. Vidi ipse non solus, sed aliquot mecum in Uticensi littore molarem hominis dentem tam ingentem, ut si in nostrorum dentium modulos minutatim concideretur, centum mihi videretur facere potuisse. Sed illum gigantis alicujus fuisse crediderim. Nam præter quòd erant omnium multo majora, quàm nostra tunc corpora gigantes longè cæteris anteibant. Sicut aliis deinde nostrisque temporibus rariquidem, sed nunquam ferme defuerunt, qui modum aliorum plurimum excederent.* Plinius Secundus doctissimus homo, *quantò magis magisque præterit seculi excursus, minora corpora naturam ferre testatur. Quod etiam Homerum commemorat sæpe carmine fuisse conquestum: non hæc velut poëtica figmenta deridens, sed in historicam fidem tanquam miraculorum naturalium scriptor assumens. Verùm, ut dixi, antiquorum magnitudines corporum inventa plerumque ossa, quoniam diuturna sunt, etiam multo majora posteritatibus seculis produnt.* In Græcis fragmentis παλαιᾶς ἱστορίας Eusebii, quæ edidit Scaliger, referuntur ab Abydeno & Apollodoro, qui Berosum laudat authorem, decem Chaldæorum Reges ante diluvium, quos omnes gigantes fuisse ait Chronicon Alexandrinum. Confer etiam Cassianum, collat. VIII. 21. Ambrosium de arca Noë, cap. 4. Inter Hebræos etiam plerique molem hic giganteam intelligunt. R. Solomon Jarchi: עֵל שֵׁם שנפלו והפילו את העולם ובני שׁוֹן עבריה לשון עקים *Nephilim dicti, quia ceciderunt & cadere fecerunt mundum. Et vox ea in lingua Hebræa significationem gigantum habet.* Abnezra ונפילים שיפול לב הרואה אותם שיתפרה מגובה קומתם *Nephilim dicti, quòd concideret cor videntis eos, admirantis altitudinem staturæ eorum.* Berosus Annianus audacissimus nugator in exordio historiæ suæ statuit, Henochiam urbem fuisse gigantum illorum sedem. Prægrandem staturam Nephilim propugnant inter recentiores im-

imprimis Cassanius in peculiari libro de gigantibus & eorum reliquiis contra Goropii Becani gigantomachiam: & Hieronymus Magius, lib. 1. Miscellaneorum, cap. IV. 19. Ab hac sententia diversi abeunt alii, qui Nephilim à cæteris hominibus distinctos fuisse putant non proceritate corporis, sed sola *qualitate*, pura tyrannide, truculentia, violentia, promiscuis libidinibus, contumeliis populo illatis, aliisque sceleribus. Inter hos Temporarius fortiter negat, fuisse homines ante diluvium procerioris staturæ quàm nunc sint. Gigantes quidem Nephilim fuisse concedit. Cæterùm negat vocem gigantis referri oportere ad *quantitatem*, ut staturam graffidiorem notet. Quin eam ex Scythica lingua contendit derivatam esse à *Wyt gehandt*, adeóque significare eum qui longas & extensas manus habet. Itaque gigantes non alios esse, quàm qui omnia manibus violentis latéque extensis agere contendunt, & omni ratione justitiáque posthabita spreto nomine, cœlo ipsi manum injiciunt. Unde etiam natum proverbium putat ὁ χειρῶν νόμος. Quicunque igitur manuum lege populorum gubernationem invadunt, non ex ratione & æquabili jure, eos gigantes dictos putat, γηγενεῖς, è terra genitos, quia terris toti inhiant, neque quidquam cœleste habent. Scripsit & Goropius Becanus Gigantomachiam, in qua negat ullos dari gigantes, seu proceritate corporis communem staturam parasangis multis anteëuntes. Jam olim etiam Philo Judæus à Nephilim removens proceritatem corporum eos fecit ἀνθρώπους τῆς γῆς *homines terræ*, distinctos nempe ab hominibus cœli & Dei. Verba ejus sunt lib. de gigantibus. Ἕνιοι τῆς τῶν ἀρχῆς τοῖς ποιηταῖς μεμυθολογημένα φέρειν τὸν γιγάντων οἴονται τὸν ὁμηρείτων ὠνείρατος, πλεῖστοι ὅσοι διεστηκότα καὶ μυθολογοῦσιν, ὡς τοῖς τὰ ἀληθείας ἰσχύουσιν αὐτῆς ἐπιβαίνειν ἀξιοῦντα· Παρὸ ὁ μὲν τοὺς δυνάμει καὶ γλαφυρᾶς τέχνας ζωγραφίαν καὶ ἀνδριαντοποιίαν ἐκ τοῦ καθ' αὐτὰς πολιτείας ἐξήλασεν, ὅτι τὰ μὲν ἀληθεῖς ψεύδωλα φύσιν, ἀπάτας δὲ σοφίσματα καὶ ἐφθαλμῶν ψυχαῖς οὐ σωζομένοις πιχνιδεύσι. Μύθον μὲν οὖν οὐδένα τοῦτ' γιγάντων εἰσηγεῖται τὸν ὀνόματον βούλεται ὁ ἐκεῖνό σοι σημαίνειν, ὅτι οἱ μὲν γῆς, εἰ δὲ θεοῦ γεγόνασι ἄνθρωποι. γῆς μὲν οἱ γηϊνοὶ τὸ σωματικὸν ἐδωδῶν, ἀπολαυσιν τε καὶ χρῆσιν ἐπιπεδοῦντες αὐτῶν, καὶ περιστοὶ τὸ συντεινόντων εἰς ἐκάστην ἡδονὴν ὁρμῶν, ὅσοι πιχνίται καὶ ἐπιτήμονες καὶ φιλοκαθῆς. Τὸ δὲ θεοῦ τὸ ἐν ἡμῖν, ὁ νοῦς νοῦς ὁ καὶ τὸ καθ' ἡδονὴν ἐκάστην, τὴν ἐγκύκλιον καὶ τὰς ἄλλας ἀπαξαπάσας ἐπιτηδεύσ πίχνας ὑπολαβόντων καὶ ἀκριβῶν, ἵνα τε γυναῖζων καὶ συγκρατῶν ὁ τῆς γενητῆς αὐτὸν. ἵνα δὲ ἄνθρωποι ἱερεῖς καὶ προφῆται, οἱ τὴν ὄντως ἐξίωσιν πολλοῖς τὸ ὑπὲρ τοῦ κόσμου νοητὸν, καὶ κατοικοῦντα ψυχαῖς. τὸ δὲ ἀιδιότητι πᾶν ὑπερκύψασιν, οὐ τὸν νοητὸν κόσμον μεταβάντα, καὶ εἰ ἄπαντα, ἐγγραφέντες ἀφθάρτοις ἀσωμάτοις ἰδίων πολιτεία. *Aliquis forte putat quæ Poëtæ de gigantibus fabulantur, hic legislatorem subindicare, cum hæc immensum distent à fabulis, & ipsis veritatis inhærant vestigiis. Ideo laudatas elegantésque artes picturam atque statuariam è sua republica rejecit, quod veritatem mendaciis vitient, illudentes per oculos animabus facilibus & credulis. Nullam igitur de gigantibus affert fabulam: sed illud ita docere vult alios esse terræ, alios cœli, alios Dei homines. Terræ quidem eos qui venantur voluptates corporis & harum usum fructum, quærendo undecunque singularum materiam. Cœli autem eos qui tenent artes ac scientias, aut eas sectantur. Quod enim nostri cœleste est, mens est: quæ & motus cœli considerat, & in reliquis exercet se artibus liberalibus, acumen intelligendis hujusmodi rebus sibi comparans. Dei verò homines sacerdotes & prophetæ sunt, quorum major est dignitas, quàm ut se misceant humanæ reipublicæ, & mundi cives sint: Sed sublimiores omnibus rebus sensibilibus, migrárunt in mundum intelligibilem, ibi sortiti domicilium, adscripti reipublicæ ideárum incorporearum & incorruptibilium.* Sed & Josephum ad solam hic qualitatem respe-

ſperiſſe multis videtur. Is lib. 1. 4. de Nephilim ſic ſcribit: Πολλοὶ γὰρ Ἄγγελοι θεῶν γυναιξὶ συμμιγέντες υἱοὺς ἐτέκνωσαν παῖδας, καὶ πάντες ὑπερήφανοι καὶ εἰς ὕβριν ἐξ ὧν τὸ δυνάμει πιπτόντων. Ὅμοια τοῖς ὑπὸ γιγάντων πεπλασμένοις λεγομένοις ὑφ' ἑλλήνων, καὶ ὅτι δεσμὸν ἀθανάτων ἐδέοντο. *Angeli Dei mulieribus commixti filios genuerunt inſolentes, contumelioſos, ob fiduciam roboris omne fas & æquum deſpicientes. Similia iis, quæ à gigantibus patrata commemorant Græci, & hi feciſſe memorantur.* Ac inſolentiam, otium & violentiam adeóque qualitatem ſolam in Nephilim notant Symmachus, cui Nephilim ſunt *δυσιατοι ſtatus incurabiliter violenti*; Aquila, Syrus, Arabs, Chaldæus, quorum ſuprà verſiones notavimus. Singularis præterea & planè inaudita eſt ſententia Jacobi Bolduci ex ordine Capucinorum minorum Theologi, quj in tractatu *de Eccleſia ante legem* novem illa gigantum vocabula, quæ in ſacris occurrunt, qualia נפילים *Nephilim*, Geneſ. VI. 4. רפאים *Rephaim*, Geneſ. XIV. 5. זוזים *Zuzim* ibidem, nec non גבריים *Gibborim*, ענקים *Enakim*, זמזומים *Zamzummim*, אלים *Elim*, aliaque ejuſmodi, plerunque notare contendit non corporis molem, ſed pietatis ac veritatis robur & præſtantiam, qua præditi fuerint ſanctiſſimi Patriarchæ primi humani generis & divini cultus propagatores. In ſpecie Nephilim hic dictos putat, *quod ob veri Dei cultum à reliquis in eo diſtinguerentur, quod Deum proſtrationibus adorarent, adeò ut illa ceremonia eos ab improbis ſecerneret, eo ferè modo, quo patres Ordinis S. Franciſci de Aſſiſio ab aliis diſtingueres, cùm eos ſeſe proſternentes ante Sacramentum altaris & terram deoſculantes adſpicis.* XX. Verùm neutri, nec qui quantitatem nec qui qualitatem ſolam heic tuentur, Nephilim hos idoneè circumſcripſerunt. Paucis igitur ſenſum animi noſtri expromere lubet. Vocem נפילים quod attinet, aſſentior ſanè iis, qui vertunt *impingentes, irruentes, dejectores, proſternentes.* Ac primò quidem exiſtimo, ex ſenſu Moſis admittendam eſſe ſtaturam proceriorem, quàm quæ hominum cæterorum communis fuit: ita tamen ne prodigioſam nimis eam fuiſſe aſſeratur. Duorum inprimis gigantum quorum præ cæteris omnibus inſolens magnitudo, Sacræ literæ meminerunt, quorum & ſtatura cubitis definita eſt; Ogi nimirum & Goliathi. Ogi lectus in Rabbath filiorum Ammon conſervatus fuit longus novem cubitos, latus quatuor, Deut. III. 10. Et fieri poteſt, ut lectus duobus tribuſve cubitis longior eſſet quàm ipſe gigas fuerit. Goliath qui inter maximos numeratur, longus fuit ſex cubitos & unum palmum. Fuerint igitur Nephilim illi quinque, ſex, ſeptem ad extremum cubitorum. Etſi enim proceritas, intra quam corpus eorum ſtetit, accuratè definiri nequeat; tamen ex ſimilitudine duorum illorum gigantum, quos ut maximos Scripturæ prædicant, Nephilim illos proceriores non fuiſſe facilè colligitur. Cæterùm Nephilim gigantes, fuiſſe, hoc eſt, eminentioris ſtaturæ ut credam, inducor diſertiſſimo loco Num. XIII. 33, 34. ubi exploratores, qui populo homines Cananæos terribiles facere ſtuduerunt, ita referunt: *Omnis populus quem vidimus in medio ejus* אנשי מדות *viri menſurarum ſeu proceræ ſtaturæ ſunt. Et vidimus ibi Nephilim filios Anac de genere Nephilim. Et eramus in oculis noſtris ſicut locuſtæ, & ſic eramus in oculis eorum.* Ex quo loco apertiſſimum eſt, Nephilim eſſe nomen proprium eorum, qui ſunt אנשי מדות ἄνδρες ὑπερμήκεις *viri proceræ ſtaturæ*, quales fuerunt Enakitæ, ex quorum genere fuit Og rex Baſan, qui etiam remanſiſſe dicitur מיתר הרפאים *ex reliquis Rephaim* ſeu *gigantibus*, Deut. III. 11. Ex quibus locis apparet, eoſdem eſſe נפילים *Nephilim*, אנשי מדות *viros proceræ ſtaturæ*, ענקים *Enakitas* רפאים *Rephaim*. Poſteriores autem non poſſunt eſſe homines pro-

proceri & gigantea mole præditi. Tales igitur etiam sint Nephilim oportet. Neque video quid hîc responderi possit; nisi fortè quis dixerit, Nephilim esse vocem ambiguam, & alibi ad quantitatem, ad qualitatem alibi referri: ac præterea narrationem exploratorum illorum totam fabulosam esse, ac proinde ex ea argumentum perperam arcessi. Sed neutra responsio satisfacit. Nam priorem quod attinet, unde quæso constabit, vocem Nephilim modo homines staturosos, ut sic loquar, modo hac vel illa qualitate præditos significare, cùm duobus demum in textibus, Genes. VI. ℣. 4. & Num. XIII. 34. reperiatur, & ille quidem dubius sit, hic verò non possit non de gigantibus explicari? Præterea in nostro textu Nephilim circumscribuntur proprietate, quæ plerunque ex corporis magnitudine manat. Dicuntur enim הגברים *fortes*. Fortitudo autem corporis magni propria est affectio. Nec posterior ratio rectiùs est, quòd narratio exploratorum fuerit fabulosa. Equidem narratio eorum fateor conficta ad terrorem & mentita fuit, quia Mose ipso teste, Deut. III. 11. unicus ex gigantibus remanserat nimirum Og rex Basan. Quomodo igitur exploratores illi viderunt viros proceræ staturæ, Nephilim filios Anac? Deinde Og rex Basan communem staturam vix ultra tres cubitos superavit. Quomodo igitur cum Nephilim illis comparati exploratores fuerunt כחגבים *instar locustarum*? Cæterùm ipsa illa narratio quamvis fabulosa, confirmat tamen Nephilim notare gigantes seu proceros homines. Si enim tales non notaret, nec ipsi exploratores, quibus consilium fuit terrere Israëlitas, ea utpote aliena & nihil tale significante usi essent; nec vel Moses vel populus illam *ἀνωμαλίαν* perpessi omnino essent. Non agitur hîc de veritate narrationis exploratorum, sed de significatu vocabulorum, quæ haud dubiè illi trita, nota & maximè ambigua loquentes ad totam hominum coronam delegerunt. *Heidegerus.* *Gigantes*, Telluris filii excelsissimæ staturæ, & draconum pedibus in Deorum perniciem procreati, ut superis scilicet bellum inferrent, Jovemque de cœli possessione dejicerent. Macrobius *Sat.* I. 20. *Gigantes* nihil aliud fuisse credit, *quam hominum quandam impiam gentem, Deos negantem, & ideo existimatam Deos pellere de cœlesti sede voluisse.* Et Cic. *de Senectute*, *More Gigantum bellare cum Diis quid est aliud, nisi naturæ repugnare?* Horum pedes in Draconum volumina desinebant, quod significat, nihil eos correctum cogitasse, totius vitæ eorum gressu, atque processu in inferna vergente. Physici verò interpretantur Gigantes spiritus esse terræ inclusos, qui, dum exitum non inveniunt, fractis interdum altissimis montibus vi erumpunt, & fragmina ipsa quasi in cœlum ejaculantur. Hos poetæ in campis Phlegræis cum Diis congressos fabulantur; sed partim Jovis fulmine, partim Apollinis, & Dianæ telis confixos cecidisse, aliosque sub Ætnâ monte, alios sub Myconer & Liparâ insulis sepultos esse: nonnullos etiam in Tartara detrusos impietatis suæ pœnas luere. De Gigantum autem origine variæ sunt priscorum opiniones. Alii namque illos Titanis & Terræ filios fuisse scribunt. Alii ex sanguine Titanum à Jove interfectorum è terra esse natos ajunt. Hesiodus, ex sanguine Cœli, amputatis illius à Saturno virilibus, genitos esse dixit. Josephus verò *in Antiq. Jud.* contendit, eos ex dæmonum coitu cum mulieribus fuisse procreatos: cui quidem opinioni & Lactantius ex Sacrâ Historiâ argumento sumpto, adstipulari videtur. Sed D. Augustinus, cæterique recentiores Theologi rectè istam rejiciunt opinionem, quòd Dæmones cum mulieribus verè coire posse, prolemque aliquam suscipere, impossibile sit. Gigantum autem urbs maxima fuit Enos, circa Libanum montem, qui universo dominabantur orbi, ab oc-

Μουνὸς δ' ἐν πάντεσσι δικαιότατος καὶ ἀληθὴς
Ἦν Νῶε, πιστότατος, καλοῖς τ' ἔργοισι μεμηλώς.
Καὶ τῷ μὲν θεὸς αὐτὸς ἀπ' οὐρανόθεν φάτο τοῖα·
Νῶε δ' ἔμας θάρσυνον ἰὼν, λαοῖσί τε πᾶσι
Κήρυξον μετάνοιαν, ὅπως σαθῶσιν ἅπαντες.
Ἢν δέ γε δὴ ἀλέγωσιν, ἀναιδέα θυμὸν ἔχοντες,

Inter eos omnes unus juſtiſſimus, atque
Verax, Noe fuit, fidusque, & rebus honeſtis
Addictus. cœlo cui ſic Deus infit ab alto:
Collige Noë tuas vires, populosque moneto
Omnes, ut mores mutent, ſerventur ut omnes.
Quod ſi non curent (ut mens eſt læva malorum)

Παῦν

caſu Solis ad ortum. Iſti vaſtitate corporis ac roboris confiſi, inventis armis alios oppreſſerunt, libidinique inſervientes invenerunt papiliones, & inſtrumenta Muſica, omneſque delicias. Manducabant homines, & procurabant abortus, in eduliumque præparabant, & commiſcebantur matribus, filiabus, ſororibus, & maſculis, atque brutis: ac denique nihil erat ſceleris, quod non admitterent, Dei ac Religionis contemptores, Beroſus *lib.* 1. Gigantum eſſe Libyæ gentem quandam, Eudoxius Cnidius refert, qui ex floribus, quos plurimos & odoratiſſimos apud eos ſponte ſua tellus producere ſolet, arte quâdam optimum adeò mel conficere dicuntur, ut non multum ab apum melle diſtare videatur. Leonic. Thom. *lib.* 5. *cap.* 77. Sic dictos volunt qu. Γηγενεῖς, id eſt, *terra nati*. Approbat hoc etymon Orpheus *his verſibus*:

Οὓς καλέουσι Γίγαντας ἐπώνυμον ἐκ μενοίνων,
Οὔνεκα γῆς ἐγένοντο καὶ αἱματόεσσης ἀρούρης.

Ovid. *Faſt.* 4.

Terra ferox partus, immania monſtra, Gigantes
Edidit auſuros, in Jovis ire domum.

Vid Philonem, Sixtum Senenſem, Lucilium, Torniel. *M. D. 6. num.* 13. *Ann. Mund.* 987. *n.* 15. *& ſeq.* 2590. *n.* 4. Salian. *in Annal. &c.* Hofmannus.

64 Μιμρῶς] Omnes ſic legunt. ego forte *μιμροῖ* legendum eſſe cenſeo. *Opſopœus.*

65 Ἢ δέ γε] Turnèbi liber in ora habet ἢ δ' οὐγ'. Idem.

66 Σοὶ

Πᾶν γ᾽ ἦθος ἔξολέσω μεγάλοις ὑδάτων κατα-
κλυσμοῖς.

66 Σοὶ δ᾽ ὦκ᾽ ἐκ ῥίζης τὸν ἀδιψήτοιο τεθηλὸς
67 Δοκάτεον κέλομαι δόμον ἄφθιτον ἀσκήσασθαι.

Omne genus perdam, illuviem molitus aquarum.
Tu propere fabricare domum, durabile cujus
Non bibat humorem lignum. dabo mentis acumen,

Θή-

66 Σοὶ δ᾽ ὦκ᾽ &c.] In eodem ita scribitur hic versus, σοὶ δ᾽ ὦκ᾽ ἐκ ῥίζης ἀδιψήτοιο τεθηλὸς, vel τεθήλη. Alii legunt ἦ᾽ pro τ᾽. Vide pag. 175. & 248. ubi hic versus repetitur. Codex è regia bibliotheca levi correctione liquida omnia reddit, σοὶ δ᾽ ὦκ᾽ ἐκ ῥίζης γε ἀδιψήτοιο τεθηλὸς δοκάτεον κέλομαι δόμ᾽ ἄφθιτ᾽ ἀσκήσασθαι. Sacræ literæ dicunt ποιήσεις τὴν κιβωτὸν ἐκ ξύλων ἀσήπτων, *Facies arcam ex lignis putredini non obnoxiis*, qualia sunt non sitientia, seu aquam non imbibentia. *Idem.*

67 Δοκάτεον &c.] II. Instrumento igitur, quo Deus Ecclesiam conservare voluit, ipse allocutus Noam nomen תבה impositi. Vocem eam Orientales tum Paraphrastes tum versiones studiosè retinuerunt. At Græcis Interpretibus, quos & Euangelistæ sequuntur, placuit vox κιβωτὸς. Eam vocem explicat Hesychius: κιβωτὸς, λάρναξ ξυλίνη, ἢ σορὸς, *arca lignea vel capulus.* Quomodo etiam Suidas: κιβωτὸς, λάρναξ, κίστη, *arca, capsula, cista.* Hinc etiam nou κιβωτὸν sed λάρνακα Josephus, Apollodorus in Bibliotheca, Lucianus in Dea Syria, Alexander Polyhistor à Cyrillo & Damascenus à Josepho citati ubique vocant. Chaldæi vocant תיבותא unde apud Clementem Alexandrinum strom. lib. 5. ϑηβωτόν. Vocis Hebrææ vestigia remanserunt Græcis, qui arcam & naviculam vocant ϑήκην. Unde Græci Interpretes in melioribus exemplaribus arcam, quâ Moses absconditus fuit vocant ϑήκην. Et Hesychius: ϑήβα πόλις Βοιωτίας ἢ κιβώτιον, *civitas Bœotiæ & arcula.* Thebæ ipsæ nomen sortitæ sunt à navicula, quâ Cadmus Thebarum conditor in Europam trajecit. Nec inconcinnè Latini *arcam* vocârunt. Constat enim ex typo quem Deus Noæ impertivit, & figura & usu cum arca illud navigii genus conveniisse. Quippe & superiori & inferiori sui parte clausa fuit, ut capiendis animalibus aptior esset. Neque enim formam habuit exactam navigii, quia defuerunt remi. Unde Abenezra ושם תיבה ולא כפינרת כי אינכרת על צורת אניות ואין לה משוטים *Nomen ejus arca, non navigium, quia non habuit formam navis, neque in ea fuerunt remi.* III. Contexta est arca Jussu Dei עצי גפר *ex lignis Gopher.* Quæ vox cùm sit ex numero ἅπαξ λεγομένων, obscura est, & difficilem omnino investigationem habet. Abenezra sic explicat שם ינן קל חוא על שני מיני עצים ואן ריין לו במקרה *Nomen est ligni levis, quod aquis innatat, quod alio loco*

in sacris literis non reperitur. Eadem pœne verba sunt R. Davidis Kimchii. Verùm hæc generalis tantùm ligni illius descriptio est. Multa enim ligna levia sunt & aquis innatant. Græci transtulêre ξύλα τετράγωνα, *ligna quadrangula.* Perperam enim *ligna quadrata* ab aliis hic reddi, eruditè ostendit Isacus Vossius de LXX. Interpretibus cap. XI. Quadrangulæ porrò arbores sunt, quatum rami æquabiliter sese exerunt, ut quaterni simul explicentur, & paribus à terra intervallis, instar quatuor brachiorum, pares quoque conficiant angulos; quales sunt pinus, abies, cedrus, pinaster, picea & sapinus. Harum igitur arborum materiam quia constat aptam esse fabricandis navibus, factum est, ut Græci minimè ambigui, quin ex harum aliqua arca extructa fuerit, in genere עצי גפר redderent ξύλα τετράγωνα. Verùm præterquam quod etiam arbores non quadrangulæ adhiberi potuerunt ad fabricam arcæ; definiri debuit, quæ arborum species per Gopher à Mose designata fuerit. Id verò cùm non præstiterint Græci, aliis occasionem dederunt disceptandi quam arborem quadrangulam Moses intellexerit per Gopher. Vossius quidem divinat, Gopher esse idem quod כפר *bitumen*, non quidem strictè sic dictum, sed latè, quomodo bituminis vocabulo comprehenduntur etiam Pissasphaltos, pix, resina, naphta, sulphur, denique quicquid ejus naturæ. Porro cùm sulphur, bitumen & naphta in arboribus locum non habeant, concludit vocem illam de resina vel pice esse interpretandam, adeóque sic vertendum præsentem textum: *Fac tibi arcam ex arboribus resinæ vel resiniferis.* Verùm quo jure ex גפר faciat כפר non video, cùm Moses in eodem versu distertè duas illas voces literis distinguat. Deinde quid attinebat generalem illam vocem, sub cujus notione non una arbor intelligi potuit, ponere, & non potius propriam resinæ? Chaldæus Paraphrastes reddit אעין דקדרום *ligna cedrina.* Quomodo etiam plerique vetustiores Rabbini. Jam materia cedri firmissima est, sed navigiis non apta. Præterea tum Hebræi tum Chaldæi cedrum voce notissima vocant ארז, at גפר nunquam. Junius & Tremellius amplectuntur *cedrelaten*, genus inter cedrum & abietem indolis mediæ, ob materiæ æternitatem: Munsterus *pinum*, cujus materiam Virgilius *nauticam* appellat eclog. 4. 38. & adversus cariem tineasque firmissimam esse, testatur Plinius. Græca Scholia vocant πλάνας βυξίνας *tabulata buxina.* Verùm proclivius nihil est, quàm ut per עצי גפר *ligna cupressina* intelligamus. Etenim primò suadet hoc ipsa nominis ratio. Nam à κυπάρισσος demta terminatione, quæ nunquam radicalis est, manet κύπαρ. Hoc autem quid aliud est quam גפר? Mutatio G. in C. Ph. in P. denique O. in U. hic attendi non meretur. Secundò ligna cupressi sunt omnium firmissima & adversus cariem ac tineas unica. Plinius lib. XVI. 42. *Pinus & cupressus adversus cariem tineasque firmissimæ.* Clarè etiam Martialis lib. 6. Epigr. 49. *Sed viva generata de cupresso; Quæ nec sæcula centies peracta, Nec longæ cariem timet senectæ.* Hinc etiam est, quòd teste Thucydide libro secundo Athenienses eorum ossa, qui pro patria occubuerunt, efferre consueverunt, εἰς λάρνακας κυπαρίσσινας *in arcis e cupresso*, nimirum διὰ τὸ ἀσηπτὸν εἶναι; *quia expers est putredinis*, ut Scholiastes habet. Theophrastus Hist. plant. lib. V. 5. inter eas arbores, quæ vetustatem non sentiunt, collocat τὴν κυπαρίττινην *cupressinam materiem* tanquam χρονιώτατον *maximè diuturnam*; proinde ex ea fabricatas Templi Ephesini valvas per quatuor generationes incorruptas durâsse. Tertiò cupressi copia iis in locis, quibus Noë arcam fabricatus est, parabilis fuit. Probabili enim ratione dici potest, conditam esse arcam circa campos Sennaar, ubi postea Babylon ædificata fuit. In eo autem terræ tractu nulla alia materies ma-

magis obvia fuit. Unde est, quod classis ingens, quam Babylone Alexander construxit, ex sola cupresso constitit, uti habent Arianus in Alexandro lib. 7. & Strabo lib. 16. Quin ex eodem Strabone constat, in Assyria, & quidem in Adiabene circa Capri trajectum fuisse *κυπαρισσῶνα cupressetum*, ex quo ligna cupressina pro arca facili negotio cædi potuerunt. Quartò denique huc referri potest, quòd Plinius narrat lib. XVI. 33. hanc arborem quondam Diti sacram fuisse, & ideo funebri signo ad domos positam. Cujus rei causam multiplicem eamque fabulosam narrat Hadrianus Junius medicus *Animadvers.* lib. I. 20. Vera causa videtur fuisse inveteratæ illius gentilium superstitionis, quia arca cupressina in horrendis illis diluvii fluctibus luctuosum & diuturnum fuerat veluti sepulchrum universi generis humani, omniumque animalium in sicco degentium. IV. Neque tanti sunt rationes, quibus sententia hæc oppugnatur. Vossius duas potissimùm ponit, ob quas cupressus in censum venire nequeat; unam, quia cupressus non est τετράγωνος; alteram quia construendis navibus inhabilis. Atqui nihil cogit, ut arcam ex lignis τετραγώνοις fabricatam esse credi debeat. Neque enim, quia Græcis placuit, idcirco ligna arcæ necessariò quadrangula esse debuerunt. An naves non possunt nisi ex arboribus quadrangulis construi? Quod verò cupressum ad navigia aptam esse negat, oblitus est ingentis illius navigii Alexandri jussu fabricati ἐκ κυπαρίσσου ἐν Βαβυλωνίᾳ *ex cupressis in Babylonia* uti habet Arianus l. l. Et Plutarchus Sympos. lib. 1. Probl. 2. *Neque Naupegus primò collocat Isthmicam pinum, ἢ τὴν Κρητικὴν κυπάρισσον Creticam cupressum* Et Vegetii lib. IV. 34. *Ex cupresso igitur & pinu domestica sive sylvestri larice & abiete præcipuè liburna contexitur.* Quin & Petrus Martyr ab Angleria legat. Babyl. l. 11. p. 388. testatur, Cretenses sylvas cupressinas ita peculiares habere, ut domorum omnium trabes, contignationes, tabulaque omnia ex illis arboribus, atque etiam naves construant. V. In ipsa arca jussit Deus ante omnia facere קנים quod propriè *nidos* significat. Græci νοσσιὰς transtulere. At Chaldæus, מדורין חעבד *Habitacula facies.* Quomodo etiam vulgatus: *Mansiunculas facies.* Intelligo domunculas, loculamenta pro singulis animalium speciebus. Rectè Abenezra קנים לחיות כל חית ועוף ובהמה איש ואשתו שתם וכר ונקבה לכרו: *Nidos parare jussit, ut animalia & aves & bestiæ mas & fœmina sola degere possint.* Quot verò fuerint ejusmodi domunculæ & loculamenta, quo ordine dispositæ, quanam magnitudine factæ, quomodo inter se distinctæ, clarè & pro certo explicari nequit. Infra ostendemus, arcam tribus in universum contignationibus fuisse distinctam. In ea contignatione, quæ animalia capiebat, potuerunt mansiunculæ æquales construi trecentæ, distributæ in sex ordines, extensos secundum longitudinem arcæ, secundum latitudinem verò disjunctos & separatos. Et quælibet mansiuncula, si attendamus arcæ dimensiones Divinitus, uti mox videbimus, præscriptas, potuit esse longa sex cubitos, lata totidem, alta octo novemve. Verùm utrum eas æquales ubique fecerit Noë, meritò dubitatur. Nam cùm animalia introducenda fuerint staturæ & magnitudinis admodum diversæ, ipsa loculamenta etiam diversis & inæqualibus omnino dimensionibus ædificari debuerunt. Neque enim debuit æquale esse domicilium elephantorum, canum, ovium, leporum. Itaque proximè fidem est, Noam Divinitus ante omnia instructum fuisse scientia omnium animalium, quæ arca suo receptu concludere debuit. Unde arduum non fuit, cuilibet animalium speciei domunculas adæquatas intra arcam ædificare. Sed de ea re latius infra. VI. Porro arcam oblini jubet Deus his verbis. וכפרת אותה מבית ומחוץ בכופר *Et bitumine*

minabis tam intus & extus bitumine, v. 14. De bitumine Plinius lib. xxxv. 15. *Est incorrupta vis bituminis aquisque contumax.* Sed quale genus fuerit bituminis, & an omnino bitumine Deus arcam illini voluerit, non consentiunt omnes. Abenezra sequentes opiniones recitat: יש אומרים שהכפר כרכות זפת ויש אומרים שיש מים בארץ מהיפר והוא מרביק ועומר כופרת ויש אומרים שהוא הנקרא בלשון ישמעאל בחמורת הכף בקוף *sunt qui dicant, quòd* כופר *sit pix vel resina. Sunt etiam qui dicant, quòd sit lutum ex pulvere terræ, quod adhæreat & consistat instar picis. Sunt denique qui existimant, dictum hoc esse lingua Arabica permutata Caph in Kuph.* Qui lutum vel calcem interpretantur, eos ratio haud dubiè fugit. Quamvis enim instar glutinis adhæreat, tamen aquis facilè penetratur. Proinde ædificiis quam navigiis calx melior habetur. Eos qui ex lingua Arabica vocem hanc interpretantur, sequuntur etiam doctissimi viri Ludovicus de Dieu & Schindlerus. Putant enim כפר esse bituminis speciem, quæ Arabibus vocatur קפור *Caphura* seu *Camphora*: estque resina odorata frigidissimæ qualitatis ex arbore, quæ in summam altitudinem adscendit, qua Orientales in condiendis cadaveribus utuntur. Hinc etiam קאפור Golius interpretatur *Camphoram*, speciem aromatis Indici, quod redditur candidissimum. Unde verò Noë copiam habere potuit tantam camphoræ, quanta ad navim illinendam necessaria fuit? Quanto in pretio Orientales camphoram habuerint, constat ex historia Saracenica, quæ refert inter Regios Chosroës thesauros domum plenam Caphuræ Mussimos invenisse, quam cæteris fere cimeliis antehabuerit. Non est credibile, rei tam pretiosæ comparandæ facultatem Noam habuisse. Inclino igitur in sententiam eorum, qui כפר exponunt per זפת *picem.* Hæc enim navim facere potuit impenetrabilem aquis. Et confirmat hoc validiùs historia Mosis, cujus arca scirpea oblita fuit כופרת *pice* Exod. II. 3. VII. Magnitudinem arcæ Deus definivit hoc modo שלש מאות אמה ארך התבה חמשים אמה רחבה ושלשו אמה קומתו *Trecentorum cubitorum erit longitudo arcæ, quinquaginta cubitorum latitudo ejus, & triginta cubitorum altitudo ejus*, v. 15. Longitudo arcæ sex spatia latitudinis obtinuit. Quem naturalem esse corporis humani commensum tradidere veteres. Sic enim longitudo corporis humani à vertice usque ad plantas pedum est sexcupla ad latitudinem, quæ est à latere dextro ad sinistrum per medium pectus: decupla verò ad ejus altitudinem, quæ est linea recta metiens profunditatem pectoris humani jacentis proni vel supini. Sic Augustinus de Civitate Dei l. xv. ubi arcam comparat cum Christo & Ecclesia. *Nam & mensuræ*, inquit, *ipsæ longitudinis, altitudinis, latitudinisque ejus significant corpus humanum, in cujus veritate ad homines præmuntiatus est venturus, & venit. Humani quippe corporis longitudo à vertice usque ad vestigia sexies tantùm habet, quàm latudo, quæ est ab uno latere ad alterum latus: & decies tantum, quam altitudo: cujus altidudinis mensura est in latere à dorso ad ventrem: Velut si jacentem hominem metiaris supinum, seu pronum, sexies tantum longus est à capite ad pedes, quàm latus à dextra in sinistram, vel à sinistra in dextram, & decies, quàm altus à terra. Unde facta est arca trecentorum in longitudine cubitorum, & quinquaginta in latitudine, & triginta in altitudine.* Eandem etiam rem prolixè persequitur Ambrosius lib. *de Noe & Arca* cap. 6. VIII. Quales cubitos intellexerit Moses per אמות gravis est disputatio, cui ansam dedit infidelium cavillatio, aliorumque intempestiva admiratio, quî fieri potuerit, ut arca tam angusta includeret tot animalia, simul cum alimento eorum? Apelles olim criminatus est, vix quatuor elephantos ejusmodi structuram capere & sustentare potuisse. Cui sic respondet Origenes homilia

lia 2. in Geneſin. *Aſſebant majores, quòd Moſes, qui ut de eo ſcriptura teſtatur, omni ſapientia Ægyptiorum fuerat eruditus, ſecundùm artem Geometricam, quam præcipuè Ægyptii callent, cubitorum numeros in hoc loco poſuit. Apud Geometras enim ſecundùm eam rationem quæ apud eos virtus vocatur, & ſolido, & quadrato, vel in ſex cubitos unus deputatur. Si generaliter, vel trecentos, ſi minutatim dicatur: quæ utique ratio, ſi obſervetur in hujus arcæ menſura, invenientur, & longitudinis & latitudinis tantæ ſpatia, quæ verè totius mundi reparanda germina, & univerſorum animantium capere rediviva potuerint.* Hic Capellus vulgarem lectionem textus illius Origenici ſolicitat. *Prius*, inquit, Origenes *erat emendandus quàm reprehendendus. Ego puto Origenem ita ſcripſiſſe*: in ſex pedes cubitus unus deputatur, qui generabit ducentos vel trecentos ſi minutatim deducatur. Sed unde quæſo ita putat? Et quid hoc ſibi vult: *cubitus unus generabit ducentos vel trecentos.* Annon *vi generaliter & minutatim* perſpicuè γενικῶς opponuntur? Omnino retinenda eſt lectio Origenis, vel etiam ob rationem, quòd jam Auguſtini tempore obtinuerit. Is enim Origenis ſententiam laudat & ſequitur de Civitate Dei liv. xv. 27. *Si autem*, inquit, *cogitemus, quod Origenes non inelegantèr adſtruxit, Moyſen ſcilicet hominem Dei eruditum, ſicut ſcriptum eſt, omni ſapientia Ægyptiorum qui Geometricam dilexerunt, geometrica cubita ſignificare potuiſſe, ubi unum quantum ſex noſtra valere aſſeverant, quis non videat quantum rerum capere potuit illa magnitudo?* Diſputat de eadem re Origenes lib. iv. contra Celſum, ubi contendit, arcam Noe magnæ urbi fuiſſe perſimilem, utpote cujus baſis longitudine fuerit nonaginta mille cubitorum, latitudine autem viginti quinque mille. Verùm reſponſionem Origenis & cubitum illum Geometricum non poſſum non pro mero παραφυάσματι habere. Nam cubiti illius Geometrici menſura nullis unquam Geometris, nullis artificibus, gentibus denique nullis in uſu fuit. Traditionem quidem Majorum jactat Origenes, ſed non probat. Deinde de iiſdem cubitis locutus eſt Moſes, de quibus alibi paſſim. Atqui aliis in locis locutus eſt de cubito vulgari ſeu uſitato, non Geometrico Origeniano. Neque quiſquam hactenus locum produxit, in quo vox אמה tam prodigioſi cubiti ſignificationem habeat. Quòd ſi igitur in unico præſenti textu cubitus notaretur ejuſmodi geometricus, non omiſiſſet Moſes differentiæ illius lectorem admonere. Ut plurimum enim in Scripturis ejuſmodi differentiæ notantur, ubi à menſura aut ratione communi diſceditur, ne ambiguitati vel obſcuritati locus detur. Præterea quam quæſo rationem vel ſymmetriam habere poſſunt ſex pedes cum cubito? Si metiare hominem ab una manu explicata per duos cubitos & medium pectus ad alteram uſque manum explicatam, non ultra ſex pedes invenies. Cubitus propriè eſt menſura, quæ porrigitur ἀπ' ὠγκῶνος à cubito ad extremam manus explicatæ partem. Denique hoc modo propemodum immenſa moles arcæ fuiſſet minimè neceſſaria ad temporaneam illam habitationem. Fuiſſent enim cubiti vulgares in arcæ longitudine mille & octingenti; in latitudine trecenti, in altitudine centum octoginta. Et in ſolidum tota arca continuiſſet cubitos nongenties ſeptuagies bis centum mille. Quæ amplitudo incredibilis ſi fuiſſet arcæ, ſcriptura illud tanquam inſolens non præterniſſet. Nec me movet, quod contra urget Auguſtinus, tot immenſas urbes fuiſſe conſtructas: *niſi forte*, pergit, *lapis lapidi adhærere poteſt ſola calce conjunctus, ut murus per tot millia circumagetur: & lignum ligno per ſubſcundines, epiros, clavos & gluten bituminis non poteſt adhærere, ut fabricetur arca, non curvis ſed rectis limeis longè latèque porrecta, quam nullus in mare mittat conatus hominum, ſed levet unda quam venerit natu-*

naturali ordine ponderum, magisque divina providentia natantem gubernet, ne incurrat ubicunque naufragium. Verùm diversa omnino ratio est immensæ urbis & operis immensi sed continui. Deinde non diffitemur, talem arcæ mensuram esse ex censu eorum, quæ fieri possunt. Sed utrum id factum esse dicat Moses, & utrum tanta moles necessaria fuerit, hoc demum quæritur. IX. Porrò viri docti, qui cubitorum illorum Geometricorum absurditatem satis animadverterunt ut arcam tamen capaciorem facerent, commenti sunt aliam distinctionem, inter cubitos sacros & vulgares; quorum illi digitos quadraginta duos, hi viginti quatuor contineant. Eam distinctionem probant gemina ratione. Prior arcessitur ex mensura maris ænei; quod fuit decem cubitorum à labio ad labium, rotundum per circuitum, altitudine quinque cubitorum, cujus circumferentia erat triginta cubitorum: capiebat autem tria millia batos seu metretas. Ex qua descriptione ratione mathematica demonstrare conantur, cubitos illius circumferentiæ maris ænei non fuisse vulgares sed sacros, ejus mensuræ, quam ante posuimus. Posterior petita est ex 2. Paralip. III. 3. ubi mentio est longitudinis cubitorum בַּמִּדָּה הָרִאשׁוֹנָה *in mensura priore*, quam illi sacram interpretantur. Verùm neutra ratio sacrum illum cubitum evincit. Nam mare æneum quod attinet, perfectam in eo & mathematicam rotunditatem supponunt, quæ mathematica non fuit. Nec מִדָּה הָרִאשׁוֹנָה *mensura prior* in loco allegato notat cubitum sacrum. Sed author Paralipomenon distinguit duas dimensiones Templi, priorem & posteriorem. Prior dimensio describebat prima fundamenta, non separato הֵיכָל & דְּבִיר *Templo & adyto*. At in posteriore dimensione Templum & adytum sunt separata, ita ut propria utrique mensura deputaretur. Prior dimensio Templum sexaginta cubitis definiebat. In secunda dimensione ex sexaginta prioribus cubitis viginti adyto, quadraginta Templo sunt tributi. Igitur מִדָּה הָרִאשׁוֹנָה priorem dimensionem, non mensuram cubiti sacri notat. Præterea ut concederemus, mensuram primam cubitum sacrum denotare, quo argumento liquebit, ejusmodi cubitum esse quadraginta duorum digitorum? X. Interim haud ægrè fateor, ex scripturarum usu & sensu distinguendos esse cubitos sacros à communibus. Cujus distinctionis fundamentum est apud Ezechielem cap. XL. 5. & XLIII. 13. Ibi enim mentio est simpliciter אַמּוֹת *cubitorum* & אַמּוֹת בָּאַמָּה וְטֹפַח *cubitorum in cubito & palmo*, qui etiam vocantur ab Ezechiele מִדּוֹת הַמִּזְבֵּחַ בָּאַמּוֹת *mensuræ altaris in cubitis*. Adeòque illi quidem, qui simpliciter *cubiti* dicuntur, communes sunt, qui cubiti *in cubito & palmo* sacri, uno palmo communibus majores. Ubi palmum minorem seu mathematicum, qui quatuor digitorum transversalium est, intelligere convenit, non majorem, qui sedecim digitos æquat. Proinde Græci interpretes reddunt σπιθαμὴν παλαιστῆς. Est autem παλαιστὴ, finitore Hesychio, παλαιστὴ, τὸ πέμπτον δακτύλων μέτρον, *palmus, quatuor digitorum mensura*. Communis cubitus, uti rectè Hieronymus, quinque palmorum, digitorum viginti erat, at sacer sex palmorum digitorum viginti quatuor. Communis cubitus videtur esse, qui Deut. III. 11. vocatur אַמַּת אִישׁ *cubitus viri*, vel *virilis manus*, uti vulgatus ibi habet. An igitur putabimus, Noam in structura arcæ rationem habuisse cubitorum ejusmodi sacrorum, non communium, quò area spatiosior fiat? Verùm necdum inducor, ut cubitis sacris Noam arcam dimensam esse credam, quia simpliciter apud Mosen mentio est אַמּוֹת *cubitorum*, non אַמּוֹת בָּאַמָּה וְטֹפַח *cubitorum in cubito & palmo*: quomodo ad evitandam ambiguitatem omnino Deus ad Noam locutus esset. Præterea sacer ille vel legalis cubitus non videtur ante legem, &

prius

prius quam ædificia sacra à Deo dictata sunt, inventus vel in usu fuisse. XI. Alham cubitorum distinctionem protulit Capellus, ex qua conatus est arcæ Noëticæ capacitatem describere. Is enim *historiæ sacræ* pag. 30. distinguit inter cubitum minorem, medium & majorem. *Membrorum corporis humani*, inquit, *symmetria postulat, ut minor cubitus sit quadrante longior pede, ut medius cubitus ac propriè dictus sit sesquipedalis, tertius verò cubitus sit secundo duplo major, ac proinde non quinque, ut putavit Origenes, sed trium pedum. Id docet Moses ipse. Nam cum Numer.* XXXV. v. 4. *assignasset suburbiis Levitarum millenos undique extra urbem cubitos majores, quos vetus interpres, passus vertit, sequente versu pro millenis cubitis dicit bis millenos. Sic* 1. *Reg.* VII. 15. *primariis templi Solomonici columnis dantur cubiti octodecim. Iisdem* 2. *Chron. cap.* 3. v. 15. *dantur cubiti triginta quinque, quibus, si cubitum unum addas, quem stylobatæ assignes, fient cubiti triginta sex, ut cubitus sit præcisè duplo longior pygone, quemadmodum siclus sacer duplo gravior est siclo civili.* Arcæ igitur Noëticæ cubitos intelligit majores, juxta quos dimensionem arcæ sic ordinat, ut altitudo ejus continuerit pedes Hebraicos nonaginta, latitudo centum & quinquaginta, longitudo nongentos, amplitudo quadragies quinquies centum mille. Cæterùm de minori & medio cubito viro doctissimo controversiam non facio. Est enim minor cubitus quem nos communem, & medius quem sacrum vel legalem fecimus. Sed major cubitus duplus ad medium adeóque pedum trium dubitationem habet, quòd nec rationis, nec scripturæ præsidio nitatur. Ait membrorum corporis humani symmetriam eum postulare. Arqui, ut utar ea ratione, qua Capellus cubitum Geometricum Origenis rejecit, quam rationem aut similitudinem habere possunt tres pedes cum cubito? Dicet à cubito ad manum explicatam, & retro ad medium pectus usque trium pedum intercapedinem dari. Verùm hæc duplex mensura duos, non unum cubitum facit. Alioquin ab uno cubito ad alterum quatuor pedes intercedentes pro uno etiam cubito deputari possent. Quin & Origenes cubitum suum Geometricum à manu una explicata per duos cubitos ad alteram manum explicatam tali ratione facilè tueri posset. Nec validior est probatio quam Capellus desumpsit ex Num. XXXV. 4, 5. 1. Reg. VII. 15. & 2. Chron. III. 15. Laborant quidem anxiè viri docti, qua ratione loca hæc concilient. Num. XXXV. 4. assignantur suburbiis Levitarum undique extra urbem אלף אמה *milleni cubiti*, sequenti versu אלפים *bis milleni*. Capellus millenos explicat de cubito suo majori trium pedum, bis millenos de cubito medio sesquipedali. Sed profectò credibile non est, eodem in loco tam diversam esse notionem cubiti. Neque Moses ita scribere potuit citra maximam æquivocationem. Græci Interpretes in exemplari Romano utroque in versu habent διχάλικος, quomodo etiam Josephus & Philo. Unde suspicio incessit Bonfrerio, Hebraïcum codicem in voce ארך vitiatum esse. Sed ad ferale hoc telum non progredior. Rectè hæc conciliavit R. Solomon Jarchi: אלף אמה סביב ואחריו הוא אומר אלפים אמה הא אלפים הוא כותן להם כנגד מהם אלף הפנימים למגרש והחיצוני לשרות לבהמים Mille cubitos in circuitu: *Postea dicit, bis mille cubitos. Ecce sensus est, in universum bis mille extra pro vineis & agris conferendis.* Quod columnas Salomonicas attinet, frustra etiam est Capellus, qui in iis duplicem mensuram cubiti commentatur, ita ut author libri Regum, qui uni columnæ altitudinem tribuit octodecim cubitorum, cubitum medium seu sesquipedalem intellexerit: author contra Paralipomenon, qui columnis Salomonicis in longitudine assignat cubitos triginta quinque, cubitum majorem trium pedum. Mirari subit, virum doctum locis scripturæ dubiis abuti

ad incrustanda commenta. Tametsi quid dubia loca nomino, quæ primo statim intuitu intelligi & conciliari possunt. Author libri Regum loquitur de unaquaque columna, alter de duabus junctim. Unaquæque columna erat longa cubitos octodecim: ambæ triginta quinque nempe apparenter, & non numerato singularum columnarum dimidio cubiti, quod in capitello absondebatur. Non igitur duplex indigeratur mensura, sed una eademque columnarum vel seorsim vel conjunctim sumptarum. Jam ut largiar, in usu fuisse ejusmodi cubitum majorem; minimè tamen sequitur, in arca Noëtica cubiti majoris mensuram usitatam fuisse: quia id scriptura nullo apice innuit. Capellum cubitum majorem in suburbiis Levitarum & columnis Salomonicis ex locis expressis exsculpere satagentem vidimus. At in historia dimensionis arcæ Noeticæ quis expressus vel in speciem textus est, qui majoris cubiti vel levissimam suspicionem præbeat? XII. Relictis igitur fictitiis ejusmodi cubitorum mensuris, quid probabilius dici potest, quàm Mosen loqui hic de cubitis communibus, definitis ad mensuram cubiti virilis, unde & nomen hujus mensuræ deductum est? Id quod ipse Moses innuit expressè Deut. III. 11. ubi communem cubitum definit אמת איש πῆχυν ἀνδρὸς *cubitum viri*. Est autem mensura cubiti virilis manus illa quæ à flexi brachii angulo ad medii digiti summitatem protenditur in brachio hominis alicujus perfectæ ætatis, puta tricesimum annum supergressi, nec gigantis, nec pygmæi, sed staturæ vulgaris & usitatæ. Estque mensura illa viginti quatuor digitorum transversalium, sesquipedalis, & totius ejusdem viri altitudinis quartam circiter partem complexa. An verò tempore Noæ prisci illi cubiti quamvis communes communibus nostris majores extiterint pro ratione priscorum corporum, secundum quam stadium Herculis majus fuisse communibus stadiis legimus apud Aulum Gellium principio Noctium Atticarum, non definimus. Pendet hoc à quæstione illa de corporum priscorum statura & magnitudine, de qua obiter nobis actum Exercit. IV. 21. Admodum etiam vero simile est, cubitorum primorum mensuram fuisse ab ipsomet Adamo introductam, ac deinde, ne ob varias humanorum corporum staturas depravaretur, ligneis aut metallicis lineis ad posteros uniformiter derivatam, ac usitatam deinceps & ante & post diluvium per longi temporis tractum. Sed cùm cubitos Noëticos communes fecerimus, restat adhuc dubitatio, quî arca, quæ eam demum amplitudinem admisit, quam cubiti illi communes patiebantur, capax fuerit tot animalium & alimentorum? Quam quæstionem paulò inferius expediemus. XIII. Sequuntur verba Dei ad Noam intricatissimi sensus: צהר תעשה לתבה ואל אמה תכלנה מלמעלה v. 16. quæ verba septuaginta seniores sic reddunt: *ἐποιήσεις πτῆσιν τῇ κιβωτῷ, καὶ εἰς πῆχυν συντελέσεις ἄνωθεν ἄνωθεν. Colligens facies arcam, & ad cubitum eam superius perficies.* Quæ versio præterquam quòd sensum nullum fundit nisi coactis vocibus & fidiculæ impositis, etiam malè convenit cum Hebraico codice. Quam enim convenientiam habet cum voce Hebraica צהר Græca ἐποιήσεις? Quid hic comminisci poterunt septuaginta interpretum Patrum? Vulgatus igitur sic reddit: *Fenestram in arca facies, & in cubito consummabis summitatem ejus.* צהר interpretatur *fenestram*, quomodo & Jarchius Hebræorum explicationes paucis pandit צהר יש אומרים חלון ויש אומרים אבן טובה הכ אירה להם: *sunt qui putent*, צהר *fuisse fenestram: sunt etiam qui putent fuisse lapidem pretiosum* (qualis lychnites vel carbunculus) *quo lucem eis suppeditaverit.* Nec multum diversus Aben-Ezra, cujus hæc est verborum illorum explicatio צהר מקום שיבנס ממנו האור והוא מגזרת צהריים והוא נעשה למעלה בכשפט ואחרים שהיה למעלה אמה אחת בארץ היה ביתב

ששית אמות *Locus fuit in quo lux congregata est. Et hoc derivatum a* צהרים *Et factus est superiùs juxta præscriptum. Alii, quia in cacumine longitudo loci illius fuit unius cubiti, colligunt, latitudinem fuisse sextæ partis cubiti.* Hanc tum vulgati tum Hebræorum interpretationem de una fenestra in arcæ superiori parte longitudine unius cubiti fabricanda vulgò etiam docti viri sequuntur. Verùm quo jure, dispiciamus. Primò צהר non *fenestram* significat sed *lucem* & quidem *meridianam*. quod etiam Hieronymo notatum. Fenestram proinde Moses inferiùs cap. VIII. 16. non צהר sed חלון appellat: retenturus haud dubiè vocem ab ipso Deo usurpatam, si fenestram significâsset. Secundò verba illa ואל אמה תכלנה ממעל *& in cubito consummabis eam superne* de צהר quod illi fenestram interpretantur, non possunt accipi, qui צהר masculinum, at תכלנה fœmininum est. Sed potius est, ut de arca ipsa intelligantur eum in sensum, quem posteà explicatum dabimus. Tertiò si vera est vulgaris illa interpretatio, oportet igitur unica fuerit in tota arca fenestra, unius cubiti longitudinem & palmi unius latitudinem adæquans. Hoc autem contendo quàm remotissimum esse à vero. Dispiciant, qui hoc asserunt, ædificii magnitudinem, cujus embadon terræ jugerum sexta parte superabat. Cogitent molem quadraginta quinque pedes sublimem in tres distinctam contignationes, in plura loculamenta divisas. Singulis opus fuit lumine, singulis aëre, sine quo nec quod spirat ali sustentarive potest, nec ignis foveri, qui non minùs necessarius fuit quàm aër & aqua. Quantum verò aëris aut lucis infundi potuit è cubitali fenestra, quam si vel permagnam struxeris sive in tecto, sive in contignatione suprema, media, ima, reliqua domicilia luce & spiritu destituta animalibus spiritum intercluserunt. Omnino igitur necessùm fuit, ut plures fenestras & spiramenta faceret Noë, quò lucem & aëra singulis contignationibus idoneam & sufficientem commodè intromitteret. Neque obstant verba Mosis Genes. VIII. 6. *Aperuit Noë fenestram arcæ quam ipse fecerat.* Ex quibus sequi videtur, צהר notare illam ipsam unicam fenestram quam Noë fecerat. Sed hoc ἀναχρονισμὸν est. Hoc solùm arguunt verba Mosis, Noam aperuisse illam, quam de industria ita machinatus erat, ut posset cùm opus esset, recludi. Reliquæ enim fenestræ verisimiliter pice & bitumine conglutinatæ fuerunt: quæ licet lumen intromitterent, prospectum nihilominus, quia transparentes non essent, ac fortasse constarent linteis alba cera seróque caprino perunctis, prohibuerunt. Hoc propemodum certum, fenestras eas vitro vel lapide speculari minimè constructas fuisse. Si enim pellucidæ & perspicuæ fuissent, nihil opus fuisset emittere corvum de fenestra, quippe ex qua ne sustinuit quidem Noë oculis suis aquas inspicere, quæ totius orbis interitum repræsentabant; sed periculum facere voluit in corvo & columba. XIV. Vidit doctissimus Temporarius, nec צהר de fenestra explicari, nec ad צהר sequentia verba congruere posse. Is igitur צהר facit *firmamentum & præsidium*, à צרה quod est *concludere, coarctare, munire.* Proinde verbis illis hunc sensum induit: *Arcam tibi construito, eam tibi firmamentum ac præsidium facito, & absolvito ea magnitudine & sublimitate quam Tibi præscripsi, ut ne cubitus quidem desit.* Eadem ferè est Tornielli explicatio saltem quoad verba illa posteriora: *in cubito consummabis eam superne*, quæ hoc modo ille παραφράζει: *ut arcam ipsam & omnes ejus partes ad amussim juxta præstitutas mensuras, fabricare ac perficere valeas. Semper cubitum, hoc est cubiti mensuram ad manus habere debebis, quâ veluti præcipuo instrumento & totius operis decretorio totam hanc fabricam absolvere curabo.* Itaque אל אמה explicat *mediante cubito, cum tali instrumento.* Verùm non

possum eam explicationem amplecti. Etenim צהר non potest significare præsidium vel firmamentum, neque radicem agnoscit צרה. Vocis illius radix, sicut multarum aliarum, custodita est in lingua tum Chaldaïca tum Arabica. Chaldæis צהר est *lucet*; Arabibus verò צהר *ardere læsit Sol, manifesta, conspicua fuit res.* A qua radice apud eosdem Arabes descendit צהר in plurali אצהאר quod interprete Gieuhare apud Golium significat *tempus dici post* צוהל *& maxime fervens, scilicet meridies.* Quomodo etiam Hebræis צהרים notat *meridiem.* Igitur צהר non firmamentum vel præsidium notat sed *lucem.* Deinde sequentia verba אלאמה תכלנה מלמעלה non possunt recipere eum sensum, quem putant Temporarius & Torniellus. Etenim primò foret inanis repetitio præcedentium, quæ in tam concisa narratione locum habere non potest. In v. 15. Deus definivit longitudinem, latitudinem & altitudinem arcæ exigendam ad cubitos. Satis superque ostendit Deus illis verbis, non alio instrumento quàm cubito mensurari & perfici oportere usque ad fastigium arcam. Quid opus fuit repetitione talium? Secundò תכלנה מלמעלה non potest significare: *absolves summitatem, vel plane perficies*, sed, *consummabis desuper, supernè.* Notat igitur non perfectionem vel absolutionem totius arcæ, sed aliquid, quod Noam facere oportuit in summitate, fastigio arcæ. Denique longè certiùs explicantur verba illa de tecto arcæ, uti mox visuri sumus. Aliàs sequeretur, nihil omnino de tecto arcæ, quod tamen potissima est pars ædificii, inprimis navigii talis; quod contra vim pluviarum muniri debet, à Deo Noæ mandatum esse. XV. Igitur duo potissimùm sunt, quæ Deus verbis illis Noam machinari jussit. Primum, ut lucem arcæ intromittat. Est enim, uti vidimus, צהר *lux.* Hoc autem ut exsequeretur Noë, facilè intellexit, opus esse instrumentis ad lucem quibusque contignationibus sufficientem intromittendam. Qualia sunt variæ fenestræ constructæ ex materia non sanè fragili, nec transparente, qualis est vitrum vel lapis specularis, quum constat, Noam ex fenestris prospicere non potuisse; sed firma adversus vim pluviarum, & quæ lucem utcumque communicare apta nata esset. Alterum, quod Noë facere jussus est, tectum fuit, quod is consummare & fastigiare debuit in altitudinem unius cubiti. Hoc verba תכלנה אל אמה מלמעלה apertè satis sibi volunt. Proinde aberrant, quotquot aliam tecto arcæ vel figuram vel dimensionem tribuunt. Origenes quidem arcam facit quodammodo pyramidalem, ita tamen, ut fundus sive basis ejus non esset quadra, sed sexies sua latitudine longior, summitas verò non acuta, sed veluti secta & unius cubiti mensura, utrinque quadra. Verùm hæc non est figura navigii, sed tecti potiùs. Præterquam, quod sic inhabilis fuisset ad natandum, & multum minueretur capacitas totius arcæ. Itaque alii, nominatim Cajetanus, Hugo de S. Victore, Lyranus, Arias, Buteo aliam tecti & totius arcæ figuram commenti sunt, ut videre est apud Pererium & Torniellum. Ego & arcæ & tecti formam verbis Mosis convenientissimam agnosco talem, ut latera ex basi juxta totam longitudinem erecta surrexisse statuantur per triginta cubitos; huic ædificio impositum tectum longitudinem quidem adæquans totius arcæ, altum tamen unius cubiti, culmine paulatim fastigiato & in angulo obtuso desinente, dicatur. Hæc enim figura tum arcæ quadrangularis tum tecti & convenit scripturæ, & aream facit capacem, & tectum instruit, ut idoneum sit diffundendis imbribus, denique & molem ejus admodum minuit. XVI. Sequitur mandatum Dei de ostio ad latus arcæ fabricando, his verbis conceptum: פתח התבה בצדה תשים *Ostium arcæ ad latus ejus pones.* Cur in latere arcæ ostium reponendum fuerit, aperta ratio est,

quam

quam etiam reddidit Jarchius : שלא יפלו הגשמים בה *ne pluviæ in eam incidant.* Cæterum quæsitum est, quo in latere Noë illud disposuerit, longitudinis ne an latitudinis? In latere latitudinis ponunt Pererius & Abulensis, quò proclivior introitus sit & distributio animalium in obambulationes longas, ac inde in suas mansiunculas. Sed rectius judicat Arias, debuisse ostium ædificari in latere longitudinis. Ex tali enim latere animalia intrantia ocyus domunculas sibi distinctas adire potuerunt, diviso ad dextram & sinistram itinere. Probabiliter etiam dici potest, ostium illud à basi areæ elatum fuisse minimum quinque cubitos supra sentinam, de qua postea. Ita enim aditus patuit statim ad contignationes animalium. XVII. Postremum mandatum circa fabricam areæ est in his verbis: התתים שנים ושלשים תעשה *deorsum cœnacula & tristega facies in ea.* Sic. v. v. planè perperam. Quid est deorsim facere cœnacula & tristega? Unde תחתים *deorsum*, שנים *cœnacula* notat? Græci interpretes: κατώγεια διώροφα καὶ τριώροφα ποιήσεις αὐτήν. *Inferiora bicamerata & tricamerata facies eam.* Maximè appositè Chaldæus paraphrastes: מדורין ארעאין תנינין ותליתאין תעבדנה *Mansiones inferiores secundas & tertias facies eas.* Supra Deus imperavit קנים nidos, seclusoria, loculamenta. Hic totam arcam dividi jubet in tres contignationes, imam, mediam & summam. Sed cur שלשים non insertio Jod perinde ac in תחתים שנים etiam שלשיים scripsit Moses? Respondet huic quæstioni Grammaticæ doctissimus Hebræorum Abenezra: עינים להם ולא יראו הלא יראו תאר השם וכגיד ופקידן וחסיד וחכם ונבון תאר השם וכל מלה כפי משקלה ומערכתה ומשקל שלישים במשקל נגידים חסידים כי התאר הוא שליש כמו חסיד

Qui hoc quærunt cùm oculos habeant, nihil tamen vident. Annon vident formam nominis? Et omnis dictio est juxta formam ac ordinem suum. Adeóque forma שלישים *est juxta formam* המדים נגידים. *Nam* שליש *habet formam nominis cum* הסיד *communem.* XVIII. Etsi verò trium illarum contignationum proprium usum Deus Noæ non dictavit, tamen proclive est conjectu, quomodo cuncta, quæ intra aream recipi debuerunt, Noë per contignationes & tabulata illa disposuerit. Neque cùm fas est credere aliter defunctum esse eum hoc negotio, quàm quivis hodiéque paulò prudentior defungeretur. Igitur usus contignationum & distributio omnium rerum, quæ in arca servari Deus voluit, à viris eruditis sagaciter conjecta est, inprimis à Buteone & Temporario, qui duo præcipuam operam dederunt, ut hæc nobis explicatiora redderent. Buteo igitur non tres, sed quatuor arcæ partes facit, quarum infimam non memoratam à Mose putat, quia non habitatio nec tabulatum proprièdictum sunt, sed locus sentinæ. Igitur hariolatur in ima parte fuisse locum saburræ sive arenæ, quæ necessaria erat, ut in aquis arca non fluctuaret. In hac etiam fuisse sentinam, quæ sordes ex superioribus tabulatis exciperet, & per foramina aquas foras emitteret. In secunda contignatione fuisse locum omnium animalium, tam reptilium quam gradientium, in plurimas cellas sive mansiunculas distinctum. In hoc secundo tabulato fuisse ostium arcæ, de quo v. 16. idque magnum & amplum, per quod animalia in aream sunt inducta. In tertio tabulato distinctas fuisse apothecas, continentes tum annonam animalium & hominum, tum dolia aquæ dulcis ad potum & lotionem. Ex hoc tabulato per foramina, tubos, in quódque præsepe secundi tabulati cibum & potum fuisse immissum. In quarto tabulato fuisse homines & aves. His te-

Θήσω δ' ἐν ϛήθεσσι νόον, πυκινὼ δέ τε τέχνω,
[68] Καὶ μέτρον καὶ κόλπον. [69] ἐμοὶ δέ τε πάντα μελήσῃ,
Ὡς σέ σε σωθλῶμαι, καὶ ὅσοι σεῦ σοὶ ναίουσιν,

Artem, menſuram, ſpacium. mihi cura ſalutis
Summa tuæ fuerit: fuerit mihi cura tuorum.

[70] Ei-

ctum impoſitum planum, ſed nonnihil acclive, & ad altitudinem cubiti aſſurgens. Lubet etiam de contignationibus areæ audire egregiam diſſertationem Johannis Temporarii *Chronologicarum Demonſtrationum* libro 1. p. 32. Cubilia, inquit, porrò & latebræ quadrupedum omnium & reptilium ſuo cuique generi commoda locabantur in imo areæ pavimento, aſſamentis & cancellis concluſa, ambulationibus in longum tranſverſumque diſpoſitis, per quas poſſent homines facilè cuncta proſpicere, uſuique neceſſaria ſuppeditare, emiſſariis etiam ubi opus fuit relictis, per quæ prolaberentur vel ejicerentur excrementa in ſentinam ſubjectam, quam ſaburra onuſtam fuiſſe par eſt. In media regione apothecæ tabulatis diſtinctæ annonam omne genus continebant, fœnilia, palearia, frondes, glandes, caſtaneas, legumina, fruges, farraginem, viciam, eruum, & ſimilia. Interque apothecas ſpatia relicta, quibus ad eas aditus eſſet. Foramina etiam præſepiis immineabant, per quæ pabulum in aliquot dies miniſtraretur animalibus. Quibus etiam potus aliquot epiſtomiis, ſiphonibus aliiſve organis facilè diſpenſabatur. In ſuprema regione hominum fuit habitatio. Illic andronitæ, & gynæcia conſtructa. Cella etiam penaria, culina, focus lapideus, ligule, cella carbonaria, horreum, frumentis & fructibus refertum. Potuit & locus eſſe clibano, & molis truſatilibus, ſi horum tum temporis uſus fuit. Sed nondum in uſu fuiſſe clibanum, argumento eſt Abrahami factum: Qui gentis prætereuntibus panes ſubcinerititios appoſuit, & Plinius poſt multa ſecula teſtatur Romanos non pane, ſed pulte ſive farre cocto vixiſſe per multos annos. Potuit verò piſcina fieri ſi piſcibus fuit opus in cibum: ſicut in Hieronis Syracuſani memorabili nave factum fuiſſe Athenæus refert. Et cum intelligeret Noa omnia aquarum illuvie corruptum iri, copioſam ſuppellectilem tam ruſticam quam urbanam ferramentorúmque omne genus fabrilium locis opportunis repoſuiſſe credendum eſt. Reliquum ædificii ſpatium inter ſupremam contignationem & tectum faſtigiatum, volucres facile capiebat, nidis & ϛaveis undique diſcriminatum. Horum verò omnium diſtributio ea fuit, ut oneris ratio ubique haberetur, quo ſuper aquis navigium ferretur æquo libramento, cujus forma longior oneri ferundo fuit percommoda. *Heideggerus.*

68 Καὶ μέτρον &c.] Vetus codex ut & meus habent μέτρα, Turnebus, καὶ μέτρα καὶ δὴ κόπον ex Origene.

69 Ἐμοὶ δέ τε.] Meus codex legit ἐμοὶ δὲ τὰ. *Gallæus.*

70 Ei-

70 Εἰμὶ δ' ἐγὼ ὁ ἐών (σὺ δ' ἐνὶ φρεσὶ σῇσι νόησον)

Porro ego ſum, quod ſum: (memori quod mente teneto)

70 Εἰμὶ δ' ἐγὼ ὁ ἐὼν &c.] Vetus codex regiæ bibliothecæ uti & meus legunt ἔγω εἰμὶ ὁ ὤν· ου δ'. &c. ex *Opſopœo*. Εἰμὶ ἐγὼ ὁ ἐὼν. &c. Hebræi hoc exprimunt per nomen Dei יהוה *Jehova*. *Nomen* יהוה *eſt Eſſentiale*, id eſt, *ſimpliciſſimam, infinitam, & æternam Dei Eſſentiam ſignificantiſſime exprimit*. Id vero manifeſtum eſt 1. Ex ipſa radice הוה vel היה *fuit*; unde præfixa litera formativa יהוה ὁ ὤν, vel, ut alii recte vertunt αὐτοφυὴς, qui per ſe exiſtit. 2. Ex interpretatione Spiritus Sancti *Apocal. 1. verſ. 8.* ὁ ὢν καὶ ὁ ἦν καὶ ὁ ἐρχόμενος, ubi *Arabs* non male الذي لم يزل وهو ياتي *qui nunquam deſiitit* (æternus eſt) *& eſt, & venturus eſt*. 3. Ex Synonymia יה & אהיה quæ & Eſſentiam notant, & Tetragrammato æquipollent. 4. Conſenſu *Judæorum & Samaritanorum*. Et *illi* quidem propterea hoc nomen appellant שם העצם *Nomen Eſſentiæ*; vel, quod idem eſt, שם ההויה; vel etiam שם המפורש *nomen explicatum*, quia, ut *Majm.* l. cit. c. 61. ſcribit, *clare & citra ullam æquivocationem de ſubſtantia Creatoris docet. Samaritanorum* mentem in explicatione vocis אהיה commodius exponemus. *Idem ſoli Deo proprium eſt*. Id quod ex ſuperiori poniſmate neceſſario ſequitur. Accedunt aliæ rationes 1. Habet characteres nominis proprii; neque enim vel He demonſtrativum ſert, vel affixum, vel conſtructionem; vel pluralem. 2. Soli Deo convenit, & hoc ſenſu appellativo opponitur, *Exod.* 3. 13. 1 *Reg.* 18. 21. 3. Deus hoc ſibi nomen ſoli vindicat & vendicat, *Eſ.* 42. 8. 4. Nulli legimus unquam vel Angelo creato, vel nudo tributum homini. 5. Sancti ipſi hoc nomen ſolide Deo aſſeruerunt, Abraham *Gen.* 15. 2. *& c.* 14. 22. *Jeremias c.* 32. 18. *c.* 33. 2. 6. Subſcribunt 2. *Judæi*, qui propterea expreſſe illud appellant המיוחד *proprium*. *R. Lipm.* in Nizz. pag. 162. *Majm.* More Hannev. l. 1. c. 61. *Nomen hoc non communicatur alteri*. Et ſub finem capitis ait, *Rabbinos in perſona Dei dixiſſe* מיוחד לי appropriatum mihi eſt. Unde eorundem ſtylo nuncupatur שם הגדול *Nomen magnum*, הנכבד *honoratum*, הנורא *tremendum*. R. *Jehuda* in lib. Coſri, videtur quidem aliam hujus nomenclaturæ rationem reddere, quaſi diceretur המיוחד *proprium*, reſpectu Judæorum, quibus ſolis de vera vocis conſtaret notitia, quod tamen ineptius adſtruitur, quam quod prolixe debeat convelli. Vide pag. 32. Major *Abarbenelis* ingenuitas, qui Commentar. in Geneſ. c. 1. operoſe demonſtrat, Tetragrammaton nulli, niſi ſoli Deo, convenire. Neque negligi debet *Maſorethorum* calculus, qui Tetragrammaton propterea ארכרה ſeu μυημόσυνον appellant, *quod Eſſentiam Dei in memoriam nobis revocet*. b. *Gentiles*, qui non tantum ſuo ſupremo Numini Jovis impoſuerunt nomen; ſed etiam hinc inde obſervarunt, Judæorum Deum & Legiſlatorem Ἰάω vocatum. *Nomen Tetragrammaton ab initio Mundi Eccleſiæ fuit notum*. Rationes I. Quia in ipſo ſtatim Hiſtoriæ ſacræ limine occurrit. Primo quidem illud legimus *Geneſ.* 2. v. 4. Ubi anxie Interpretes tam Judæi, quam Chriſtiani, cur hoc primum loco mentio ejus fieri cœperit, quæſiverunt. Ex illis *Aben Eſra* majorum ſuorum authoritate

Οὐ-

ritate fretus conjicit, requiri perfectam Dei appellationem post absolutum seu perfectum Creationis opus. Antea Creatorem venisse nomine אלהים *potentiæ*, nunc, postquam omnium rerum Creationi imposuisset colophonem, Deo nomen ab Essentia deductum tribui, quod ab homine esset agnitus, tanquam is, à quo Esse suum ille haberet. Eadem fere ratio à *Tertulliano* affertur contra Hermogenem, qui tamen Domini potius, & Dominii urget respectum. Alii ex Hebræis volunt מדת הדין אלהים esse *Attributum judicii*, & severitatis, contra, Tetragrammaton esse מדת הרחמים *attributum misericordiæ*. Primum ergo mundum placuisse Deo formare in justitia; sed cum animadverteret, ita subsistere non potuisse, nomen misericordiæ adjecisse, quo Mundus creatus sustentaretur. Res commodo sensu admitti, fundamentum tamen in Etymologia vocum יהוה & אלהים ostendi non potest. Simplicius ergo dicimus, nomini יהוה potius quam cuicunque alii datum esse locum, quod divinus Originum scriptor in animo habuerit clare & distincte hujus universi exponere authorem, qui יהוה dicitur, qui sit, *subjective*, Essentia independens; & *Effective*, Essentiam largiens aliis; ut sensus sit hujus versiculi: Hæ sunt generationes cæli & terræ, cum crearentur, tum videlicet, cum faceret ea ὁ ὤν, vel potius ἰσία, Essentia ipsa, Essentiamque communicans aliis, Deus ille, qui propterea יהוה appellari voluit. Alias etiam reperitur, præsertim cap. 4. v. 14. 22. *Abraham* jurat per nomen Dei: cap. 15. 2. dicitur Abraham Deum compellasse verbis יהוה אדוני II. Non est verisimile, Adamo, posterisque ipsius Patriarchis tam diu hoc nomen, quod erat μυστηριῶδες, fuisse ignotum. III. Authoritas tum *Christianorum*, tum *Judæorum*. *Ex illis* videri potest *Buxt.* de Nominibus Dei S. 17. *Rupertus*, *Cajetanus*; apud *Cornel. à Lapid.* in Genes. c. 4. v. 26. qui statuunt hoc nomen Adæ & Enoscho fuisse revelatum, eosdemque per illud Deum invocasse. Ex *his* omnes illi, qui nomen Jehovæ *Gen.* 2. non per ὑστέρησιν Historicam, sed ordinaria sua sede locatum contendunt, objiciunt locum, *Exod.* 6. 3. וארא אל אברהם

אל יצחק ואל יעקוב באל שדי

ושמי יהוה לא נודעתי להם

Apparui Abrahamo, Isaaco & Jacobo, nomine Elschaddai; sed nomine meo יהוה *non notus fui factus iis.* Ita sentire videntur 1. Paraphrastæ illi, qui active vertunt, ut LXX. καὶ τὸ ὄνομά μου κύριος οὐκ ἐδήλωσα αὐτοῖς, Samarit - Chald.

ושמי יהוה לא אתחכמת לון

nomen meum non notum feci iis. 2. Commentatores, qui prolepsin agnoscunt. Vide *Cornel à Lapid.* Plerique tamen negant hunc locum illis favere. Et alii quidem Synecdochice pleniorem intelligunt rei Theologicæ lucem. *Majm.* More Hannev. l. 2. c. 35. *Quod Prophetia ejus sit diversa & distincta à Prophetia omnium qui antecesserunt ipsum, id apparet ex eo, quod dicitur: Et apparui Abrahamo, &c. Sed nomen meum* יהוה *non notum feci ipsis. Hinc apparet, apprehensionem ipsius non fuisse eandem, quæ fuit Patriarcharum, sed excellentiorem, ac proinde multo magis præstantiorem quoque apprehensione aliorum, qui præcesserunt.* Alii malunt hic sermonem esse, non tam de nomine significante, quam re significata. Adeo ut quemadmodum Deus antea terram sanctam promisit sub nomine אל שדי ita nunc eandem præstet nomine יהוה Jehova. Illud potestatem, hoc potentiam notat. Illo quid possit, hoc quid velit, exprimit, & agat. *Alii* verba etiam ita reddi posse existimant. *Apparui Abrahamo, Isaaco & Jacobo in nomine Elschaddai, & nomine meo* יהוה, *neque tamen*

notior

notus factus ipsis, i. e. Etsi nomine hoc illis innotuerim, nondum tamen tempus erat, potentiam meam & Majestatem tam clare manifestandi. Tale quid innuisse videtur *Arabs* etiam Interpres; انا لله الذي تسميت لابرهيم واسحق ويعقوب بالقادر الكافي واسمي الله *Ego sum Deus, qui nominavi me Abrahamo, & Isaaco & Jacobo omnipotentem, sufficientem; & nomen meum DEUS.* Et sane hæc sententia non rejicienda videtur, nisi postremum membrum dura nimis Ellipsi redderetur suspectum, quæ mollior tamen esset, in hunc sensum reddita: *Apparui Abrahamo, Isaaco & Jacobo in nomine Elschaddai & nomine meo* (suum autem vocat, quia Essentiale & proprium, usitatum etiam per totum contextum sacrum) *Jehova*: sed non notus factus sum illis nomine אהיה (quod εἰς τὸν ἀεὶ χρόνον esset repetendum) quo te ad filios Israël ablegavi. Hoc sensu plana omnia essent. Cur autem hoc nomine אהיה potissimum jam voluerit inclarescere, non inepte explicuisse videtur *Comment.* ille *Samarit.* in loc. Exod. 3. vers. 13. فاول اقول فقال الرب قل لهم اهيه شلحني اليكم ومطالبتهم اياي اما لاجل كونهم يعرفوا خبر ابراهيم وتا ريخ الاربعماية سنة وقد انتهت المدة واقتضت الحكمة بعثة السيد الرسول لخلاصنا وان كانت البعثة صحيحة فيك تسمي باسم جديد فقل لنا مه شمو وكما قال بعضهم ان العامة جرية بان يتسمي رب العالمين باسم جديد عند كل حادثة تشاكل تلك الحادثة *Quid tunc dicam? Respondit ei Deus*: Dic eis, Ehie misit me ad vos. *Interrogationis eorum, verisimile est, hanc fuisse rationem: Historia Abrahami, avaque ejus quadringentorum annorum, quorum jam expletus fuit terminus, erat populo huic probe nota: proinde ad nos liberandos postulabat hoc tempore, sapientia Dei Principis Apostoli missionem: Cujus ut vera sit & indubitata missio, alio Deus appellandus erat nomine. Dic igitur nobis, inquiunt, quodnam est hoc nomen ejus? Sunt autem qui dicunt, solitum aliquando fuisse morem, in omni novo, insigniorique providentiæ eventu, convenienter illi effectui novo, ipsum Deum novo indigitandum nomine. Sic cum Abraham de Cedarlaomar, fuisque victorem fecerat;* אל עליון *nominatus est*, Gen. 14. *cum magnæ illius promissionis* אני הנה בריתי אתך Gen. 17. 4. *eundem reddiderat competem* אל שדי *dictus est.* Si tamen videatur primæ insistere sententiæ, non repugnamus. *Nomen hoc* ἀνεκφώνητον *ineffabile, esse non simpliciter, sed secundum quid.* Tetragrammaton simpliciter & sua natura esse ineffabile, his fere rationibus *quidam* contendunt. 1. quia hoc nomine apud antiquissimos venit scriptores, Græcos præsertim, qui illud vocarunt ἄλεκτον, ἀνεκφώνητον, ἀπόῤῥητον, *Euseb. Theodor.* ἄφραστον, ἡμῖν μὲν ἀκατάληπτον, ἀῤῥητικῶς. 2. Judæi à longo tempore nec pronunciarunt, nec pronunciatum vocabulum Jehovah intelligunt. Rabbini negant eum partem in futuro sæculo obtenturum, qui sic pronunciet. 3. *Exodi* 3. *Hoc mihi nomen est in æternum*; pro לעולם, Hebræi legunt לעלם *ad occultandum*, quod nomen suum Deus voluerit occultare. 4. Accedit praxis omnium Interpretum, *Græcorum, Latinorum, Arabum, Syrorum, Samaritanorum*, qui nulla præbent lectionis Jehova indicia vel vestigia. 5. Qui Commentaria in Biblia scripserunt, exemplo Paraphrastarum, pro Tetragrammato *Græci* vocem κύριον, *Latini* Domini substituerunt. Ita *Origenes, Hieronymus*, alii. 6. Ante *Petrum Gala-*

tinum lectionem Jehova nemo fuit ausus tentare, quem secuti postea fuerunt *Masius*, *Galvinus*, *Martyr*, *Zanchius*, *Tremellius*, & plures alii. *Alii* contra sacrosanctum hoc nomen à pronuntiationis legibus non esse excipiendum, ita probant. I. Pronunciationi conveniunt vocales & consonantes, quarum beneficio exprimi potest. II. Deus vel cum punctis, vel sine illis nomen Tetragrammaton revelavit. Si prius, erit sua natura ἐκφωνητὸν; si posterius, quis tam audax, ut ea sustinent subjicere? III. Manifesta sunt loca, in quibus illud Deus exprimi voluit, *Exod.* 15. 3. *Es.* 42. 8. Si nomen אדני substituatur, Emphasis locorum periclitatur. IV. Fatemur Deus, se Mosi hoc nomine innotuisse, *Exod.* 6. quod postea divini Interpretis Paraphrasis, *Apoc.* 1. v. 6. per Κύριον reddi non commode posse, satis probavit. V. Constat, populum & Sacerdotes nomen hoc præsertim in solenni illa benedictione *Num.* 6. pronunciasse. VI. Eadem ratio est contractorum & explicitorum. Contractum יה legitur; E. & explicitum יהוה. VII. Est effabile in compositione. E. in partibus componentibus. Antecedens patet ex יהוצדק quod ἰατὸν LXX. vertunt, &c. VIII. Non est aliud nomen, quo Dei Natura rectius exprimatur; unde *Hos.* 12. 6. Memoriale ejus vocatur. IX. Extant vestigia quædam corruptæ pronuntiationis apud veteres tam Ethnicos quam Christianos. Diodorus Siculus & Macrobius meminerunt vocis Jaho, quem summum appellarunt Deum: Latini Iovem, alii aliter, ut postea audiemus. *Alii* vocant ἀνεκφώνητον, & quidem tantum ἐν μέρει, ratione Græcorum, qui adspirationem è medio tollunt, literamque ι. difficulter pronunciant. Ita *Fuller.* in Miscell. & Apolog. Nostra ἰωτακισμὸν breviter ita habet. I. Tetragrammaton potentia est ἐκφώνητον; constat enim paribus illis & proprietatibus, quibus vox aliqua redditur effabilis. II. Ipso actu fuisse pronunciatum, idque mandante Deo, tum ut Natura & Essentia ejus exprimeretur, tum etiam ut ad majorem devotionem auditores excitarentur. Unde pronunciatio hæc ab ipsismet asseritur Judæis. A. *In templo Hierosolymitano.* In lib. Siph. ad *Num.* 6. v. 23. *Sic* benedicatis filiis Israëli כה *Ita*, *sic*; id est, hac Lingua. כה id est, *nomine exposito*; quod & in Talmude observatur. Unde Canon generalis. In sanctuario, id est, Templo Hierosolymitano pronunciatur secundum scriptionem suam: In provincia vero, id est, extra templum per cognomen אדני Adonai. *Majm.* More Hannev. P. 1. cap. 62. fatetur, consuetudinem illam ad tempora usque Simeonis justi durasse: Tunc enim Sacerdotes propter hominum perversitatem pronunciationem illam abrupisse, & fratres ejus populo per nomen 12. literarum benedixisse. B. *In Scholis* Majm. l. c. refert; Sapientes modum pronunciandi discipulis modestis, בלחש traditisse, idque semel in septimana; quod tamen non de pronunciatione tantum intelligi vult, sed etiam Emphatica vocis significatione, cur nempe soli nomen illud DEO conveniat. Etsi vero usitatior paulo vocis pronunciatio ad primum Templum restringatur, paucis tamen etiam post devastationem ejus obtigisse monet, R. *Azar.* in Meor En. p. 150. Nota etiam *Philonis* confessio, qui lib. 3. de vita Mosis pronunciationem ejus non posse audiri nisi ab iis, quibus aures & Linguæ Sapientia sunt purgatæ. Sed & famâ est, hodie etiam inter Judæos extare, qui genuinam pronunciationem sibi tribuunt. C. In *blasphemiis* idem nomen fuit enunciatum. Unde Rabbini שאין החיוב עד לשיפרש את השם המיוחד קד הא וו הא *Neminem damnari blasphemiæ, nisi Tetragrammaton expresserit*; aut juxta quosdam Adonai. Potuit ergo pronunciari. *Hottingerus.*

Οὐρανὸν ἐνδέδυμαι, περιβέβλημαι ἢ θάλασσαν,
Γαῖα δέ μοι σφέλγμα ποδῶν περὶ σῶμα κέχυται,
Ἀὴρ δ' ἠδ' ἀστρῶν με χορὸς περιδέδρομε πάντη.
[71] Ἐννέα γράμματ' ἔχω, τετρασύλλαβός εἰμι, νόῳ με.

Cœlum, veſtitum præbet mihi, pontus amictum:
Terra mihi fulcitque pedes, & corpus amicit:
Aër, aſtrorumque chorus me circuit omnem.
Sunt elementa novem mihi, ſum tetraſyllabus autem

Ai-

71 Ἐννέα γράμματ' ἔχω &c.] Hoc nomen quod ſit, neſcio. Sed cum Noam alloquatur Deus ante factam linguarum diverſitatem, non dubium eſt quin ea lingua utatur, quæ tum ſola erat. Hebræam autem fuiſſe, patet cùm ex nominibus, quibus Adamus animalia nuncupavit, cum ea nomina in Hebræo ſermone animalium feré naturam declarent: tum ex primorum hominum nominibus, quæ in ſolo Hebraico ſermone ſignificantia ſunt, ut Adami, ut Caini, ut reliquorum. Quod ſi ita eſt, cum hic Sibylla vocet elementa quædam ἄφωνα (id eſt conſona, ſicut in Jeſu nomine, Deo volente, declarabimus) oportet aliquas eſſe literas in Hebræa lingua, quæ vocales appellentur. Atqui nullæ ſunt, omnes enim conſonantes vocant, utentes punctis quibuſdam vocalibus; quæ neque literæ vocantur, neque numerorum notæ ſunt, ut poſſint in hujus nominis rationem venire. Oportet igitur aut Aleph, He, Vau, Jod, & Ain vocales dici: aut Sibyllam Græcè loquentem, de aliquo Græco Dei nomine loqui, & quod à Deo Hebraicè dictum ſit, id ad ſermonem Græcum accommodare, quaſi ipſa Græcè, non Deus Hebraicè loquatur: quemadmodum in Apocalypſi Jeſus dicit, ſe eſſe α & ω, niſi forte ibi Græce loquebatur. Atque hæc quidem in medio poſita ſint ad conſiderandum. Ac ſi cui notum hoc nomen eſt, eum oro ne ſtudioſos celet. *Caſtalio.* Hujus ænigmatis quatruplicem explicationem afferam. Primus omnium Leo Suavius in ſcholis in librum Paracelſi de vita longa cap. 5. & in lib. de myſteriis nomen χρυσικὸν pulchrè congruere ſcribit: quia quatuor conſtat ſyllabis, quarum primæ tres binas continent literas, quarta ternas, ita ut in univerſum ſint novem elementa. E quibus quatuor ſunt vocales, quinque mutæ: ρ, σ, ν, κ, ν. Numerus verò qui ſignificatur, ἑκατονόγδοος ὄγδοος, ἑκατὸν καὶ τρεῖς τρὶς δεκάδες, id eſt, bis centum & octies, atque ter tribus decadibus continetur: quod eſt novies atque octies decem, quod eſt centum ſeptuaginta, ut totus numerus ſit CCCLXX. Hic numerus exprimitur tantùm à quinque mutis, ſi eam quæ replicatur nempe ν. ſemel tantum ſumpſeris. Nam aſſumptis ρ, σ, ν, κ, tantundem conficietur apud Græcos. Quod verò ſubjungitur

σὺν τ' ἰησῦ, est repetitio prioris summæ. Nam T. significat ccc. & ἰησῦ (subaudi δεκάδες) LXX. Ita ille. Sed ista solutio planè fanatica est. Altera est P. Morelli, qui vult nomen ἀνίκφωνος eo ænigmate significari: continet enim numerum 1696. ita ut unitas illi tantùm desit. Totus enim numerus, si à centenariis ad denarios, à denariis ad simplices progressus fiat, continetur 1697. Nam primò sunt bis octo centenarii, qui sunt 1600: deinde sunt ter tres decades, id est 90. Ultimò restant septem monades seu unitates, qui numeri collecti efficiunt 1697. Solutio hæc non abesset longe, modò Grammatici vocem illam tollerare vellent. Tertia est Joannis Aurati. Is arbitratur denotari nomen θεὸς σωτὴρ, *Deus servator*, quod etiam in acrostichide infra habetur. Hoc continetur numerus 1792. & ut ænigma conveniat, pro σὺν γ' ἰησῦ, legit σὺν δεκὰ, *una duo*; vel σὺν δυσὶν, *cum duobus*. (At Gallæi codex legit σὺ δὶς ἰησῦ.) Sed nec istud videtur quadrare, quia constat ex duabus vocibus, neque relinquitur textus intactus. Quarta est Johannis Brentii, ut Hartungus in variis lectionibus refert. Iste aliter colligit rationem numeri quàm superiores, ita nimirum, ut sint bis octo hecatontades, id est centuriæ sedecim: ter tres decades, id est, nonagiuta, & ter septem, id est viginti unum: summa tota 1711. Nam & septenarium existimat triplicandum. Hanc summam in se complectitur nomen φωσφόρος. Ista solutio præfertur priori ab Joach. Camerario, lib. 6. epistolarum. Sed dialectus qua φωσφόρος pro φωσφόρης dicitur, non videtur Sibyllæ fuisse familiaris. Quærant alii, an aliud Dei nomen ænigmati huic melius congruat. *Opsoparus.* Hoc modo etiam olim Doctiss. Boissardus hoc ænigma proposuit

Ἔστιν γράμματ' ἴχω, πεφυσιώμενος εἰμὶ: οὐκ ἐμὶ.
Αἱ τρεῖς αἱ, τρῶτοι δὺο γράμματ' ἴχουσι ἑκάστη.
Αἱ λοιπαὶ ᾗ τὰ λοιπὰ, ᾗ εἰσὶν ἄφωνα τὰ πάντα.
Τῶ πάντος δ' ἀριθμῶ ἐκφωνηέντες εἰσὶ δὶς ἑπτὰ.
Καὶ τρεῖς τρὶς δεκάδες, σὺν γ' ἰησῦ. Τίνες ᾗ τίς εἰμὶ.
Οὐκ ἀμύνω· ἴσθι θείης σοφίης ἐμφορέων.
Contineo literas novem: sum quatuor syllabarum. Nosce me.
Tres prima duas literas habent unaquaque:
Et reliquæ reliquas. Et sunt consonantes quinque.
Omnis numerus est bis octo centenariorum.
Et trium tres decadum. Nosce quis ego sim.
Et non eris ignarus Divinæ sapientiæ.

Viginarius scribit Joannem Auratum doctissimè fuisse interpretatum hanc Prophetiam: quæ continet. Θεὸς σωτὴρ. In quibus dictionibus quatuor sunt vocales, & quinque consonantes: quæ efficiunt syllabas quatuor: quarum duæ primæ, & tertia duas singulæ literas continent, & quarta tres. Sed de numero 1597. desunt duo. Quod inducit Auratum, ut existimet legendum σὺν δυσὶ, pro σὺν γ' ἰησῦ. *Boissardus.* Non recte quidam carpunt, quod nomen Dei in iis oraculis contineri dicunt, numerum MDCXCVII, cum non satis constet quodnam vocabulum debeat intelligi. Fingunt quidam vocem Hebraicam, quæ tamen putida est. Ego libenter eorum sequor sententiam qui de voce ἀνίκφωνος, idem quod ἀνικφώνητον, accipiunt; ut nempe septenarius fiat, more Pythagoricorum & Platonicorum additur unitas. μόνας enim, ut illi loquuntur, est πέρατος, ἀπορρήτου ἁρμονίας, ᾗ συστατικὸν ἁπάντων ἀριθμῶν. Vel potius unitas additur, ad declarandum Dei unitatem, ita ut numero illo signetur ineffabilis unitas, ἀνίκφωνον μόνας. Sic Mercurius Trismegistus, & ipse Judæus, cujus verba apud Lactantium lib. 1. sic concipiuntur:

Ὁ ᾗ θεὸς εἷς. ὁ δὲ εἷς ἀνάρμοστον ἀ σχοδίστου
Ἔστι γὰρ ὁ ἓν ἀκίνητον.

Hoc posterius verissimum esse existimo. *Vossius.*

Αἱ τρεῖς αἱ πρῶται, δύο γράμματ' ἔχουσιν ἑκάστη,
Ἡ λοιπὴ δὲ τὰ λοιπὰ, ἃ εἰσὶν ἄφωνα τὰ πέντε.
Τῶ παντὸς δ' ἀριθμῶ ἑκατονταάδες εἰσὶ δὶς ὀκτώ,
Καὶ τρεῖς τρὶς δεκάδες, σὺν γ' ἑπτά. γνὺς ἣ τίς εἰμι,
Οὐκ ἀμύνῃ ἔσῃ θείης παρ' ἐμοί γε σοφίης.
Ὡς φάτο. τὸν ἢ πρόμος λάβε μύθῳ, οἷον ἀκούσας.
Καὶ τότε δὴ νοερῶς τεχνησάμενος τὰ ἕκαστα
Λαοὺς ἐλλιτάνευε, λόγων δ' ἐπήρχετο τοίων· (στρ.
[72] Ἄνδρες [73] ἀπισόκοροι, μεγάλῳ βεβολημένοι οἴ-

(Percipe me) primæ tres ſyllabæ efficiuntur
Ex binis omnes elementis: cetera reſtant
In reliquis: quorum ſunt non vocalia quinque.
Totius numeri bis ſunt hecatontades octo,
Et ter tres decades, cum ſeptem. Si ſcieris me,
Non te, qua potior, ſapientia dia latebit.
Sic ait. aſt illum audito tremor occupat ingens.
Ac tum prudenti molitus ſingula mente,
Hortari populos, & verbis talia fari:
Perfidioſi homines, quæ vos dementia cepit?

Οὐ

72 Ἄνδρες, &c.] Hæc illa, quæ paulo poſt fingit ſe *Noachi* nurum, & in arca una cum eo, maritoque ſuo fuiſſe. Sed ficta ſunt omnia, quæ *Sibyllarum* nomine circumferuntur. Miror mortalium quenquam adeo unquam abjectæ fuiſſe credulitatis, ut aliter ſentiret. Eorum Authores non tantum plurima ex Sacris Scripturis hauſerunt, ſed Chriſtiani fuerunt, & Hæretici. Priſcillam & Maximillam Montani Propheteſſas centones iſtos compoſuiſſe, ſi facti fœminæ Authores, haud eſt improbabile. Nonniſi poſt earum evulgatas Prophetias, Chriſtianæ religionis myſteria ex Oraculis Sibyllinis fuere deprompta. Fatidicas quaſdam mulieres, quas *Sibyllas* dixerunt, quaſi Diis à conſiliis ſecretioribus, (τῶν θε-

Οὐ λήσει θεὸν ὅστ' ἐπράξατε. πάντα γὰρ οἶδεν
Ἀθάνατος σωτὴρ, πανεπίσκοπος, ὅς μ' ἐκέλευσεν
Ἀγγέλλειν ὑμῖν, ἵνα μὴ φρεσὶν[74] ἐξαπολῆσθε.

Quæ facitis, Deus haud ignorat. namque salutis
Autor inextinctus videt omnia, & omnia novit:
Qui mihi jussit, uti vobis hæc dicta referrem,

Νήψα-

ἐσθιάζειν, σεσυκαίνειν inquit Diodor. lib. 4.) inter gentes vixisse, haud negarem. Earum autem sortes & oracula diabolica fuisse, omnis historiæ fides docet. Consulantur: quæ ex earum libris jussu Senatus Romani variis temporibus deprompta memoriæ tradiderunt Dionysius Halicarnasseus, Plutarchus, Cicero, Varro, Livius, Tacitus, Zosimus, alique, superstitionem diabolicam & Hellenismum sapiunt omnia. Summam omnium refert Annal. 15. Corn. Tacitus. *Mox*, inquit, *petita à Diis piacula, adsitque Sibyllæ libri, ex quibus supplicatum Vulcano, & Cereri, Proserpinæque, ac propiata Juno per matronas, primum in Capitolio, deinde apud proximum mare.* Forsan autem vera etiam nonnulla falsis miscuit antiquus serpens, suo more, quo vera suspecta redderet, falsis conciliaret fidem. Etiam quæ tenui fama, ex primæ promissionis, aliarumque revelationum divinarum traditione, prima mundi sæcula, de futuro Messiæ regno invaserant, in lacunas ethnicas diducta, vaticiniis istis permista fuerant. Tale illud esse videtur, cujus in secundo libro de Divinatione meminit Marcus Tullius. *Sibyllæ*, inquit, *versus observamus, quos illa sacros fuisse dicitur, quorum interpres nuper falsa quædam hominum fama dicturus in Senatu putabatur, eum, quem revera regem habebamus, appellandum quoque Regem esse, si salvi esse velimus. Hoc si est in libris, in quem hominem & in quod tempus est? callide enim, qui illa compposuit, perfecit, ut quodcunque accidisset prædictum videretur hominum & temporum definitione sublata.* Lucium Cottam quindecemvirum notat, qui instigante Antonio, Julii Cæsaris ambitioni, potestati regiæ etiam nomen addere cupientis, publica fama eorum temporum de rege maximo venturo, litare conatus est. Idem Oraculum iisdem pene verbis exponunt historicorum Romanorum nominatissimi, Suetonius & Tacitus; ille in vita Vespasiani, hic historiarum quinto; *Veterem & constantem opinionem* vocat Suetonius; *Persuasionem ex antiquis Sacerdotum libris* Tacitus. Nempe est, ὅτι τὸ ἐξελεύσεται ὁ ἡγούμενος hoc est, *valescet Oriens* præfectusque Judææ rerum potietur. Hæc vero ad nostra carmina nihil. *Owenus.*

73 Ἀπιστήσουσι.] Turnebus emendarat in suo libro hic & pagina sequenti ἀπιστήσουσι: non tamen (ut credo) improbato vulgari ἀπιστήσουσι. Sunt autem ἀπιστήσουσι, ut Auratus explicuit, *corde increduli*, quasi ab ἄπιστις & κῆρ, unde Latinorum *cor* deductum fiet. Ego rectius verti posse arbitror *progeniem sive germen incredulum*, & in ἄπιστις atque κῆρας, quod Galeno, Hesychio, & Suidæ νέον βλάστημα, *novellum germen* significat resolvi. Atque pro hac interpretatione facit similis dictio usurpata lib. 8. pag. 376. ἀπιστόφυλοι gens incredula, ab ἄπιστος & φύλον. *Oporinus.*

74 Ἐξαπολῆσθε.] Auratus legit uti etiam habetur in nostro codice MS. ἐξαπωλῆσθε.

75 Τοῖσιν

Νήψατε, τὰς κακίας ἀποκόψατε, μηδὲ βιαίως
Ἀλλήλοις μάρναδε, μιαιφόνον ἦτορ ἔχοντες,
Αἵματιν ἀνθρωμέοις πολλὴν [75] γαῖαν ἐρεθίοντες.
Αἰδέσθητε βροτοὶ τὸν ὑπερμεγέθη, ἠγάπεσον,
Οὐράνιον κλίσιν, θεὸν ἄφθιτον, ὃς πόλον οἰκεῖ.
Καὶ τοῦτον πάντες λιταυδύσατε, [76] χρηστὸς ὑπάρχῃ,
Τοῦτον ὑπὲρ ζωῆς [77] πόλεων, κόσμοιό τε πάντος,
Τετραπόδων, πτηνῶν τ', ὡς ἵλεως ἔσται ἅπασιν.
Ἔσῃ γὰρ ὅτε κόσμος ὅλος ἀπερείσιος [78] ἀνδρῶν

Exitio ne ſit demens ſocordia vobis.
Diſcite juſtitiam, vitiis abſiſtite, neve
Inter vos animis odia exercete cruentis,
Humano late tingentes ſanguine terram.
Immenſum, invictum numen, rerumque parentem,
Cui domus excelſo cœlo manet alta, timete
Mortales, & eum cuncti placate (benignus
Audiet) ut cives, ut totum denique mundum,
Quadrupedumque genus ſervet, volucrumque ſecundus.

Γάδα-

75 Γαῖαν] Turnebus γλῶ pro γαῖαν: ſed ſolet Sibylla diphthongum ante vocalem etiam in media dictione corripere. Opſopœus.

76 Χρηστὸς] Auratus ſcribit χρειστὸς, ut locus de Meſſia intelligatur. χρηστὸς enim antiquo more per ει, non per η, ſcribi ſolitum indicio nobis eſt acroſtichis Sibyllinis: verum etiam χρηστὸν à nonnullis vocitatum fuiſſe docet Lactantius libro 4. cap. 7. *Chriſtus non proprium nomen eſt, ſed nuncupatio poteſtatis & regni. ſic enim Judæi reges ſuos appellabant. Sed exponenda eſt hujus nominis variatio propter ignorantium errorem, qui cum immutata litera Chreſtum ſolent dicere.* Idem.

77 Πόλεων &c.] Auratus legit πολλῶν, & verſu ſequenti ἵλαος vel ἵλεως. Idem.

78 Ἀνδρῶν] Idem Auratus pro ἀνδρῶν vult ἄλφῳ, vel ἄρδην, funditus. Idem.

79 Κα-

Υδασιν ὀλλύμθ@, φοβερὸν ὀλολύξετ' ἀοιδόν.
Ἔσαμδ' ἐξαπίνης ἀὴς ἀκατάσαλ@ ὑμῖν,
Καὶ χόλ@ ἐρανόθεν μεγάλυ θεὸς ἥξει ἐφ' ὑμᾶς.
Ἔσαμδ' ἀτρεκέως, ὅτ' ἐς ἀνθρώπυς ἀγριάψῃ
Σωτὴρ ἀθάνατ@, ἂν μὴ θεὸν ἱλάξησθε,
Καὶ μετάνοιαν ἔχητ' ἀπὸ νῦν, κ' μηκέτι μηδὲν
Δύσκολον ἢ[79] κακόν γ' ἀθεμίτως ἄλλ@ ἐπ' ἄλ-
λῳ
Πρᾶξῃ, ἀλλ' ὁσίῳ βιότῳ πεφυλαγμέν@ εἴη.
Οἱδέ μιν[80] εἰσαΐοντες, ἐμυκτήριζον ἕκας@,
Ἔκφρονα κικλήσκοντες, ἀτὰρ μεμανημένον ἄνδρα.

Tempus erit, quando totus delebitur undis
Orbis & humanum genus (heu horrete minantem)
Et ſubito vobis totus turbabitur aër,
De cœloque Dei magni vos opprimet ira.
Tempus erit certe, cum magni numinis ira
Sæviet in terras, niſi vos placabitis illam,
Et vitæ mores jam nunc mutabitis actæ,
Ut nulla cuiquam deinceps injuria fiat,
Sancta ſed & cunctis innoxia vita colatur.
Sic ait. aſt illi vulgo ridere monentem,
Dicereque inſanum, dementatumque furore.

Καὶ

79 Καικόν γ' ἀθεμίτως] Notat Opſopœus Veterem codicem regiæ bibliothecæ legere κακόν τ' ἀθεμίστως, noſtrum MS. cum eodem convenire deprehendimus. *Gallæus.*

80 Εἰσαΐοντες] MS. noſter codex legit εἰσαΐοντες. *Idem.* 81 Πρᾶ-

Καὶ τότε δὴ αὖ [81] πάλιν ἀνίαχεν Νῶε ἀοιδῷ.

Ὦ μέγα δείλαιοι, κακοήτορες, ἄσατοι ἄνδρες,
[82] Αἰδοίῳ προλιπόντες, ἀναιδείῳ ποθέοντες,
[83] Ἁρπασιαῖοι τύραννοι, ἁμαρτωλοί τε βίαιοι,
Ψεῦσαι, [84] ἀπισοκόρδι, κακοπτάγμονες, οὐδὲν ἀληθεῖς,
Λεκτροκλόποιθ', [85] ἁρεπιλόγοι, δύσφημα χέοντες,
Οὐκ [86] ὀργῷ τε θεοῦ δειδότες ὑψίσοιο,
Εἰς γῆρας πέμπτῳ πεφυλαγμένοι ἐξαπολῦσαι.

Tunc iterum tales effatur Noë loquelas:
O miseri, mentis pravæ, mutabile vulgus,
Quos juvat extincto vitam fœdare pudore,
Raptores, violenti, importunique tyranni.
Mendaces, pravi studioſi, perfidioſi,
Detrectatores, mœchi, scelerata ferentes,
Nil formidantes supremi numinis iram,
Quæ vos ad quinti pœnas jam destinat ævi.

Οὐ

81 Πάλιν] Post hoc verbum codex noster ut suppleatur hic versus habet αὖθις. *Idem.* Pede mutilum sic curat Turnebus: πάλιν αὖτις ἀνίαχε, vel πάλιν τοῖον ἀνίαχε. Illud confirmatur ex codice regio αὖθις interferente. *Opsopœus.*

82 Αἰδοίῳ] Hæc notat Turnebus αἰδοῖ πῳ: quamquam bene est Αἰδοίῳ. *Idem.*

83 Ἁρπασιαῖοι] Ἁρπαχί μοί τι scribit Auratus: ἁρπαλίοι τι Turnebus, infra lib. 8 Unde hæc fere ad verbum expressa sunt, legitur ἁρπασίῃσι τύραννοι. *Idem.* Noster codex legit ἁρπασίῃσι. *Gallæus.*

84 Ἀπισοκόρδι] Idem Auratus rectius legi arbitratur ἀπισόφυλοι. *Idem.*

85 Εὐρεπιλόγοι] Idem Auratus rectius legi arbitratur ἁρπαλίκαι, insidiarum repertores. At infra loco jam dicto ψεῦσαι λόγοις δύσφημα χέοντες *Opsopœus.* Noster Codex legit ψεύδεσι λόγοι vel λόγχαι vel λόγοι. *Gallæus.*

86 Ὀργῷ τε] Reg. cod. ὀργῶ ζ: quod doctissimi viri sæpe laudati Turnebus & Auratus quoque approbant. *Opsopœus.* Meus Codex MS. legit ὀργῶ ζ. *Gallæus.*

Οὐ κλαίετ' ἄλλυδις ἄλλῳ ἀπηνέες, ἀλλὰ γελᾶτε·

[87] Σαρδώνιον μείδημα γελάσετε, ὁπωσόταν ἥξῃ
[88] Τᾶτο, λέγω τὸ θεῦ φοβερὸν ἀϝ ἐπήλυδον ὕδωϱ.
Ὁππώτε καινιεῖ ἱερὸν γλῶ ἐν χθονὶ κῦμα
Ἀένναον ῥίζης ἐν ἀδιψήτοισι τεθηλὸς,
Αὐτόπυμνον ἄϊσον ἰῇ ἐν νυκτὶ γλύπται,
Καὶ πόλις αὐτάνδρως σεισίχθων εἰνοσίγαι@,
Κλυθμῶνάς τε γαίης σκεδάσῃ, ἀϝ τείχεα λύσῃ.
Καὶ τότε κόσμ@ ἅπας τε ἀπειρεσίων ἀνθρώπων

Non fletis paſſim, duri? ridetis, inepti?
Sardonium riſum ridebitis, horrida quando,
Quam dico, torrenſque Dei vos opprimet unda,
Tum cum per terras ſacrum genus unda novabit,
Stirps æterna, locis nunquam ſitientibus orta,
Funditus & prorſum noctu delebitur una.
Cumque viris urbes terræ Neptunus ab antris
Diruet exagitans, concuſſaque mœnia rumpet.
Et tunc immenſus mundus, cunctique peribunt

Θνήξε-

87 Σαρδώνιον, &c.] Regius Codex, uti & noſter legit Σαρδόνιον, de riſu hoc Sardonio Vide quæ diximus in diſſertat. noſtris p. 469.

88 Τᾶτο λέγω, &c.] Lacer iſte cento è pluribus aliis locis eſt conſarcinatus. Primus verſus eſt ex initio lib. 7. pag. 348. ſequentes quinque è lib. 5. pagin. 248. ſeptimus è lib. 2. pag. 195. undecimus cum proximis aliquot iterum è ſeptimi initio. E dictorum locorum collatione diſcrimen ſingulorum lector diſcet, nunc varietatem è Turnebi libro & Aurati lectionibus indicabo verſu 2. καινίσει vel καινίζῃ v. 3. ἄϊσον, ῥίζης ἰῇ, vel ῥίζης τ' ἐν ἀδίψ. v. 4. αὐτὸ πτίμνοι εἴῃσι ἰῇ δ' ὀν (vel ἰῇ κἄν) νυκτὶ γλύφεται, vel γλύπτε. v. 5. αὐτάνδρως τε πόλεις. Opſopœus.

89 Οἵ-

Θνήξειαν. αὐτὰρ ἐγὼ πόσα πενθήσω, πόσα κλαύσω
89 Οἴκῳ δ' ἐρατεῖῳ, πόσα δ' ἄχεα κύμασι μίξω·

Mortales. at ego quantum plorabo gemamque,
Incluſus ligno? lachrymas miſcebo quot undis?

H'v

89 Οἴκῳ δ' ἐρατεῖῳ] Supra, nonnulla de Arca Noachi ex Heideggero attulimus, libet heic nunc reliqua ex eodem adjicere. XIX. Nunc igitur nobiliſſimam illam arcæ ſtructuram tum ex iis quæ diſerte à Deo juſſa jam explicavimus, tum ex ſagaci conjectura, quam de induſtria & prudentia Noæ capere poſſumus, paucis ex eodem Temporario repræſentare & ab ipſis fundamentis architectari lubet. Primum igitur, inquit ille, centum trabes perpetuæ, ſeſquipedales, quadratæ, longæ cubitis quinquaginta duobus, ſecundum totam ſtrati latitudinem, æqualibus intervallis collocabantur. Duas tamen extremas, quæ minora baſis latera claudebant, cæteris craſſiores eſſe oportuit. Has trabes ſupra infraque diſtinebant palmipedalia tigna, inciſuris ſeſquipedalibus, quibus utraque trabium capita inſerebantur, relictis dextra ſiniſtraque trabium projecturis, in quas arrectariorum pedalium, angulariorum vero bipedalium, baſes ad triginta cubitos ſublimium, ſecuriclatis cardinibus immittebantur. Omnium autem arrectariorum capita ſuperne cardinatis trabibus concludebantur, quas in extremo quatuor obliquæ duodecim pedes longæ, ſub angulos inſertæ, anconeſque ferrei revinciebant. Arrectaria quoque per circuitum forinſecus poſtes transverſi trientales veſtiebant. Intra vero catenationibus præcinctionibuſque arcte continebantur. Oram autem arcæ ſuperiorem valide firmabant præter latera duo minora, ſeptem compactilia tranſtra, quæ ſpatiis æqualibus in longitudinem procurrebant, ſupremis trabibus adglutinata, eaque tranſtra quatuordecim columnæ perpetuæ triginta cubitis ſublimes, ſingula binæ, paraſtatis duabus ſubnixæ fulciebant. Super media tranſtra duoque minora latera, novem ſcapi altitudine duodecim cubitorum attollebantur, capreolis dextra ſiniſtraque ſuffulti, faſtigii columen excipientes. Unde canterii utrinque proclinati, extra longiora ſuperioris oræ latera, æqualiter prominebant. Atque his coaſtatio ſuper impoſita ædificium tegebat, ipſis ſuggrundiis ſtillicidum extra perpendiculum arcæ propellentibus. Intra ædificium, ſupra baſis trabes, ſolum beſſali materia contextum fuit, ſupra quod pedamentorum fulturis prima contignatio in octo cubitorum altitudinem ſuſtollebatur. Hanc ſequebatur mediana cubitis duodecim ſublimis, poſt ſuprema, decem cubitorum altitudine. Quas & paraſtatæ circa columnas, aliæque fulturæ, inferiorum perpendiculo reſpondentes ſuſtinebant. His tectum impoſitum faſtigiatum fuiſſe architecturæ ratio poſcit: quod pluviis arcendis & rejiciendis multo commodius eſt camerato, & volucrum generi recipiendo, eorumque volatui exercendo, & nidis compingendis valde neceſſarium. Præterea baſis partem imam navigationi accommodatam fuiſſe par eſt, quod architecti prudentiæ Deus reliquit, ut alia multa. Etenim Deus menſuram & firmamentum indicavit, quod hæc ab homine comminiſci non potuerint. De emiſſariis ad urinam & egeſtus animalium vel recipiendos vel ejiciendos, de forma ad navigandum apta, de luminibus & feneſtris

nihil quidquam præcepit. Hæc enim latere non possunt prudentem patrem familias. Ostium quidem in arcæ latere collocari voluit, quod ita fortasse commodius fuerit ad recipiendum intus animalia. Fenestræ autem mentio, quam habent Latinæ versiones nulla est in Hebræis & Græcis. Lucem sane admitti voluit, sed diversis receptaculis, uti supra vidimus, divisam. Cubilium porro & contignationum dispositionem repetere hic nihil attinet. XX. Atque hactenus quidem structuram arcæ juxta præscriptum Dei & præsumptam prudentiam Noæ explicavimus. Neque enim fas est dubitare, quin Noë Dei imperata diligentissime fuerit executus. Sed inquirendum adhuc est, ubi locorum, & quanto tempore Noë arcam fabricatus fuerit? Locum igitur, in quo Noë cum operarum suarum sociis arcam struxit, Temporarius fecit latus Caucasi, quod spectat Indiam. Idque se conjecturis minime dubiis consequi posse, putavit. *Siquidem*, inquit, *à primis jam seculis Cainitæ partes Orientales occuparant. Et ab iis Adamus Sethoque nati secesserant versus occidentem, quo paulatim progressis occurrit mons Caucasus, ad cujus radices locus maxime idoneus fuit, tum ne pessimorum hominum consuetudine turbaretur opus, tum quo & copia lignorum magna esset, & facilis ad evehendam, amnibus ad id servientibus, in quos arbores devolutæ citra jumentorum opem ad locum fabricæ raperentur. Præter loci commoditatem Promethei fabula Caucaso alligati, & ejusdem antrum ab Arriano memoratum, illuc etiam nos adducunt. Potuit autem Noah cedrinum opus facere, cum Nysæi, qui alteram partem habitant, omnia sepulchra cedrinis extruxerint, quæ flamma invasit in transitu Alexandri: Qui & ipse non procul eo loco construxit classem.* Sententiæ huic cui favere videntur Muhamedani, uti colligere est ex Exercit. IV. 71. nolim ego subscribere. Nam Sethitas in Occidentem secessisse à Cainitis Orientalibus, non probo. Quin potius pars mansit eo ipso loco, in quem Adamus ex Paradiso pulsus est, in agro nempe Damasceno circa Hebron, pars longius digressi viciniora loca appetierunt. Deinde credibile est, arcam non procul à montibus Gordæis, in quibus substitit, conditam esse. Neque enim machina tantæ molis, formæ quadrangularis, neque ad motum comparata, denique tam multis animalibus & cibariis referta & gravis longum nimis iter emetiri potuit. Præterea haud dubie tendebat Septentrionem versus. Etenim Oceanus, cujus potissimum eruptione tam Assyria quam Armenia obrutæ & mersæ sunt, à meridie ingruebat. Tum Cœlo pluvio plerunque ab Austro flant venti. Unde & teste A. Gellio Noct. Att. 11. 22. Νότος dictus, *quoniam est nebulosus atque humectus. νότος enim Græce humor nominatur.* Jam ex India in Armeniam longissimum iter arcæ fuit emetiendum. Credibilius igitur est, arcam extructam fuisse in Chaldæa circa Babylonem, & eo usque jam primos homines à Damasceno agro progressos esse. Favent sententiæ huic sequentia argumenta. Primo Armenia non nimis procul est à Babylone dissita. Secundo Armenia respectu Babylonis est Septentrionalis. Tertio ex Armenia homines primi post diluvium profecti sunt in campos Sennaar, ubi Babylon condita. Verisimile est autem, eos iniisse iter notum, & patrias lares repetiisse. Quarto arca, uti probavimus, ex lignis constitit cupressinis. At cupressi copia non alia Babylone fuit parabilis. Unde Alexandri navis, quam Babylone construxit, ex sola cupresso constitit. Quinto denique adstipulantur vetustissimi scriptores, Berosus & ex eo Abydenus, Polyhistor, qui Xisuthrum, hoc est Noam ex Assyria volunt in Armeniam navigasse, publicis instrumentis Heliopoli depositis in Sipparis, quorum testimonia allegata videri possunt in Chronico Eusebii Græco p. 8. XXI. Jam de tempore, cujus in-

ter-

tervallo Noë arcam ſtruxit, difficilior eſt indagatio. Beroſus Annianus ait, Septuaginta octo annos continuos fabricandæ navi inſumptos eſſe, ac illis exactis & abſoluto opere ſtatim diluvium ingruiſſe. Eam Beroſi ſui ſententiam exponit Annius Viterbienſis his verbis: *dubitabatur de eo quod dixit Beroſus, arcam fabricari cœptam anno Septuageſimo octavo ante diluvium: cum centum viginti annos ſupputet Moſes capite ſexto Geneſeos. Sed ad hoc reſpondendum eſt, Mandatum fabricandæ arcæ accepiſſe Noë centum viginti annis ante diluvium, ut ſignificet Moſes: quadraginta vero & duobus annis præparavit Noë ligna, ob immenſitatem operis faciendi. Unde anno ſequente, qui erat Septuageſimus octavus ante diluvium inceptum eſt arcæ opificium, uti Beroſus ſupputat.* Sed fictitiæ ſunt hæ commentationes Viterbienſis Monachi, ſicut & ipſa traditio authoritate Beroſi venditata ſuppoſititia eſt. Unde innoteſcere potuit vel Beroſo vel Annio, duos & quadraginta annos impenſos eſſe comparandæ materiæ ædificii? Præterea, ex quibus documentis habent, mandatam eſſe arcam anno ante diluvium centeſimo & viceſimo? Sane textus Moſis alia omnia innuit. Communis igitur veteris Eccleſiæ Patrum, Origenis, Auguſtini, Gregorii, aliorumque, quin & Arabum, uti videre eſt apud Eutmacimum & Patricidem, opinio tenet, centum annis arcam extructam fuiſſe. Idque colligunt ex Geneſ. v. 32. Ubi quingentorum annorum Noam dicit Moſes, ac proxime ſubjungit tum alia verba Dei Noæ dicta, tum inprimis mandatum de fabricanda arca. Cum igitur anno quingenteſimo mandatum ſit Noæ ut arcam faceret, quod mandatum haud dubie is ſtatim executus fuerit; & anno ſexcenteſimo Noë diluvium ingruerit, ſequi contendunt, centum annos, nec plures nec pauciores ædificandæ arcæ erogatos eſſe. Sed eam argumentationem minime ſolidam ego arbitror. Non enim deſcriptio ætatis Noëticæ & mandatum ædificandæ arcæ ponuntur ut continuæ. Quin interſeruntur multa, quæ ante quingenteſimum annum ætatis Noæ geſta eſſe nemo paulo attentior inficias ibit. Tale eſt quod narratur cap. ſexto de commixtione filiorum Dei & hominum, de inſolentia Nephilim, de annis centum & viginti pœnitentiæ conceſſis. Sed validiſſimum eſt, quod eo tempore, quo Noë juſſus eſt ædificare arcam, filii ejus matrimoniis uxorum illigati fuerunt. Deus enim Geneſ. VI. in colloquio illo, quo Noæ imperavit ſtructuram arcæ, facit mentionem uxorum filiorum Noæ, quibus in arca receptum promittit. Atqui quingenteſimo ætatis Noæ anno nullus filiorum Noæ uxoratus fuit, quin poſt quingenteſimum demum annum tres filii Sem, Cham & Japhet Noæ nati ſunt, uti clare dicitur Geneſ. v. 32. Quod certum argumentum efficaciter probat, centeſimo ante diluvium anno nec mandatum Dei de ſtruenda arca ad Noam commeaſſe, nec ipſam arcam ædificari cœpram eſſe. Neque probabiliora huic afferunt Hebræi, inter quos R. Salomon ſtatuit, Noam arcæ compingendæ operam dediſſe per annos 120. at R. Eliezer inſumptos contendit annos 52. Unde enim fidem facient aſſertioni? Igitur ex Moſe quidem conſtat, Deum mundo centum & viginti annos ſupererogaſſe, quorum intervallo pœnitentiam ejus probet. Exactis 120. annis, cum eventu & rebus ipſis cognoſceretur, omnem carnem viam ſuam corrupiſſe, Deus decreta ſua de mundi interitu imminente Noæ expoſuit, & eum ad arcam fabricandam excitavit. Fabricari autem arcam illam potuit intra breve tempus, quippe in qua ſola neceſſaria, non magnifica vel ſpecioſa curari debuerunt. Nec multos annos interceſſiſſe, indicio eſt, quod Semus tum quidem, cum parens ejus mandatum acciperet molienda arcæ, jam uxoratus, Arphaxadum tamen, uti videtur, primogenitum pepetit duobus demum annis poſt diluvium, uti dicitur Gen. XI 10.

XXII. Pergendum nunc est ad insignis hujus structuræ causam finalem, quæ in promissionibus & usu rerum imperatarum à Deo ostenditur in sequentibus. Summa huc redit, Deum, qui impium mundum perdere decreverat, ex fœdere gratioso Noacho, familiæ ejus & animantibus quæ in arca futura erant, pariturum, ac eam in rem arca illa usurum, ut quotquot ea recipientur, ex calamitate illa publica mundo imminente salvi & superstites evadant. Promissio illa primò concernit hominem v. 18. הקיכותי את בריתי אתך וכאת אל התכת אתה וכניך ואשתך ונשי בניך אתך *Statuam pactum tecum. Itaque ingredieris arcam tu & filii tui, uxorque tua, & uxores filiorum tuorum tecum.* Fœdus notat promissionem firmam, ratam ac stabilem omnino futuram. Ex qua promissione intelligebat Noë, non moriturum se & familiam suam per aquas diluvii, etsi id non referatur apertè in promissione.

XXIII. Hominum numerum quod attinet, qui arca recepti, determinatur is à Spiritu Sancto 1. Pet. III. 20. *Pauca* hoc est, *octo animæ ab aquis sunt servatæ.* Berosus Annianus scribit, uxorem Noë vocatam Tyream, Nurus tres, Pandoram, Noellam & Noeglam. Sed futile est hominis commentum, cum Pandora Græcum nomen sit, Deucalionis matri eximium. Epiphanius in hæresi 26. disputans contra Gnosticos, qui uxorem Noæ vocarunt Noria, ait eam vocatam Barchenon. Quin & ex traditione Orientalium refert Patricides filios Noæ singulos singulas filias Methusalæ duxisse uxores; Semum Thaliram seu Thalibam, Chamum Nachilatham, Japetum Arlisiiam. Sed & Erythræa Sibylla lib. 3. jactat, se cum Noë fuisse in arca, & ejus nurum se venditat. Verùm eruditis Sibyllinorum oraculorum fides nimium laborat. In eo ipso loco interjectis paucis, oracula illa manifestum errorem committunt, arcam subsedisse in montibus Phrygiæ. A Petro numerum octo animarum determinante devii abeunt Muhammedani quidam, qui tradunt, *in arca fuisse octoginta personas, quarum altera pars virorum, altera fœminarum fuerit*, ut legitur in Achmetidis Paraphrasi in Alcoranum. Et quod magis miramur, ipse Christianus Poëta, Constantinus Manasses, plures in arca fuisse credit, videlicet filias etiam & generos. Verba ejus:

Τῷ Νῶε καὶ συνῴκουν υἱοὶ καὶ θυγατέρες,
Γυναῖ, γαμβροὶ τ' υἱῶν, νυμφίοι θυγατέρων.

XXIV. De animalium in arcam introductione loquitur versus 19. & 20. ומכל החי מכל בשר שנים מכל תביא אל התבה להחית אתך זכר ונקבה יהיו: מהעוף למינהו ומן הבהמה למינה מכל רמש האדמה למינהו שנים מכל יבאו אליך להחות *Et ex omni vivente universæ carnis bina ex singulis introduces in arcam ut vivifices tecum, masculus & fœmina erunt. Ex volatilibus juxta speciem suam & ex jumentis juxta speciem suam: ex omnibus reptilibus terræ juxta speciem suam, bina ex singulis ingredientur ad te ut vivant.* Capite VII. 2, 3. hæc explicatius jubentur. Deus enim distingui vult inter animalia munda & immunda. Verba Dei sunt מכל הבהמה תקה לך שבעה איש ואשתו ומן הבהמה אשר לא טהורה שנים איש ואשתו *Ex omni jumento mundo accipies Tibi septena masculum & fœmellam ejus: at ex jumentis quæ munda non sunt bina, masculum & fœmellam ejus.* Ante omnia mundorum & immundorum animantium discrimen videmus supponi, cùm in lege tamen Mosaica primùm constituatur videatur. Hic Judæi fingunt θεόληψιαν. Noë Divino spiritu imbutum providisse, quæ Moses pura vel impura sit voca-

vocaturus. Sic cætera pœne omnia præcepta Mosaica anticipata à fidelius superiorum ætatum contendunt. Verùm necessum non fuit, ut ista distinctione Noë prospiceret mundorum animalium propagationi. Nam octo pœne secula inter Noë & Mosen interfluerunt. Intra quod tempus animalia in immensum multiplicari potuerunt. Deinde in anticipatione sola spectatur vocum diversitas. At hoc loco Deus imperat discretionem & separationem rerum, quæ jam tum tales habebantur. Alii alias distinctionis hujus commenti sunt rationes, quas consultò hic omittimus. Munda appellavit Noë, quæ comuni in usu fuerunt, & propterea succedente tempore in arcam etiam futura victimarum materia venerunt. Immunda, quæ Tacitus *fœda & profana* vocat Hist. IV. 60. 2. Qualia sunt Dracones, Crocodili, Serpentes, & animalia quæ carne vel rapto pascuntur, à quibus humanæ mensæ abhorrent. Disputavimus ea de re paulo curatius lib. *de Esu sanguinis & suffocati* cap. III. ubi ex discrimine hoc argumentum jure accersivimus, quod ante diluvium esus carnium in usu fuerit. Idque argumentum vindicavimus Exercit. XII. Qui verò Noë munda omnia ab immundis discernere potuit? Probabile est, divinam ei opem succurrisse, per quam factum est, ut munda septena, immunda bina ad arcam accurrerent. XXV. Deus ex omni mundo animanti jussit introduci שבעה שבעה *septena & septena.* Sic V. V. ἑπτὰ ἑπτὰ Græci. Jam olim Orthodoxi Justino Martyri proposuerunt ea de re quæstionem in hæc verba: *ἐν τούτῳ καιρῷ τὸ κατακλυσμῷ λέγει ὅτι δύο δύο, καὶ ἑπτὰ ἑπτὰ οὐ τῇ κιβωτῷ εἰσελθεῖσαι ἀλογίστως, εἰ πίστασθαι καὶ διαρτίσασθαι ἐκ τοῦ ἀκριβοῦς καὶ κρῖναι· πῶς ὃν ὅτι δύο πολλῷ μᾶλλον ἐν οἷς ἐκ τοῦ δύο ἀληθέστερον. Si tempore diluvii quis dicit duo duo, & septem septem, in arcam esse introducta, minus rationabiliter, non quatuor & quatuordecim, ex puris & impuris animantibus; nam illud nonnulli dixerunt, aliqui autem duo impura duntaxat: utrum ergo verius?* Respondet Justinus Martyr: *Ἀλλ' ἀληθέστερον εἶπεν ὁ εἰπὼν τὰ πάντα μετὰ καὶ διακοσίων, ἢ ὁ εἰπὼν δύο καὶ ἑπτά. τὰ μὲν δύο δύο εἶπεν ἀντὶ τοῦ δύο ἄρρενα καὶ δύο θήλεα, καὶ ἑπτὰ ἄρρενα καὶ ἑπτὰ θήλεα. ἀκαθάρτου ἢ τὰ δύο δύο. Verius (sive significantius) loquutus est qui dixit quatuor & quatuordecim, eo qui dixit duo duo, & septem septem, nam ille duo duo dixit, pro duobus maribus & duabus fœminis: & septem septem, pro septem maribus, & septem fœminis. Impura autem duo fuere.* Visum igitur est pio Patri, שבעה repetitum notare bis septem adeóque septem paria. Quæ sententia etiam Origenis est in cap. VI. Genes. homil. 2. Favet eis, tum quòd ita videantur verba sonare, tum quod alias inter munda septimum esset sine compare. Verùm de duobus & septem individuis non paribus rectiùs verba Mosis acceperunt alii. Josephus Antiquit. l. 4. *ζῶά τε πάντοθεν ἐπὶ διατήρησιν τοῦ γένους αὐτῶν ἄρρενά τε καὶ θήλεα συνεισκαλούμενος, ἀλλὰ τε τῶν ἑπταπλασίονα τὸν ἀριθμόν. Omnis generis animalia secum introduxit in arcam ad conservationem generis eorum, marem & fœminam, & ex aliis septem numero.* Eadem mens est Augustini de *Civit. Dei* XV. 27. Ambrosii de *arca Noæ* cap. 12. Hieronymi contra Jovinianum lib. II. aliorumque. Sensum igitur hunc reddunt שבעים שבעה *septena septena* h. e. septem in omni specie animalium mundorum. Hic enim numerus animalium mundorum pro conservatione generis eorum, nec non pro sacrificiis & cibo abunde sufficere potuit: & amplior numerus arcam ipsam nimiùm onerâsset. Neque obstat septimum animal, quod arguunt sine compare in arcam introduci non debuisse. Illud enim non ad generationem asservabatur, sed ad sacrificium. Ita Theodoretus q. 50. in Genesin: *Unum animal reliquum ad sacrificandum. Statim enim ubi cessavit ultio, Noë sacrificium obtulit Deo gratiarum affluxi conveniens.* Nec aliter R. Solomon. שבעה כדי שיקריב מהם קרבן בצאתו

בצאתו *quia ex iis Noë poſt exitum in arca ſacrificium offerre debuit.* Cæterùm cur mundorum numerum majorem quàm immundorum Deus intromiſerit, ratio evidens eſt. Nam munda pro immundis adhiberi oportuit, tum ad ſacrificia tum ad vitæ præſentis uſum. Nec in ſeptenario numero myſterium hîc venari convenit, quomodo Ambroſius l. 1. ſtatuit, *Deum inviſſe mundam hebdomadam, quia mundus & ſacer ſeptenarius numerus eſt.* Sed meritò ejuſmodi myſteriorum venatores irriſit Chryſoſtomus homil. 24. in Geneſin; quin & iis indignatur, tam temerè adoptantibus interpretationes ineptas & ab ipſis hæreticis confictas. Veram cauſam, cur non plura quàm ſeptem animalia Deus introduci juſſerit, eſt, quia tot neceſſaria fuerunt: par nempe ad propagationem, par ad uſum œconomicum, par ad uſum ſacrum oblationum, unum denique, quod ſtatim poſt finitum diluvium Deo in ſacrificium deſtinetur. XXVI. Tria porro animalium genera non intraſſe arcam; nempe, quæ in aquis vitam conſervare potuêre, quæ ex diverſa ſpecie animalium gignuntur, denique quæ ſponte proveniunt ex ſiderum & materiæ putreſcentis conventu; puto extra controverſiæ aleam poſitum eſſe. Etenim id Moſaica narratio non obſcurè innuit. Ex ea enim conſtat, animalia introduci debuiſſe in arcam להחיות *ad vivificandum* ea, adeóque ad conſervandas earum ſpecies. Atqui tria illa animalium genera vivificari & conſervari potuerunt, etiamſi in arcam non intromitterentur. Piſces enim ſpiravêre in aquis. Animalia ex diverſis ſpeciebus oriunda in ipſis diverſis ſpeciebus intromiſſis vivificabantur. Denique quæ ſponte naſcuntur, generari adeóque vivificari ſemper potuerunt, quam diu & ſiderum & putreſcentis materiæ copia fuit. Sed malo hæc diſertiſſimis verbis Auguſtini proponere. Is lib. xv. de Civ. Dei cap. 27. rem eam hoc modo definit. *Quod autem*, inquit, *ſcrupuloſiſſimè quæri ſolet de minutiſſimis beſtiolis, non ſolùm quales ſunt mures & ſtelliones, verùm etiam quales locuſtæ, ſcarabei, muſcæ denique & pulices, utrum non ampliori numeri in arca illa fuerunt, quàm qui eſt definitus, quum hoc imperaret: prius admonendi ſunt, quos hæc movent, ſic accipiendum eſſe quod dictum eſt, Quæ repunt ſuper terram: ut neceſſe non fuerit conſervari in arca, quæ poſſunt in aquis vivere: non ſolùm merſa, ſicut piſces, verum etiam ſupernatantia ſicut multæ alites. Deinde quum dicitur, Maſculus & fœmina erunt: profectò intelligitur ad reparandum genus dici: ac per hoc nec illa neceſſe fuerat ibi eſſe, quæ poſſunt ſine concubitu, de quibuſque rebus, vel rerum corruptionibus naſci: vel ſi fuerint, ſicut in domibus eſſe conſueverunt, ſine ullo numero definito eſſe potuiſſe: aut ſi myſterium ſacratiſſimum quod agebatur, & tantæ rei figura etiam in veritate facti aliter non poſſet impleri, niſi ut omnia certo illo numero eſſent, quæ vivere in aquis natura prohibente non poſſent, non fuit iſta cura illius hominis, vel illorum hominum, ſed divina. Non enim ea Noë capta intromittebat, ſed viventia & intrantia permittebat. Ad hoc enim valet quod dictum eſt: Intrabunt ad te: non ſcilicet hominis actu, ſed Dei nutu: ita ſanè, ut non illic fuiſſe credenda ſint, quæ ſexu carent. Præſcriptum eſt enim atque definitum, maſculus & fœmina erunt. Alia ſunt quippe, quæ de quibuſque rebus ſine concubitu naſcuntur, ut poſtea concumbant, & generent, ſicut muſcæ; alia verò in quibus nihil ſit maris vel fœminæ, ſicut apes. Ea porrò quæ ſic habent ſexum ut non habent fœtum, ſicut muli & mulæ, mirum ſi ibi fuerunt, ac non potius parentes eorum ibi fuiſſe ſufficerit, equinum videlicet, atque aſininum genus & ſi aliqua alia ſunt quæ commixtione diverſi generis, genus aliquod gignunt. Sed & ſi hoc ad myſterium pertinebat ibi erant. Habet enim & hoc genus maſculum & fœminam.* XXVII. Mirum porro videri poſſit animalia illa undique colli-

gi

gi & congregari potuisse. Si ipse Noë omnes terrarum tractus perterravit, ut varii generis feras suis cubilibus exueteret, & ad arcam aggregaret, longissimi temporis impensa et hoc constitit. Hic narrat Buteo sententiam Hugonis de S. Victore: *Invalescente diluvio animalia quærentia sui exitii fugam natando ad arcam venisse, & per ostium, & quod in tertia mansione erat, arcam ingressa.* Atqui Moses docet, prius animalia ingressa esse, quàm ingrueret diluvium, Genes. VII. 15. Philo Judæus censet, sponte animalia Noë servatorem suum & pastorem esse secuta. Verba ejus extant lib. II. de vita Mosis pag. 663. ὃ χάριν πάντα ὑπηκόησεν, ἢ τὸ πλῆθος, ἡγεμονίαν ἐξεμαρτύρει, ἢ εἰς νομεῖ ἢ ἀγελάρχ[illegible]οσεδήλου ὑπηκόλουθει. *Sic factum ut nullum animal detrectaret obsequium, immanibus etiam bestiis mansuescentibus, & servatorem suum tanquam Pastorem ultro sequentibus.* Verùm animalia quidem ferocia diritatem suam exuisse certum est. Sed an iccirco Noë totum terrarum orbem perterravit? R. Eliezer cap. 23. statuit, jussisse Deum, ut Angeli præfecti cuilibet speciei animalium descenderent & ea congregarent, simul cum omnibus illorum alimentis. *Non enim*, inquit, *scriptum est: venit Noë & congregavit ea; sed* באו אל נח אל התבה *venerunt ad Noë in arcam*, venerunt scilicet ab Angelis illis. Sed quid opus fuit quæso ministerio Angelorum? Annon potuit Deus eos, quos servare decreverat instinctu suo ad ingressum arcæ movere & dirigere? Est enim spiritus Dei, qui operatur omnia in omnibus, & cuncta quantumlibet diversarum naturarum, quo vult, dirigit. Is qui bruta & mutum animal humanas voces edere docuit; qui pedes animalium creavit; annon faciliori negotio solo nutu bestias ad Noam abigere potuit? Illa autem verba באו אל נח *venerunt ad Noam* obtorto collo rapiuntur, ut ab Angelis acta esse animalia probetur. Cur non potiùs sub verbis *venerunt ad Noë* intelligendum est, sponte sua, à Deo excitata? Quomodo etiam R. Solomon Jarchi ad verba illa ויבאו אל נח adnotavit מאליהן *à semet ipsis.* Is igitur arcano illo instinctu effecit, ut exspoliata natura sua animantes se ad arcam reciperent, & innocentem vitam inter se in arca viverent. XXVIII. Adjungi voluit Deus optimus necessitatum provisor & hominibus & animalibus commeatum. Sic enim Noæ edicit cap. VI. 21. ואתה קח לו מכל מאכל אשר יאכל ואכפתה אליו והיה לו ולהם לאכלה: *Et tu accipe tibi ex omni esca, quæ comeditur, & collige tibi, ut sit tibi & illis in escam.* Colligitur hinc, Noam divinitus instructum fuisse, quo cibo quælibet bestia uteretur. Hæc enim scientia Noæ planè necessaria fuit circa animalia incognita & hactenus non visa. Sed difficilis hoc loco quæstio oritur de animantibus carnivoris, quo cibo in arca Noë ea sustentaverit? Si fœno & herbis dixeris, videberis naturam carnivororum mutare, & quod adagio dicitur, κυνὶ ὀδόντας ἄχυρα, ὄνῳ δ' ὀψία. Si carnes eis Noam collocâsse responderis, unde suppetiit carnium tanta copia, quanta necessaria fuit ad anni totius sustentationem? Sanè animalia viva introducta in arcam mactari in usum carnivororum animalium minimè debuerunt, quia alium longè in finem servata sunt, uti supra vidimus. Neque Noam tamdiu tam fœdo ministerio mancipatum fuisse probabile est. Non etiam carnivoris datum fuit irruere in bestias, quæ aliâs eorum prædæ patent. Aliâs species multæ animalium abolitæ fuissent, quin & totam arcam habuissent infestam. Ego ad arbitrium hujus quæstionis rursus advoco Augustinum l. c. *Solet*, inquit, *movere nonnullos, genera escarum quæ illic*

habere poterant animalia, quæ nonnisi carne vesci putantur, utrum præter numerum ibi fuerint sine transgressione mandati, quæ aliorum alendorum necessitas illic coegisset includi: an verò, quod potius est credendum, præter carnes aliqua alimenta esse potuerunt, quæ omnibus conveniret. Novimus enim quàm multa animalia, quibus caro cibus est, frugibus pomisque vescantur, & maximè fico atque castaneis. Quid ergo mirum si vir ille sapiens & justus, etiam divinitus admonitus, quid cuique congrueret, sine carnibus, aptam cuique generi alimoniam præparavit, & recondidit? quid est autem, quod vesci non cogeret fames? aut quid non suave ac salubre facere posset Deus, qui etiam ut sine cibo viverent, divina facilitate donaret, nisi ut pascerentur etiam hoc implendæ figuræ tanti mysterii conveniret? Igitur quo miraculo factum est, ut leones, Pantheres, tigrides, lupi aliæque ejusmodi ferinate depositâ mansuescerent, & homini colla subderent, eodem factum, ut ad tempus subducto carnium alimento oblectarentur fœno, frugibus alioque obvio & parabili cibo. Quin & historiarum monumentis traditum reperimus, sæpe etiam carnivora animalia à carnibus temperantia simplicioribus cibis vitam toleravisse. Hinc leonis in Ægypto meminit Philostratus Apollonii sui libro V. 15. qui Templa sic ingrediebatur, ut à cædibus purum se conservaret. *Neque enim*, inquit, *hostiarum sanguinem lambebat, nec excoriatas & in frustra divisas carnes delibabat, sed placentis mellitis, & pane & bellariis vescebatur.* Cujus leonis meminit etiam Tzezes Chil. 5. Hist. 9. Nec dissimile quod narrat Sulpitius Severus de Monacho Thebaidis Dial. 1. cap. 7. *Ergo ubi ad illam, ad quam nos humanitas nostri hospitis ducebat, arborem pervenimus, leonem ibi offendimus; quo viso, ego & ille dux meus intremuimus, sanctus vero ille incunctanter accessit; nos, licet trepidi, secuti sumus. Fera paululum (cerneres imperatam à Deo) modesta discessit, & constitit; dum ille adsigna ramis humilioribus poma decerperet. Cumque plenam palmis manum obtulisset, accurrit bestia, accepitque tam libere quam nullum animal domesticum; & cum comedisset, abscessit.* Facit huc quod refert Joh. Phocas descriptionis Terræ sanctæ cap. 23. de leonibus circa Jordanem, quibus Iberus Anachoreta victum ministrabat. Τούτων δύο τῷ γέροντι ἐγκλείστῳ τὴν ἑβδομάδα εἰς περιγίνοντο, καὶ τὰ οὖλα τὰς κεφαλὰς ἀποτριβόντες τῇ τοῦ ὀρθελμοῦ ἱππείᾳ προφάσει, καὶ ἐπιτυγχάνοντες, δίμηνον ἐσθίουσι τὰς συνήθεις δίνας ἢ πλείω ἀπίσω χαίνοντες. ἡ δὲ ὀπωρεία βεκχόρω ἐν Ἰόππῃ, καὶ ἀλεύρου ἴσως, ἢ κριθῆς κλάσματος ἀρτου. *Horum leonum duo ad senis claustrum prima hebdomadis se conferebant, & capitibus columnæ innixis, natu oculorum pabulum petebant, quod consecuti ad consuetos fluminis vertices alacres & læti redibant. Pro pabulo autem erant aqua madefacta legumina, aut forte olyrites, aut panis hordeaci frusta.* Ad hanc animalium in arca stabulantium, victumque tenuem ex fœno vel herbis usurpantium alludit etiam Esaias, tempora Christi mysticè describens Esai. xi. 6, 7. *Et habitabit lupus cum agno, & pardus cum hœdo accubabit, & vitulus & catulus leonis, & bubalus simul, & puer parvus ducet eos. Et vacca & ursa pascentur, simul accubabunt nati earum: & leo sicut bos comedet paleam.* XXIX. Superest una adhuc quæstio, quam levi brachio supra, cum de cubitis arcæ ageremus, attigimus: an arca capax fuerit tot animalium, alimentorum, aliarumque necessitatum? Sanè Celsus quondam arcam criminatus est tanquam ἀλόγιστον ἄπαντα ἐνδον ἔχουσαν, *absurdam omnia intus continentem*, teste Origene lib. 4. contra Celsum. Quin & notæ sunt ea de re cavillationes Marcionis, Valentini, Gnosticorum. Quomodo, inquiebant profani, arca longa demum cubitos 300. lata 50. alta 30. generum omnium seminaria continere potuit? Ad diversam hic cubitorum men-

suram

suram tanquam sacram anchoram multi hîc confugerunt, quòs supra satis, ni fallor, confutavimus. Puto igitur arcam ejus capacitatis, quæ secundum communes cubitos describitur, continendis hominibus, animalibus & alimentis satis amplam fuisse. Idque facilè apparebit, si amplitudo arcæ cum numero animantium comparetur. Amplitudo arcæ, si uniuscujusque contignationis solum metiare? quindecies millenos cubitos in planum habuit. Idque patebit, ubi duxeris & multiplicaveris 300. cubitos longitudinis in 50. latitudinis. Hæc summa multiplicata in altitudinem 30. cubitorum facit cubitos solidos 450000. Residuum ad tectum quod est prisma, continet 7500. cubitos. Fiunt in universum 457050. cubiti. Hæc amplitudo est arcæ. Jam de iis, quæ arca contineri debuerunt, dispiciamus. Primum constat, non esse ingressa aquatilia & ea, de quibus dictum est thesi 26. Restant animantes terrestres & aëreæ. Inter aërea maxima est aquila & orus. At hæc non nimis grande spatium requirebant. Terrestrium animalium si maximè trecentas species ponamus, eæ locari in unica contignatione potuerunt, & ita quidem ut singulis speciebus quinquaginta cubitos describamus. Reptilia sanè exiguum locum deposcunt. Cæterorum, quæ pedibus insistunt, vix centum species reperiunt naturæ consulti. Eorum maxima sunt Elephas, rhinoceros, bos, equus, Camelus. Reliqua haud perinde magna & procera sunt. Cum ergo quinquaginta cubiti unicuique generi animalium dari possint, si trecentas animalium species in rerum natura existere constaret; quid impedit, quo minus animalium species, quæ ad eum numerum excrescere non potuerunt, totum in arca receptum & idoneam habitationem unâ cum cæteris necessitatibus habuerint? XXX. Sed nemo vel amplitudinem totius arcæ rectius taxavit, vel animalium & alimentorum numerum & pondus pensitavit melius Johanne Temporario, qui in hac quidem materia plerosque cæteros multis passangis antecessit. Cùmque multum interesse existimem, ut de toto hoc negotio paulò instituamur certiùs, haud alienum fuerit, ejus de hac re dissertationem hoc loco inserere. In qua quidem non adjicio calculum iis, quæ de carnivororum alimentò, & tecto duodecim cubitos alto non satis vero consentanea adsperfit. Cætera veritatis & accurationis numeros facilè implent. Jam verò, inquit, demonstremus, quomodo omnium quæ sunt in terris animantium genera, cum annuo singulorum alimento, arcæ magnitudo capere potuerit. Hoc ut facilius intelligatur, universa bruta in tria genera maximè nota comparatione distribuantur, nimirum in boves, oves & lupos. Terrestrium autem maximum est elephas, bove major quadruplo, ut autor est Aristoteles. Propterea elephantes duo ratione magnitudinis atque victus, æstimabuntur boves octo. Uri in Hercynia silva magnitudine sunt paulo infra elephantes. Itaque duo æquabunt sex boves. In ea silva bos est unicornis. Duo bobus ponantur æquales. Camelus Arabicus Bactrianus, Dromeda, Camelopardalis, Rhinoceros, singula bobus singulis æstimentur, ita ut paria quinque valeant 20. boves. Monocerotes duo, Bisontes duo, Bubali duo, Bonasi duo, Origenes duo, Tarandi duo, Equi pennati sive Pegasi duo. Struthiocameli duo, domestici boves septem, at cervi septem, æquabunt boves 4, Hippelaphi duo, Equi domestici duo, Equi feri duo, Hiparadia duo, Hippotami duo, Asini duo, Onagri duo, Asini Indici unicornes duo, Ursi duo, Apri duo, Sues duo. In quibus non apponitur æstimatio pro pari boum sumenda sunt. Omnia proportione respondent paribus boum 45½. Sed ut suppleatur quod omissum fuerit 60. boum paria computentur. Ovium porro tum ferarum tum cicurum quatuor genera reperiuntur, quæ quia munda ea facimus, septenarium quater explebunt, hoc est

oves 28. Capræ, Capreæ, Rupicapræ, Ibices, Oryges, Damæ, Pigargi, Sterpsicerotes, omne caprinum genus immundum, æstimetur ad oves 30. Simiarum genus, Simia, Cœbus, Cynocephalus, Cercopithecus, & hujusmodi ponantur pro 10. ovibus. Lepores vulgares, lepores candidi, dasipodes, cuniculi domestici, cuniculi feri, meles sive taxones, Sciuri, Glires, mures, talpæ, herinacei, histrices, minuta hæc animalia à lepore numerata, valeant oves 4. Summa supradictorum crescit ad ovium paria 40. Nunc ad lupum, qui notissimus est, carnivora referantur. Leones, Pardi, leucocrutæ, calæ, serpentes, boæ. Horum paria lupis 4. æstimata, reddunt lupos 24. Tauri cornua habentes, mobilia duo, manticoræ duo, taxentur lupis 12. Pantheræ, tigrides, lupi, lupi canarii, lupi cervarii, qui & thoes dicuntur, Chai, cephæ, lynces, Sphinges, ctocutæ, axes feræ, vituli marini duo, pro totidem lupis, cumulabunt 24. Laraces 2. fibri duo, Satheria 2, Satyræ 2, lutræ 2, valeant lupos duos. Hyenæ, Lycaones, vulpes, feles, ichneumones, viverræ, mustelæ, cum modico sint corpore, horum paria septem ponantur pro duobus lupis. Summa facit luporum paria 32. Sed in supplementum ponantur paria 40. Paribus autem singulis ad victum quatridui, ovis una statuatur. Itaque pro omnium cibariis oves 10 singulis diebus absumentur, quæ in annum faciunt oves 3650. Omnium brutorum terrestrium summa est boum 120. ovium 3730. Luporum 80. quæ quomodo stabulari queant in ima arcæ regione, hic nobis inspiciendum est. Pedis longitudo nota est. Pes quidem Gallicus Romano paulo uberior est, Sed Gallicum è summa vetustate sumtum fuisse credendum est. Semipedis Gallici magnitudinem in sex uncias distributi hic adpinximus. Qui triplicatus cubitum constituit. Arcæ longitudo 300 cubitorum ducta in latitudinem 50, efficiet embadon 15000 cubitorum quod omnia terrestria bruta facile recepit. Etenim brutis majoribus ad 60 boum paria æstimatis, potuerunt stabula 60 collocari per arcæ longitudinem, singula cubitos 5 longa: lata 4. Primus autem hic stabulorum ordo statuatur in latere portæ oppositio, totam arcæ longitudinem occupans. Altero deinde ordine minorum animalium paria 40, totidem Sepimentis inclusa fuerint ternorum in longum & latum cubitorum, in arcæ dextra parte, sinistra vero locentur similiter 40 carnivororum paria, quorum latibula teneant singula 4. longitudinis arcæ cubitos cum triente, tres vero latitudinis. Itaque restabunt ex arcæ longitudine cubiti sex, ad constituendum iter inter dextram sinistramque stabulationem, quo itum est ad stabula primi ordinis, quia secundo separandus fuit via tres cubitos lata, ut jam latitudinis arcæ cubiti 10 occupati fuerint & restent 40 latitudinis cubiti, in quibus recipiantur oves cibariæ 3650. His tertius stabulationis ordo tribuetur, secundo conjunctus: Ad quem ab arcæ latere, quod portam habet, via relinquenda est quinque cubitos lata, qua per arcæ longitudinem facilis ad omnia latibula pateat accessus. Relinquuntur latitudinis arcæ cubiti 35, qui in 294 cubitos longitudinis ducti, reddunt cubitos 14290, spatium multo laxius quam opus sit ovibus 3650. Distributis siquidem 10290 cubitis in oves 3650 singulis obveniunt fermè terni cubiti. His autem quæ gregatim vivunt nec dissociari facilè patiuntur, non opus est multis loculamentis, sed caulæ duæ sufficient, dextra sinistraque locatæ. Quocirca regio arcæ infima cuncta laxè animantia terrestria potuit recipere, præter multa ad victum spectantia, quæ in tabulatis supra animalium sepimenta disposita potuerunt asservari. Quæ tamen in secunda regione facillime recondi potuisse nunc nobis demonstrandum est, ut locus imæ regionis à stabulorum sepimentis vacuus, relinquatur liberiori animalium respirationi, & exhalationi vaporum quos excitant excrementa conclusa. Cibaria carnivororum

quæ

Ην γὰρ ἐπέλθῃ τοῦτο θεοῦ κελευσθὲν ὕδωρ,
Γλύσει γῆ, πλύσουσιν ὄρη, πλύσει δ' ἠὴρ,
Ὑδωρ ἔσαι ἅπαντα, καὶ ὕδασι πάντ' ἀπολεῖται,

Hæc etenim mandante Deo si venerit unda,
Nabit humus, nabunt montes, innabit & æther,
Omnia pontus erit, corrumpet & omnia pontus.

Σπή-

quæ ad oves 3650 æstimata sunt, hic repetere necesse non est. Cum ea jam collocata sint in ima regione, tertio stabulationis ordine. Sed earum pastus aliorumque animalium præterquam carnivororum locus quærendus est. Atque hic animadvertendum oves cibarias 3650, decade indies decrescere, ideoque consumtarum cibus ab anni summa deduci debet. Quo fit ut oves 3650 non plus impendant in annum quàm oves eodèm semper numero 1820, ut progressio logistica docet. Ovibus 1820 junge 80 quæ servantur in propagationem, facies summam 1900. Ponamus autem septem ovium pastum, unius bovis alimentum æquare, ita oves 1900 supplebunt vicem boum 271$\frac{3}{7}$, qui cum bobus 120 juncti cumulabunt 392. Sed concedamus esse 400 boves, eósque per annum pascendos esse fœno pratensi, quod multo plus loci occupat quam hordeum, avena, vicia, cæteræque fruges. Scribit Columella, quod experientia etiam testatur, Januario mense satis esse singulis bobus fœni pondo 30. Martio & Aprili, quia terra proscinditur, pondo 40. Sed bobus recluſis qui otio & quiete pinguescunt sufficerent in diem pondo 20. Veruntamen ut contentiosis satisfiat, dabimus pondo 40, hoc est uncias 480. Habet enim pondo sive libra uncias 12. Fœnum porro compressum sicut solet in magnis fœnilibus condi, postquam exaruit si quis dimetiatur, comperiet mensuram cubiti solidi paulo plus quam fœni pondo 40 continere. Boves igitur 400 totidem cubos pastu diurno vorantes, absument annuo spatio cubos 146000. At media regio longa cubitos 300. lata 50, sublimis 12, dabit solidum cuborum 180000. Remanent cubiti vacui 44000. Ex quibus consequens est hanc contignationem non solum sufficere, sed etiam uberiorem & laxiorem esse omnium bestiarum alimentis. Suprema contabulatio hominum habitationi attributa, nihil habet dubitationis. Tecti verò fastigium ad cubitos tantum 12 excitatum est, quod ea tecti inclinatio satis sit ad pluvias dextrâ sinistrâque propellendas. Æquilateri trianguli forma, quæ nonnullis placuit, longius ab arcæ figura recedit, quæ quanvis aquas celerius dejiciat, minus tamen arcæ fuit necessaria tanta tecti altitudo, quippe quod ad breve tempus parabatur. Cubiti vero 12 altitudinis in 300 longitudinis, & 50 latitudinis ducti, dant solidum triangulare cubitorum 90000. Quod spatium nemo negaverit volucrum nidulationi & volatui quo exerceri gaudent plus satis sufficere. Igitur evidenter demonstratum esse putamus, cuncta animantia terrestria & aëria cum suis alimentis in arca laxe recipi potuisse. *Heideggerus.*

Στήσονται δ' ἄνεμοι, καὶ δ' εὐτερπὴς ἔσεται αἰών.
Ω Φρυγίη, πρώτη δ' ἀναδύσῃ ἀφ' ὕδατος ἄκρη,
Πρώτη δ' αὖ θρέψεις γενεὴν ἑτέρην ἀνθρώπων,
Ἀρχομένην αὖθις· ἔσῃ δ' τροφὸς ἆρα πάντων.
Ἀλλ' ὅτε δὴ γενεὴ τὰ μάτην ἐλάλησεν ἀθέσμως,
Ὑψισός τ' ὤφθη, πάλι δ' ἴαχε, φώνησέν τε·
Ἦ δὴ καιρὸς ἐπέσῃ Νῶε, θ' ἕκας ἀγορεύειν,

Verum sistentur venti, venietque secunda
Ætas. O Phrygia, a summis tu vertice prima
Emerges undis: hominum tu prima renascens
Educes genus, & censebere maxima nutrix.
Sed postquam frustra sceleratos commonefecit,
Summus ei apparens iterato talibus infit:
Tandem tempus adest, quo fiant omnia, Noe,

Οσα

90 Ἦ δὴ καιρὸς ἐπέσῃ Νῶε] IX. De tempore cœpti diluvii sic Moses Gen. VII. 11. *Anno sexcentesimo vitæ Noëmense secundo, decimo septimo die mensis, ipso die rupti sunt omnes fontes voraginis magnæ, & fenestræ Cœli apertæ sunt.* Diluvium cœpisse in autumno; in eundem incidisse caput anni Patriarcharum: annum eum fuisse lunarem, tempore tamen suo adæquatum solari, Exercitatione duodecima demonstravimus. proinde operam non ludimus. Quin & initium diluvii incurrisse in anni Mundi millesimi sexcentesimi quinquagesimi septimi mensem secundum, ejusque mensis diem decimum septimum ostendimus Exercitationis XI. thesi 28. Characterem verò temporis diluvii quod attinet, variè is assignatur, nec duos forte Chronologos huic conspirantes invenire dabitur. Josephus Scaliger de emendatione temporum lib IV. pag. 171. diluvium rejicit in annum 1657. à conditu mundi, periodi autem Julianæ 2420. Cyclo solis XII. Lunæ VII. Cujus Neomenia Zygenos 7. 18. 12. Octobris XIII. Marcheswan 5. 20. 349. feria VI. Octobris XIX. anni Judaici 1468. Annos 1656. absolutas fieri XIII. periodos Neuruz Persicæ, quas Hebræi חלרים id est *secula* vocaverint, & præterea annos 96. superfuisse de Heled sive seculo XIV. quo intervallo Neomenia mensis Æthanim adscenderit in anteriora dies XXIV. quibus de XXVI. Octobris detractis, superfuit secunda Octobris Neomenia Æthanim, à qua cœperit שנת ימים

annus

annus dierum Hebraicus temporis diluvii. Verùm characteris ejus non simplex error facilè deprehendi potest ex iis, quæ Exercitatione x. sunt contra Scaligerum disputata. Alium characterem diluvii ponit Langius, qui diluvium non in tempus autumnale sed vernum incidisse existimat, cujus rationibus occurrimus Exercitatione decima. Is igitur libro II. de Annis Christi cap. 3. diluvium contigisse statuit Anno Periodi Julianæ 2328. Junii VII. Anni mundi 1657. Mensis Jiar, hoc est, secundi die XVII. feria secunda, Cyclo Solis Romano IV. Lunæ X. Indictio III. An. Per. Const. 3123. Cyclo Solis Græco XV. Lunæ VII. An. Judaico 1375. Diversum characterem statuit Dionysius Petavius. Nos non ignari, quemcunque characterem demum posuerimus, cum sine longa demonstratione ab hoc loco aliena nemini nos persuasuros, hîc continere nos & longa illa investigatione apud lectores incuriosos fortè Chronologicarum demonstrationem supersedere malumus. X. Potius est, ut in causas diluvii procreantes inquiramus. Eas paucis verbis nobis explicat Moses Genes. VII. 11.

נבקעו כל מעינות תהום רבת וארבות השמים נפתחו *Rupti sunt omnes fontes voraginis magnæ, & fenestræ Cœli apertæ sunt.* Per תהום רבה abyssum magnam barathrum vel tartarum veteribus ita appellatum, sive hiatum maximum, qui usque ad centrum Terræ protendatur, à quo etiam Oceanus & omnia flumina scaturiant, multi olim intellexêre. Et videtur hoc ipsi Vatablo & Oleastro nonnihil sapere. Cùm tamen de ejusmodi barathro viris eruditis nihil compertum sit, opinionem illam missam facimus. Præcipuè cùm non difficilis sensus sit, si de vastissimo gurgite marium, nec non amplissimis & profundissimis sub Terra cavernis & meatibus, quibus multifariam dilatatis inhibito marium & fluminum recessu, quamvis laxatis fontium & venarum ostiis terra potuit in vastissimos hiatus discindi magna abyssus explicetur. Vocem תהום plerique Hebræi derivant ab המה vel הים *fremitu, strepitu.* Sed vera radix conservata est apud Arabes, apud quos תהם notat attonitum esse. Propriè igitur תהום est locus quilibet vastitate stupendus, ad quem remoti spectatores starent attoniti. Apud Hebræos עמק מים רבים *profunditas multarum aquarum.* Græci vertunt ἄβυσσον. Est autem ἄβυσσος Gennadio ὕδωρ πολὺ, οὗ τὸ βάθος ἀκαταλήπτου ἀνθρώπῳ ἢ σφόδρα δυσαπαλλάκτου *aqua multa, cujus profunditas incomprehensibilis est homini, vel certe ægrè comprehensibilis.* Sunt igitur hoc loco מעינות תהום רבה *fontes abyssi magnæ* omne etiam profundissimum aquæ receptaculum. Tale autem est terra sinubus & cavitatibus suis concludens quicquid ubique est aquarum, sive Oceanus sit, sive lacus, paludes, fontes, ex Oceano stagnantes, sive aquæ subterraneæ, in cavernis & meatibus terræ concluse & coarctatæ, quæ partim ex ipso mari per totum terræ spongiosæ & porosæ corpus distribuuntur, haud secus quàm in humano corpore sanguis, qui in hepate conficitur, per venas fuctu quodam & attractu per omne corpus diducitur: partim ex quotidianis imbribus in profundos terræ meatus defluunt. Hi fontes abyssi magnæ נבקעו *rupti sunt*, quia non tantùm eæ aquæ sunt in subsidium arcessitæ quæ apertos & faciles habent exitus: verùm eæ etiam, quæ vel cum mari per subterraneos ductus non conjunctæ vel admodum ab aperti maris ostiis remotæ, nounisi facta & vi perruptâ viâ ac relaxatis vinculis ex terræ visceribus & foraminibus exundârunt atque regurgitârunt. XI. Verùm non sustecerunt ad inundationem mundi aquæ, fontibus magnæ abyssi concluse. Igitur apperiri etiam debuerunt ארבות השמים καταρράκται τῶν οὐρανῶν

cata-

cataractæ Cœli. Melius Onkelosus כוי שמיא & eum eo Symmachus & Aquila θυρίδας οὐρανοῦ *fenestras Cœli* reddunt. Nam cataractæ parum concinnè aperiri dicerentur. Est etiam ארבה ab ארב *observavit, speculatus est.* Inde ארבת videtur significare locum quemvis à quo aliquid speculari & observare solemus, qualis imprimis *fenestra.* Proinde in Thalm. Chol. cap. 10. ארבה definitur ארובה בתוך הבית שהוא *fenestra quæ est in medio domûs.* Similis locutio est Psal. LXXVIII. 23. ubi Deus dicitur præcepisse & aperuisse דלתי שמים *fores Cœli*, & pluisse super Israelitas mannam. Apud Sixtum Senensem Biblioth. lib. v. annot. 81. commemoratur sententia Petri Aliaci Presbyteri Cardinalis, Guilielmi Parisiensis Episcopi necnon Henrici Mechlinii Magni Alberti discipuli, quibus visum *cataractas Cœli* notare constellationes inundationum productrices, & signa aquatica, qualia Cancer, Pisces, Plejades, Hyades & Orion de stellis; Mars, Venus & Luna de planetis. Cataractas ergo Cœli tunc apertas intelligi, cùm causæ hujusmodi ad operationes pluviarum & inundationum nutu creatoris laxatæ sunt & confirmatæ. Et Mechlinus quidem in commentariis, quos edidit in magnas Albumasaris conjunctiones, refert, se inveniſse ex Astronomicis supputationibus, quòd Noëticum diluvium præcesserit conjunctio quædam astrorum, generalem aquarum illuvionem inducens, nimirum Jovis & Saturni in fine Cancri è regione Argolicæ navis, per quam etiam arca Noë significatur. Verùm hanc sententiam superiori seculo à Tiberio Calabro defensam refutavit Hieronymus Armellinus Dominicanus, edito peculiari adversus eum volumine, in quo eam tanquam hæreticam æstuante stomacho damnavit. Et sanè absurdissima est ea sententia, juxta quam non universalis malitia & corruptio generis humani, sed potius fatalis dispositio astrorum & Stoïca quædam ne fulmine mutabilis necessitas diluvium attraxit. Et judicia Dei non libera & propter sola hominum peccata præcipitata, sed necessaria & tempori inservientia hoc pacto agnosci deberent. Ut meritò mirandum sit, etiam nostra ætate reperiri homines malè curiosos, qui ejusmodi opiniones recoctas de novo pauillo suspendunt. Inter quos nuper P. Setarius cùm occasione conjunctionis omnium planetarum in *Sagittario* signo igneo nuper factæ mira nobis portenta parturiret, se tueri conatus est simili planetarum omnium synodo seu conjunctione tempore universalis diluvii in *piscibus* aquatico signo, uti ex Theodoro Hoen celebri astrologo refert, observata. Cujus quidem intempestivum pruritum, qui Christianos non Dei vivi sed astrorum, quæ olim Gentiles expavescebant, timentes facere potuit, repressit D. Samuel Meresius Theologorum ævi nostri grande decus. XII. Sed tota hîc difficultas est de Cœlo, cujus fenestras apertas testatur Moses, quale illud intelligere conveniat, astriferum an aëreum? Qui supra æthera aquas in creatione collocaras putant, plerique hîc astriferum Cœlum intelligunt. Sic Beda, Oleaster, Eugubinus, Abulensis, alii, qui & hoc argumento militant, non potuisse aquas supra celsissimos montes adscendere, nisi copia aquarum supracœlestium à Deo facta sit. Verùm de argumento illo postea viderimus. Nos igitur Cœlum hîc intelligimus aëreum, nubium δεξεῶν & pluviarum fœcundam scaturiginem. Nam Deus ligatas habet aquas suas in nubibus, quas ubi dimittit ארץ יהפכר *avertit terram* Job. XII. 14. Cœterùm cum fenestras Cœli apertas dicit, metaphora utitur aptissima. Ita enim solet Scriptura dicere claudi Cœlum, cùm longo tempore non pluit; aperiri cùm pluit, Luc. IV. 25. Cùmque significatur dari à Deo magnam bonorum vel malorum copiam, dicuntur aperiri אדבות השמים

חשמים *fenestræ Cæli.* 2. Reg. VII. 2. Malach. III. 10. Esai. XXIV. 18. Videmus igitur, omnia naturæ vincula soluta fuisse, ut in mundum aquæ inundarent. Nam cùm aquæ è fontibus in terra eructentur tanquam è suis conceptaculis, & pluviæ è specubus nubium deorsum immittantur secundum ordinem naturæ; non potuit natura hujus conturbatio significari melius, quàm ut conceptacula illa dicerentur dirupta, fontes è rupibus tanquam dissilientibus & fissis, & nubes tanquam è specubus erumpentes. Nescio quid simile in mentem venit Senecæ de causis futuri, quod ille somniat, diluvii, quanquam ille naturæ tribuit malè, quod solius Dei potentiæ subest. *Sed*, inquit *Natural. quæst.* III. 27. *monet me locus, ut quæram, cum fatalis dies diluvii venerit quemadmodum magna pars Terrarum undis obruatur. Utrum Oceani viribus fiat, & externum in nos Pelagus insurgat: ac crebri sine intermissione imbres, & elisa tempestate hiems pertinax, immensam vim aquarum ruptis nubibus deruat. An flumina tellus largius fundat, aperiatque fontes novos: aut non sit una tanto malo causa, sed omnis ratio consentiat, & simul imbres cadant, flumina increscant, maria sedibus suis excita percurrant, & omnia uno agmine ad exitium humani generis incumbant. Ita est. Nihil difficile est naturæ, utique ubi in finem sui properat. Ad originem rerum parce utitur viribus, dispensatque se incrementis fallentibus, subito ad ruinam toto impetu venit. Quàm longo tempore opus est, ut conceptus ad puerperium perducatur infans? quantis laboribus tener educatur? Quam diligenti nutrimento obnoxium noviſſimè corpus adolescit? At quàm nullo negotio solvitur? Urbes constituit ætas: hora dissolvit. Momento fit cinis: diu silva.* Eleganter idem de ea re disserit *Naturalium quæstionum* lib. III. c. 30. qui locus planè meretur heic ob oculos poni: *Sunt omnia ut dixi, facilis natura: utique quæ à primo facere constituit; ad quæ non subito, sed ex denunciato venit. Jam autem à primo die mundi, cum in hunc habitum ex informi unitate discederet, quando mergerentur terrena decretum est: & ne sit quandoque velut in novo opere, dira malitia, olim ad hæc maria se exercent. Non vides, ut fluctus in littera, tanquam exiturus, incurrat? Non vides, ut æstus fines suos transeat, & in possessionem terrarum inducat? Non vides, ut illi perpetua cum claustris suis pugna sit? Quis porro istinc, unde tantum tumultum vides, metus est è mari, & magno impetu erumpentibus fluviis? Ubi non humorem natura disposuit, ut undique nos, cum voluisset, aggredi posses? Mentior, nisi eruentibus terram humor occurrit, & quoties nos avaritia aut defodit, aut aliqua causa penetrare altius cogit, eruendi finis unda est. Adjice nunc, quod immanes sunt in abdito lacus, & multum maris conditi, multum fluminum per operta labentium. Undique ergo erunt causæ diluvio, cum aliæ aquæ subinfluant terras, aliæ circumfluant, quæ diu coërcitæ vincent, & amnes omnibus jungent, paludibus stagna. Omnium tunc mare ora fontium implebit. & majore hiatu solvet. Quemadmodum corpora nostra ad egestum venter exhaurit, quemadmodum eunt in sudorem vires: ita tellus liquefiet, & aliis causis quiescentibus, intra se, quo mergatur, inveniet: sic magna omnia coitura crediderim. Nec erit longa mora exitii. Tentatur divelliturque concordia, cum semel aliquid ex hac idonea diligentia remiserit mundus, statim undique ex aperto, ex abdito, superne, ab infimo aquarum fiet irruptio. Nihil est tam violentum, & incontinens sui, tam contumax, infestumque retinentibus, quam magna vis undæ: utetur libertate permissa, & jubente natura, quæ scindit circumque complebit. Ut ignis diversis locis ortus, citò misces incendium, flammis coire properantibus: Sic momento redundantia maria se committent. Nec ea semper licentia undis erit: sed peracto exitio generis humani, extinctisque pariter feris, in quarum homines ingenia transierant, iterum æquas terra sorbebit: natura pelagus stare,*

aut intra terminos suos furere coget : & rejectus è nostris sedibus, in sua secreta pelletur Oceanus, & antiquus ordo revocabitur. Hactenus Seneca, cujus oratio ita concepta est, ut de industria explicare voluisse Mosen videre possit. Juvabit etiam de causis diluvii audire graphicè differentem Philonem Judæum de Abrahamo pag. 355. Ἐπὶ γὰρ ἀδιαφόρων τὰ ἀσεβήματα φορὰν ἔλαβεν αὐξήσεως ὁ χρόνος, καὶ πᾶσι χώραις, καὶ ἔθνεσι, καὶ πόλεσι, καὶ οἰκίαις, καὶ ἑνὸς ἑκάστου ἰδίαις, πονηρῶν ὑπερβολαῖς ἐπιτεταμένοις, πάντων ἐκείνους, καὶ ἐν ὑψηλοῖς καὶ τὰ ἄγαν εὐφυῆ καὶ τὰ τῆς ἀθανασίας ἀπολαυστικὰ ἐπείγοντα ἐπὶ τὸ τελειότατον κακίας μεγέθη ὑπερβαλλόντως ἐπιφαίνοις, καὶ μηδὲν ἀφῆλικον ἢ τὸ ἀσθενὲς ἐπιλαμπόμενον καὶ ἀπέρατον βίου. ἐφ' οἷς ὁ θεὸς ἐκότησε δυσχεραίνας, ὡς τὸ ζῶον τὸ ἄριστον ἔπαυ δικῶν. καὶ συγχύσεως ἐξιόντος τὸ σῶμα αὐτοῦ, ἵνα τὸ τῶ λόγῳ κρατοῦσα, δίκαι ἀμέλει ἐπιτιθύνει, ἐξέλασιν κακίαις, καὶ τὰ εἴδη πάσης κακίας, δίκαιον ἐφίζει τὸ σωφρονεῖσθαι, ἀφανίζειν τὰς τότε ὅλας κρίσεως ἀναπλάσεις. ἃ μόνον ἢ τὰς ἐν τῇ πεδιάδι καὶ τὰς χθαμαλωτέρους, ἀλλὰ καὶ τὰς ἐν τοῖς ὑψηλοτάτοις ὄρεσι κατασκήπτας. ἡ μὲν γὰρ μεγάλη θάλαττα, μετάρσιος ὡς εἶδεν ἀφρίσασα ἀφῆκεν, ἀφ' ἧς τὸ ἐναέριον ἄθρόον ῥύμῃ τοῖς κατ' ἠπείρου πελάζει· τὰ δὲ πλημμύρησε, νάσους καὶ πείρους ἐπέκλυσε, πηγῶν τ' ἀενάων καὶ ἀυθιγενῶν ποταμῶν καὶ χειμερίων ἐπάλληλοι φοραὶ, συνῆγον ἀλλήλοις ἀναχώσμασι. καὶ ἀφῆς ὑψηλοτάτων ἐπαιρόμενον ἐπέκλυσεν. ἃ μὲν οὖν ἐν ἀέρι ῥήσεις. πάντα γὰρ τὰ ὑγρὰν βαθὺ καὶ συνεχὲς νέφος ἐπῆλθε καὶ πνεύματα ἐκ ἔξωθεν· παπάζει δὲ βρονταὶ καὶ ἐπιλάμψεις ἀστραπῶν καὶ πύρωσιν φορᾶ κεκραμένων ὄμβρων ἀπαύστων, ἀνακαίουσαι τὰ μέρη τῆς περιοχῆς μέχρι φλογὸς τὸ ὑδατῶδες ἀναστοιχειώσασα ἀπόδοσιν, ἕως δὲ μὲν ἀνάθεν κατεῤῥάγησαν δὲ κάτωθεν ἐπανῆλθον, μετάρσια ἤχθη, τὰ ῥεῦθρα, οἷς ἃ μόνον ἡ πεδιὰς καὶ ὅση χθαμαλὴ κατακλυσθεῖσα ἀφανίσθη, ἀλλὰ καὶ τὰ ὑψηλοτάτων ἐρῶν αἱ κορυφαί. *Quoniam enim uberrimus proventus iniquitatum ac impietatum fuerat illo tempore, adeò ut omnis regio, gens, civitas, domus, & unusquisque privatim repleretur malis studiis, certatimque de primatu in vitiis contenderent, dum quisque proximum conatur præcurrere, nihil sibi ad extremam malitiam reliquum faciens, ea propter Deus meritò indignatus, quòd animal omnium, ut videbatur, optimum, & cognatione cœlesti dignatum propter communicatam rationem, pro virtute quàm exercere debuerat, complexum esset malitiam, nec ullam ejus omisisset speciem, panam decrevit convenientem, ut omnes ejus seculi homines deleret uno diluvio : nec tantum incolentes campestria loca & humilia, verum etiam in celsissimis sitos montibus. Nam oceanus elatus æstu quanto nunquam antea, per fauces valido impetu irrupit in nostra maria : quæ suos insulas ac continentem subitis inundarunt fluctibus. Accesserunt & fontium perennium & omnium indigenarum torrentiumque alii super alios affluxus, qui conjuncti & diffusi etiam in altum creverunt. Nec aër cessabat interim, obtecto Cœlo toto continuis nubibus, procellis quoque furentibus : simul tonitruum crepitus, micationes fulgurum, ictusque fulminum intermixti largissimis imbribus faciebant ut videretur totus mundus abire in naturam aquarum : denec è supernis cataractis infernisque fluentis tanta moles undarum succrevit, ut non campi tantum & depressa loca operirentur, sed & altissimorum montium cacumina.* XIII. His igitur Cœli & terræ fontibus ruptis & Noa cum suis arcam ingresso continuavit המבול *diluvium* super terram quadraginta diebus, intra quos יגברו המים וידבו אמד על הארץ ותלך התבה על פני המים *roborârunt se aquæ & multiplicatæ sunt valde super terram; & ferebatur arca super faciem aquarum.* Genes. VII. 17, 18. Eo igitur tempore continuò & fontes abyssi magnæ proruperunt ex claustris terræ, subeunte in eorum locum ære; & ex nubibus Cœli in pluvias resolutis aquæ delapsæ sunt. Perperam enim nonnulli illas quadraginta dierum pluvias faciunt causam tertiam diluvii à prioribus distin-

distinctam, cùm pluviæ illæ concurrerint ad diluvium, & arcam exaltaverint è terra; quin & id ipsum clarè colligatur tum ex prædictione illa: *post septem dies pluam* 40. *diebus & 40. noctibus*, tum ex cõmparatione temporis, quo aquæ super terram multiplicatæ sunt, & quo arca cessantibus pluviis cessavit & quievit in montibus Ararat. Fallitur magnopere Aben-esdras, existimans toto illo tempore nullum dierum & noctium discrimen fuisse: Noë autem cognovisse quadraginta dierum tempus præteriisse ex eo, quod desiisset imber; Deum ipsi hoc arcanum revelâsse. Atqui videmus discrimina dierum de diluvio accuratè notata in historia, quod non fecisset Moses, si dies & noctes non fuissent. Quin & ipse Noë supputavit dierum numerum ad emissionem corvi & columbæ. Neque putanda sunt sidera cessâsse ab eo ordine & motu, qui in principio creationis ipsis est inditus. Non obstat etiam, quod Deus ad oppositum diluvii promittit: *cunctis diebus nox & dies non requiescet*, Genes. VIII. 21. Diluvio Deus opponit ordinem, quem erat deinceps stabilitus. Nempe tempore diluvii emissis nubibus Sol obtegebatur, adeò ut vix apparerent diei & noctis vices, neque possent homines inter diem iis laboribus, quibus ante hac solebant, defungi. Hoc malum ne unquam deinceps extimescerent homines, promittit, se in priorem ordinem omnia redacturum. XIV. Post continuam verò illam quadraginta dierum pluviam & exaltationem arcæ non quieverunt pluviæ vel eruptio fontium abyssi, sed pertexerunt, quamvis nec tanta copia, nec ita frequentes, & exiguis intervallis intercedentibus. Hoc sanè sibi vult Moses Genes. VII. 24. וינברו המים על הארץ חמישים ומאת יום *Et roborárunt se aquæ super terram centum quinquaginta diebus.* Suppone hic, in illis centum & quinquaginta diebus includi oportere etiam dies illos, quadraginta, quorum mentio est Genes. VII. 12, 17. Idque confido me certis argumentis demonstrâsse contra par Chronologorum Torniellum & Salianum Exercit. XII. thesi 11. Ut ita Moses duo potissimùm tempora commemoret, unum perpetuarum & densissimarum pluviarum per dies quadraginta: alterum pluviarum quidem continuantium, sed nec eâ quâ prius copiâ, nec nulla omnino interruptione. Quæ sanè ita interpretari convenit. Nam non sine causâ seorsim numerantur dies quadraginta, intra quos dicitur factus המבול *κατακλυσμὸς*, *diluvium.* Quæ autem alia causa, quàm quia in eorum intervallo aquæ se roboraverunt וירבו מאד מאד *& multiplicatæ sunt supra modum*, quod sine continuis & spissis imbribus ac eruptione fontium abyssi adeoque vero המבול *κατακλυσμὸς* fieri non potuit. Ac eædem aquæ in secutis diebus centum & decem sanè etiam ינברו *se roborâvunt*, & incrementa quotidiana ceperunt; interim non ירבו מאד מאד *multiplicatæ sunt supra modum.* Credibile enim est, intra primos quadraginta dies maria & aquas quæ facilem è terra exitum sortitæ sunt, pleno impetu exundâsse: pariter densas ac exteris grandiores nubes pluvias copiosissimas demisisse. Quia tamen & terræ abyssus fontes plures habuit, & quotidie novæ nubes ex adscendentibus vaporibus & exhalationibus sunt coactæ, hinc reliquo tempore aquarum illarum eruptio & destillatio continuavit, donec Deus recordaretur Noæ & eorum, quæ in area fuerunt. Proinde multum abludunt à veritate historiæ, qui dividentes intervallum illud dierum 40. & 150. contendunt pluisse per 40. dies & post eos exactos aquas per dies illos 150. mansisse in statu consistentiæ. Inter quos Salianus Annal. Eccl. ad A. M. 1656. sect. 3. *Parrò*, inquit, *quòd ait Moyses* obtinuisse

aquas terram centum quinquaginta diebus, *intelligit tempus, quo neque creverunt amplius, neque decreverunt, sed in statu consistentiæ permanserunt, repræsentantes illud tempus, quo nondum dixerat Deus:* Congregentur aquæ, quæ sub Cœlo sunt in unum locum, & appareat arida. *Illum autem consistentiæ statum significat verbum*, obtinuerunt, *quasi dicat, totis quadraginta diebus contenderunt aquæ crescendo, & invalescendo ut superarent terram, quod & consecutæ sunt, adeo ut quindecim ipsis cubitis supereminerent. Ea ipsa victoria potitæ sunt* 150. *diebus, post quos aquæ imminui cœperunt, ut dicitur in textu.* Etenim primò de intervallo illo 150. dierum dicitur: וִיגְבְּרוּ *& roborârunt se* aquæ. Eodem modo quo de intervallo 40. dierum, supra v. 18. dicitur וַיִּגְבְּרוּ *& roborârunt se*, ἐπεκράτει τὸ ὕδωρ. Quod quid aliud quæso notat quàm incrementa aquarum, seu multiplicationem aquarum qua voce statim illud robur aquarum explicatur? Quòd si v. 18. voce וַיִּגְבְּרוּ notatur illa multiplicatio & incrementa, annon eodem significatur versu 24? Quòd enim Salianus vocem וַיִּגְבְּרוּ vertit *obtinuerunt & quasi victoria potitæ sunt*, hoc in loco violentum nimis est. Id quod vel ex secundo quod jam proferam argumento liquet. Moses enim disertè testatur Genes. VIII. 1, 2, 3. מִקְצֵה חֲמִשִּׁים וּמְאַת יוֹם *in fine quinquaginta & centum dierum* immisso vento urente quievisse aquas, & clausos esse fontes abyssi & atque fenestras Cœli, & prohibitam esse plûviam è Cœlo, sicque reversas aquas de terra decrevisse. Ante igitur illud tempus non sunt clausi fontes abyssi & fenestræ Cœli, nec quieverunt aquæ. Non igitur consistentiæ aquarum locus fuit. Nec favet Saliano Josephus, cujus de ea re verba sunt: πανσαμένου δὲ τοῦ ὑετοῦ μέγας ἤρξατο ὑποβαίνειν τὸ ὕδωρ ἐφ' ἡμέρας ἑκατὸν καὶ πεντήκοντα. *Cùm pluvia cessasset, vix cœpit subsidere aqua ad dies* 150. Sed intra dies 150. vix vel non subsederunt aquæ, an igitur constiterunt necessariò? An incrementa quotidiana capere non potuerunt? XV. Usque adeò aquarum vis invaluit, ut quindecim cubitis celsissimos montes superarent. Sic dispensavit sapiens & potens Deus, ne vastissima etiam animalia, & procerissimi homines in montis altissimi vertice servari possent. Cajetanus negat, velle hoc dicere Mosen, omnes omnino montes aquis opertos fuisse, sed eos tantùm à Mose innui putat, qui sunt sub Cœlo aëreo, in quo coguntur nubes, intactis iis montibus qui supra nubes eminent. Verùm quos ille nobis supra nubes montes ostendere potest? Olympum fortassis Thessaliæ, Athon Macedoniæ, Taurum, Caucasum, similéve, quos pluviarum, ventorum expertes finxit Solinus, & cum eo Poëtæ. Sed consultiores naturæ fabulosa hæc esse demonstrant, simulque ostendunt, exhalationes & vapores rectâ lineâ conscendere altiùs, quàm cujusvis montis altitudo sumpta perpendiculariter assurgat. Certè Christophorus Clavius in Opusculo *de crepusculis* propos. 6. Summæ vaporum elevationi dat milliaria quadraginta tria. Altitudinem autem Olympi geometricè demensus Xenagoras reperit eam esse ad perpendiculum decem stadiorum cum sexante, ut refert Plutarchus in Æmylio Paulo. Si quis ergo imponet Pelion Ossæ, & utrunque Olympo, non efficiet, ut pertingant ad medium spatium elevationis vaporum, ex quibus nubes confiunt. Et quæ de montis Olympi altitudine narrantur à Solino, fabulosa esse omnia pronuntiat Franciscus Philelphus, qui montem eum conscendit, teste Ludovico Vive ad Augustini librum 15. de Civ. Dei cap. 27. Quid quod in Alpibus, montibus Pyrenæis & Apennino summa quæque juga & minantes in Cœlum scopuli perpetua glacie concreti semper recentibus pruinis candent? Quod nubium supra montes illos adscendentium utique indicium est.

XVI.

Ὅσα τε ἤμελλόν τοι τότε φράσσειν, ἠδ' ἀνέυθον,
Quæ tibi promittens aliquando futura monebam.
Πανδ.

XVI. Verùm si celsissimos quosque montes aquæ supergressæ sunt, cùm quò altius scanditur, eò peripheriæ capacitatem dilatari magis conveniat. Subit admiratio, unde tanta copia aquarum profluxerit. Eugubinus negat evitari posse, quin statuatur, aquas illas cœlitus decidentes, fuisse aquas supra cœlum in creatione reconditas. Sine illarum concursu, etiam ruptis omnibus nubibus immensam illam eluvionem aquarum deruere non potuisse. Verùm, ut constaret, supra firmamentum in creatione aquas dispositas esse, edisserat nobis, qua vi illa aquarum copia per Cœlos, quos fingit illud genus Mortalium solidos, penetrare potuerit? quid in locum successerit aquarum, quod sidera refrigeraret, quandoquidem hoc fini supra Cœlestes aquas subtilis illi Philosophi excogitârunt? Denique, cùm vulgò Astronomi pro vero dicant, lapsum molaris lapidis ex firmamento in terram vix nonagintà annis perfici, quemadmodum potuerint cœlestis illæ aquæ intra tam breve tempus, quo Deus supra Terram pluisse dicitur, etiam facto maximo impetu decidere? Nos ita censemus, Deo nec potentiam nec sapienetiam defuisse grandis illius aquarum eluvionis etiam per naturales causas exsequendæ. Primum aquas, quæ Terræ meatus universos occupant, carceribus suis solvit. Deinde nubes, quæ universum aëra tum perertabant, in pluvias contraxit. Accesserunt quotidie vapores è globo terræ & maris sursum elevati. Si ponamus, diluvium ad quinque milliaria supra terram excrevisse, spatium illud quinque milliarium exiguum commensum & proportionem ad amplitudinem globi terrestris habebit. Potuit igitur Deus eam Terræ partem, quæ aquarum defectum suppleret, in vapores convertere. Cornelius à Lapide habet, sibi Romæ Mathematicos subductis rationibus ostendisse, spatium illud quinque milliarium, quod supponimus ab aquis diluvianis impletum, non esse nisi ducentesimam octavam partem globi terrestris. Porro cùm aqua feratur decuplo rarior Terra, omnibus ritè subductis, partem bis millesimam trecentesimam octogesimam Terræ in vapores resolutæ, ad implendum spatium hoc quinque milliarium abundè fuisse. XVII. Aquis supra celsissimos montes extumescentibus, secuta est rerum omnium, quæ extra arcam fuerunt, miserrima πανολεθρία, quam his verbis enuntiat Moses: *Et mortua est omnis caro quæ reptat super terram, tam de volatili, quam de jumento, & bestia, omnique reptili quod reptat super terram. & omni homine. Omnia in quorum naribus erat halitus spiritus vitæ ex omnibus quæ erant in sicco, mortua sunt. Delevit itaque Deus omnem substantiam quæ erat super faciem terræ, ab homine usque ad jumentum, usque ad reptile, ac usque ad volatile Cœli, deleta inquam sunt è terra, & relictus est tantummodo Noah, & qui cum eo erant in arca.* Summa est in his verbis: ימח את כל היקום אשר על פני האדמה *Delevit Deus omnem substantiam, quæ erat super faciem terræ.* קיום vulgatus *substantiam*, & Græci ἀνάστημα transtulerunt. Est autem ἀνάστημα apud Hesychium idem quod ὕψωμα *elatio, altitudo.* Augustinus ἀνάστασιν legit, quasi diceret omnem resurrectionem & resuscitationem carnis. Concludit hinc Ambrosius de arca Noë cap. 13. *Deum per aquas diluvii florem decussisse (videlicet surgentem è terra) sed radicem servasse.*

Πάντα μάλ', ὅσα πάρος γθιεαὶ κακὰ μυρί' ἔπραξαν,
Ρέξαι ἀπειρεσίῳ κόσμῳ διὰ λαὸν ἀπειθῆ.
Ἀλλὰ σὺ χὴ ἔμβηθι σὺν υἱέσιν, ἠδὲ δάμαρσι,
Καὶ νύμφας. κέλευσον δ' ὑπόσοις κέλομαι ἀγορεύειν,
Τετραπόδων τά τε φῦλα, καὶ ἑρπετὰ, καὶ πετεηνά.
[91] Τοῖσιν δ' ἐν φήθεσσιν ἐγὼ μετέπειτα βαλέσθαι
Περφερέως ἰένται ὑπόσων ζωὴν ἐπιτείλω.
Ὡς ἔφατ'. αὐτὰρ ὁ βῆ, μέγα δ' ἴαχε, φώνησέν τε.
Καὶ τότε δ' αὖ ἄλοχόν, καὶ υἱέας, ἠδὲ γε νύμφας,

Omnia ſunt (homines unquam quaſcunque rebelles
Auſi ſunt fraudes) una plectenda ruina.
Sed tu cum natis, & conjuge, protinus intra,
Et nuribus, nec non quæcunque coire jubebo
Serpentum genera, & pecudum, volucrumque vocato.
His ego deinde, quibus vitam conceſſero cunque,
Injiciam mentem, ne quid cunctentur adeſſe.
Sic ait. ille autem clamorem ſuſtulit altum,
Intravitque: dehinc conjux, natique, nuruſque,

Οἶκῳ

Verum Græci non verbum hoc loco, ſed verbi etymologiam tranſtulerunt. Quod vitium iis ſolenne eſſe obſervârunt Druſius, Heinſius & Amama. Quia enim קום à quo deſcendit יקום & *ſtare & ſurgere* ſignificat, delegerunt in derivata voce poſteriorem hunc ſignificatum, omiſſo primo & convenientiore. *Idem.*

91 Τοῖσιν δ' &c.] Regium exemplar hoc modo legere notat Opſopœus: τοῖσιν δ' ἐν: cum quo noſter codex plane convenit. *Gallæus.*

Οἴκῳ δουρατέῳ ἐσελήλυθον. αὐτὰρ ἔπειτα
[92] Βῆσάν τ' ἄλλα ἕκας' ὅσαπερ θεὸς ἤθελε ῥέξαι.
Αλλ' ὅτε δ' ἁρμονίαι κληῖς πεῖραι πῶμ' ἐφύπνθη,
[93] Εἰς πλαγὶ ἁρμοσθεῖσα, πεφυκυίῃ ἐνὶ χώρῳ,
Δὴ τότ' ἐπουρανίοιο θεὸς ἐτελείετο βουλή.
Σεισε δ' ἔβαλεν νεφέλας, κρύψεν δ' ὑπὸ πυραυγέα
δίσκον,
Σεισε δ' ἄστροις μῆνα, καὶ οὐράνιον στεφάνωμα.
Πάντα πεσικεπάσας μεγάλ' ἔκτυπε θνητοβροτοῖσι,
Πρηστῆρας πέμπων. σεισεπηγέρθη δ' ἀῆται,
Πάντες, καὶ ὑδάτων φλέβες [94] ἐλύοντο ἅπασαι,

Lignea tecta domus ſubierunt: cætera deinde
Adſunt omnia, quæ Deus aſſervare volebat.
Aſt ubi conveniens firmavit opercula clavis,
Miſſa per obliquum, qua ſedes apta dabatur:
Tum Deus ut voluit cœleſtis nubila cogit,
Ignitumque globum ſolis caligine condit,
Nec non cum ſtellis lunam, cœlique coronam,
Omnibus obductis, mortalia pectora terret,
Horrendum increpitans, ardentia fulmina mittens,
Omnibus excitis ventis, ſolvuntur aquarum

Οὐρα-

92 Βῆσάν τ'] Turnebus ἦσαν τ'. Auratus hoc intacto extremum verſus verbum mutat in Βῆσαν: *Orſoræus*.

93 Εἰς πλαγὶ] Meus Codex uti & Orſoræi legunt εἰς πλάσιν, vetus Regius codex, εἰς πλάγιον. Auratus & priores editiones εἰς πλάσιον. at hic expreſſimus emendationem Turnebi. *Idem*.

94. ἐλύοντο] Auratus legit duplici λ. ἰλλύοντο. malim ego ἐξελύοντο. Nox manſ. reg.

Οὐρανόθεν μεγάλων ἀνεοιγμένων καταρακτῶν,
Καὶ μυχῶν γαίης, καὶ ἀβύσσου ἀκαμάτοιο
Ὑδατα μυρίόεντα φάνη. καὶ γῆ ἐκαλύφθη
Πᾶσα ἀπειρέσιος. αὐτὸς δ' ἐπεπήχεϊ ὄμβρῳ
Οἴκος θεσπέσιος, πολλοῖσι δὲ κύμασι λάβροις
Ῥηγνύμενος καὶ νηχόμενος ἀνέμων ὑπὸ ῥιπῆς,
Ὠρυτο δεινὰλέως. ἕτερθε δέ γε μυρίον ἄφρον
Στείρα κινυμένων ὑδάτων κελαρυζομένων τε.
Αλλ' ὅτε κόσμον ἅπαντα θεὸς καθέκλυσ' ὑετοῖσι,
Καὶ τόθε δ' αὖ Νῶε φρεσὶν ἔνθετο, ὄφρ' ἐσαθρήσῃ
Αθανάτου βουλῇσιν, ἑδυ δέ τε Νηρέος ἄλλω.

Venæ omnes, magni patefiunt commata cœli,
Et terræ latebræ, indefeſſique fluenta
Oceani refluunt, & vaſto gurgite tellus
Quanta patet tegitur, penitus ſuperantibus undis.
At domus interea nimbis divina natabat,
Fluctibus & ventis circumſona, terribileſque
Coſtis excipiens ictus: multaſque carina
Mota ſecabat, aquæ rauco cum murmure, ſpumas.
Sed poſtquam pluviis totum Deus eluit orbem,
Tunc animo cupiens (nam ſic Deus ipſe volebat.)
Cernere Noe foras, emerſit ab æquore Nerei.

Ωκα

reg. ἀνοιγομένων At Turn. ἀνοιγομένας ἐκ κατ'. & Auratus ſimiliter in ſeq. verſu, ἔκτε μυχῶν. *Idem.*

95. ἐπυνχθὸ] ὅ' ἀνταῖ τ' ἐπιπύχτην legit codex Opſopœi & noſter *Gallæus. Idem.*

96 βουλῇσιν] Idem, ut & Gallæi βουλὴν ἰδὲ νηὸς ἄλλω. Turnebus, βουλῇσιν ἴδυ δὲ τε νηὸς ἄλλου, vel ἄλλῳ, ἄκτε, εἶδεν. ἄλλῳ.

[97] Ὧκα ἰὼμὶ ἀνέῳξε θύρξεσοῦ ἀπὸ τοίχυ,
Ἐμπείρεις ἀερμοῖσι κατ' ἀντίον ἀερμοδέντ@.
Καὶ λάϊτας ὑδάτων μὴ ἀπειρεσίων πολὺ πλῆθ@,
Παντοσε Νῶε [98] μόρσιμ μόρεν ὀφθαλμοῖσιν ὁρᾶσθαι,
Δφμ' ἔχε, ἢ κραδίλω πάλλεν μέγα. ἢ τότε δ' ἀὴρ
Βαιὸν ϛειλάμμ@ (ἐπειὴ κάμψ ἤμασι πολλοῖς
Κόσμον ὅλον δ' ἄων) [99] διελὼν τότε, οἷά τε χλωρὸν
Αἱματόεν Ϝα πόλοιο μέγαν τε πυραυγέα δίσκον
Δφξεν κεκμηῶτα, μόλις δ' εἶχεν Νῶε θάρσ@.

Continuoque domus tectum, quod ligneus apta
Arctabat paries junctum compage, recludit.
Tunc oculos cœli partes conversus in omnes,
Cuncta sub æquoribus longe lateque teneri
Ut videt, ut magno pulsatur corda timore,
Dum nihil apparet, tristis nisi mortis imago.
Tunc aër paulum diductus (namque diebus
Lassus erat multis, totum dum proluit orbem)
Flammiferum cœli fusum pallore cruento

Καὶ

ὕδως. Auratus sic interpretatur, *In animum Noe induxit, ut spectaret Deo suggerente, subsederat autem Nereus, pontus, i. copia aquarum funditus. Opsopæus.*

97 Ὧκα] MS. meus codex legit δώκα. Opsopœus pro τοίχυ putat forte legendum esse τοίχυς, at meus codex habet τοίχυ. *Gallæus.*

98 Μόρσιμ μόρεν] Auratus legit μοιρίδιμ μόρεν, *sortitus mortem.* sed nihil mutandum erit, si μόρσιμ pro ἐπιμόρσιμ accipiatur. Contigit ut Noe undique mortem præ oculis videret. *Opsopæus.*

99 διελὼν τότε] Vetus codex, uti & Gallæi MS. τότε διελὼν. unde Turnebus facit, τότε δ' εἰλὼν, vel διέλων. *Idem.*

Καὶ τότε δὴ [100] πελιλὼ οἴλω ἀπὸ νόσφι ποιήσας,

Ostendit, sessumque orbem, tum Noe timore Exba-

100 πελιλὼ &c.] Ex codice Regio & Gallæi scribendum πελίλω & versu sequente εἶπεν. Auratus, εἰ πόθι γαῖα φανεῖτ' ἐπιπρὰ στρὶ, *sicubi terra solida appareat.* In præcedenti versu notat Turnebus ὄφρα γιὼ ἐξ. *Idem.*

XXVII. Aquis paulatim desidentibus prima die decimi mensis vidit Noë cacumina montium aquis nudata. Quippe aquæ הָיוֹ הָלוֹךְ וְחָסוֹר עַד הַחֹדֶשׁ הָעֲשִׂירִי *abibant & decrescebant usque ad mensem decimum: decimo verò primo mensis visa sunt cacumina montium.* Gen. VIII. 5. Quadraginta post dies cupiens cognoscere an quâ aliâ parte terrarum aquæ decessissent, corvum emisit, de quo ita habet textus Hebraicus: וַיְשַׁלַּח אֶת הָעֹרֵב וַיֵּצֵא יָצוֹא וָשׁוֹב עַד יְבֹשֶׁת הַמַּיִם מֵעַל הָאָרֶץ quæ ad verbum sic reddi possunt: *Et emisit corvum, & exivit exeundo & revertendo, donec siccarentur aquæ super terram*, Gen. VIII. 7. Sensus est, corvum exivisse & vix exeuntem reversum esse, idque fecisse sæpius, donec aquæ cessavissent: cessantibus autem & exiccatis aquis non amplius exivisse exeundo & revertendo, sive avolaverit, sive in arcam reversus in eadem manserit, donec Noë cum suis & animalibus ex arca egressus esset, quod posterius potius probaverim, quia avolante corvo, sive mare sive fœmella, actum fuisset de specie, quæ ex uno superstite post diluvium reparari non potuit. Quòd autem corvum emisit primò, sapienter omninò fecit Noë; non sanè quod uti Hebræi fingunt, arcam intempestivâ libidine polluisset & incestâsset, sed quòd cognosceret Noë, corvum cadaverum odore allici posse, ut longiùs avolaret, si terra exsiccata esset. Verùm cùm nonnisi fœdas paludes offenderet, receptum in arca repetiit, sæpiusculè postea ex ea avolando & in eam redeundo. Rabbi Solomon nugivendulus adnotat ad hæc verba: חוֹלֵךְ וּמְקַיֵּם שְׁלִיחוּתוֹ הִתִּיבָה וְלֹא הָלַךְ בִּשְׁלִיחוּתוֹ שֶׁהִיא חוֹשְׁדוֹ עַל בַּת זוּגוֹ כְּמוֹ שֶׁמָּצִינוּ בְּאַגַּדַּת חֵלֶק *Abiit & circumvolitavit arcam, nec missione seu legatione sua functus est, quia solicitus erat de conjuge seu fœmina (ne forte ab alio initur) sicut invenimus in Aguddah.* Ex ineptius adhuc ac insulsius est quod finxêre in *Bereschit Rabba* sect. 33. inter Noam & corvum illum colloquium. Cùm enim corvus imperata facere detrectaret, identidem quærens, cur ex omnibus pecudibus, avibus & feris mitteretur solus, respondisse Noam, mundo, corvo tanquam impuro animante facilè carere posse, cùm nec ad cibum nec ad sacrificium conducat. Intercessisse tamen Deum, & ostendisse Noæ, futuris temporibus magnum fore corvi usum, inprimis tempore Eliæ Thesbitæ, cui pascendo eum submittere velit; proinde parcat ei; & meliotibus eum temporibus servet. Hanc igitur causam fuisse, quòd corvus nimis procul ab arca discedere non debuerit. Ea res per Gematriam etiam confirmatur in Baal Haturim ex sequentibus verbis, quibus corvus dicitur exivisse exeundo & revertendo עַד יְבֹשֶׁת הַמַּיִם *donec siccarentur aquæ.* Verba sunt: יבשת המים בגימטריא נהל ברית

כרית אמר לו הקדש ברוך הוא אתה מוכן לשליחות אחרת בימי אליהו יבשת איתיש תשבי *Literæ vocem* יבשת המים *per Gematriam idem valent quod* נחל כרית (torrens Cerith ubi Eliam paverunt corvi) *Dixit ei* (corvo) *Sanctus Ben: Tu servaris alii legationi tempore Eliæ obeundæ. Et in* יבשת תשבי *sunt literæ Thisbi.* XXVIII. Verùm de corvo hoc à Noa emisso longè aliter Græci Codices habent quàm Hebræi. Hi enim in verbis jam explicatis corvum reversum esse docent. At non reversum esse Græci Interpretes habent : καὶ ἐξαπέστειλε τὸν κόρακα ἰδεῖν, εἰ κεκόπακε τὸ ὕδωρ. ὁ δὲ ἐξελθὼν οὐκ ἀνέστρεψεν, ἕως ἐξηράνθη τὸ ὕδωρ ἀπὸ τοῦ σκάφους τῆς γῆς. *Et emisit Noë corvum ut videret, an cessavissent aquæ* (quæ verba ἀπὸ τοῦ ὕδατος sequente versu sumuntur.) *Et egressus non est reversus, donec aquæ siccarentur à superficie terræ.* Quod igitur Hebræi Codices affirmant, id ipsum negant Græci. Græcos sequuntur Syrus & duo Arabes M S. quos contulit Bochartus. Syrus ונפק מפק ולא הפך *Et egressus est egrediendo & non rediit.* Arabes. לם יעוד פלם *non rediit &* יעך *non redit.* Græcos codices vetusti Patres fere omnes sequuntur, solo excepto Procopio. Sequitur etiam vulgatus Interpres, multum ea de re quiritante Paulo Burgensi Episcopo. Conati sunt Hebræos & Græcos codices conciliare nonnulli, quibus visum, utrosque, corvum dicere & reversum & non reversum : reversum super arcam ; sed non reversum in arcam. Verum conciliatio hæc nominibus multis est nugatoria. Neque rectior illa Marii, qui sine probato aliquo exemplo contendit, שוב non tantùm esse *reverti*, sed etiam *abire*, *recedere*. Bocharto ego secundas facio, conjectanti, Græcos Interpretes Hebraïce legisse : יצא ולא ישוב *exiit & non reversus est*, facili & levi mutatione literarum in exemplari, quod ad manum habuerunt. Cùm igitur apertum sit sententiarum divortium, utra hîc præferenda, Hebraïca an Græca lectio? Græcam & vulgati Interpretis præferunt, ut de Patribus nihil dicam, quibus non innotuit, aliter legi in Hebræo ; Pontificii permulti, & inter nostros Capellus, allegatâ Hieronymi authoritate. Quin & ὁ πάνυ Bochartus, qui pro incredibili suâ modestiâ præfatur, *Hebraicam lectionem ita se venerari solere, ut ab ea nunquam discedat, nisi valde invitus* ; tamen Græcam hoc loco lectionem perspicuam magis esse existimat. Verùm Hebraïcam ego lectionem sequendo censeo, ut aliàs semper ubi lectiones pugnantes occurrunt. Nec duntaxat moveor authoritate Samaritani Codicis, Jonathanis, Onkelosi, Arabis Erpeniani, Josephi, vetustissimorum inter Hebræos librorum, quales Bereschit Rabbah & Aguddah, Hieronymi, secundum lectionem emendatam, sex Exemplarium M. S. Regiorum, quæ in Plantiniana citantur ; qui omnes sensum retinent Hebraici codicis ; sed inprimis confirmor hinc, quòd in textu tum Græco tum Hebraico appareat argumentum, ex quo Hebraïcam lectionem esse veram constet. Nam corvus in Hebraico exeundo reversus dicitur יעך יבשת המים מעל הארץ ἕως ἐξηράνθη τὸ ὕδωρ ἀπὸ τοῦ σκάφους τῆς γῆς, *donec exiccarentur aquæ a superficie terræ.* Hoc manifestè arguit, corvum sæpius reversum in arcam, donec tandem aquis decedentibus locum inveniret consistendi in cadaveribus. Quomodo autem potest corvus dici non reversus, donec exiccarentur aquæ? An nondum exiccatâ terrâ avolavit tamen? Ubi igitur constitit? Et ut concedam, cadaveri aquis innatanti insedisse, aut montium verticibus, qui quadraginta ante dies jam nudari cœperant, (quanquam durum est statuere tempore tam longo nunquam in arcam

Ἐκβαλεν, ὄφρα γνοίη ἐνὶ φρεσὶν εἴ ποθεν ἀϊὰ
Φαίνετ' ἐπὶ σερεῆ. ἡ ὃ πλερύγεσι καμψα,
Πάντα θεσπίσασα, πάλιν τρέπετ'. ἔτε γὰρ ὕδωρ
Ηνοπάσαν· μάλα γάρ τε πεπληρώκει τὰ ἕκαστα.
Αὐτὰρ ὃς ἡσυχάσας πάλιν ἤματα. [101] πέμπε πέ-
λειαν

Vix posito, soli permisit abire columbæ,
Sciret ut an tellus usquam detecta pateret.
Illa levi postquam lustravit cuncta volatu,
Alas fessa redit: nec enim defluxerat altum
Æquor adhuc, quando repleverat omnia late.

Αὖθις,

reditum eum molitum, in quo meminerat animalia cætera stabulari) an exiccatis jam aquis reversus est? Nam illud ἵως figit terminum, usque ad quem corvus non est reversus. Exiccatis igitur aquis oportet reversus fuerit in arcam. At cur exiccatis demum aquis, non potius aquis adhuc terræ innarantibus, quo tempore, satis longo vix stabilem sedem reperit, reversus est? Igitur verbis Mosis longè convenientius est dicere, corvum ex arca sæpius evolâsse, & cùm locum consistendi idoneum non deprehenderet, solitum esse reverti, donec tandem aquæ terrâ decessissent. Sed cur Noe permisit liberas illas volitationes corvi, quas clausâ fenestrâ potuit impedire? Ratio in promptu est, quia corvo liberè & sæpius dimisso speravit tandem futurum, ut eo non revertente certum augurium caperet exiccatæ terræ. Neque enim aliud animal habuit, ex quo se certius documentum speraret habiturum. Nec necessum fuit corvum divagari per quinquaginta dies. Tantisper enim exivit exeundo & revertendo, donec siccarentur aquæ super terram. Atqui cùm tertia columba rediret, die, uti colligo vicesimo primo post emissum corvum, jam terram exiccatam esse intellexit Noë. Proinde non ultra dies viginti & unum ista corvi divagatio durare potuit. *Heideggerus.*

101. πέμπε πέλειαν] Cùm corvus in arcam identidem reverteretur, Noë consilium cepit dimittendæ etiam columbæ. Cujus consilii ratio investigatu haud est difficilis. Etenim noverat probè, columbam avem esse docilem, amicam & sociabilem hominî, innocente victu solitam uti, quæque diu & procul volat, quin & humi lubenter pascitur, & semina terræ perquirit. Quin & hoc ei propemodum peculiare, ut ad nidum suum undequaque etiam è locis remotissimis redeat. Facilè igitur columbam redituram sibi persuasit, & argumentum allaturam, ex quo faciem terræ cognosceret. Sed

quo

quo tempore emissa sit prior columba, quæritur. Josephus Scaliger quadragesimo id die factum putat post emissum corvum. Verùm eam sententiam refutavimus Exercitatione XII. th. 7. Non dubito ego, quin primò emissa columba sit post septimum à corvo emisso diem. Qua quidem in re calculum suum negat D. Bochartus, qui putat, corvum & columbam simul emissam, vel columbam die proximè sequente emissionem corvi. Sed septiduo post corvum dimissum, columbam primam emissam esse probant non obscurè verba Mosis Genes. VIII. 10. וַיָּחֶל עוֹד שִׁבְעַת יָמִים אֲחֵרִים וַיֹּסֶף שַׁלַּח אֶת־הַיּוֹנָה מִן־הַתֵּבָה *Et expectavit dies alios, & addidit emittere columbam ex arca.* Loquitur de columba, quæ dimissa est secunda vice, quam dimissam testatur, postquam expectavit Noë שִׁבְעַת יָמִים אֲחֵרִים *dies alios septem.* Est hîc χίασις seu relatio ad dies septem præcedentes. Porro dies septem non potuerunt præcedere nisi inter corvum & primam columbam dimissam, quia reliquum tempus à Mose determinatum est. XXX. Cùm columba prima non reperiens in terra λειμαζουσαν lacunosa & fuliginosa, uti Josephus vocat, spatium consistendi in arcam rediret; *Noë expectavit adhuc septem dies alios, & rursùm emisit columbam ex arca. Venitque ad eum columba tempore* vespertino וְהִנֵּה עֲלֵה זַיִת טָרָף בְּפִיהָ *& ecce folium olivæ raptum erat in ore ejus, & cognovit Noë, quòd alleviatæ essent aquæ super terram*, Genes. VIII. 10, 11. Hæc igitur sub vesperam rediens attulit in ore suo עֲלֵה זַיִת טָרָף Græci φύλλον ἐλαίας κόφον *folium olivæ siccum & munitum*, quomodo vocem κόφον nonnulli interpretantur; V. I. *ramum olivæ virentibus foliis*, malè utrique. Neque enim טָרָף est vel siccum & minutum vel viride, sed notat *carptum, decerptum.* Quanquam vocem κόφον quâ utuntur Interpretes Græci, & eos secutus Chrysostomus, alii malunt interpretari *fasciculum*, vel *ramum* uti videre est apud Sixtum Senensem Bibl. lib. 5. Annotat. 84. ubi etiam adseverat Sixtus, Hebræorum טָרָף notare festucam. Verùm apud Hebræos in hoc significatu nusquam occurrit. Est autem in טָרָף uti rectè adnotat Abenezra

תֹּאַר הַשֵּׁם כְּמוֹ חכם וְהַטַּעַם כְּמוֹ טָרוּף בְּיִשׂ תֹּאַר דּוֹמֶה לְפִיעֵל וְיֵשׁ תֹּאַר דּוֹמֶה לְפִיעֵל

forma nominis ut in חכם *Et sensus ille est qui in* טָרוּף *raptum. Habet enim formam Poel, & habet formam similem Paul.* Porro ob quam causam columba illa attulerit folium olivæ, exponunt ridiculè Magistri in Pirke Eliezer cap. 23. *Quare*, inquiunt, *attulit folium olivæ? Quia dixerat columba coram Sancto Ben. Domine omnium orbium, sint cibi mei amari tanquam oliva hæc, qui traduntur manu vel operâ tuâ, non verò dulces, qui dantur manu carnis & sanguinis seu hominis.* Eandem rationem ex parabolica narratione citat etiam R. Solomon. Verùm ineptiunt more suo. Potiùs dicendum, attulisse folium olivæ, quia illud se ei primò obtulit, vel quia cæteræ arbores virentibus foliis spoliatæ essent, oliva tamen sua folia retinuit, uti postea dicemus. Secuta est autem in eo columba naturæ suæ ductum, cùm ita soleant columbæ, cùm ad nidos suos revertuntur; sed magis etiam Divinæ providentiæ moderationem. Hoc enim indicio Deus Noæ significare voluit, quousque jam aquæ decrevissent, quò in spe sua confirmatus non dubitaret, quin brevi successura sit terræ exiccatio, & redemptio ex captivitate arcæ, cujus ergastulis non sine magna molestia concluſi tenebantur. XXXI. Cùm igitur diluvii aquæ etiam

arbores vastaverint, quæsitum est, unde columba folium olivæ decerpserit? In Bereschit Rabba cap. 33. de ea re concertant Magistri Hebræorum. Ex R. Abba filius Cohana pertendit, attulisse illud columbam משבשושין שבארץ ישראל *ex arbustetis quæ sunt in terra Israël.* R. Levi מהר המשחה *ex oliveti monte*, quia terra Israelis diluvio non sit submersa, juxta illud Ezechielis XXII. 24. *Terra illa non mundata est neque pluviis aspersa die indignationis.* Verùm quàm hæc sint frivola, vident omnes, quibus non est fibra cornea. Quomodo enim terra Israelis immunis esse potuit ab illuvie aquarum, quæ altissimos tamen montes superârunt? Præcipuè cùm terra Canaan ante & sub diluvium æquè profana fuerit atque est hodie, cui proinde à contagio aquarum custodiendæ non minùs quàm reliquis terris Divina providentia invigilavit. Præterea si ex monte Oliveti non inundato asportatum est olivæ folium, falsus est vehementer Noë, qui allato eo folio terræ superficiem aquis levatam esse collegit. Neque verò ei commento favet locus Ezechielis, qui de terra Israelis habet, quòd fuerit לא נשמה ביום זעם *non compluta in die indignationis.* Ibi יום זעם *dies indignationis*, non tempus diluvii notat, sed tempus funestum, quo Deus terram puniturus pluviam ei denegavit, id quod factum est tempore Eliæ 1. Reg. X. VII. Judicium igitur Dei notatur, non beneficium. In eodem capite *Bereschit Rabbah* alia narratur sententia R. Bibi contendentis, columbæ apertas esse שיערי גן ערן *portas horti Eden*, & ex eo horto quem aquis diluvii vastatum negant, decerptum esse folium olivæ. Atque id etiam Bellarminus, Tostatus, Malvenda, alii ex Pontificiis studiosissimè propugnant, ne Paradisi, quem Enochi & Eliæ quondam ad debellandum Anti-Christum processuri domicilium faciunt, florem inundatione aquarum delibatum & decerptum fateri cogantur. Verùm etiam Paradisum locum sanè terrestrem, uti aliâs ostensum, non cœlestem, qualem malè consulti Hebræi & inter Veteres multi fecerunt, submersum esse, demonstrant verba Mosis, quibus aquas supra altissimos montes quindecim cubitis eminuisse testantur. In qua quidem aquarum inundatione Paradisus à vastatione immunis esse non potuit citra miraculum. Miraculum autem fingere, ubi ejus nullum vestigium revelatum est, & imprudentis est & impotentis animi. Præterea si ex Paradiso columba attulit olivæ folium, quomodo ex eo Noë indicium capere potuit terrarum aquis levatarum, quod fecisse eum clarè dicit Moses. Nos igitur nulli dubitamus, quin ex terra inundata antèhac, folium olivæ sit arcessitum, & quidem ex vicina montibus Gordyæis, in quibus conquieverat arca. Montibus autem Gordyæis versus Austrum quò & calor & ventus columbam invitârunt, vicina est Assyria, feracissima olivarum, adeò ut tam Rex Assur etiam insigniverit ארץ זית יצהר *terram olivæ olei*, hoc est olivæ ferentis oleum. Cæterùm folium olivæ viride an siccum attulerit columba, non habet textus Hebraïcus. Viridem tamen ramum facit volgatus Interpres. Potuisse autem olivam etiam sub aquis conservari viridem, dubium non est ex tot testimonis Veterum & experimentis, quæ tum alii recitârunt, tum Bochartus in Hierozoïci parte II. cap. 6. ex multis unum testimonium adscribemus, petitum ex Theophrasti Historia Plantarum lib. IV. cap. 8. Ἐν δὲ τῇ θαλάττῃ ἐφεῦρε δενδρύδιά τινα φύοντα. τὰ μὲν οὖν ἄνω δάφνῃ καὶ ἐλαίᾳ. ἔστι δὲ ἡ μὲν δάφνη ὁμοία τῇ ἐρείνῃ. ἡ δὲ ἐλαία τῇ φυλλῳ. καίτοι δοκεῖ ἡ ἐλαία τοῦ θαλλοῦ πίονι δεῖσθαι τοῖς ἐλαίοις. Quæ Theophrasti verba sic compendiosè contracta vertit Plinius lib. XIII. 25. *In mari rubro* (mirum

Αὖθις, ἵνα γνῷ εἴπερ ἐπαύσατο ὕδατα πολλά.
Ἡδ' ἄρα πωτήεσσα διέπτατο· βῆ δ' ἐπὶ γαῖαν.
Βαιὸν δ' ἀμπαύσασα δέμας νοτερῇ ἐπὶ γαίῃ,
Ἂψ ἐπὶ Νῶε πάλιν δέ τε ἦλυθε, χάρμῃ ἐλαίας
Σῆμα φέρουσα μέγ' ἀγγελίης. θάρσος δ' ἔχε πάντας,
Καὶ μέγα χάρμ', ὅτι γαῖαν ἐπελπίζεσκον ἀρῆσαι.

Ille dies aliquot manſit, rurſumque columbam
Ejicit, ut diſcat num vaſtum ceſſerit æquor.
Illa leves pennas alternat, nactaque terram
Humentem corpus paulum defeſſa quievit:
Poſt ad Noe redit; ramum frondentis olivæ
Ore ferens, terræ certiſſima ſigna repertæ.

Καὶ

rum eſt) *ſylvas vivere*, *laurum nimirum & olivam ferentem baccas*. XXXII. Ex folio olivæ, quod columba ſecundò emiſſa retulit, collegit Noë, כי קלו המים מעל הארץ *quòd alleviata eſſent aquæ ſuper terram*. Ubi terra non montium cacumina, quæ jam pridem exiccata cognovit Noë, ſed τὰ ὑποπίπτοντα *quæ inferiores partes* intelligere convenit. Neque enim folia olivæ ex cacuminibus montium ſunt allata, quia, uti Columella habet lib. VI. 6. *neque depreſſa loca, neque ardua, magiſque modicos clives amant olea, quales in Italia Sabinorum, vel tota provincia Betica videmus*. Nihilominus יהל שבעת ימים אחרים וישלח את היונה ולא יספה שוב אליו עוד *Expectavit adhuc ſeptem dies alios, & dimiſit columbam, & non addidit ut ad eum reverteretur amplius*. Geneſ. VIII. 12. Quòd ſeptimum diem ter Noë obſervavit, occaſionem dedit nonnullis opinandi, factum id religione Sabbathi Periodici; atque hactenus adſeverant, diem Sabbathi etiam ante Moſaica tempora ſanctificatum eſſe. Verùm id longius petitum eſt. Obſervavit jam olim Tertullianus libro adverſus Judæos, Sabbathi ante legem Moſis nuſquam ullam fieri mentionem, neque quenquam Sanctorum ejus cultorem referri. Nulla eſt igitur etiam in hac actione Noæ religio Sabbathi. Credibile verò eſt, ſeptenarium placuiſſe Noæ ob cognitum curſum Lunæ, quæ ſingulis ſeptem diebus novam nobis faciem exhibet; ſecundum quem etiam menſes & tempora Noë dimetiebatur, uti fusè aſſeruimus, cùm de anno Patriarcharum inſtituta eſſet ſuperiùs diſputatio. *Idem*.

Καὶ τότε δὴ μετέπειτ' ἄλλον μελανόπτερον ὄρνιν
[102] Τάχ' ἐξέπεμπεν. ὁ δ' ὑπερύγεσι πεποιθὼς
Περφερέως πέταλο, γαίῃ δ' ἐλθὼν [103] ἐπέμεινε.
Γνῶ δέ τε Νῶε, ὅτι γαῖα πέλει ἅατον ἐοῦσα.
Αλλ' ὅτε δὴ ῥοθίοις ἐπὶ κύμασιν ἔνθα κ' ἔνθα
Αμβροσίῃ τέχνῃ ἐπενήχετο οἴδμασι πόντου,
Πηγυμελὴς ὀλίγης ἐπ' ἠιόνος ἐσπέμπλο.
Ἔστι δέ τις Φρυγίης ἐπὶ ἠπείρῳο μελαίνης,
Ηλίβατον τανύμηκες [104] ὄρος, Αραρὰτ δ' ἐκαλεῖτο,

Hic cuncti pulso multum gaudere timore,
Terram sperantes visuros. Ille deinde
Continuo laxat volucrem nigrantibus alis:
Illa leves auras pennis vibrata secabat,
Et terra inventa, reditus secura remansit.
Tunc existere humum cognovit Noe propinquam.
Hinc ubi divine trabs huc illucque natavit,
Murmure cum rauco ponti jactata fluentis,
Appulit exiguæ terræ, tandemque quievit.

Οπ'

102 Τάχ' ἐξέπεμπεν] Regius, ut & Gallæi codex πάλιν ὑπεξέπεμψεν. Turnebus ὡς τάχ' ἔξω πέμπει, ὁ δὲ. ex *Oppiano*.

103 ἐπέμεινε] ἐπέμεινε. Auratus, *in illa substitit*. Editiones cæteræ & libri scripti, inter quos Gallæi MS. ἐπέμεινε, *Emansit*. ex *Eodem*.

104 ὄρος, Αραρὰτ &c.] Diluvii aquis paulatim subsidentibus arcam Noæ substitisse dicit Moses super montes Ararat. Quæritur ubi terrarum sint illi montes Ararat. In Sybillinis oraculis res ita definitur.

Καὶ

Ἐπὶ δὲ Φρυγίης ἐπὶ ὑπείριον μελαίνης
Ἡλίβατον τετύμηκες ὄρος, Ἀραράτῃ δὲ κάλεῦσι

Itaque si Sibyllæ fides, in Phrygia fuit mons Ararat: Quin ut præcise scias in quâ Phrygiæ parte fuerit situs, audi quod sequitur aliquanto post:

Ἔνθα φλοιβὶς μεγάλη πολύμολον πίφυκεν Μαρσύᾳ
Marsya magnus ubi se prodit origine meræ

Neve sit quod dubites, illa eadem Sibylla jactat se Noæ fuisse nurum & cum socero & socru & viro suo & Leviris & janitricibus è diluvio evasisse. Verba sunt.

——— ἔκφυγον αὖτε ὄλεθρον
Πολλὰ κλυδωνισθεῖσ' ἀμφ' ὑμῷ πόντῳ δυώδεκα
Ἠδ' ἑνὶ ῥηϊδίῃ ὁμοῦ μορφῇσι τε παθοῦσα.
——— *fugi discrimina mortis,*
Cum Leviris jactata diu & cum conjuge fido
Et socero socruque & janitricibus almis.

Porro Marsyæ fontes ubi sint non puto quempiam ignorare, cum magno consensu scribant veteres Marsyam oriri circa Celænas, quo fere loco Mæander. Xenophon lib. 1. Anabas: quo loco Cyri Regiam describit quæ erat Celænis: Διὰ μέσου δὲ τοῦ προαστίου ῥεῖ ὁ Μαιάνδρου ποταμός. Αἱ δὲ πηγαὶ αὐτοῦ εἰσιν ἐν τῶν βασιλείων. ῥεῖ δὲ καὶ διὰ τῆς Κελαινῶν πόλεως. ἔστι δὲ καὶ μεγάλα βασίλεια βασίλεια ὁ Κελαινὰς ἵδρυται ἐπὶ ταῖς πηγαῖς τοῦ Μαρσύου ποταμοῦ, ὑπὸ τῇ ἀκροπόλει. Ῥεῖ δὲ καὶ διὰ τῆς πόλεως, καὶ ἐμβάλλει εἰς τὸν Μαίανδρον. I. e. per medium (Cyri) vivarium fluit Mæander fluvius ejusque fontes in ipsâ Regiâ sunt. Sed & Celænis sub arce magni Regis (Artaxerxis) est regia munita admodum ad Marsyæ amnis fontes qui & ipse urbem præterlabitur & in Mæandrum intrat. Livius lib. 38. de Mæandro, *Hujus amnis fontes Celænis oriuntur.* Et paulo post; *Et Marsyas amnis haud procul à Mæandri fontibus oriens in Mæandrum cadit.* Strabo lib. 12. ubi de Celænarum tumulo ὑπέρκειται δὲ καὶ λίμνη φύσεως κάλλους τε καὶ εἰς τὰς γλαύτιας τῶν αὐλῶν ἐπιτηδείου, ἐξ ἧς ὑπολαμβάνουσι φασὶ τὰς πηγὰς ἀναφοιτᾶσαι τήν τε Μαρσύου καὶ τὴν τοῦ Μαιάνδρου. *Supernè est & palus calamum edens ad tibiarum linguas aptum ex quâ defluere ajunt tam Marsyæ quam Mæandri fontes.* Maximus Tyrius testis αὐλητικὸς serm. 38. Φρύγες οἱ περὶ Κελαινὰς γαίμενοι τιμῶσι ποταμοὺς δύο Μαρσύαν καὶ Μαιανδρον. Εἶδον δὲ τοὺς ποταμούς. Ἀφιᾶσιν αὐλοὺς πηγὴ μία. *Phryges qui circa Celænas habitant fluvios duos Marsyam & Mæandrum venerantur: fluvios vidi illos edit fons unicus.* Curtius lib. 3. Ad urbem *Celænas exercitum admovit* (Alexander) *Media illa tempestate interfluebat Marsyas amnis fabulosis Græcorum carminibus inclytus: fons ejus ex summo montis cacumine excurrens, in subjectam petram magno strepitu aquarum cadit.* Plinius lib. 31. cap. 2. *Theophrastus Marsyæ fontem* scribit *in Phrygia ad Celænarum oppidum saxa egerere.* Unde est quod catarrectam appellat Herodotus à quo is verbis describitur lib. 7. Παραγίνονται ἐς Κελαινὰς, ἵνα πηγαὶ ἀναδίδωσι Μαιάνδρου ποταμοῦ καὶ ἔτι ἓν ἐλάσσονος ὁ Μαιάνδρου, τοῦ οὔνομα τὸ χαίρει ἐὸν καταῤῥάκτης ὃς ἐξ αὐτῆς τῆς ἀγορῆς τῆς Κελαινέων ἀναπίπτων ἐς τὸν Μαίανδρον ἐκδίδωσι. *Pervenerunt Celænas ubi Mæandri amnis fontes erumpunt & alteritus fluvii Mæandro non minoris Catarrectæ nomine, qui ex ipso Celænarum foro scaturiens in Mæandrum influit.* &c. Proinde aut Sibyllæ oraculis fides est abjudicanda, aut agnoscendum Arcam Noæ ad montem Celænis proximum substitisse, ex quo scaturiunt amnes notissimi Marsya & Mæander. Adeoque suspicor in versibus quos citavimus

Ἐπὶ, δὲ Φρυγίης ἐπὶ ὑπείριον μελαίνης
Ἡλίβατον τετύμηκες ὄρος, Ἀραράτῃ δὲ καλεῦσι

Pro μελαίνης legendum Κελαίνης, ut sensus sit, montem Ararat esse prope Phrygiam Celænam. Celænam id est Cœlenas per numeri enallagen; quomodo Maleam & Maleas, Athenam & Athenas, Thebem & Thebas, Hierosolymam & Hierosolymas, Cyrenem & Cyrenas dicunt, & Hesperidem

pertidem & Hesperidas. Sic in Solino cap. 40. Asiam excipit Phrygia in qua Celænæ &c. Videtur igitur Sibyllinorum carminum author eodem exemplo scripsisse Φρυγίης ἐπὶ ἀκτίσιν Κελαίνης non μελαίνης &c. Non diffiteor tamen in Sibyllino carmine receptam lectionem Φρυγίης μελαίνης posse ferri ut Phrygia nigra dicatur respectu partis illius, quam Græci Καταικαυμένην id est exustam nominant. Illa enim est Strabone teste, lib. 18. μέλαινα δὲ ἐξ ὑπακούσεως *nigra tanquam ex adjuncto*: Ut ut legas, mihi & aliis quorum judicio multum tribuo, hæc Sibyllarum oracula multis nominibus pridem fuere suspecta, adeoque in hoc ipso argumento de quo agitur. Nam, ut cætera taceam, Sibylla Noæ σύγχρονος quomodo meminit Marsyæ amnis, cum Marsyas, unde amni nomen, vixerit post Regem Midam à quo idem amnis ante Marsyam *fons Midæ* vocabatur, ut scribunt Plutarchus de fluminibus & Eustathius &c. Montem Ararat valde verisimile est unum esse è celsissimis, quia cum in eo subsitisset arca septimi mensis die XVII. aquis ab illo tempore subinde decrescentibus, vicinorum montium vertices non apparuerunt ante mensem decimum Genes. 8. 4. 5. Neque vero potest negari quod Justini libro 2. Scythæ asserunt, *si omnes quondam terræ summersæ profundo fuerunt, profecto editissimam quamque partem decurrentibus aquis prius detectam.* At locus prope Celænas unde Marsyas oritur ne mons quidem est sed collis aut tumulus. Λόφον Græci appellant id est γῆς ἀκρότατον terræ apicem & cristam. Strabo lib. 12. de Mæandro Ἀρξάμενος δὲ ἀπὸ Κελαινῶν λόφος πόλις ἐν ᾗ πόλις ἔν ὁμώνυμος τοῦ λόφου. *Incipit a Celænarum apice quodam in quo urbs est Apici cognominis*; Ita in Ptolemæo legitur Κελαινὸς λόφος *Celænus Apex*; & in Stephano Ὁ λόφος ἐν ᾧ ἐτάφη Μαρσύας *Apicis in quo sepultus Marsyas.* Id à monte quid differat harum rerum periti sciunt. Proinde tumulum illum personata Sibylla describit tanquam ἀλίβαντι παύμενος ἀσθ· *mentemarduum & extensum*, non quod sit revera talis, sed ut scenæ subserviat. 3. Hoc præcipuum quod totum iter à Phrygia in Babyloniam est ab occasu in ortum. At qui ex arca excesserant, profecti leguntur ex Oriente ut irent in tertam *Semaar* seu Babyloniæ Gen. XI. 2. Sed bene est quod patent fontes erroris quos Lectori jam aperiam. Prope Celænas vel à Seleuco vel ab Antiocho Sotere ad amnem Marsyam condita est Apamia in quam Celænarum incolæ migraverunt. Strabo ubi de Celænis lib. 12. ἐπιδὴ δ' διαστέλλει τοὺς ἀνθρώπους ὁ Σωτὴρ Ἀντίοχος εἰς τὴν νῦν Ἀπάμειαν τῆς μητρὸς ἐπώνυμον τὴν πόλιν ἀπῴκισεν Ἀπάμειαν. *Inde cum transtulisset homines Antiochus Soter in eam quæ nunc Apamia dicitur, urbem Apamæ matri cognominem constituit.* Livius lib. 38. *Migratum inde haud procul veteribus Celænis, novæque urbi Apameæ nomen inditum ab Apamea sorore Seleuci Regis.* Inde est quod nonnulli Veterum promiscue sumunt Apamiam & Celænas; Plinius lib. 5. cap. 29. *Tertius Apamiam vadit ante appellatam Celænas.* Solinus cap. 40. *Asiam excipit Phrygia in qua Celæna quæ antiquato priori nomine Apamiam transiit.* Marcianus lib. 6. In Phrygia Celænæ antea in Apamiam commutatæ. Huic porro Apamiæ cognomen erat κιβωτὸς id est Arca. Strabo Ἀπάμεια ἡ κιβωτὸς λεγομένη *Apamia quæ Cibotos dicitur.* Idem μικρὸν Ἀπολλωνιάδος τῆς πρὸς Ἀπαμείᾳ τῇ κιβωτῷ. Ptolemæus: Ἀπάμεια κιβωτὸς. Tabula Peutingeri *Apamea Ciboto.* Plinius ubi supra; *Tertius Apameam vadit ante appellatam Celænas, deinde Ciboton.* Itaque ant vehementer fallor, aut κιβωτὸς id est arcam ibi locorum substitisse ex hoc cognomine collegit atque aliis persuaderi volunt spurius scriptor, cujus verba sunt.

Ἔνθα φλέβας μεγάλας πλήμμυρ Μαρσύα πόντου
Τῇ δὲ κιβωτὸς ἔμεινε σὺν ὑψηλοῖο κορύφαις.

Marsya

Marsya magnus ubi se prodit origine prima
Montis in excelsi summo capite Arca resedit.

Sed fallacia hæc fuit à non causa ut causa. Neque enim necesse est ideo dictam κιβωτὸς quia ibi resedit arca. Aliæ potuerunt subesse causæ; claudebatur in Arcæ modum à tribus fluviis illam ambientibus. Plinius: *sita est in radice montis Signiæ circumfusa Marsya, Obrima, Orga fluminibus in Mæandrum cadentibus.* Sic Alexandriæ portus ab ambiente sinu dicebatur κιβωτὸς. Aliud affert vir magnus in Solinum, dictam fuisse κιβωτὸν, quia Strabone teste emporium erat proximæ post Ephesum dignitatis & commune Italiæ & Græciæ ὑποδέχιον. Nomine montium Ararat Josephus filius Gorion videtur Iberiam intelligere & Scythiæ quicquid est ab Armenia & Caucasiis portis usque ad Tanaim & Mæotides paludes, cum dicit lib. 6. cap. 96. *Et è populis terræ montium Ararat, unus fuit Alanus nomine. Hi undequaque clausi erant à tergo montium, quia illos concluserat Alexander Macedo Magnus ille Rex claustris ferreis & arce munitissima in aditu montium qui terram illorum ambiunt.* Vides Lector montes Ararat à Caucasiis portis in Armeniæ & Iberiæ confiniis extendi usque ad Alanos quos verus Josephus, unde hæc sumpta sunt, Scythas fuisse testatur, & habitasse περὶ τὴν Ταναΐδα καὶ τὴν Μαιῶτιν λίμνην. Ita etiam Hegesippus *incolebant Scythicum Tanaim finitimaque ejus & Mæotides paludes*, id est, ex usu scripturæ terram Gog & Magog, non terram aut montes Ararat. Neque aliter Claudianus in Ruffinum lib. 1.

——— *Patriumque bibens Mæotim*
Alanus.

Communis sententia hæc est Ararat esse Armeniam. Itaque hoc ipso loco Gen. 8. 4. pro montibus Ararat vulgatus Interpres habet montes Armeniæ; & in Jerem. 51. 27. Theodoretus Ararat vocari scribit Armeniam. Et Esa. 37. 38. Græci Interpretes habent εἰς τὴν Ἀρμενίαν. Ut vulgatus 4. Reg. 19. 37. *fugerunque in terram Armeniorum.* in Hebræis legitur *Ararat*. Hanc versionem esse optimam apparebit conferenti locum Esaiæ cum Berosо qui hic habet εἰς τὴν Ἀρμενίαν ἀπῆλθον, *in Armeniam profecti sunt.* Utrobique agitur de Sennacheribi filiis, qui Sennacheribo patre interfecto coacti sunt solum vertere. Berosi ea de re fragmentum insigne mire consonum, lege apud Josephum Antiquitatum lib. 10. cap. 2. Itaque Arcam in Armenia substitisse plerique volunt. Sic apud Abidenum Xisuthrus, id est Noe, u-Diluvium effugeret, ex Assyria ἐπ' Ἀρμενίας ἀνάστλιτ, *ad Armenios navigavit.* Et Melo, vetus Author, qui scripsit τὴν συγκτισιν τῆς Ἰουδαίων inter cetera narrat μετὰ τὸν κατακλυσμὸν ἀπὸ τῆς Ἀρμενίας ἀπιόντα τὸν πελεκοφόρον ἀνθρωπον μετὰ τῶν ἰδίων. *Post diluvium ex Armenia decessisse homines, qui cum filiis suis evaserat.* Et Berosum asserit Josephus scripsisse de Arca in qua Noe servatus est προσκαθῆσθαι αὐτὴν ἔτι ἀκρωρείαις τῶν Ἀρμενίων ὄρων cum ea appulisset ad *Armeniorum montium juga.* Neque aliter sentiunt nostri scriptores, Eustathius Antiochenus ἡ δὲ κιβωτὸς ἀπολυθεῖσα ὑπὸ τοῦ ὑδατος εἰς ἀκρώρειά τινα ὄρους τῶν κατὰ τὴν Ἀρμενίαν ἔστη. *Arca ab aquis sublata stetit in summitate cujusdam montis qui est in Armenia.* Chrysostomus in Oratione de perfecta charitate: ἀκμὴ νῦν τοῦ ὄρους μαρτυροῦσι τῆς Ἀρμενίας ἐκεῖνοι ἡ κιβωτὸς ἱδρύθη, ἀκμὴ νῦν τὰ λείψανα αὐτῆς τῶν τότε ἐκεῖ σωζόντων πρὸς ἀμυθήτου ὑπόμνησιν. *Numquid etiamnum (de diluvio) montes Armeniæ testantur ubi constitit arca, nunc hodieque ibi servantur ejus reliquiæ ad nostram commonefactionem.* Aratus lib. 4.

Armenia celsis instabat ventibus arcæ.

Isidorus Orig. lib. 14. cap. 8. *Ararat mons Armeniæ in quo arcam historiæ post diluvium resedisse testantur.* Haitho Armenus cap. 9. *In Armenia est altior mons quam sit in toto orbe terrarum, qui Araht* (lege Araraht) *vulgariter nuncupatur; & in cacumine illius montis arca Noæ post diluvium primo stetit.* Idem scribunt multo plures quos hic proferre longum: Et Araratbis no-

men in Armenia minore notissimum fuit; unde Araxarthea lacus talis apud Constantinum Porphyrog. Proinde cum in Theophilo Antiocheno legantur ex reliquiæ, hodieque supersse eo ἐν τῇ Ἀρμενίᾳ ὄρεσι, forte legendum Κεντρικοῖς. Quamquam non desint qui Arabiam usque ad vicina Armeniæ loca extendant. In his Xenophon qui Arabiæ Mesopotamiam accenset lib. 1. ἀναβάσεως. Et Plinius qui Euphratem Arabiam læva dextraque Comagenem Arabiam id est Mesopotamiæ partem Arabiam ad vicina Armeniæ loca extendunt. In his Xenophon qui Arabiæ Mesopotamiam accenset lib. 1. ἀναβάσεως. Et Plinius qui Euphratem Arabiam læva dextraque Comagenem Arabiam id est Mesopotamiæ partem dicit. Arabiam id est Mesopotamiæ proximam. Eum Plinii locum mihi indicavit vir doctissimus atque humanissimus D.N. de Grantemesnil, qui hercle cum armis non credidit esse ἀσυσκεύαστον. Superest ut doceamus in quo Armeniæ loco steterit arca. Duæ sunt sententiæ, una Hieronimi, qui stetisse vult eam Araxenam. Ararat, inquit, Regio in Armenia campestris est per quam Araxes fluit, incredibilis ubertatis, ad radices Tauri montis qui usque illuc extenditur. Ergo & arca ea ratione liberata est Noe cum liberis suis, cessante diluvio, non ad montes generaliter Armeniæ delata est, quæ appellantur Ararat, sed ad montes Tauri altissimos, qui Ararat imminent campis. Id sequutus Guillelmus de Rubruquis cap. 49. lemeraru Tartariæ, quam S. Ludovici Gallicarum Regis mandato peragravit ante annos fere quadringentos, asserit, Araxi & Naxuane urbi ad Araxem ex Ptolemæo notissimæ, duos imminere montes Matlis nomine in quibus arca resedit; & Cemainum oppidum ab octo illis ibi conditum qui ex arca exiverunt, idque patere ex ipso nomine quo octo significantur. Altera sententia cui accedo libentius, quia plures habet assertores & in his quosdam Hieronymo longe vetustiores, atque Noæ locum meratur in Gardyæorum montibus qui idem Carduchi dicuntur, Cardiet, Cordyæi, Corduени, Gordi, Gordæi, Curdi &c. Ut & variæ sententiæ montis nomen Kardu, Cardon, Karud, Kardynus, & Cordyæus; Aganeducit Barsas Beli Sacerdos Alexandro Magno aquas, quæ post enatatam diluvii hostem hic sumpsit exundasse. Ἐκ τούτου ἐστὶν ἀγαθὸν ὑποστῆναι, ἐπειδὴ ἐν τῷ διαβαίνειν ἐν τῷ ὕδατι, τὸ κυμαῖνον πρᾶον ἐν ἀσφαλείᾳ ἀφανίζεται, γίνεται δὲ ἡσυχαῖον πρὸς τὸ μὴ σφάλλεσθαι τὸ κυμαῖνον πρᾶον. Fertur autem etiam nunc naviget aliqua hyperoche in Armenia in montibus Gordyæorum & quosdam inde asservare bitumine crasso: eo autem abiato utuntur homines pro amuleto. Nec multo aliter Alexander Polyhistor, nisi quod hos Armeniæ montes pro Gordyæis Cercyræos appellat. Quomodo vocasse credo Locorum incolas, quorum lingua Strabone teste, partim erat Arabica, Koreur Arab ce est navis prælonga. Ergo hinc Corcyræi merito dicti montes in quibus magna illa navis id est arca Noe subsitit. Polyhistoris verba sunt: Τὰ δὲ μετὰ τὸν κατακλυσμὸν, κρατήσας λόγῳ τῶν Ἀρμενίας διαμενόντων ἐν τοῖς Κορκυραϊκοῖς ὄρεσι τῆς Ἀρμενίας διαμένειν ἐν τοῖς ὄρεσι τοῖς Κορκυραϊκοῖς. ἐξέστη δὲ αὐτῷ περὶ τοῦ ὀνόματος, ἴδιον δὲ αὐτῷ περὶ τοῦ ὀνόματος. Chaldæus Interpres vetustissimus Jonatam cujus verba sunt Gen. 8. v. 4. Et quievit arca mense septimo is fuit mensis Nisan decima septima die mensis super montes Kardon. Et Arabs Herbenianus super montes Kardu, id est Cordyæorum. Sed & è Patrum choro id ipsum scribit Epiphanius adversus hæreses; Tom. 1. §. 4. μετὰ δὲ τὸν κατακλυσμὸν ἐπιστῆσαι τῆς κιβωτοῦ τὸν Νῶε ἐν τοῖς ὄρεσι τοῖς Ἀρμενιακοῖς ἐπὶ τοῦ ὄρους Ἀμανὸν τῷ Καρδύαν ἐπὶ τοῦ Ἀραράτ. Post diluvium cum arca Noe constitisse in montibus Ararat inter Armenios & Cardyæos in monte Lubar dicto. Et in hæresi 18. quæ est Nazaræorum ἐν τῷ ἑκτῷ τῶν λοιπῶν τῆς τοῦ Νῶε κιβωτοῦ ἐπὶ τῶν Καρδυαίων ἀναπαύσεως. huc usque reliquiæ arcæ Noe ostenduntur in Gardyæorum regione. Consentiunt Arabum historici Georgius Elmacinus historiæ Saracenicæ lib. 1. cap. 1. Heraclæus deinde abiit in pagum Tibermaninum quem extruxit Noe super quem pax, postquam

ex arca egressus est, & adscendit ad montem Gudi (lege Gordi) *& vidit locum arcæ qui eminet supra omnem illam regionem, est enim valde excelsus.* Et Geographus Nubiensis sexta parte climatis quarti. *Mons Jemanim* (lege Themanim) *idem qui Algode* (lege Algordi id est Gordyæus) *in quo requievit navis illa navis Noæ cui pax.* Pagum Themanim id est τῶν ὀκτὼ ab illis octo qui ex arca exiverant etiam Græci memorant. Agathias edit: Vulcanii lib. 4. pag. 115. Ἀμφὶ τὰ Καρδούχια ὄρη εἰς κώμην Θαμανῶν *Circa Carduchios montes ad pagum Thamanorum* Hi omnes in id consentiunt arcam Noæ quievisse super montes Gordyæorum. Sed de illorum montium situ non convenit inter Scriptores. Ptolemæus Cordenem & Gordyæos montes ponit circa fontes Tygridis, & Carduchos circa Cyrum fluvium inter Cadusios & Mardianam paludem tanquam populos diversos à Gordyæis: Certum tamen est Carduchos ad Tigrim habitasse, non quidem ad fontes, sed in Armeniæ & Assyriæ vel Adiabenes confiniis: & ab his non distingui Cordyæos seu Gordyæos. Plinius lib. 6. cap. 13. *Adiabeni connectuntur Carduchi quondam dicti, nunc Corduæi præcinente Tigri.* Et cap. 27. Tigris ex Armenia acceptis fluminibus claris lustratis montibus Gordiæorum &c. Xenophon qui loca peragravit lib. 4. Anabas. τὰ Καρδούχια ὄρη λείπουσι ἐπὶ δεξιὰ τὸ πεδίον ἐκρεμάμενα nempe Pigreti seu Tigridi. Et rursus ἤκουσαν δὲ τῶν αἰχμαλώτων ὅτι εἰ διέλθοιεν τὰ Καρδούχια ὄρη εἰς τὴν Ἀρμενίαν τὰς πηγὰς τοῦ Πίγρητος ποταμοῦ ἕψονται διαπορευταί. à captivis enim audiverant se Cadurchiis montibus superatis in Armenia Pigretis (Tigridis) fluvii fontes si vellent trajecturos. Strabo lib. 16. de Tigri ἐπὶ πολὺ δὲ ἐκ χηθὴς ἀφανὴς ἀνίησι πάλιν δ' ἀπὸ πολὺ ἀπωθεῖ τὴν Γορδυαίαν. Dicit ita lapsus est ut videri non possit, rursus exoritur non procul à Gordyæis. Item ἀφ' ὧν δὲ ποιεῖ τὴν Τίγρητα τὰ τῶν Παρθυαίων χώρια ἃς οἱ πάλαι Καρδούχους ἐκάλουν. *Ad Tigrim sunt Partherum loca quos veteres Carduchos appellabant.* Hinc in Procopio *Ararat* (id est mons Gordyæus) *medius inter Armeniam & Parthiam excurrit versus Adiabenam.* Dion in Trajano cum narrat à Nisibi magno labore materiam convehi jussisse ad Tigrim fluvium, unde pontem struerent quo trajicerent in Adiabenam πρὸς τὸ Καρδύηον ὄρος *prope montem Kardynon* seu Gordyæum. Hoc præcipuum quod in eo ipso loco quem Gordyæorum montibus assignant tot veterum testimonia, etiam arcæ reliquias fuisse docent Arabes & Hebræi Scriptores; quod probare est in proclivi. Mosul est hodieque Mesopotamiæ urbs amplissima Tigri adjacens è regione loci in quo sita erat Ninive. Ab hac Geographus Arabs describens iter Amidam oppidum ex Ammiano & Procopio notissimum, quod à Gordyæis Tigris dividit: *A Mosul*, inquit, *ad urbem Balad sunt 21 milia &c. Et à Balad ad Insulam filii Omar* LXIX *millia. Ea adjacet montibus Jemanim* (lege Themanim) *Et Masurim & Kilsabur. Ex qua montium serie est mons Godi* (lege Gordi) *Amidæ imminens è regione propugnaculorum. Quin mons Jemanim* (Themanim) *idem qui Godi* (Gordi) *in quo requievit navis illa, navis Noæ cui pax.* Ita Benjamin Judæus scribit se Nisibi profectum biduo venisse *ad Insulam filii Omar quæ est in medio Tigride ad radices montium Ararat: unde quatuor distat millibus locus in quo requievit arca Noæ.* Addit Omarem Alcitabi filium arcæ reliquias ex illo monte in Insulam transtulisse & fabricasse ex illis templum quoddam Mahumetanum. Video esse viros doctos qui ab his dissentire Josephum putant, cum arcæ reliquias ostendi dicit in regione Καρῶν Caron quam Adiabenes Rex Monobazus dedit Isati filio: χώραν inquit, δίδωσι Καρῶν λεγομένην. Φέρει δὲ ἡ χὴ πολίσιν τὸ ἄκμηθεν ἀγαθήν. Ἐστὶ δὲ αὐτῇ καὶ τὰ λείψανα τῆς κιβωτοῦ ἐν Νίσιβι οὕτω γὰρ ἱστορίαν διασεσῶσθαι λόγος ἦν, καὶ μάλιστα τοῖς τούτου τοῦ ἔθνους βασιλεῦσιν ἐπιτετήρηται. *Regionem dedit Caron dictam. Ea autem est terra ama-*

mi feraciſſima. Ibi etiam ſunt arcæ illius reliquiæ in qua Noe diluvium evaſiſſe fertur, & hodieque oſtenduntur videre volentibus. Sed mitum ni Joſeph Κωρῶν corruptum ſit ex Chaldæo Kardon. quo utitur Jonathan, unde Dionis Κάρδουον ὄρος. Idem certe ſolum deſcribi docet Adiabenes vicinia & amomi feracitas cujus proventu Corduene potiſſimum inſignis eſt. Strabo lib. 6. Ἐπὶ μὲν ὕψους ἡ χώρα καὶ ἀνυπὸ ἄστι καὶ τὰ ἀσφαλῆ τρέφει, καὶ ἄμωμα τὸ ἄμωμον. Regio paſcuis læta eſt & germinibus, adeoque fert etiam quæ ſemper virent & aroma amomum. Philargyrius in hæc verba, *odor cœni gravis* Georg. lib. 4. Odor gravis quia & levis dicitur ut Salluſtius; Apud Corduenos amomum & alii leves odores gignuntur. Inde eſt quod amomum modo Armenium dicitur ut in Dioſcoride, Plinio, Avicenna, modo Aſſyrium ut in Virgilio:

——— *Aſſyrium vulgo naſcetur amomum.*

Et Silii lib. XI.

Nec crimen Aſſyrio perfundere pugnet amomo.

Nempe inter Aſſyriam & Armeniam Corduene ita media eſt, ut modo huic, modo illi adſcribatur. Jam quæri poteſt non immerito quid Minuadis nomine ſignificatum voluerit Nicolaus Damaſcenus cum arcæ locum definit in hæc verba: ἐπὶ ὄπιϛ Μινύαδι μίγα ὄρος καὶ τὴν Ἀρμενίαν Βάρις λεγόμενον εἰς ὃ πολλὰς συμφορήσας ἐπὶ τὸ ἀποκλυσμὸν λόγος ἔχει περισωθῆναι. Καὶ λέγεται λείψανα ἐκεῖνον, ἐπὶ τὸν ἀκρωμένον ἐκβῆναι, καὶ τὰ λείψανα τῆς ξύλου ἐπὶ πολὺ σωθῆναι. *Eſt ſuper Minyadem ingens in Armenia mons Baris dictus in quo fama eſt evaſiſſe ex diluvio multos, unum vero in arca vectum ad verticem appuliſſe & lignorum reliquias ibi diu ſervatas.* fallor an ibi Minyas eſt Hebræorum Mini vel Minni regio quam cum Ararat id eſt Corduene nominat Jeremias cap. 51. v. 27. ubi de Babylone, convocate, inquit, contra eam regna Ararat Minni & Aſcenats. Pro Mini Chaldæus habet Armeniam, neque fortaſſe id male. Videtur enim Armenia vox conflata eſſe ex Har Mini, id eſt mons Mini ſive montana Myniadis. Quam Armeniæ partem fuiſſe ſuſpicor Gordyænæ proximam, à qua deinceps tota Armepia appellationem traxerit. Hujus aut huic ſimillimæ compoſitionis veſtigia veteres ſe deprehendiſſe putarunt in his verbis Amos 4. 3. *& deportabunt eos ultra montes Armeniæ* quomodo & alii. Theodoretus ἀπενεχθήσονται εἰς τὸ ὄρος τὸ Ἀρμανὰ &c. ὁ δὲ σύμμαχος τὸ Ἀρμανὰ Ἀρμενίαν ἑρμήνευσεν. Ὁ δὲ Θεοδοτίων ὑψηλὸν ὄρος. Hieronymus, *Et projiciemini*, inquit, *in locis Armeniæ quæ vocantur Armona. Denique Symmachus ita interpretatus eſt, & projiciemini in Armenia pro quibus* LXX. *montem Remman. Aquila montem Armona. Theodotion montem Mona. Quinta autem editio excelſum montem, tranſtulerunt.* De cætero nos latet, cur vocatur Baris ille mons in quo ſubſtitit arca. An Græcis inditum nomen, apud quos Baris barbari navigii, aut ab Armeniis qui Deam coluerunt hujus nominis. Strabo lib. XI. in Armeniæ deſcriptione Ὁ Ἀβὼ ἰσχύει ἀδὲ τὰ εἰς Ἐκβάτανα φέρουσιν ὑπὸ τὸ Βαριδικόν. *Abus mons eſt propè viam qua itur Ecbatana præter Baridis Deæ templum.* An denique Baris dictus eſt ab Hebræo deflexa voce, quia in illo ipſo monte Deus *Beriht* id eſt fœdus contraxit non tam cum Noa, quam cum hominum genere univerſo, iride data in ſignum fœderis; unde eſt quod in hiſtoria exitus Noæ ex arca vox *Beriht* ſeu fœderis ſepties repetitur. Eſt & quarta conjectura his fortaſſe vero propior. Ἀποβατήριον, inquit Joſephus, τὸ τόπον τοῦτον Ἀρμένιοι καλοῦσι. Et Euſtathius Antiochenus καὶ τὸ τόπον ἐν ᾧ οἱ ἐκεῖσε ἀποβατήριον οἱ ἐπιχώριοι σεσωσμένοι. Idem fere legitur in Euſebio de Locis; quod Hieronymus ita tranſtulit: *Hunc locum Armenii exitum vel egreſſum vocant*, nempe ex arca vel nave in qua Noe cum ſuis fuerat incluſus quam diu duravit diluvium. Id enim proprie Græcis ἀποβατήριον. Quam vocem eſſe

Ar-

Οτ' ἄρα σωθήσεσθαι ἐπ' αὐτῷ πάντες ἔμελλον.
Εν τούτῳ μεγάλη ἦ ποθὴ καταδύμιος ἦεν.
Ενθα φλέβες μεγάλης ποταμοῦ [105] Μαρύης πέφυκαν.

Assurgit Phrygiæ mons quidam in finibus atræ,
Arduus, alta petens, Ararat quem nomine dicunt,
Quod fatale fuit illic evadere cunctis,

Armeniam viri Docti qui scribunt toto cœlo aberrant. Neque id voluit Josephus; Sed Armenios sua lingua vocasse locum eo nomine quod Græcè translatum ἀποβατήριον sonat. Armenium porro illud nomen viderur fuisse *Baris* vel *Barix* id est exitus. Sic ex Arabica lingua interpretor qua *Baraza* est exire foras & *Barux* vel *Barix* exitus. Nihil frequentius in Avicenna; occurrit & in Alcorano passim. Vide Abrahami suratam & Avicen. Arab. p. 9. & 23, & 45. Arabes jam diximus ad Mesopotamiam usque penetrasse & Armeniis vicina loca. Quin scribit Strabo τὸ τῶν Αρμενίων ἔθνος καὶ τὸ τῶν Σύρων καὶ τῶν Αραβων πολὺ ὁμοφυλίαν ἐμφαίνειν καὶ τῇ τῆς διαλέκτου, καὶ τοῖς βίοις, καὶ τῶν σωμάτων χαρακτῆρσι. *Armeniorum, Syrorum & Arabum gentes multum præ se ferre cognationis, sermone, vita & corporum forma.* Inde est quod Polyæni lib. 4. Eumenes ἐπιστολὴν ἀπεστείλατο πρὸς τὸν Ορόντου σατράπην τῆς Αρμενίας γεγραμμένην Συρίοις γράμμασι. *Epistolam protulit quasi ab Oronte Armeniæ Satrapa Syriacis litteris scriptam.* Armenis nempe & Syris propter linguæ viciniam communes erant Litteræ. Quod ideo hic observo ne quis Armenia vocabula ex Arabismo putet absurde peti. Si Tullero credimus ad *Barim* alludit *Lubar* ejusdem montis nomen apud Epiphanium. *Imbarus* autem vel *Nibarus* in Strabone Armeniæ mons ab Abo monte ad Mediam usque protensus. Sed *Imbarus* vel *Nibarus* cum *Bari* vel *Lubari* mons idem esse non potest, quia repugnat situs. Theodoretus Esaiæ locum exponens de urbe Babylonis, Tu autem dixeras in mente tua, in cœlum conscendam Esa. 14. v. 13. observat ad Aquilonem Assyriæ montem esse omnium in terris altissimum per quem speraverat ille Rex se in cœlum esse adscensurum. Οἶδα, inquit, ὑψηλὸν εἶναι λίαν βαρὺ τῶν Ασσυρίων τὸ Μήδων δὲ τὸν τὸ Σκυθικὸ διορίζει ἔθνη πάντων τῶν κατὰ τὸν οἰκουμένην ὀρῶν ὑψηλότερον, ὃ ἐκείνης πάντως ὑπέλαβεν, ὡς ἐκεῖθεν τὸν εἰς τὸν οὐρανὸν ἀναβησόμενον. Ego in tanta rerum notitia vix crediderim Babyloniæ Regem id habuisse in animo, nec puto tale quidpiam ex Scriptura posse elici. Tantum accipio quod habet Theodoretus, omnium esse celsissimum montem quo Assyria terminatur ab Aquilone, id est montem Gordiæorum in quo substitit arca Noæ. *Bochartus.*

105 *Μαρύης*] Salvat metrum Antatus hac scriptura μαρύο pro μαρυάο: Turneb. deleto, epithero μεγάλης legit μαρύα ἐκπνέοντα, vel ἐμπνέοντα. Reg. cod. habet πνέοντα. Eodem modo etiam legit MS. Gallæi ex Ορρορεο.

Τῶ ῥ' κιβωτὸς ἔμεινεν ἐν ὑψηλοῖο καρήνῳ
Ληξάντων ὑδάτων. τότε δ' αὖ πάλιν ἐρανόθι πρὸ
Θεσπεσίη μεγάλοιο θεοῦ πάλιν ἴαχε φωνὴ
Τοῖον ἔπος· Νῶε [106] πεφυλαγμένε, πιστὲ, δίκαιε,
Θαρσαλέως ἔξελθε σὺν υἱέσι σῇδε δάμαρτι,
Καὶ νυμφαῖς τειναῖς, καὶ πλήσατε γαῖαν ἅπα-
σαν,
Αὐξόμβοι, πληθυόμβοι, τὰ δίκαια νέμοντες
Ἀλλήλοις, χρεαῖς χρεῶν, ἄχεις εἰς κείσιν ἵκῃ
Πᾶν γένος ἀνθρώπων, ἐπεὶ κείσις ἔσετ' ἄπασιν.
Ὡς ἔφατ' ἀμβροσίῃ φωνῇ. Νῶε δ' ὡς ἀπὸ κοίτης

Optataque frui tandem charaque ſalute:
Fluminis unde alti Marſyæ manat origo.
Hujus in excelſo poſtquam ceſſantibus undis
Conſtitit arca jugo, tunc illi rurſus ab alto
Ingens Immenſi vox eſt audita Tonantis:
Noe fidelis, amans æqui, ſervate periclis,
Egredere audenter, nec non cum conjuge nati,
Cumque tribus nuribus, terramque replete paten-
tem,
Multiplici numero creſcentes, juſtitiamque
Tradentes natis natorum, donec in omnes

[107] Hς

106 Πεφυλαγμένε] Auratus, uti eſt MS. Gallæi, ſubſtituunt πεφιλημένε & ſequenti verſu σὺν τε δάμῳ priores editiones | τε καὶ. Codex Regius & Gallæi καί τε. Turnebus ἠδὲ *Idem*.

107 Hς

[107] Ἧς ἀποφθαρσάσης, ἐπὶ γῆς, ὑοὶ δ' ἐν αὐτῷ,
Ἦδὲ γάμας, νύμφας τε, καὶ ἑρπετά, καὶ πελειὰς,
Τετραπόδων θηρῶν τε φύλ', καὶ τ' ἄλλ' ἅμα πάντα
Οἶκα δυσατέα ἐξέσαν εἰς ἕνα χῶρον.
Καὶ τότε δή τοι Νῶε δικαιότατος ἀνθρώπων
Οἶδος ἐξῆλθεν, [108] δὶς εἴκοσι καὶ μίαν ἠῶ
Πληρώσας ὑδάτεσσι, θεοῦ μεγάλα διὰ βουλάς.
[109] Ἐνθ' αὖ δὶς βιότοιο νέη ἀνέτειλε γενέθλη,

Judicium detur mortales: namque subibunt
Judicium cuncti: sic vox divina locuta est.
Ille suo nihil addubitans exire cubili,
Ingreditur terram: nec non natique, nurusque,
Et conjux, nec non serpentes, atque volucres,
Quadrupedum pecudumque genus, tum cætera cuncta,
Egressi pariter liquerunt lignea tecta.
Noe igitur cunctos homines justissimus inter,

Χρυ-

107 Ἧς ἀποφθαρσάσης] Codex Regius & Gallæi αἷς ἀποφθαρσάσας κατὰ γῆς. Turnebus & Auratus ἔλθ' ἀποφθαρσάσης ἐπὶ γῆς, *exsiliit in terram confidentior fatlus*: vel ἧς ἀποφθάρσαντο, &c. vel ἀποφθαρσάσας ἀπέβη. Ita quidem viri doctissimi emendarunt, qui videbant verbum desiderari: at non unicum solum verbum, sed integer versus deerat, qui ex duobus codicibus scriptis reginæ & F. Pithœi in hanc editionem nunc receptus est. *Idem.*

108 Δὶς εἴκοσι &c.] *Vicenus cum bis & unum complesset soles in undis.* In arca fuit per annum Noe, ut tradit Moses: sed quadraginta dies complevit in aquis: Totidem enim dies pluisse idem Moses tradit. Nec refert quod Sibylla addit unum ad quadraginta. Moses enim secutus est numerum quadratum: sicuti cum apud eundem dicit Abrahamus, anteconceptum Isaacum se centenarium esse, cum esset uno anno minus, sed judicent alii. Hæc annotarat olim Castalio.

109 Ἐνθ' αὖτις] Veteres editiones & codices, ἐνθ' ἄγγελος, nostra emendatio non longe secedit. Turnebus probat ἐνθ' ὄφρα δὶς, Auratus ὀφθὲν πρ. sic etiam legit aGillæi codex MS. *Idem.*

Χρυσείη πρώτη, ἣ πὶς πέλετ' ἔκτη, ἀείσω
Ἐξ ἔρωτόπλαστος αὐτὴς χρέτ'. ὄνομα δ' αὐτῇ
Οὐρανίη, ὅτι πάντα θεῷ [110] μεμελημένη ἔσαι.
Ὦ χρυσῆς ἕκτης πρῶτον χρῶς, ὦ μέγα χάρμα,
Ἧς ἔλαχον μετέπειτ' ὅτε ἔκφυγον αἰπὺν ὄλεθρον,
Πολλὰ [111] κλυδωνιῶεῖσ' ἅμ' ἐμῷ πόσι, ἢ δαέρεσιν,
Ἠδ' ἐχυρῷ θ' ἐχυρῇ, [112] ὁμονύμφοισίν τε παθοῦσα.
[113] Ἄρχι ἄρ' αἰνήσω ἔσαι πολυποίκιλον ἄνθος.

Exiit octavus, vicenos cum bis, & unum
Complesset soles (Deus ipse volebat) in undis.
Hinc nova progenies, hinc ætas aurea prima
Exorta est hominum, quæ venit in ordine sexta,
Optima post homines natos, & nomine fertur
Cœlestis, quod eam curæ Deus unus habebit.
O ævi sexti stirps prima, o gaudia magna,
Quod sortita fui, postquam discrimina mortis

[114] Ev

110 Μεμελημένη] Codex Regius & Gallæi legunt μεμελημένα. Auratus & Gallæi codex legit πεφιλημένη ἦν. ex Opsopæo.

111 κλυδωνιῶεῖσ'] Turnebus annotat hanc lectionem, κλυδωνιῶσα πόσι σὺν δαίμοσα. Idem.

112 ὁμονύμφοισιν τε] Auratus ὁμονυμφοις αὐτὰ παθοῦσα. gravia passa. Idem.

113 Ἄρχι ἄρ' αἰνήσω] Manuscriptum Regium ἀρ η δὶ σὺ νέου πολυπ' Auratus legit. αὐδὴ δ' ἐπιθήσουν ἴσαι πολ. sed rectius fuerit, ἄρχι δὲ αἰνήσω ἴσασαι πολυποίκιλον ἄνθος: *Nunc vero prædicabo admodum variegatum florem Jesse.* ut auctor hujus libri more suo bibliacam historiam exprimens ad Psalm. xliv. & Esaiæ cap. iv. respexerit. Id quod volo explicavit Lactantius lib. 4. cap. 13. his verbis: *E Davidis domo Christum generatum iri secundum carnem, & aliæ Prophetiæ annunciaverunt. Apud Esaiam ita scriptum est, Et erit in illa die radix Jesse, & qui exurget principari in nationes, in eum gentes sperabunt, & erit requies ejus in honore. Et alio loco: Exiet virga de radice Jesse,*

114 Εν σάκη, σύκη. μεσάσ ὄχεγος βασιλήϊον ἀρχὴν,
Σκηπτροφόρου δέξη. τρεῖς γὰ βασιλεῖς μεγάθυμοι,
Effugi, jactata meo cum conjuge multum,
Nec non cum leviris glosses, soceroque socruque.

Ανδρε

Jesse, & flos de radice ejus ascendet. & requiesceat super eum spiritus Dei, spiritus sapientiæ & intellectus, spiritus consilii & fortitudinis, spiritus scientiæ & pietatis, & requiescet super eum spiritus timoris Dei. Jesse autem fuit pater David, ex cujus radice ascensurum esse florem prælocutus est, eum scilicet, de quo Sibylla dicit:

καὶ ῥίζης δ' ἄνθος ἀναβήσεται.

Legitur autem hic locus in principio libri sexti, infra. *Idem.*

114 *Εν σάκη, σύκη*] Locus hic est procul dubio corruptissimus, super quo a me consultus Doctissimus D. Petrus Petitus, hoc respondit: Locus is extat in fine paginæ 61. editionis Oporini ubi ita scriptum est;

Ἀρξὶ δὲ σοὶ ἔσαι πολυπαίκιλον ἄνδρα.
Εν σάκη, σύκη. μετὰ δὲ χρόνος βασίλειον ἀρχὴν
Σκηπτροφόρου δέξη.

Quæ mihi in his versibus negotium faciunt, dicam, & quemadmodum, in melius restitui possint. In primo quidem versu deest pronomen relativum neutrius generis ὁ; verbum autem, ἔσαι, non suo loco est positum. Ita igitur legendum videtur.

Ἀρξὶ δ' ὁ ἔσαι, καὶ τὸν πολυπαίκιλον ἄνδρα.

Sed & vox hæc ἄνδρα corrupta, pro ἴθνος. transpositione unius literæ ν, & mutatione α in ω. Sic verto: *nunc gentem quæ futura est, celebrabo.* Quod hæc vera sit lectio, sequentia indicant. Hanc autem hominum gentem probam & autem, πολυπαίκιλον appellat, ut eam distinguat, à Titanum genere, cujus infra mentionem facit; quibus omnia aiunt fore similia & indiscreta, ὅμοιον ὁτιοῦν ἐπὶ πᾶσιν ἰσάσιν. &c. Maxima difficultas in his vocibus; ἐν σάκη, σύκη. Sed utramque corruptam non dubito. Quo pacto autem restituendæ, hoc opus hic labor est. Primum, versui per unus supra justam mensuram indutus: quo pacto alterutram harum dictionum redundare. Utra autem redundet; ex ea quam aggredior, emendatione judicabis: neque tamen in hac obstringam fidem meam. Nihil enim hic præter conjecturas profiteor. Mihi igitur considerandi videtur non absurde legi posse pro σάκη, σάκη vel σάκη per duplex ρ. nomen scilicet urbis Syriæ, pro ipsa Syria, familiari poëtis tropo quo contentum pro continente usurpatur. Quæ igitur alia hæc urbs, nisi Tyrus quam prius Sarram dictam fuisse Servius testatur ad hunc versum 2. Georgic.

Ut gemma bibat, & Sarrano dormiat ostro.

Verba adscribam: *Serrano ostro*, i. *Tyria purpura. quæ nunc Tyrus dicitur, olim Sarra vocabatur, à pisce quodam, qui illic abundat, quem sua lingua Sar appellant.* Ergo Sarra ibi pro Syria per metonymiam sive hypallagen, posita. Hæc de priore vocabulo. alterum σύκη, corrupte etiam pro σάκη. Eratque glossema alicujus Studiosi ad oram codicis additum, quod ævo corruptum in vocem prorsus huic loco alienam, σύκη, abiit, inque versum temere, ut alias accidit, translatum, huic monstro lectionis occasionem dedit. Non magis integra quæ sequuntur, μετὰ δὲ; χρόνος βασίλειον ἀρχὴν, lego μετὰ δὲ. & βασίλειον pro

Ἀνδρε δικαιότατοι, [115] μοίρας δέ τε δηλήσυλαι.
Πλυνετῆ δ' ἄξοιπ χρόνον, τὰ δίκαια νέμοντες
Ἀνδράσιν, οἷσι μέμηλε πόνῳ ἠ ἔργ' ἐρατεινά.
Γαίη δ' αὖ καρποῖς ἐπαγάλλεται αὐτομάτοισι,

Nunc autem varium florem laudabo futurum,
In ſaca ficus. dividit autem
Imperium regni tempus.
Sceptriferum accipiet. nam tres juſtiſſima reges

[116] Φυο-

βασίλειων aliter verſus non conſtabit; verſu autem ſequenti σκηπτροφόρων δίξη, malem δείξῃ oſtendit; deinde in his

——— τρεῖς γὰρ βασιλεῖς μεγάλημοι
Ἄνδρε δικαιότατοι,

Obſervare & dualem poſitum pro plurali; niſi magis placeat, ex duabus ἄνδρε & δικαιότατοι unam dictionem compoſitam facere, ſed tunc o pro ω malim ſcribere: ἀνδροδίκαιοι & in ſuperlativo, ἀνδροδικαιότατοι. Sed hæ, ut dixi, ſunt conjecturæ dum aliquis meliora afferat. *Petitus*. Ita legitur hic verſus in utroque codice ſcripto, niſi quod χρόνῳ ſcribitur. Turnebus emendat, ὁ σὺν ἦ σὺν ἦ δὲ χρόνῳ βασιλείων ἀρχὴν σκηπτροφόρῳ δ' ἕξει. Auratus, ὁ σὺν ἦ συνὴ, μεσάτῃ δὲ χρόνῳ βασιλείων σκηπτροφόρων δίξαι. vel μεσάτῃς δὲ χρόνῳ βασιλῆος σκηπτῆς. Ut prius membrum de ubertate frugum intelligatur, quemadmodum in quodam Ariſtotelis dicto, ἄχρι ἐπόχης γεφύσεως, σῖτος δ' ἐπὶ συκῆν: poſterius de regali imperio Chriſti. Ranconetus, quemadmodum & Caſtalio, duos mutilos verſus in unum æque mancum coiviſſe arbitrantur: quibus ut lubens aſſentior, ita illorum conjecturas non improbo: quanquam leviori mutatione legi poſſit, μεσάτῃ δὲ Κρόνῳ βασιλήϊον ἀρχὴν, σκηπτροφόρον δ' ἕξει; inuſitata quidem Grammaticis verbi conſtructione & ſignificatione: ſed Sibyllino furori condonanda, ut regni diviſione inter Saturnum, Titanem & Japetum facta, atque eorumdem de imperii principatu tandem Saturno communi Deorum ſententia delato contentione verba iſta accipiantur. De illis tribus enim potius locum explicuerim ex hiſtoria infra copioſe deſcripta, quam, ut Turnebus annotat, vel de Jove, Plutone, & Neptuno: vel de Noë filiis, quorum religio & regnum ad Chriſtum viguit: vel denique de tribus regnis Aſſyriorum, Perſarum, & Macedonum: niſi quis malit de tribus illis Interpretari, qui poſt Adrianum Imperatorem αἰχμοκράτορες ſive πολιτικρατορες regnaturi dicuntur. *Opſopœus*.

[115] Μοίρας δέ τε] Auratus corrigit μοίρας ἀμφιφασίαι. *patientur*. Recepta lectio poſſet ita explicari, quod ipſas parcas læſuri, ſublaturi, ſive victuri ſint, ut diutius imperio præſint. *Idem*.

[116] Πολ-

Φυομβρὴ [116] πολλοῖσιν ὑπερσαχύστα γρέθλη.
Οἱ δέ τε πθαυτῆρες ἀγήραοι ἤματα πάντα
Εσονται, νόσφιν νούσων κρυερῶν μαλερόων,
[117] Θνήξονται ὕπνῳ βεβολημένοι, ἐς δ' ἀχέρονθας
Εἰν αἴδαο δόμοις ἀπελεύσονται, κ' ἐκεῖσε
Τιμὴν ἕξουσιν, ἐπεὶ [118] μακάρων γένος ἦσαν
Ολβιοι ἀνέρες οἷς [119] Σαβαὼθ νόον ἐσθλὸν ἐδωκεν.

Pectora magnanimi, divisis partibus æquis
Tempore longinquo regnabunt, juraque tradent
Illis, queis studio labor est, laudandaque facta.
Terraque sponte sua læto feret ubere fruges,
Spicarumque suos reditu saturabit alumnos.
Non illi spatio canescent temporis ullo:
Sed tristi semper morborum peste carentes,

Αὐτὰρ

116 Πολλοῖσιν] Idem πολλῇ σὺν pro πολλοῖσι; & versu proximo Turnebus, οἱ δὲ τότ' αὐθαυτῆρες ἀγήρεες, vel τότ' ἀγαυτῆρες, &c. Et mox, νοσφιν ζ νόσων. *Idem.*

117 Θνήξονται] Auratus θνήξουσ' ὡς ὕπνῳ, quemadmodum Hesiodus θνήσκουσ' ὡς ὕπνῳ δεδμημένοι. Et statim ἐς δ' ἀχερόντος, ex notis Turnebi. *Idem.*

118 Μακάρων γένος] MS. Regium μακάρων παῖδες ἦσαν. *Idem.*

119 Σαβαὼθ] Sabaoth nomen Hebræum est, & significat exercitus. Vocatur autem Deus exercituum, quasi tu dicas, armipotens, aut bellipotens: quod omnibus (quæ usquam sunt) tanquam militibus utatur. Hæc Castalio. *Opsopœus.* Obvium est hoc nomen; alias per Ellipsin אלהים צבאות *Deus Exercituum*, Psl. 59. 6. & 69. 7. pro יי אלהי צבאות Amos. 4. 13. vel אלהים אלהי צבאות Amos. 3. 13. Durior adhuc, & valde impropria Ellipsi, Zebaoth, absolute pro nomine Dei sumitur 1. Apud *Hebræos*, *Massec. Sopher.* cap. 4. Hæc nomina divina, quæ scribis non licet delere vel eradere, ut אלהים / אלי / אהיה / אשר אהיה צבאות / שדי / יהוה / ארוני 2. *Christianos* Origen. & Hieron. Epist. ad Marcell. Habere hunc Gnostici videntur suum Ιαλδαβαωθ, id est, יה. אל צבאות vel אל צבאות *Hottingerus.*

Αὐτὰρ ἢ τέτιστιν ἀεὶ συμφράσσατο βουλάς.
Αλλ' ἔτι μάκαρες, ἢ εἰν ἀΐδαο μολόντες,
Εσσονται. τότε δ' αὖ τε βαρὺ σθένος μετέπειτα
Δεύτερον αὖ γλῶς ἄλλο χαμαιγενέων ἀνθρώπων,
[120] Τιτήνων. [121] ὅμοιος ἢ τύπος ἐπὶ πᾶσιν ἑκάστου,

Oppressi somno decedent, inque profunda
Devenient Acherontis, ubi nec honore carebunt,
Quippe beatorum felix genus, optima quorum
Mens fuerit dono Sabaoth, qui semper in omni
Illis consilio dederit facienda secundus.

Εἶδος,

120 Τιτήνων] *Titanis*, filii feruntur Titani fratris Saturni; de quo supra. Aliis videntur sic dicti ἀπὸ τῆς τίσεως, id est, ab ultione; aliquibus ἀπὸ τοῦ τείνειν, quod est *trahere*, vel *extendere*. Diodorum omnes communi nomine à Titea matre vult appellatos, quæ quidem fabulosa omnia. Eustath. *in Homer.* & alii intelligunt per eos spiritus & ventos, qui ex cœlo, id est, aëre, ad terram demissi occultantur in ea, atque ita terræ motus generant, qui sæpe multos homines opprimunt & conficiunt. Atque eo etiam (si Phylice fabulam enodes) referri possunt & verba Hesiodi *in Theog.* ubi simul etymon proditum ab eo, quod supra expressimus? Sic enim ait,

Τοὺς δὲ παῖδες Τιτῆνας ἐπίκλησιν καλέσσας,
Φάσκε δι' ὑπερφίαλόν τε ἀτασθαλίην τε ἔιπών
Ἔρχον, τίσιν δ' ἐπέεσσι πάσι μεθησόμενοι τ.

Suidas: κολοχθονίους δαίμονας exponit. Sane Homerus *Hymno in Apollinem*:

Τιτῆνές τε θεοί, οἳ ὑπὸ χθονὶ ναιετάουσι
Τάρταρον ἀμφὶ μίσγαν, τοὶ ἐξ ἀνδρῶν τε θεοί τε.

Hos fama est omnium primos metendi artem à Cetere fuisse doctos. Apollon. *lib.* 4.

Δηὸν δ' αἷμα χυὶν ἐνὶ δὴ ποτε νάσατο γαίη,
Τιτῆνας δ' ἴδαι ταχὺ ὄμπνιον ἀμήσασθαι.

Ex horum sanguine cum Diis bellum gerentium, qui in terram defluxit, varia serpentum genera exorta esse scribit Nicander *in Theriacis* hoc pacto:

Ἀλλ' ὅτε κε κόλεγα φαλάγγια, σὺν κε δύσηκες
Ἕρπετὰ, ἴχνιά τε κε ἄχθεα μύρια γαίης
Τιτῆνες σύεσσιν ἀφ' ὑμετέροις.

Quin & Orpheus *hymno in Tartarum*:

Τιτῆνες Γαίης τε καὶ Οὐρανοῦ ἀγλαὰ τέκνα
Ἡμιτέρην ἀσύφοιο πατέρων, γαίης ὑπὸ κεύθη
Οἰκεῖτε ταρταρόεσσι μυχοῖς χθονὸς εὐαίοντες
Ἀσχετον ἢ πηγαὶ πάντων ὀνητῶν πολυμόχθων.
Εἰναλίων τε πόντων τε. κὴ οἱ χθόνα ναιετάουσιν
Ἐξ ὑμέων γὰρ πᾶσα πολὺ χθονὶ κεῖται κόσμος.

121 Ὅμοιος ἢ τύπος] Turnebus, ὅμοιοι ἢ τύποι. Ver. seq. codex Reg. φυὴν. Auratus φυὴ. Oporinus,

122 φυὴ

Εἶδ' ὦ, καὶ μέγεθός τε φυὴ, [122] φωνὴ ᾗ μί' ἔσαν,

Atque hi fœlices, etiam cum ceperit illos

Ως

122 Φωνὴ ᾗ μί' ἔσαν, &c.] Missis igitur Maronitis movebimus ad illos, qui primam illam Patriarchatum linguam sentiunt fuisse Hebræam, cujus magnam partem habemus in tabulis V. T. Mosis, & Prophetarum. In eam sententiam conspirant vota maximæ partis Hebræorum tum Christianorum. Hierosolymitanus Paraphrastes ad Genes. XI. 1. Ita inquit: והוון כל ארעא לישן חז וממלל חז ועצא תוא אדום בלישן קודשא הוו וממללין דבה אתברי עלמא מן שרויא: *Et omnes incolæ terræ linguæ unius erant & sermonis unius, & consilii unius, quippe lingua sancta loquebantur qua est creatus mundus à principio.* Ubi per linguam sanctam intelligitur Hebræa. Nec aliter Jonathan Paraphrastes. Ita enim ad eundem locum: והוה כל ארעא לישן חז וממלל חז ועצא הוא בלישן קוז שא הוו ממללין זאיתברי ביה עלמא מן שרויא: *Et fuit universa terra linguæ unius & sermonis unius & consilii unius. Lingua sancta erant loquentes, in qua creatus fuit mundus ab initio.* In Midrasch sive commentario legis Tanchuma sic legitur. *Confudit linguas ipsorum, ut non intelligeret ullus ipsorum linguam proximi sui,* שבלשון הראשון הוו מוברים בלשון הקודש ונו בלשון וברא העולם: *Nam lingua primæva qua locuti sunt, fuit lingua sancta in qua eadem lingua creatus fuit mundus.* Quin & Kabbalistæ in Baal Hatturim ex vocibus Gen XI. 1. עפה אוחת per Gematriam collegerunt לשון הקודש *Linguam sanctam*, hoc est, Hebræam, quod numeri utrinque sint pares. Tamen numeros vocum לשון הקודש excedit unitate. Sed unitatis in collectione per Gematriam, nulla habetur ratio, ut hic monet Bochartus. Rabbinos consentientes plurimos citavit Buxtorfius. Et ab universis illis quatuor duntaxat excipit Guevara qui in alia omnia eunt. Inter Christianos tum veteres, tum recentiores plerique omnes eandem sententiam tuentur. Hieronymus Comment. in Sophon. Hebræam linguam appellat *omnium linguarum matricem.* August. de Civ. Dei XVI. 11. *Quia*, inquit, *in ejus* (Heberi) *familia remanet hæc lingua, divisis per alias linguas cæteris gentibus quæ lingua prius humano generi non immerito creditur fuisse communis, idem deinceps Hebræa est nuncupata. Tunc enim opus erat eam distingui ab aliis linguis nomine proprio, sicut olim quoque vocatæ sunt nominibus propriis. Quando autem erat una, nihil aliud quam humana lingua aut humana locutio vocabatur, qua sola universum genus humanum loquebatur.* Origenes in librum Numer. Homil. XI. consentientia scribit: *Manserit autem lingua per Adam primitus data, ut putamus, Hebræa, &c.* Recentiorum autem, qui eam sententiam pro sua amplexi sunt, numerus vix iniri potest. Videantur commentatores maxime tum Evangelici, tum Papistici in Gen. XI. 1. ut merito R. Gedaliah in Schalschelehet

leth hakkabbalah de Christianis, ita prodiderit: חכמי האומות בקשו לדעת מה היה לשון הראשונה ולבסוף כולי עלמא מודו כי בראם עד דור הפלגה היה הגיונם לשון הקדש *Sapientes Christianorum indagarunt quanam fuerit lingua prima: tandem totus mundus h. e. omnes confessi sunt, ab Adamo usque ad diluvium lingua sancta locutos esse.* Atque hanc quidem sententiam, uti à plerisque sapientibus recepta est, ita verissimam esse nullus ambigo. Rationibus enim certissimis confirmari potest: quas lubet per compendium recitare. XV. Hebraïca igitur lingua usos esse primos Patriarchas primo demonstro ex etymologiis nominum, quotquot extant in historia Mosis, ab Adamo creato usque ad dispersionem gentium. אדם *Adam* primus homo dictus est, quia sumtus ex אדמה *terra*. Eva חוה quia אם כל חי *mater omnium viventium*. Cain dictus קין à קנה *acquisivit*. Paradiso nomen גן עדן *hortus Eden* seu *voluptatis*. Eden autem nomen proprium fuit terræ idemque Hebraicum. Terra נוד exilii, quia in ea exulavit Kain. Scheth dictus שת quia Deus Evæ posuit semen alterum. Enoch חנוך à dedicatione, quia natus in dedicatione urbis, quam ædificavit Cain. Matthusale מתושלח quia anno diluvii morituum cum prophetico Spiritu cognovit parens. Noë dictus נח per allusionem, כי ינחמנו *quia consolabitur nos*, ut prophetice divinavit Lamech. Japhet dictus יפת quia dilatandus fuerat. Phaleg dictus פלג quia in diebus ejus נפלגה *divisa est terra*.

Hoc argumentum merito Arbarbanel vocat כופת הכוחי והוויב *demonstrationem necessariam*. Grotio tamen non satisfacit hæc demonstratio. Excipit enim l. 1. his verbis: *Nomina propria Adami, Evæ & cætera Hebraico sermone à Mose expressa Hebræorum causa eodem significatu, qui in primæva lingua fuerat. Sic Curtius milites quosdam ait à Persis vocatos immortales, aditum Ciliciæ ab incol. Pylas dici: qui singulis millium millibus præerant, eos vocatos à Persis Chiliarchos: conjugibus alias à Persis Susidas Pylas vocari: multaque ejus generis passim apud Historicos occurrunt. In Africa Pithecusæ & Ampeluſiæ nomina sunt in Græcum ex Punico translata, teste Diodoro libro* XX. *Mela Lib.* 1. *Sic quæ Aspis Græcis, Clupea Latinis. Athenæus lib.* VI. Καλοῦσι παρασίτους τοὺς μετ' ἐκείνου τὴν πολεμοῦντες συμβιοῦντας ἐκ τοῦ παλοῦσι παράσιτους, *id est, appellant eos Gallica voce, quæ Parasitos significat. Et nos Latine scribentes urbem Brabantiæ vocamus Silvam Ducis & Græci Interpretes sacrorum librorum locorum nomina haud pauca, Græce ponunt, ut ἐφὼν ὑψηλὸν, βάλανον πόδας, πόλιν χαμμόαθαν.* Consentit Grotio Cluverius, qui l. 1. respondet nostro argumento; *Hebræos post dispersionem nomina illa Lingua sua nuper orta interpretatos esse.* Verum responsionem hanc prævidit etiam doctissimus Abarbanel, & eidem abunde satisfecit comment. in Genesin fol. 28. Summa dissertationis ejus huc redit. Nomina propria, quæ sunt particularia virorum, non transferri ex una Lingua in aliam, rerum in illa forma, qua ea vocarunt in impositione prima, in ea ipsa forma ea accipere & relinquere cæteras linguas, quæ res gestas ipsorum transferibunt sine ulla mutatione; Sicut videre sit ex nominibus Cæsarum & Philosophorum antiquorum. Sic S. Codices & alios libros Hebræorum translatos esse in linguas aliarum gentium; neque tamen unquam mutata esse nomina Patriarcharum. Sic Onkelosum Paraphrastem Exod. 11. 10. reliquisse in paraphrasi intactam

tactam vocem משך mutalle tamen verba illa כי ומן המים משיתיהו *quia ex aquis extraxi eum*, quibus Moſes videbatur ad nomen ſuum proprium à Filia Pharaonis impoſitum alludere. Non enim retinuit in paraphraſi vocem משיתיהו ſed eam vertit שחלתיה cujus vocis cum nomine proprio nulla eſt affinitas. Quin legem ipſam, dum res peregrinas tangit, retinere nomina propria, qualia ſunt Jethro, Reguel, Balak, Sichor, Og, Pharao, Potiphar, Zophnat Paneach, & ſimilia. Et rationem hujus rei eſſe manifeſtam, quia exiſtentia viri alicujus particularis in ſua gente eſt propria, non vero in alia. Et dum ſemper nomine ſuo proprio vocatur, quod primo ipſi fuit impoſitum, omnes illud audientes cujuſcunque linguæ fuerint, ſtatim ſcire, & agnoſcere, quiſnam ſit ille, de quo ſermo habetur. Hactenus Abarbanel. Quibus ex eo tranſcriptis pauca addam. Primo Grotium exempla illa exotica, quæ accumulavit, perperam comparare cum nominibus propriis Patriarcharum. Aliud eſt loqui de nominibus appellativis, vel etiam propriis regionum aut locorum; aliud de nominibus propriis virorum. Nomina appellativa hominum, qualia ſunt *Immortales*, *Chiliarchi*, &c. nec non propria Regionum vel locorum, cujuſmodi illa *Pylæ*, *Pithecuſa* quæ eſt Phœnicium Arimach, Ampeluſia, promontorium Oceani extimum, de quo conſulas licet Bochartum in *Chanaan* lib. 1. cap. 37. *Sylva Ducis*, Δρυὸς ὑλαὶ, βάλανοι πίθοις, πόλις χαμαιμήκων &c. Hiſtorici ita ſcribunt, converſa in aliam linguam, quia nimirum ſucceſſu temporum nomina regionum & locorum ſolent mutari. Alia eſt ratio nominum propriorum in vitis, quæ non ita facile ut nomina Regionum mutantur. Itaque hiſtorici eſt, illa retinere invariata. Et quamvis ſubinde nonnihil ad linguæ ſuæ rationem flexionemque accomodata, adeoque nonnihil detorta, & corrupta recitantur, nunquam tamen ita mutantur, ut prima origo non appareat facile. *Secundo* ſi maxime probari poſſet, Moſem aliquot nomina propria piorum Patrum in linguam ſuam transfudiſſe; quî tamen id in omnibus fieri potuiſſet? Quomodo ubique certam & conſtantem etymologiam nominum, ut in lingua illa primigenia inveniſſet, cum in paucis linguis ut אדם ab אדמה *homo ab humo*, ſic in aliis idem inveniatur? *Tertio* & hoc perpendatur velim, Moſem quicquid egit, certa & ſapienti ratione egiſſe. Atqui quæ ratio perpulit eum, ut vocabula illa primigenia in alia lingua interpretaretur? *Hebræorum causa hoc fecit*, inquit Grotius. Ac ſi Hebræorum cauſa, illi igitur indiguerunt tali *ignoviâ*, ut nomina illa propria intelligerent. Quaſi vero nomina illa propria in primigenia illa lingua adeoque ſibi non vernacula, ſi manſiſſent non tranſlata, non æque intelligere potuiſſent, ac nos intelligimus vocabula illa etiam non tranſlata. Quaſi vocem propriam *Philippus* nequeat intelligere Romanus, niſi ei reddatur per *amans equorum*. Si hæc ratio idonea fuit conſilii Moſaici, profecto perperam faciunt Interpretes ſcripturarum qui in gentis ſuæ gratiam omnia illa vocabula propria in vernacula ſibi lingua non explicant. Denique nomina illa propria, quæ Hebraïcam radicem habent, vel inventa ſunt à Moſe, vel ante Moſen fuerunt uſitata, abolitis vocabulis linguæ primigeniæ. Si prius, redit quæſtio, quo conſilio invenerit Moſes, atque ita priorem memoriam aboleverit? Cur retinuit nomina peregrina, de quibus ſupra, ac Patriarcharum nomina ſuſtulit? An nulla veneratio ſubiit candidæ antiquitatis? An non potius anxie cuſtodivit reliquias primigeniæ illius haud dubie ſanctæ & in ipſo ſtatu innocentiæ inventæ? Si poſterius, jam quærerem lubens, quando abolitis primigeniæ linguæ nominibus uſurpari cœperint nomina Patriarcharum Hebraice explanata? Ante diſperſionem cœpiſſe nemo facile dixerit, cum uſque ad diſperſionem

unica lingua primigenia, qualiscunque demum fuerit, obtinuerit, & ipse Grotius statuat, linguam Hebraïcam esse linguam advenarum è Chaldæa, adeoque Abrahami. Cœperint itaque post dispersionem gentium inter Chaldæos, quibus commixta fuit posteritas Semi. Qui hoc dicunt, expedire debent, quo casu prima illa Lingua sit amissa? An etiam Semi familia consspiraverit cum impiis consiliis illorum, qui turrim ædificare parabant? Si cum iis non consspirarint, quod verissimum est, cur igitur defraudati sint lingua illa primigenia? Vel judicio Dei deposuerunt linguam illam veterem, vel sponte. Non singulari Dei judicio, quia sceleri illorum qui meruerunt dispergi, & jactura veteris linguæ mulctari, non fuerunt innexi. Non sponte, quia alienum hoc est à pietate, & sapientia Semitarum, ut procul amandata lingua suorum Parentum, quæ viguit à principio mundi, & sanctissimorum Patriarcharum ore trita & consecrata est, adoptarent primo Chaldaïcum idioma, mox illo ipso cum Lingua Punica seu Cananea mixto novam sibi linguam formarent, atque sic proprio sibi jumento malum accerserent. De qua re denuo aliquid infra dicturi sumus. Opinantur nonnulli, favere Grotio & Cluverio vocem משה *Moses*, quam ex Ægyptiaco ipsummet ita transtulisse colligunt ex etymo משה *extrahere*, in verbis, כי מן המים משיתיהו *quia ex aquis eum extraxi*, Exod. 11, v. 10. Verum parum in eo subsidii est. Sive enim vox Ægyptiaca sive Hebraïca est, de qua re commodius alibi disceptabitur, expediri modus poterit. Si Ægyptiaca est, sane non transtulit in Hebraïcam linguam. Et tum Moses, qua erat incomparabili sapientia & ἐυγνωίᾳ invenit vocem illam מֹשֶׁה quæ & voci משה Ægyptiacæ sono & significatione affinis esset, & exprimeret idem illud etymon, quo etiam usa est filia Pharaonis. Sin Hebraïca est, adeoque per Mosem in linguam suam transducta, peream tamen ex particulari facto, quod singularem haud dubie rationem habuisset, concluderetur, Mosem omnia illa Patriarcharum nomina transtulisse, ubi nulla tamen illius translationis causa similis. Nempe transtulisset suum nomen, quia impositum à profana, gentili, idololatrica, scilicet Ægyptia puella: cujus educationem illum aversatum esse constat. At in nominibus Patriarcharum contrarium obtinet. Illa enim imposita sunt à viris sanctis; & multis nominibus venerabilia fuerunt. XVI. Asserto & vindicato palmario hoc argumento, in quo merito arcem collocamus causæ, alia suppetiarum instar sequuntur. Secundum igitur argumentum arcessimus ex Genes. cap. 11. 19. ubi Adamus memoratur animalibus nomina imposuisse. Nomina illa imposita esse secundum naturam animalium, eandemque clare repræsentasse, Exercit. 11. th. 51. ex Philone & Eusebio probavimus. Quæ igitur lingua habet nomina animalium naturam clarissime exprimentia, haud dubie est prima illa Adami, adeoque Patriarcharum lingua. Talem esse Hebraïcam viri eruditi, ac inter eos Cl. Bochartus in Hierozoico veritati liquido dederunt. Hebræis igitur in genere brutum est בהמה & בעיר utriusque radix pandit naturam animalium. Nam בעיר à *stupore*, בהמה à *silentio* ita dicitur. Feræ plerumque vocantur חיה & זון prius est à *vita*, quia feræ longiorem vitam ducunt; posterius à *motu*, quia feræ in continuo sunt motu. Aves dicuntur tum עוף tum צפור à *volando*, & *mane surgendo*. Camelus Hebræis est גמל à גמל *rependere* vel bonum, vel malum, quia mitissimum animal, acceptæ tamen injuriæ non facile obliviscitur. Equus est סוס à סוס quod Arabibus usitatum est *regere* & *moderari*, quia animal docile est, & non solum fræno, sed etiam simplici virga regitur. Asinus חמור a *rubro colore*; quia in oriente asini

sini plerique rubri. Bovi nomen est שׁוֹר a שָׁרַר, *firmum, stabilem esse.* Aries a *viribus* dicitur אַיִל. Ovis dicitur צֹאן à צָנָה vel Arabico צָנִי *fœcundam esse, suboleſcere*, quia animal fœcundissimum. Sus est חֲזִיר. ab Arabico הָזַר *angustos habere oculos*, quia cavos & profundos habet oculos. Leo אַרְיֵה à רָאָה *videre*, quia ut Marethon Ægyptius ait, est ὀξυδερκέστατον ζῶον, *visus acutissimi fera.* Urso nomen דֹּב ab Arabico דָּבַב *pilosum esse*, quia corpus habet valde hirsutum. Lepus est אַרְנֶבֶת vox composita ex אָרַח *carpere* & נִיב *terræ proventus*, quia animal est perniciosum proventibus terræ. נֶשֶׁר sonat aquilam ab adunco rostro, quo carnem carpit & vellicat quod Arabice est נָסַר. Accipiter est נֵץ à נָצַץ *volare*, quia velocissime volat. Pelicano nomen קָאַת à קָאָה *vomere*, quia conchas jam absorptas revomit, postquam apertæ sunt calore ventris, ut ex iis esculenta legat. Plura non cogeram. Neque vero tantum animalium nomina Hebraica naturam rerum quam significant, pandunt, sed ipsa etiam hominum nomina propria, uti supra ostendimus. Quin proclive foret id ostendere si non de omnibus, saltem de plerisque Hebraicis nominibus. XVI. Tertio tempore ædificatæ turris Babel & dispersionis primigenia lingua fuit adhuc superstes, uti liquet ex Genes. xi. 1. In confusione autem non esse depositam paret. Quocunque enim modo demum confusio labii facta est, sive nova productione linguarum hactenus inauditarum, sive perturbatione notionum animi, de qua re suo loco uberius; necessum est primogenia manserit. Si introducta sunt nova idiomata, illis mutati sunt tantum ii, qui manum admoverunt turri. Atqui id non fecit familia Semitarum, uti plerique omnes fatentur. Igitur familia Semitarum primævam linguam conservavit. At ea, quæ in Semitarum familia conservata est lingua, Hebræa fuit, sive ea à עִבְרִים *advenis* à עָבַר *Hebero* ita dicta est. Nam & advenæ illi ex Heber Semitæ fuerunt. Si confusio facta est perturbatis animi notionibus, post confusionem igitur manet eadem lingua, paulatim tamen variis dialectis post dispersionem gentium ita inflexa, ut facile tamen cuivis attendenti appareat, dialectorum ejusmodi fundamentum & principia simplicissima in Hebraica lingua residere. XVII. *Quarto* Patriarcharum lingua fuit una ex Orientalibus, quia omnes Patriarchæ in Oriente habitarunt, & ipse populus, qui unius labii fuit, ex Armenia venit in campos Sennaar Babyloniæ, adeoque Orientalis fuit. Inter Orientales autem prima est, quæ cæterarum est matrix, mensura, ad quam ceu principium & elementum suum revocari cæteræ possunt; quæ omnium est simplicissima & perfectissima. Talem esse Hebraicam nullo negocio probari potest & ultro agnoscunt omnes Linguarum Orientalium periti. Inter Orientales purissimæ sunt Syriaca, Arabica, Samaritana, & Æthiopica. Quisquis autem eas cum Hebraïca contenderit, comperiet, eas ab Hebraico fonte & principio derivatas esse. Cum enim Hebraïcum idioma sit purum, simplex, radicibus constans semper triliteris, quæ ubi erui possunt, verbales sunt, nunquam nominales; nullis admixtum peregrinis & exoticis vocabulis; secus autem res habeat in lingua Syriaca, Arabica, Samaritana, Æthiopica; necessum est Hebraica illarum norma sit & mensura. Cæteræ quidem Orientales Linguæ, quales Ægyptiaca sive Coptica, Persica, quarum etsi ab Hebraïca longius recedentium ab ea derivatio & flexio per ambages a Philologis ostenditur; ita corruptæ, compositæ, mixtæ sunt, ut prima, & antiquis-

sima Orientalium haberi minime valeant. Porro derivatio illa Orientalium Linguarum ab Hebraica radice magno successu tentata est à Schindlero, & Cl. nostro Hottingero in Lexicis suis Harmonicis; & luculentius conspicietur, ubi Angli operis sui Harmonici incomparabilis metas statuinxerint. Huic argumento nihil reponi potest, nisi quis redire malit ad Grotii & Cluverii κεφαλαίων asserentium, primam illam Patriarcharum linguam periisse. Verum præter ea, quæ illis supra opposuimus, hic etiam illud regerimus, nullo pacto probabile fieri, Deum abolita prima illa lingua voluisse mortalibus novam linguam concedere, quæ cæterarum omnium matrix & mensura sit, cujus directione & puritate aliarum obliquitatem metiamur, ad cujus fontem & radices cæteræ revocentur. XVIII. *Quinto* ea haud dubie lingua fuit Adami & Patriarcharum, cujus vestigia & reliquiæ non tantum in Orientalibus, sed etiam in Occidentalibus omnibus linguis sunt conspicua. Quis enim dubitat primum fontem appellare, cujus vestigia in omnibus rivulis inde per varios & sinuosos flexus manantibus manifeste dilucent? Talem autem esse Hebraïcam viri doctissimi ἐφθαλμοφανῶς demonstrarunt. Inter Occidentales eminent Græca & Latina. Græci primi habitarunt in Asia: inde Iones vel Javones in Europam transfretarunt. In antiquissimis autem quibusque Græcorum scriptoribus multa vocabula Hebraïca apparere, quæ postea vel desierint esse usitata, vel mutata sint, monet Casaubonus. Et veteres Asiaticos Græcos ἑβραΐζειν demonstrat idem. Nunc Europæi Græci & Romani omnibus illis vel plerisque vocibus Hebraicis, quæ in V. T. codice conservatæ sunt & ab interitu vindicatæ, habent voces literis & significatu similes, mutatas tantum in terminationibus & ejusmodi accidentibus, quæ in omnibus linguis mutationem recipiunt. Ubi pauca exempla congesserimus ordine alphabetico connexa, liebit εἰς ὃ κεφαλαίων.

לאב *acuminatus est instar montium & collium.* Hinc λάφυρ, λαφὶν, *tumulus, collis acuminatus*, λάφυ. Summitas. לאה *Solutus est viribus corporis, defecit.* Hinc λύω *solvo.* לאט *latuit*, λανθάνω. לאך inversis literis ἀγγέλλω, *legavit.* לביא *Leo*, λέων, λαφύσσω, lanio. לבב cor refecit per liba, aliosque cibos dulciarios. Hinc λείβω, libo. לבט *vapulavit*; per transpositionem πλήσσω percutio. לבן *Lateres subalbos fecit.* Hinc λευκὸς, λευκαίνω, & *albeo*, *levo*, nec non per metathesin πλύνω, πλυνίσκω, dealbo, πλίνθος *later.* לבש *induit.* Hinc λώπη, *vestis*, per metathesin στολὴ *stola.* לג *mensura olei.* Hinc Græcum λάγυνος, Latinum *lagena.* להב flamma. Hinc λάμπω, item lamina, lumen. להג *meditata lectio.* Hinc λέγω, *lego.* להם malleavit in laminas. Hinc per inversionem *malleus*, *malleatus*, *lamina.* לו *utinam*, particula volentis, exoptantis. Hinc Græcorum λέω λῶ, Latinum *volo*, *vis.* λαλάζω *valde studeo.* לוה *accepit mutuo.* Hinc ἀλλάσσω, ἀλλάττω, *permuto.* Hæc sola specimenis loco degustasse sufficiet. Magni viri pridem in symphonia hac trium principalium linguarum eruenda non pœnitendam operam collocarunt, Postellus, Avenarius, Cruciger, Guichartus, Lamphaus & alii. Quin & inter Hebræos quosdam in hoc argumento occupatos fuisse, Cl. Buxtorfius narrat. Notat R. Asarias in *Meor enayim*, quendam R. David Provincialem superiori seculo in Synagoga Montana celebrem, in libro suo דור הפלגה *Dor Haphlagah* ultra mille voces explicasse, quæ ex Hebræa lingua in Græcam, Latinam, Italicam sint dispersæ.

sperse. Atque hinc etiam est, quod Doctissimi quique Scaliger, Casaubonus, Grotius, Salmasius, Heinsius, Martinius, Vossius, Bochartus &c. in verborum sive Græcorum sive Latinorum scrutandis originibus ad Hebraïcos fontes passim recurrant. Jam ex Græca & Latina lingua cæteræ occidentales omnes, etsi notoriis mutationibus intercedentibus scaturiunt. Ex Scythica seu Germanica vetere Lingua pullulasse pleraque Europæas Linguas fere consentiunt omnes. Scythæ autem notissimi Græcis Asiaticis ab iisdem linguam habent. Et veterem Scythicam, Germanicam, Anglicam, Gallicam, Saxonicam ex Græca manare, & affinitate sermonis & historiæ convenientia probat Mericus Casaubonus. Omnium Europæorum cum Hebraica similitudinem investigavit in Harmonia Etymologica Linguarum Stephanus Guichartus. Non alienum erit hic in consilium mittere viros duos doctissimos, Daviesium, qui Britannicam Linguam ad Hebraicam reducere conatus est, & Lyscandrum, qui ad easdem origines Cimbricum idioma revocavit. Daviesius in præfatione ad Britannicum Lexicon ita habet: *Quantumvis autem ita quotidie mutentur, & sibi invicem immisceantur linguæ, cum tamen omnes ab Ebræa defluxerint, non mirum est etsi in omnibus ejus umbræ reluceant, in his plures & manifestiores, in aliis pauciores & obscuriores. Nam ut rivuli eo magis vel minus turbidi sunt, quo fontibus sunt propinquiores aut ab illis remotiores; ita quanto gens quæque remotius à Babylone, & citius post confusionem se recepit, tanto minus ut cum Ebræa conveniat eorum lingua, tanta fecit locorum & temporum intercapedo. Unde est quod Syrorum, Babylonicorum, Arabum, Samaritanorum, Medorum, Persarum, Æthiopum, Armeniorum, Ægyptiorum, Phrygum, Pæonum linguæ, sint Ebreæ multo magis affines quam Occidentalium & Septentrionalium. Sunt denique istæ Ebræa vestigia in aliis linguis aliquando tam manifesta, ut voces aliquæ in omnibus linguis eadem sint & sono, & significatione, ut Saccus, Vinum, Cornu, Camelus, quem nomine Syriaco in Latinum venisse dicit Varro: aliquæ in pluribus, ut Kir, Kiriah, Kiriath, Urbs, unde Carta & Cartago, & Cair, magna Ægypti urbs, Sarmaticum seu Scythicum Car & Carm, & Parthorum Certa in Dadocerta. Tigranocerta, Vologesocerta, &c. & nostrum Caer. Sic Græcum* μαχαιρα, *ab Hebræo* פלגש / *Pillegesch, unde nostrum Fflog. Et Latinum mensura à* משורה / *Mesurah, unde & nostrum* Mesur, *& Angl.* Measure. *Aliquando manent in aliis linguis voces Ebrææ, mutata significatione, ut* סוס / *sus, Ebraice Equus est, Latine porcus;* Salus *Ebraice tria. Latine* Sanitatem *significat. Aliquando literæ mutantur in similis figuræ literas; & a literarum similitudine errores multi magnique abscitantibus tum librariis, tum Interpretibus in Bibliorum versiones aliquas sunt introducti: atque inde factum est ut literarum* ר / *Hebr. &* ד *&* ו, *Gr. similitudine decepti, nomen Dei sanctum* יהוה / *Jehovah, Græcè* ΠΙΠΙ πιπι, *per nonnulla secula legerint. Eodem errore decepti* 70 *Interpretes* 1 Sam. 2. 18. Εφωδ βαδ *dixerunt pro* Εφωδ βαδ: *&* Es. 29. 3. כרור / Cedur *sicut Sphæra, legerunt* כדוד Cedavid, *reddentes,* ὡς Δαβιδ: *&* Es. 28. 9. *pro docebit* דיעה Dangah, *scientiam, legentes* ידעה: Rangah, *reddiderunt, Docebit* τὸ γνωσὶ. *Et quis non videt ab Hebræa, Chaldæa, aliisque Orientalibus linguis, quæ à dextra ad sinistram leguntur, voces facile in linguas, quæ à sinistra ad dextram leguntur, transire, his suæ mere legentibus quæ illi suo scripserunt, ut videre est in erronea lectione* יהוה / *de qua ante: sic à* דרך *Dhare, nos dicimus* Cerdded, *à radice* Cerdd, *incede, ambula; & à* טרף / *Terep, dicimus* Priadd, *quod veteres scribebant* Prait, *&* Praid; *&* נשך / *Nesek,* Kusan, *&c.*

Sic nimirum confusionis pœna cum linguis ludit ut quæ vox à primaria lingua in aliam modica transit mutatione, ab ista in aliam denuo facta mutatione traducatur, atque ita deinceps in alias, ut tandem primariæ linguæ ne umbra quidem supersit. Haud multo aliter de idiomate Cimbrico Johannes Lyscander sermone IV. Antiquit. Danicarum. *De Cimbrorum*, inquit, *idiomate, qui Balticum nunc incolunt Oceanum, plurimos audivi Danorum disputare, Germanica ea sit propemodum, an ex Germanica composita; & placuit plurimis Germanica non esse origine omnino, sed ex Teutonica & veteri mixtam. Jamque processu temporis plus ex Germanica novi accepere. Veterem autem ajunt fuisse Ebræi sermonis aliquam dialectum. Quod uti non dubiis videtur innixi rationibus, placuit hoc ipsum observare. Primum quidem istam opinionem antiquissima vetustissimorum Ducum & Regum nomina confirmare sane possunt, quæ omnino Ebraica sunt, nihil quicquam commercii cum Teutonum lingua habentia; qualia sunt*, Dan, Humblus, Loth, Lotherus, Gormo, Togorma, *& similia Ebraïs usitatissima. Aliud tamen majus firmiusque adjiciunt; linguam Gothorum sane Germanicam videri, sed in omnibus nequaquam communicare. At si quando Gothicus Cimmericusve sermo à generali Teutonum idiomate manifeste dissentire videatur, tum vocem illam extemplo Ebraicam fieri, Ebræam illico sapere antiquitatem. Quod in pluribus probatum est, nos exemplo idem didicimus. Puerum aut filium Teutones Kinds dicere solent, id quod Cimbris barbarum fieret, qui pro eo Barn retinuerunt, & pro diversis dialectorum generibus idem aliter effertur. Cimbrorum in Chersoneso quidam* Bar, *quidam* Ban, *Scandi* Bel, *Balthi quorum fere communis oratio*, Barn, *communiter vocaverunt; quod manifestissimum est ab Hebraicis Chaldaicisve*, Bar, *&* Ben, *derivari.* Contra utrunque vana contentio est Boxhornii in libro Gallicarum originum, nullo negotio dissipanda, si necessitas postularet. Quod si cui adhuc videatur, argumentum hoc non tam probare primam Hebraicæ linguæ antiquitatem, quam alterius alicujus per singulas linguas diffusionem, næ is pertinacior est quam studiosior veritatis. Sive enim historiam spectes, puta tum originis linguarum; tùm dispersionis gentium, cum qua illa connexa est: sive perfectionem, & simplicitatem linguarum; Hebraica & prior exteris omnibus est & simplicior. Neque antiquioris idiomatis ulla vestigia notescunt. Δῆλον δ' ὅτι τὸ ὕστερον ἀπὸ τοῦ πρώτου; *Manifestum est, quod posterius sit à priori*, uti Aristoteles recte Ethic. III. 15. Cujuscunque linguæ aperta & plana indicia non in qualibet lingua est reperire. Quæ autem ratio est, cur sola Hebraica exteris omnibus impresserit vestigia tam conspicua & omni exceptione majora?

XIX. Addam nunc etiam de R. Davidis Kimchii instituto, qui in libro Radicum earum vocum, quæ in scriptura non extant, radices quæsivit in lingua Græca & Arabica, utraque fido custode suæ matris. Verba ejus adducam ex Præfatione in librum Radicum: ואשר לא אמצא לו חבר במקרא אביארנו מהמשנה או מהגמרא מלשון ינבי או הנרי כיכלם מלמדים על לשון עברי כי הוא הקדמון והשלם אך נתמיע אבלנו לוארך גלותנו *Cui vocabulo non reperero socium in scriptura, adducam illud ex Mischna & Gemarah, ut & ex lingua Græca & Arabica. Nam istæ linguæ docent de lingua Hebraïca, quod ea sit primæva & perfectissima. Diminuta autem est apud nos propter longitudinem exilii nostri.* Ac eodem consilio Cl. noster Præceptor D. Hottingerus radices Hebraicas usurpari desitas ex lingua Arabica incredibili cum successu restituit in *Smegmatis Orientalis* capite 7. & ex aliis etiam linguis, puta Persica,

Ως πάρ ὃ ἐκ πρώτης γλωσσῆς θεὸς ἐν φρεσὶν
Ἐνθέτο, ἀλλὰ καὶ αὐτὸ ὑπέρβιον ἦτορ ἔχουσες,
Ὑψαλα βαλλόμενοι ἐπειγόμενοι ποδὸς ὄλεθρον,
Αντίβιον μαχέσασθαι ἐπ' ἀθανάτῳ ἀστερόεντι.
Καὶ τότε Ωκεανὸς μεγάλα ῥύσις ἔσται ἐν αὐτοῖς,
Μαινομένων ὑδάτων. ὁ μέγας Σαβαὼθ ὃ χολωθεὶς
Εἴρξει κωλύων, ὅπι μὴ καταχλυσμὸν ὑπέρσῃ
Αὖθις ποιήσειν ἐπὶ ἀνθρώπους κακοθύμους.

Orcus, erunt. Hominum surget genus inde secundum,
Ingens, horrendum, Titanum terrigenarum:
Queis eadem facies, eadem natura, modusque
Corporis, & species, & vox erit omnibus una,
Pectora qua primo Deus inspiravit ab ortu.
Hi vero (tantum præcordia vana tumebunt)
Constituent tandem, properantes perdere sese,
Illato bello stellatum invadere cœlum.

Αλλ'

Persica, Æthiopica, Chaldaica, Syriaca, Samaritana, Dialecto Rabbinica & Thalmudica, in *Lexico Harmonico*. XX. *Sexto* probabilem etiam facit sententiam, quod ipsæ literæ seu characteres cæterarum linguarum originem habent ex Hebraicis Characteribus. Græcis literas fertur dedisse Cadmus & Palamedes Phœnicii. Phœniciam autem linguam esse Hebraicam leviter mutatam, alibi probatur. Sed & Phœnicios characteres esse Hebraicos sed corruptos, infra veritati dabitur. A Græcis literas mutuatæ sunt plerasque aliæ gentes. *Septimo* verisimile est, eam linguam, qua Deus locutus est Mosi, Prophetis & populo suo, quam conservavit in populo sui peculii, in qua tradidit oracula pleraque scribenda; non profectam esse à supplicio inflicto illis, qui invito Numine turrim machinati sunt; sed esse eam ipsam, quæ viguit inter Patriarchas, antequam pœna plurium linguarum generi humano decerneretur. Hæc autem est Hebraïca; cum cæteræ omnes sint iræ divinæ testes. Certe severitatis Divinæ fuit, quod verba Dei pro-

Αλλ' ὁπόταν ὑδάτων πολλῶν ἀπερείσιον οἶδμα
Κύματος ὀρνυμένοιο ἐπὶ ἄλλυδις ἄλλο, ποιήσῃ
Ωρῆς παύεσθαι, [123] εἰς ἄλλατε βένθεα πόντου
Μέτρ' ὀλιγωθείη, λιμέσιν κ' [124] τραχέσιν ἀκταῖς,
Αμφὶ γαίῃ ὀρέσσι ὁ μέγας θεὸς ὑψικέραυνος.
[125] Δὴ τότε κ' μεγάλοιο θεοῦ παῖς ἀνθρώποισιν
Ηξει σαρκοφόρος, θνητοῖς ὁμοιούμενος ἐν γῃ.

Tunc in eos undans insano gurgite magnus
Effluet Oceanus. Sabaoth sed maximus illum
Reprimet indignans: nec enim disperdere rursus
Perversos homines immissis sustinet undis.
Sed postquam tumidos fluctus, rabiemque citatam
Undarum huc illuc pressa discesserit ira,
Cumque suis pontum conclusum finibus, intra
[126] Τέσσα-

procedente tempore scripta sunt sermone non Hebraïco, adeoque sancto, sed Græco & barbaro. Diserta est enim Dei comminatio Esai. XXVIII. 2. כי בלעגי שפה ובלשון אחרת ידבר אל העם הזה *Quoniam sermone barbaro & lingua peregrina loquetur cum populo isto.* Cujus severitatis principium fuit in versione Græcorum interpretum; sequens gradus in scriptura Novi fœderis Græcanica. Id quod abunde arguit Hebraicæ linguæ prærogativam & authoritatem ejusmodi, ut sola illa non sit data in furore Dei, sed potius in gratia, adeoque retro confusionem labii, & dispersionem gentium. *Octavo* denique sententia hæc communis est si non omnium, at certe plerorumque Hebræorum & Christianorum, tum veterum, tum recentiorum, uti superiori thesi obiter ostendimus. *Heideggerus.*

123 Εἰς ἄλλατε βένθεα] Regius codex & Gallæi legunt κ' εἰς ἄλλα βένθεα. ex Opsopœo.

124 Τραχέσιν ἀκταῖς] Turnebus & Auratus τραχεσσιν ἀκτῆς, *portubus asperis literis.* Sed videtur eadem libertate τραχέσιν ἀκταῖς dixisse qua πέτρης ὄχθας lib. 3. *Idem.*

125 Δὴ τότε κ'] Codex Regius & Gallæi legunt δὴ τοτε θ' μεγαλ. *Idem.*

126 Τέσσαρα

126 Τέσσαρα φωνήεντα φέρει· τὰ δὲ ἄφωνα δύ' αὐτῷ
Δισσῶν ἀγγέλων. ἀριθμὸν δ' ὅλον ἐξονομαίνω.

Littoraque & portus compresserit, oppositaque
Finierit terra magni vis Altitonantis:

Ὀκτὼ

126 Τέσσαρα φωνήεντα &c.] Hoc ænigmate significat nomen Ἰησοῦς servatoris nostri, quod constat ex quatuor vocalibus literis, & duabus consonantibus: quæ literæ in lingua Græca efficiunt 888. nam



quorum ratio colligit 888. Vocat autem ἄφωνα consonantes, literis in φωνήεντα & ἄφωνα divisis. Quod autem verso, *Non vocales duas*, in Græco est in fine versus, τὰ δὲ ἄφωνα οὐ φωνῆ. Sed neque versus ratio constat, neque sententia. Itaque ubi est ὦ, legendum est δὲ. in qua sane facilis fuit lapsus, quod inferior pars literæ δέλτα, superiore avulsa, figuram habet literæ ο: superior item, asperi spiritus: media pars autem literæ, quia graciliori tractu calami exaratur, facile potuit exolescere. Litera autem ῦ, qualis in fine scribi solet ῦ, facile ex υ facta est, subjecta infra partem priorem linea, & deleta apostrophe, quæ sequebatur. Sed quid sit *binum geniorum*. Neque satis intelligo, neque versus satis constat nisi ἀγγέλων dicimus penultima longa; qua licentia usus est Homerus in μιλφᾶ & ἰλύεσσι. Quod si est, significat Sibylla duos esse genios, quorum nomen à litera ἄγγελος incipiat, quorum unum alicubi nominat ipsa Sanielem, alter qui sit, non video. Sed nihil hic affirmo. Ita Castalio. Regii codicis scriptura est, φέρει τὰδ' ἄφωνα ὄντα ἐν αὐτῷ δισσὼ ἀγγέλω. Puteani vero, τὰ δὲ ἄφωνα ἐν αὐτῷ δισσῶν ἀγγέλων ἀριθμὸν, &c. Turnebus sequitur cusam lectionem, nisi quod δισσῶν ἀγγέλων scribit, quod interpretatur *duarum syllabarum*, quod scilicet vox Jesus duabus constet syllabis. Ranconetus vero legit, τὰ δ' ἄφωνα ἐν αὐτῷ δισσὼ· ἀπεσχάλων ἀριθμὸν δ' ὅλον ἐξονομαίνω. Est enim consonans unica in ea dictione, nempe σ. sed duplex, hoc est bis posita. Quam vero numeri summam efficiant illius dictionis literæ, nominatim enunciando designat. Aurati lectio quam proxime videtur accedere: τὰ δὲ ἄφωνα ἐν αὐτῷ, δύ' ἐστὸν, ἀζήλων; *Unica est illi muta, sed bis sonans.* Quemadmodum autem Christi nomen continet, numerum octo millium, octingentorum, octoginta octo, sic Antichristi numerus in Apocalypsi Joannis cap. 13. est sexcentorum sexaginta sex. *Opsopœus.* Eodem fere modo hoc explicat Boissardus in lib. de Divinatione numeri hi simul collecti efficiunt octingenta octoginta octo, qui numerus continetur in nomine Ἰησοῦς, in quo sunt quatuor vocales & duæ consonantes, I decem significat Nocto. σ. ducenta. ο. septuaginta. υ. quadragenta. & σ. ducenta. Quæ si simul conjunxeris, invenies 888. In Apocalypsi nomen bestiæ abominabilis continet sexcenta sexaginta sex. *Boissardus.*

Οκτὼ γὰρ μονάδας, τόσας [127] δεκάδας ἐπὶ τούτοις,
Ηδ' ἑκατοντάδας ὀκτὼ, ἀπιστοκόρυς ἀνθρώποις
Οὔνομα δηλώσει. σὺ δ' ἐνὶ φρεσὶ σῇσι νόησον,
Αθανάτου θεοῦ [128] Χριστὸν παῖδ' ὑψίστοιο.
Αὐτὸς πληρώσει θεοῦ νόμον, ὃν καταλύσει,
Αντίτυπον μίμημα φέρων, ἣν πάντα διδάξει.
Τούτῳ προσομίσουσ' ἱερεῖς [129] χρυσὸν προφέροντες,

Tunc ad mortales veniet, mortalibus ipsis
In terris similis, natus patris omnipotentis,
Corpore vestitus. Vocales quattuor autem
Fert, non vocalesque duas, binûm geniorum.
Sed quæ sit numeri totius summa docebo.
Namque octo monadas, totidem decadas super ista,
Atque hecatontadas octo infidis significabit

Σμύρ-

127 Δεκάδας] Regium & Gallæi exemplar habent, δεκάδας δ' ἐπὶ τούτοις.

128 Χριστὸν] Sibyllas Spiritu divino destitutas nihil de Christo potuisse prædicere, supra in dissertationibus nostris ostendimus, quas adire & legere ut velit benignus Lector, rogatur: quando igitur hæc pseudo Sibylla tam erasse mentitur uti ante probavimus, an credibile est illam clarius potuisse prophetare de Christo (uti heic facit Sibylla.) quam ipsi Dei Vates Dei Spiritu acti? quis unquam prophetarum prænuntiavit magos quos hic ἱερεῖς vocat hæc tria dona oblaturos? quare, nos asserere non veremur, hæc post conscripta evangelia fuisse in vulgus emissa, quod cuique patebit qui observabit heic ipsissima Evangelii verba allegari. *Gallæus.*

129 Χρυσὸν προσφέροντες &c.] In *secundi Dubii* solutione Interpretes & varie & prolixe partim rhetoricantur, partim philosophantur, luxuriando expositionibus allegoricis æque ac tropologicis, quarum pleræque argutæ potius sunt quam solidæ, & de mente hominum curiosorum potius quam vel Magorum offerentium, vel Spiritus S. illorum animos ad talia inclinantis. Talia sunt, 1. Frigida *Salmeronis* commenta, quoad *numerum* munerum, tria munera oblata, quia ternatius sit primus numerus pluralis; binarium enim sive dualem esse infamem. Hunc nume-

numerum etiam convenientem esse mysterio S. Trinitatis, substantiæ triplici quæ reperiatur in una hypostasi Christi, item fidei, spei & charitati quibus obtulerint sua munera. Talia quædam *Augustinus* quoque habet. 2. Tria offerenda Deo, corpus, animam, bona; vel fidem, orationem, opera. 3. Tribus muneribus tres orbis partes designari, quod *Ruperto* placuit. 4. *Alii* lepidius, sic ostensas esse tres disciplinas Logicam, Physicam & Ethicam Christo subjiciendas. 5. *Alii* triplicem scripturæ sensum per tria munera designatum, Historicum, allegoricum, tropologicum. Atqui allegoria & tropologia veri sensus applicationes potius sunt & dilatationes quædam, quam sensus diversi. Illa vero omnia tipula leviora proponere, confutare est. Circa *qualitates* etiam munerum philosophatum. 1. Christo ut Regi fuisse oblatum aurum, thus ut Deo, myrrham ut homini morituro & resuscitando, adeoque Majestatem, divinitatem, & mortalitatem Domini præfiguratam. Thus enim esse de libamentis sacrificii *Num.* v. thymiama de thure soli Deo reservatum. Humanitatem etiam Christi myrrha condiendam fuisse, ut passuram quidem, sed non obnoxiam futuram putredini, in myrrha enim esse amaritudinem & incorruptionem. Hæc Poetarum Christianorum *Prudentii, Juvenci, Sedulii* aliorum notis & tritis carminibus celebrata, quæ hic recensere nihil attinet. 2. *Bernhardus* inde elicit morale, terrenæ substantiæ contemptum pro amore Christi oblatione auri designari, mortificationem membrorum, myrrhæ, elevationem cordium & supernorum desiderium thuris oblatione. In his consistere vitam Christianam. 3. *Glossa* confundi in thure *Arium*, qui soli Patri velit sacrificari, in myrrha *Manichæum* mortem Christi negantem, in auro utrumque. 4. *Alii*, aurum pellendæ paupertati, thus fœtori loci, myrrham consolidandis teneris infantis membris oblata. At qui aliis in Oriente in mentem venit fœtor loci? vel cur configitur Christum in ejusmodi loco adhuc sordido delituisse? quum turba censu exacto dilapsa locus honestior dubio procul Mariæ & Josepho patuerit? 4. *Alii* ad *παιδείαν* hæc applicant, *Aurum* offerendum Deo, h. e. eleemosynas, Hebr. XIII. 16. *Beneficentiæ & communicationis ne obliviscimini. Thus* offerendum, h. e. preces. *Statuatur oratio mea ut suffitus coram te, elatio manuum mearum, ut munus vespertinum.* Psal. CXLI. 2. *Myrrham* offerendam, h. e. *Spiritum contritum*, Psal. LI. 19. corpora nostra, hostiam vivam, &c. Hæ tropologiæ præferendæ allegoriis. Etsi vero nostrum non est Spiritui S. legem figere, & ejus sensum nostro pede metiri, & concedi potest Magorum animos arcana Dei motione ad hæc potius offerenda quam alia pellectos fuisse, tamen parum verisimile, Magos de mysteriis illis cogitasse, v. g. de morte Domini, quæ vix discipulis ea de re sæpius a Christo monitis persuaderi potuit. Certum alioquin myrrham corpora à putredine servare, unde Joh. XIX. 39. myrrham adfert Nicodemus ad condiendum Christi corpus. Hunc effectum *Levinus Lemnius* notat herb. Bibl. explicatione cap. XXII. *Myrrha quæ ex arbore destillat Terebinthо assimili corpora à putredine asservat.* Vide *Plinium* lib. XII. cap. XV. Sed cur non æque dicemus per myrrham amaritudines ingentes fuisse designatas, quibus Christus in statu suæ exinanitionis obnoxius fuit, quum myrrha insigniter amara sit, unde non sine causa milites dicuntur exhibuisse Christo *οἶνον ἐσμυρνισμένον vinum myrrhatum.* Marc. XV. 23. Unde & Myrrha Hebræis מור à מרר ab amarore dicta. Sic allegoria duci posset ad insignem Christi fragrantiam ac suaveolentiam, myrrha enim, *Lemnio* teste, *mire odorata*, etsi insigniter amara. Hinc *madentes myrrha crines* apud *Virgilium Æn.* XII. Unde non tantum adhibita ad thymiama sactum, Exod. XXX. 23. Sed & puellæ copulandæ

Σμύρναν, ἀτὰρ λίβανον. ἡ γὰρ τάδε πάντα ποιήσει.
Ἀλλ' ὁπόταν φωνὴ τις ἐρημαίης διὰ χώρης

Humanis nomen: tu vero mente tenebo
Æterni natum Christum, summique parentis.

130 Hξδ,

Ahasuero sex ante mensibus se oleo myrrhino inunxisse leguntur. Esth. II. 12. Sic myrrha sponsi vestimenta inuncta dicuntur Psal. XLV. 9. ob odorem fragrantissimum, qui non tantum & Christo, sed & ad omnes se diffundit qui illius. Eodem sensu myrrhæ mentio in Cantico Canticorum III. 6. v. 1. Hæc & alia id genus prolixe ex muneribus Christo oblatis duci possent. Sed observandum, quod bene monet *Abulensis* quæst. XLVI. non has vel alias id genus causas Magos ad offerenda munera illa movisse, sed esse applicationes consuetas Doctoribus. Distinguendæ ergo *allegoriæ ἔμφυτοι à παρασύτοις, innatæ* ab *illatis*. Certum quidem nihil temere circa Christum Dominum contigisse, sed omnia singulari Dei providentia directa fuisse ad impletionem eorum, quæ prædicta fuerant de Christo, vel ad designationem eorum, quæ sive personam ejus sive officium concernebant. An quæso mysteria à nobis quæsita fuissent in descensu Christi in Ægyptum, in habitatione ejus in Nazareth, in unguenti effusione quo Christus inunctus? Et tamen omnia illa μυστικὰ fuere, quamvis nec Josephus, nec Maria, nec mulier illa de his cogitarint. Quia tamen Scriptura S. illa sic applicat, non ista, allegorica interpretamenta hic jucunda esse possunt, tropologica utilia, certa & solida non item, quia humana non divina. Præstat ergo simpliciter dicere, ut munera, sic illa potius munera quam alia Christo à Magis oblata, non ut ad litteram implerentur quæ Psal. LXXII. 15, Jes. LX. sed ex consuetudine gentis, quippe quæ pretiosissima & offerri solita Magnatibus ab indigenis: Sic Regina Sabæ præter aurum etiam aromata obtulit Salomoni 1 Reg. X. 11. Paral. IX. inter aromata vero etiam thus, ut patet ex inspectione loci Exod. XXX. ubi inter aromota, ex quibus conficiebatur thymiama sacrum, etiam numeratur thus. Et apud Plutarchum Alexander M. multa myrrhæ talenta dedisse legitur Leonidæ ne parcius faceret rem divinam. Sic illa etiam inter aromata referri potest quæ Salomoni oblata. Unde datur harmonia egregia munerum typico & mystico Salomoni exhibitorum. Optima vero offerri solita patet ex verbis Jacobi filios in Ægyptum mittentis, & dicentis, Gen. XLIII. 11. *accipite de laudatissimis rebus hujus regionis in vasis vestris, & deferte ad virum illum munus.* Non dubium etiam, quin munerum illorum, auri cumprimis oblatione Deus prospectum voluerit paupertati parentum Christi, ut hoc viatico instruerentur ad fugam in Ægyptum commodius suscipiendam, prout Deus miraculose suis urgente necessitate prospicere solet, quod familiæ Jacobi, Eliæ & aliis id genus exemplis satis notum est & compertum. Sic etiam Deus Magos Doctores nobis proponit, Christo Domino pretiosissima quæque offerenda esse, imo quicquid in nobis spiritus, virium, bonorum. *Spanhemius.*

[130] Ἥξει, ἀπαγγέλλουσα βροτοῖς, καὶ πᾶσι βοήσει,
Εὐθείας ἀτράπους ποιησέμεν, ἠδ' ἀποείψαι
Ἐκ κραδίης κακίας, καὶ ὕδασι φωτίζεσθαι
Πᾶν δέμας ἀνθρώπων, ἵνα μὴ νηδεύοντες ἀϊῶσιν,
[131] Μηκέτι μηδὲν ὅλως γε παρεκβαίνωσι δικαίων,
Τλὼ δ' αὖ βαρβαρόφρων πεπεδημένος ὀρχηθμοῖσιν
Ἐκκόψας δώσει μισθόν· τότε σῆμα βροτοῖσιν
Ἔσται ἐξαίφνης, ὁπόταν πεφυλαγμένος ἥξῃ
Ἐκ γῆς Αἰγύπτοιο καλὸς λίθος. ἐν δ' ἄρα τούτῳ
Λαὸς ἀγασσόψει Ἑβραίων, ἔθνη δ' ἀγροιῶται
Αὐτῇ ὑφηγήσει. καὶ γὰρ θεὸν ὑψιμέδοντα

Ille Dei legem complebit, non violabit,
Persimilem formam referens, & cuncta docebit
Illi libabunt aurum, myrrhamque ferentes,
Thusque sacerdotes: hæc omnia namque patrabit.
Verum cum quædam vox per deserta locorum
Nuncia mortales veniet, quæ clamet ad omnes,
Ut rectos faciant calles, animosque repurgent
A vitiis, & aqua lustrentur corpora cuncta,
Ut numquam deinceps peccent in jura, renati:
Barbarus & tandem saltatibus illaqueatus,
Mercedi vocem hanc cæsam concedet iniquæ:

Γνώ-

130 Ἥξει] Eadem exemplaria legunt ἥξῃ & βοήσῃ. *Gallæus.*

131 Μηκέτι, μηδὲν &c.] Errorem hunc in dissertationibus nostris refutavimus quas vide. *Gallæus.*

Γνώσονται διὰ τοῦδε, [132] ἀταρπιτόν τ' ἐνὶ φαεί.
Δείξει γὰρ ζωὴν αἰώνιον ἀνθρώποισιν
Ἐκλεκτοῖς ἀνόμοις ὃ τὸ πῦρ αἰῶσιν ἑποίσει
Καὶ τότε δὴ [133] νοσεροὺς ἰήσεται, ἠδ' ἑπομώμους
Πάντας, ὅσοι τούτῳ πίσιν ἐνὶ ποιήσονται.
[134] Βλέψουσιν δ' τυφλοὶ, ἀταὶρ βαδιοῦσί τε χωλοὶ,
Κωφοί τ' εἰσαίσουσι, λαλήσουσ' ἀλαλέοντες·
Δαίμονας ἐξελάσει, νεκρῶν δ' ἐπανάσασις ἔσται.
Κύματα πεζεύσει, καὶ ἐρημαίῳ ἐνὶ χώρῳ
Ἐξ ἄρτων ἅμα πέντε καὶ ἰχθύος εἰναλίοιο

Tunc erit indicium ſubito mortalibus ægris,
Cum lapis Ægypti fœlix ſervatus ab oris
Venerit: huic populus impinget Hebræus, & hujus
Ductu convenient gentes, per eumque ſupremum
Cognoſcent numenque, viamque in lumine rectam.
Æternam vitam mortales namque docebit
Electos, ignemque malis feret omne per ævum.
Ille quidem morbis preſſos ſanabit, & omnes
Læſos quotquot ei fident. cæcique videbunt:
Incedent claudi: ſurdis audire licebit:

[135] Χιλιά-

132 Ἀτάρπιτόν τ' &c.] In Turnebi notis eſt, ἀτάρπιτον ὄντ' ἐνὶ φαεῖ, vel ἐν φαεῖ ῥοῇ. Regius codex, καὶ ἀτάρπιτον ἐν φαεῖ κρίνει. ſi φαεῖ ſcribas.

133 Νοσερούς ἰήσεται] Νοσερὰς ἰήσει αὖ: & proxime, πίσιν τ' ἐκ ποιήσονται. ſed infra pag. 220 ſcribitur ἐν ἐποιήσοντο. aliqui legunt ἐνὶ ποήσοντο. *Idem.*

134 Βλέψουσι &c.] Regius codex βλέψουσι δὲ καὶ τυφλοὶ. *Idem.*

135 Χιλιά-

[135] Χιλιάδας κορέσῃ πέμψε, τὰ δ' λείψανα τούτων
Δώδεκα πληρώσῃ κοφίνους, [136] εἰς παρθένον ἁγνήν.
Καὶ τότε Ισραὴλ μεμεθυσμένῳ οὐχὶ νοήσῃ,
Οὐδὲ μάλ' [137] αὐδήσῃ μεμεθυσμένῳ ὅσσι λεπτοῖς.
Αλλ' ὁπόταν Εβραίοις ἤξῃ χόλος ὑψίσοιο
Οἰσεβμανὴς, ἢ πίσιν ἑαυτῶν ἐξαφελεῖται,
Οὐρανίου ὅτι παῖδα θεὸν διεθλήσαντο,
Καὶ τότε δὴ κολάφοις ἢ πύσματα φαρμακόεντα

Insolitas mutis dabitur formare loquelas.
Expellet furias: opressi morte resurgent:
Placabit fluctus: in desertisque locorum,
Large panibus ex quinis & pisce marino.
Millia quinque virum satiabit, relliquiæque
Bis senos cophinos implebunt virginis almæ.
Et tunc Israel ebrius, non mente videbit,
Non oculis cernet, non auribus audiet ipsis.

Ισραὴλ

135 Χιλιάδας &c.] Idem & Gallæi MSS. habent θήρῃ χιλιάδας πίντε: sunt hæc omnia ex lib. VIII. desumpta atque paulisper immutata. *Idem.*

136 Εἰς παρθένον &c.] Turnebus notat pro εἰς παρθένον ἁγνήν, legi posse δημήτρῳ ἁγνῇ, vel τῇ παρθένῳ ἁγνῇ, vel quos virgo fert, vel ferre solet, vel de matre Christi dicit, ad quam referantur, vel Ecclesiam. Post septimum versum inferuntur hæc in reg. cod. & in Gallæi MS. εἶτα ἐκεῖς τῆς ἐπιμιξίας ἐπαύξῃ ἡ ἐνυβρίσασα τὰ θεῖα τῆ σωμάτων ἢ ἀσυγχύτου τῶν κυκλοπείων τόλμης ἢ τῆ ἀλῇ τότε μεγίστης κακίας τύπους τῶν τε πανταχῆ ἢ τῶν πυρῶν ἀναζώσεως λέγωσι τάδε, id est: *Dictis subjungit Erythræa, deinde de insana & inexpiabili audacia Judæorum dominum interficientium, secutisque ideo motibus totius mundi. & de mortuorum resuscitatione, ita inquiens. Idem.*

137 Αὐδήσῃ] Insolenter & nove αὐδήσῃ pro *audiet*: Autarus sufficit ἀκούσῃ. Turnebus, οὐδὲ μὰ αὐδ' ἀΐσῃ vel ἀΐσσῃ, vel ἀΐδῃ. *Idem.* De hac voce nonnulla notavimus in dissertationibus nostris. *Gallæus.*

138 Εἰς

Ισρηὴλ δ' ὠζμυζαρῆις ἐνὶ χείλεσι τύτῳ.
[138] Εἰς ὃ τὸ βρῶμα χολὴν, καὶ εἰς πότον ὄξος ἄκρατον,
Δυσεβέως δ' ὠζυπ, κακῷ βεβολημμένοι οἴστρῳ·
Στήθεα καὶ κεφαλὴν, ἀτὰρ ὄμμασιν οὐκ ἐσορῶντες,
[139] Τυφλότεροι σκαλάκων, φοβερώτεροι ἑρπυζήρων,
Θηρῶν ἰοβόλων βαρεῖ πεπεδημμένοι ὕπνῳ.
Αλλ' ὅταν ἐκπετάσῃ χεῖρας, τὰ πάντα μετρήσῃ,
Καὶ στέφανον φορέσῃ τὸν ἀκάνθινον, ἠδέ γε πλευρὰν
Νύξωσι καλάμοισιν, ὅτε χαλκὸν ἐν τεισὶν ὥρῃσι

Hebræos ſed enim ſummi lymphata Tonantis
Cum petat ira, fide ſublata prorſus eorum,
Propter cœleſtem divino ſemine cretum,
Offenſum per eos puerum: tunc impius illi
Impinget colaphos, viroſaque ſputa ſceleſtis
Iſrael labiis: neque non & fellis amari
Apponent eſcam, potumque immitis aceti,
Pectora veſanis ſtimulis & corda ſubacti,
Nil oculis ipſis cernentes, & mage cæci
Talpis, angue magis metuendi, peſtiferæque
Aſpidis oppreſſi duroque gravique veterno.
Sed manibus paſſis cum menſus cuncta coronam
De ſpinis tulerit, nec non latus ejus arundo
Fixerit acta manu, cujus cauſa tribus horis

Νὺξ

138 Εἰς ὃ τὸ βρῶμα] Hic verſus & ſequens citantur à Lactantio lib. IV. cap. XVIII. *Idem.*

139 Τυφλότερ.] Regius codex τυφλότερ' ἀσπαλάκων: & ſequenti, ἰοβόλων τ βαρεῖ. deinde 21. verſ. εἰ δέ γε πλ. *Idem.*

140 Ὕπνῳ

Νὺξ ἔσαι σκοτέοσα πελώριος ἤματι μέσῳ.
Καὶ τότε δὴ ναὸς Σολομώνιος ἀνθρώποισιν
Σῆμα μέγ' ἐντελέζει, ὁπόταν αἰδωνέος οἶκον
Βήσεται ἀγλεέων ἐπανάσασιν τεθνειώτων.
Αὐτὰρ ἔπειτ' ἔλθῃ τρισὶν ἤμασιν ἐς φάος αὖθις,
Καὶ δείξῃ θνητοῖσιν [140] ὕπνον, καὶ πάντα διδάξῃ,
Ἐννεφέλαις ὀχεθεὶς εἰς ὑράνιον οἶκον ὁδεύζει,
Καλλείψας κόσμῳ διαγγελίης [141] διάδημα.
Τοῦ δ' ἐπωνυμίη βλαστὸς νέος ἀνθήζειεν,
Ἐξ ἐθνῶν μεγάλοιο νόμῳ [142] καθοδηγηθέντες.

Nox tenebrosa die medio monstrosaque fiet!
Tunc hominum generi magnum Solomonia signum
Templa dabunt, Ditis cum tecta profunda subibit,
Nunciet in vitam reditum quo morte peremptis.
Sed postquam triduo lucem repetiverit, atque
Monstrarit somnum mortalibus, atque docendo
Cuncta illustrarit, cœlestia tecta subibit
Nubibus invectus, cum lætum liquerit orbi
Pactum Euangelii, cujus de nomine surget
Flore novo germen de gentibus, idque regendum

Αλλά

140 Ὕπνον] Regius & Gallæi codices legunt τύπον, sed placet ὕπνον, ut intelligat mortem Christi solum somnum fuisse. *Idem.*

141 Διάδημα] Διάδημα, *regnum*, inquit Turnebus. *Idem.*

142 Καθοδηγηθέντες] Mutat casum Turnebus καθοδηγηθέντων. sed mutatione non

Αλλά γε κὴ μ᾽ ταῦτα [143] Σόλοι καθοδηγοὶ ἔσονται.
Καὶ τότε δὴ παῦσις ἔσαι μετέπειτα κακοφητῶν.
Ενθεν δ᾽ Εβραῖοι τὸ κακὸν θέρος ἀμήσονται,
Πολλὸν δ᾽ αὖ χρυσόν τε κὴ ἄργυρον ἁλαπάξει
Ρωμαίων βασιλεύς. κὴ δ᾽ αὖ βασιλήϊδες ἄλλαι
Συνεχέως ἔσονται ἀπολλυμένων βασιλειῶν,
Καὶ θλίψουσι βροτούς. μέγα δ᾽ ἔσεται ἀνδράσι κείνοις.
Πτῶμ᾽, ὅταν ἄξωνται ὑστερηφανίης ἀδίκοιο.
Αλλ᾽ ὁπόταν ναοὺς Σολομώνιον ἐν χθονὶ δῶσι

Magni lege: Soli ductores deinde futuri.
Deinde genus vatum jam tandem desinet esse.
Inde male messem facient æstatis Hebræi,
Atque auri multum Romanus diripiet rex,
Argentique. dehinc existent altera regna
Assidue, regnis pereuntibus usque, prementque
Mortales. sed erit tunc magna ruina virorum
Illorum, quando fastum ingredientur iniquum
Cum dederint autem Solomonia templa ruinam.

[144] Κατ-

est opus, cum ad βλαστὸς collectivum nomen referri possit καθοδηγητῆρες, sicut infra ἴσθι δὴ κατερῶν, ὃτι πάντας ἐμβάσει βίᾳ καθοδηγοὶ ἔσονται. Innuit autem utrobique Christianos, quibus hoc nomen Antiochiæ primum, ut est in actis Apostolorum, inditum est. *Idem.*

143) Σόλοι] Ad Σόλοι notat has diversitates Turnebus, ἄλλοι, πόλοι, vel Σόλοι gentiles, vel σόοι, vel Σόλυμοι, id est Solymis. Regius codex habet σίφοι. Sed placet σόλοι. Ait enim fore, ut Hierosolyma aliquando inter Christianos caput sit & familiam ducat. Sequentia concinnata sunt ex iis quæ legunntur infra pæne similia. *Idem.*

144 Κατ-

144 Καπασεῖται, βληθεὶς ὑπ' ἀνδρῶν βαρβαροφώνων,
Χαλκεοθωρήκων, Ἑβραῖοι δ' ἀπὸ γῆς ἐλάσσηται,
Πλαζόμενοι, κεραϊζόμενοι, πολλὰ δέ τε αἴσχεα
Ἐν σίτῳ μίξουσι, κακὴ τάσις ἔσσεται ἄπασιν
Ἀνδράσιν. αἱ δ' πόλεις ὑβριζόμεναι παρ' ἕκασται
Ἀλλήλας κλαύσουσιν, ἐπεὶ κακὸν ἤλιτον ἔργον,
Δεξάμεναι μεγάλοιο θεοῦ χόλον ἐν κόλποισι.

A loricatis (quorum vox barbara linguæ)
Diruta, cum patria terra pellentur Hebræi
Errantes, misere vexati, farraque multo
Miscebunt lolio: tunc tristes seditiones
Versabunt homines omnes, urbesque malorum
Congeries coget sese deflere vicissim,
Propterea facinus quod commisere nefandum:
Tanta in eas magni desæviet ira Tonantis.

ΛΟΓΟΣ

144 Καπασεῖται] Turnebus καβληθεὶς ... καπασεῖται, item ἐλάσσεται, & mox αἴσχεα. Idem. Pithœi exemplar καπασεῖται; regium καπασσεῖται, item ἐλάσσεται, & mox αἴσχεα. Idem.

[1]ΛΟΓΟΣ ΔΕΥΤΕΡΟΣ.

ΠΕΡΙ ΕΛΛΗΝΩΝ, ΚΑΙ ϖερὶ θεοῦ, καὶ ϖερὶ ἁγίων, καὶ ϖερὶ κρίσεως.

LIBER SECUNDUS.

DE GRÆCIS, ET DE DEO, *& de Sanctis, & de Judicio.*

ΗΜΟΣ δὴ κατέπαυσε θεὸς πολυπάνσοφον ᾠδὴν,
Πολλὰ λισσομένης, καὶ μοὶ πάλιν ἐν φρεσὶ θῆκε

POSTQUAM productum carmen, me multa precante,
Compressit numen, mihi sub præcordia rursum

[2]Ενθεσ

1 Λόγος Δεύτερος] Ranconetus & Castalio hic inchoant librum secundum. Editio quæ anno xlv. prodiit, & duo scripta exemplaria absque libri distinctione sequentia cum præcedentibus continuant argumento solum rei tractatæ proposito: in vet. edit. & Pithœi codice, illo quod hic legitur, in regio vero, isto: ὁσαύτως καὶ τοὺς πολυθέους γενέσθαι (forte γενέσθαι) ἐλέγχει, τούς τε ἀδίκους καὶ ἁμαρτωλούς. καὶ συμπαρακαλεῖ (lego συμπαρακαλεῖ) ὡς συγγενεῖς, τὸ ὑπὲρ καὶ μόνου σέβεσθαι θεὸν εἶναι παραινεῖ τὴν ἀθλησιν τῶν ἁγίων· καὶ τελευταῖον περὶ φοβητοῦ βήματος σωτῆρος ἡμῶν φησὶ λέγειν τάδε. *Similiter tam eos qui multitudinem deorum producunt, quam injustos & peccatores reprehendit: & hortatur tanquam cognatos ad unius & solius Dei cultum: deinde proverbio de sanctorum certamine loquitur: postremo de horrendo tribunali servatoris nostri sermonem facit, hæc dicens.* Hæc etiam in Gallæi codice reperiuntur. Theophilus hujus libri argumentum indicavit lib. 2. πάντων (inquit) Σίβυλλα καὶ οἱ λοιποὶ σοφῶν, ἀλλὰ μὲν καὶ οἱ παντὶ καὶ φιλόσοφοι, καὶ διδάσκουσι περὶ δικαιοσύνης, καὶ κρίσεως, καὶ κολάσεως, ὑπὲρ μὲν καὶ περὶ σωτῆρος. Oxfordius.

2 Ενθεσ

[2] Ἐνθεῦ θεσπεσίων ἐπέων πολυγηθέα φωνὴν.
Πᾶν δ' ἔμας ἐκπληχθεῖσα τάδε στῶμ'. ὅτε γὰρ οἶδα
Ὅττι λέγω, κέλεται γὰρ θεὸς τὰ ἕκας' ἀγορεύειν.
Ἀλλ' ὁπόταν μὲν γῆς σεισμοὶ, μαλερῷ τε κεραυνοὶ,
Βρυταί τ', [3] ἀστεροπαί τε, γῆς ἐρισίβη,
Καὶ μανίη θώων τε λύκων τ', ἀνδροκτασίαι τε,
Καὶ φθοραὶ ἀνθρώπων, [4] ἠὲ καὶ βοῶν μυκωμένων,
Τετραπόδων κτηνῶν τε καὶ ἠρήων ταλαύρων,

Divini cantus vocem ſubjecit amœnam.
Corpore tota ſtupens trahor huc, ignara quid ipſa
Eloquar: ipſe ſed hæc mandat Deus omnia fari.
Sed cum terrarum motus, & fulmina dîra,
Fulguraque & tonitrus fuerint, & ſqualor agrorum,
Et cædes hominum, rabies & ſæva luporum,
Atque hominum atque boum interitus, & quadrupedantum,
Et jumentorum, mulorumque, atque caprarum,

Hæ'

[2] Ἐνθεῦ] Regium exemplar & Gallæi habent κευθεῦ, *occultabat, claudebat*, pro ἐνθεῦ: & verſu ſeq. πᾶν δὲ δίμας πλαγχθεῖσα πάθ' ἕκαστα, *corpore toto ſtupens atque perculſa hæc eloquor.* Idem probat Turnebus. *Idem.*

[3] Ἀστεροπαί τε] Claudicat verſus iſte. Suffulcit eum Turnebus addita voce κεραυνοὶ poſt ἀστεροπαί τε. Codex reg. præfert ἀστεροπαὶ καὶ γῆς ἐρυσίβη σεισμοὶ. recte, ſi ita colloces, ἀστεροπαὶ, σεισμοὶ γῆ, καὶ ἐρυσίβη, *fulgura, terræ motus, & rubigo*, in roſcido tractu convallibuſque frequentiſſima, juxta Plinium. *Idem.*

[4] Ἠὲ καὶ βοῶν &c.] Pro ἠὲ καὶ βοῶν μυκωμένων, reponit Turnebus τε βοῶν δὲ τε μυκωμένων. Mox eſt in reg. cod. ἰώῶν. *Idem.*

Ηδ' αἰγῶν, οἵων τε ἔπειτα ὃ χέρσος ἄρουρα
Πολλὴ καλλειφθεῖσα γνήσεται ἐξ ἀμελείας,
Καὶ καρποὶ λείψουσιν, ἐλευθερπὴς ἀξία δ' ἔσαι
Πλείοις ἐν μερόπεσσι, καὶ ἱερσύλια ναῶν.
Δὴ τότε καὶ γνωὴ δεκάτη μετὰ ταῦτα φανεῖται
Ἀνθρώπων, ὁπόταν σεισίχθων ἀσεροπητὴς
Εἰδώλων ζῆλον θραύσῃ, λαόν τε πινάξῃ
Ῥώμης [5] ἑπταλόφοιο. μέγας δέ τε πλῆτο ὀλεῖται,

Atque ovium: fiet tum plurima terra relicta,
Et frugum incultos proventus deseret agros,
Erumpetque hominum vitiosa licentia passim,
Fanaque diripient. hominum tum denique seclum
Existet decimum: quando qui sidera fecit,
Concussor terræ, statuarum franget amorem,
Et Romæ populum, quæ septem continet arces
Concutiet: dives deleta peribit opum vis,

[6] Δυό-

5 *Ἑπταλόφοι*] Hinc institutum fuit olim festum septimontium quod Mense Decembri celebratum est; quo die, incertum. Varro post Laurentialia, quæ in 10 Kal. Jun. incidebant, mentionem facit. Sext. Pompejus *Septimontium* illum diem appellari scribit, qui in Fastis *Agonalia* dicatur; celebrabantur autem illa die 3. Idus Dec. Varroni tamen adstipulatur Tertullianus *lib. de Idol.* ubi Festum hoc Strenis, quæ Kalend. Jan. exigebantur, proximum facit. V. Jos. Scaligerum *Castigationibus in Festum.* Institutas esse has ferias, propter adjectum septimum Romæ collem, quo ea *Septicollis* facta sit, tradit Plut. *Quæst. Roman.* c. 69. eoque die usu vehiculorum, quæ jumentis traherentur, & antiquos abstinuisse, & suo etiamnum tempore antiquitatis studiosos abstinere addit, variis allatis prisci hujus moris rationibus, inter quas & hæc: Aut quod Romani, cum Urbe "condenda magnum opus peregissent, "jamque ulterius incrementum ejus nullam animo conciperent quietem cum "sibi, tum jumentis, quorum opera "fuissent

[6] Δεύομβρος πυρὶ πολλῷ ἐοὺ φλογὸς Ηφαίστοιο.
Καὶ τότε δ' ἡματέεσσαι ἀπ' ἀερνίης καταβᾶσαι.
Αὐτὰρ κόσμος ὅλος τε ἀπειρεσίων ἀνθρώπων
Ἀλλήλους κτείνωσι μεμιλώτες, ἐν δὲ κυδοιμῷ
Λοιμὸς ἠ λιμὸς θήσει θεὸς ἠδὲ κεραυνὸς
Ἀνθρώποις, οἳ ἄτερθε δίκης κείνωσι θέμιστας.
[7] Λεῖψις δ' ἀνθρώπων ἔσαι κατὰ κόσμον ἅπαντα,
Ὡς ἴχνος εἰ [8] καπίδη τις ἔτι χθονὶ θαυμάσσειεν

Vulcano crebris miſcente incendia flammis.
Et tunc de cœlo demiſſæ ſanguinolentæ.
At genus humanum longe latéque per orbem
Cædibus alternis inſaniet: inque tumultu
Peſtes, atque fames Deus, & ſua fulmina mittet
Illis, qui vivent expertes legis & æqui.
Exiſtetque hominum toto defectus in orbe:
Si quis ut in terris hominis veſtigia cernat,

Ανθρώ-

„ fuiſſent uſi, per iſtas ferias paraverint:
„ aut quod iidem, cum vellent omnes feſtivitates civium præſentia ornari, eam
„ vero inprimis, quæ ob contractas in unam multas Urbis partes inſtituta eſſet, civibus uſu vehiculorum jumentariorum iſta die interdixerint, ne Urbe, cui dies is agebatur feſtus, exirent. *Hofmannus.*

6 Δεύομβρος] In eodem ſcribitur δευμβρος, & verſu proximo αἰματόεσσαι ἀπ' ἀερνῆ. Turnebus corrigit ἀερνῆ ἴσται ἔσσαι, *ros è cælo cadet cruentus*: atque videri unum verſum abeſſe. Simile quid legitur apud Heſiodum de cælo caſtrato ὅσσαι δὲ καθαίμοις ἀπέσυθεν αἱματόεσσαι. *Opſoparus.*

7 Λεῖψις δ'] Idem ſignificavit portentum bovis, Julio Cæſare interfecto, in ſuburbano Romæ ad arantem locuti, fruſtra ſe urgeri. Non enim frumenta, ſed homines brevi defuturos. *Idem.*

8 Καπίδη] In eodem codice ſcribitur κηπίδει: & verſu 19. λαμπρῶς πάμφ. *Idem.*

9 Ἀνὴρ

Ἀνθρώπω. τότε δ' αὖτε μέγας θεὸς αἰθέρι ναίων
Ἀνδρῶν δυσεβέων ζωὴς κ) πάντα γθόνα.
Καὶ τότε δ' εἰρώνη τε, βαθεῖα τε σύνεσις ἔσαι,
Καὶ γῆ καρποφόρ@ καρπὸς πάλι πλείονας οἴσ4,
Οὐδ' μερισθήσ, ἐδ' εἰσέτι λατρεύσα.
Πᾶς ὃ λιμὼ, πᾶς ὅρμ@ ἐλεύθερος ἀνθρώποισιν,
Εσέται ὡς πάρος ἦεν, ἀναιδείη τ' ἀπολεῖται.
Καὶ τότε δὴ μέγα σῆμα θεὸς μετέπειτα ποιήσ4.
Λάμψει γὰ σεφάνῳ λαμπρῷ παρμοίι@ ἀστὴρ
Λαμπρὸς, παμφαίνων, ἀπ' ὀρανὸ αἰγλήντ@,

Miretur. rursum magnus Deus incola cœli,
Relliquias hominum penitus servabit ubique.
Tunc pax, & veri prudentia summa vigebit,
Terraque frugiferens fruges feret uberiores,
Ne divisa quidem, neque servitura deinceps.
Omnis liber erit portus mortalibus, omnis
Et statio, sicut fuit ante: sceluſque peribit.
Tunc autem signum dabitur divinitus ingens,
Namque relucebit clarissima stella, coronæ
Assimilis claræ, cœlo visenda sereno,

Ημασιν

9 *Ἀστὴρ* &c.] I. Ostendemus *κατ' ἄρσιν*, quid non fuerit *ἀστὴρ* ille, de quo Matthæus, II. *κ) ἦσαν*, quid fuerit. Utrumque compendio, & sine prolixa & anxia Authorum citatione, indicatis solum, non extensis rationum præcipuarum momentis. II. *Opiniones*, quæ ad primum caput pertinent, vel *falsæ* penitus sunt & *absurdæ*, vel *minus probabiles*. Illas verbo, istas paucis perstringemus. I. *Opinio*, Stellam illam fuisse *Spiritum* S. qui hic stellæ, in Baptismo Christi, columbæ, in Pentecostes festo, linguarum dispertitarum speciem induerit, Act. 11. 3. *Resp.* Duo posteriora in Scriptura expressa esse, prius & gratis confictum

ctum & parum necessarium ibi, ubi nullum piritus Sanct. apotelesma. II *Opinio* Stellam illam fuisse *Angelum*, qui hic stellæ speciem, ut Angeli stellarum nomen, Apocal. 1. 20. induerit. Nec magis absurdum esse, Angelum hic stellæ forma apparuisse, quam Angelos olim currum igneorum, & equorum igneorum specie, tempore Eliæ, 2 Reg. II. 11. & Elisæi 2 Reg. VI. 17. conspectos. Deum etiam facere *Angelos suos ventos, ministros suos ignem flammantem*, Psal. CIV. 4. *Resp.* 1. Opinionem hanc esse precariam & ἀνυπόστατον. 2. Ἀνυπόστατον, repugnat enim tum nomen, quia vocatur ἀστὴρ, non Angelus: tum attributa stellæ illi adscripta. 3. Angelorum appatitiones non dissimulari in Scriptura vel occultari ubi illæ exhibitæ. Hic vero non Angeli, sed astri mentio. 4. Distinctis apparitionibus Deum Christi natalem & pastoribus manifestasse, & Magis, illis per Angelum, istis per stellam. 5. Angelorum apparitiones non mutas esse, sed vocales. 6. Citatio ex Apocal. 1. 20. tum *absurda* est, quia notum, non ibi de Angelis Spiritibus, sed de Angelis Ecclesiarum ministris sermonem esse, tum *inconsequens*, quia ἐπεξήγησις ibi subjicitur, *septem stellas esse Angelos septem Ecclesiarum*, apud Matthæum non item. 7. Exempla ex 2 Reg. II. 11. & 2 Reg. VI. 17. parum urgent, tum quia τὸ ἀμφισβητούμενον ponitur pro probato, currus & equos igneos Eliæ & Elisæo exhibitos, Angelos fuisse, imo in Historia Eliæ paulo post describuntur per מערה λαίλαπα, καὶ ἄνεμον, per quem Elias in cœlum raptus: tum quia ex *prædicato* quod *ignei* dicuntur, liquet, veros currus & equos nec fuisse, nec esse potuisse. Alia vero hic subjecti de quo agitur ratio. 8. Peccatur πετιτιο principii loci Psal. CIV. 2. Sensus enim Psaltis, non Angelos vel ventorum vel ignis flammantis specie apparere, sed Deum uti & ventis & fulgure & meteoris omnibus instar Angelorum & suæ voluntatis nuntiorum, vel Deum Angelis suorum judiciorum administris æque libere uti ac meteoris quibusvis. 9. Nusquam alibi stellarum corpora ab Angelis assumpta leguntur. III *Opinio* Stellam illam fuisse *Deitatis* quandam δύναμιν, *divinam virtutem*. *Resp.* 1. Confundi *causam*, & *effectum*, divinam virtutem, quæ ut vis quædam agendi à nobis ἀνθρωποπαθῶς in Deo concipitur, & hoc nomine proprie designatur, cum apotelesmate ejus. 2. Quæstionem redire, qualis fuerit illa virtus divina. IV. *Opinio*, Stellam illam fuisse unam ex illarum numero quæ in initio Mundi creatæ, sive *fixam* ex octavo orbe, sive *erraticam* ex orbibus inferioribus. 1. Ob *nomen*, quia constanter stella vocatur. 2. Ob *attributa* conformia, quia lumen illi adscribitur & motus. Sed nec huic sententiæ accedere possumus, tum *ob verba* Magorum apud Evangelistam, tum *ob rationes* & complures, & graves, quæ hic intercedunt, & contrarium suadent. *Verba* Magorum repugnant, *tum* quia stellam illam vocant ἀστέρα Regis modo nati. At stellæ in initio mundi creatæ nullius individui δεικτικὰ, nulli vel obnoxiæ, vel affixæ: *tum* quia dicunt se illam *vidisse*, h. e. videre & observare cœpisse. Reliqua vero sidera ab illis, utpote in astrorum scientia versatis, diu ante conspecta & observata. Repugnant vero etiam *rationes* multæ ductæ, 1. *A novitate apparitionis*, quia stella illa nunquam ante visa, nec cognita, stellæ vero & fixæ & erraticæ diu ante Magis observatæ, nec tamen ob illas se in viam dedere. 2. *A tempore apparitionis*, quia non noctu tantum fulsit, sed & interdiu. Atqui stellarum tum fixarum, tum erraticarum lumen interdiu ab intensiore & majore Solis, oculis nostris subducitur, solo Lunæ lumine excepto, quæ quandoque conspicua ob vicinitatem & proximitatem. Stellæ itaque illius lumen intensissimum vel proximum. 3. *Ab anomalia apparitionis*, quia modo apparuit, modo disparuit per

œconomiam prorsus extraordinariam, quæ in stellis aliis non observatur. 4 *A specie motus*, quia mota fuit motu non circulari, sed recto & plano, prævit enim Magis sive ex Oriente Hierosolymam, ut plerique contendunt, sive Hierosolyma saltem Bethleemum. At stellarum motus circularis, eæque vel adscendunt, vel descendunt. 5. *A linea motus*, si enim illorum sententia locum habeat, qui volunt Magis præluxisse sidus illud ex patria illorum Hierosolymam versus, primo motum fuit ab Oriente in Occidentem, quippe quod visum fuit in regione Orientali Judææ respectu. Sin dicatur, sidus illud apparuisse tantum in Oriente, & denuo conspectum post discessum ipsorum ab Herode, semper motus ille alius fuit à motu stellarum, cum enim Hierosolyma Septentrionalis sit Bethleemo, semper sidus illud una cum Magis à Septentrione Meridiem versus motum fuit. Nihil tale unquam in sideribus aliis observatum, quæ, secundum vulgarem Astronomorum & Physicorum doctrinam, vel motu alieno, primi mobilis videlicet, moventur ab Oriente in Occidentem, vel motu proprio ab Occidente in Orientem. 7. *Ab interruptione motus*, quia modo motum fuit hoc sidus, modo substitit certo loco. Stellarum vero sive fixarum, sive erraticarum motus perpetuus, & non interruptus. 8. *A tarditate motus*, hoc enim astrum se promovit motu lento & accommodo ad motum Magorum, συνῆλθε αὐτοῖς, alias enim præire non potuisset illis in itinere. Motus vero stellarum & fixarum & erraticarum velocior est & rapidior, sive alienus, sive proprius. 9. *A situ ejus*, quia humilis admodum fuit, & tertiæ vicinus, utpote aptus cursui Magorum in biviis & trivis dirigendo, & sive Judææ designandæ sive Bethleemo saltem, & domui in qua natus Christus. Quod ministerium nulla ex stellis nec fixis, nec erraticis præstare ob summam earum elevationem potuit, unde ex æquo terram despectant, nec ab illis linea duci potest ad certam regionem, minus viam, vel domum designandam. 10. *A tempore durationis*, quia post ministerium Magis præstitum statim evanuit, nec unquam amplius visa fuit. Corpora vero cœlestia *incorruptibilia ab intrinseco*, & eadem hodie quæ in creationis initio. 11. *A fine*, quia debuit novum aliquid portendere Magis, distinctum ergo corpus esse oportuit à stellis tum fixis tum erraticis aliis. Quædam ex his jam olim *Patribus* Veteribus observata, *Augustino*, *Chrysostomo*, aliis. IV. *Maldonatus* excipit, talia argumenta probabilia esse, non necessaria. Eum enim, qui fecerat aliquando ut sol staret, aliquando ut retrorsum reverteretur, facere potuisse, ut vera stella stationem naturali relicta isthæc præter naturam suam officia præstaret. Sed hoc est σοφιζεσθαι. 1. Non quæritur, quid potuerit à Deo fieri, sed quid factum fuerit. 2. Deus, ut fatetur ipse *Maldonatus*, miracula facere non solet sine necessitate, minus multiplicare. Pluribus vero hic miraculis opus. 3. Stella in hunc modum & demissa, & inflexa, & *solis rotam decore vincens ac lumine* naturam necessario mutasset, non officium tantum. 4. Convenientior origo potest assignari, & minus obnoxia absurdis. 5. Ejusmodi stella ex octavo Orbe, vel inferioribus etiam planetarum demissa in inferiorem aëris regionem ob summam suam molem omnium oculos in se convertisset, quod tamen non legimus accidisse. Imo stella, quæ tantæ molis, non magis potuisset esse δεικτικὴ unius regionis quam alterius, minus unius vici, vel domus. Hinc liquet corpus quidem lucidissimum fuisse, sed tamen exiguæ molis. V. *Rationes* pro hac sententia allatæ exiguæ sunt & leves. *Ad* 1. *Resp.* Nomenclationem Scripturæ sæpe rebus tribui κατ' ἀλήθειαν secundum earum *veritatem*, sæpe κατὰ φάσιν, secundum earum *apparentiam*, sæpe κατὰ δόξαν secundum *hominum* de iis *opinionem*. Vocatur itaque

itaque hoc φαινόμενον ἀστρῳ. 1. Ob *figuram*, quia corpus rotundum erat & sphæricum. 2. Ob *lucem*, quia lucidum. 3. Ob *situm*, quia in loco superiori. 4. Ob *motum*, quia movebatur, instar astri cujusdam. 5. Ob *opinionem Magorum*, quia illis videbatur sidus. Ex revera magis accedebat ad sideris quam ad corporis alius naturam. Sic *Angeli* sæpe vocantur *Viri*: Sic φαινόμενα quæ in manibus Christi, *stellæ*, Apoc. 1. 16. Sic illud quod videbatur cecidisse è cœlo, stella magna, Apoc. XIII. 10, 12. Sic *Luna* luminare *magnum* præ aliis sideribus, Gen. 1. 16. Multi *justi*, *sapientes*, sua, vel aliorum opinione. Evangelium & ejus prædicatio μωρία τοῦ κηρύγματος, 1 Cor. 1. 21. Tota Scriptura id genus exemplis referta. *Ad* II. *Resp.* Attributa luminis & motus, vel *generica* intelligi, vel *specifica*: si *generica*, illationem falsam esse; si *specifica*, falsum id, ex quo ducitur illatio. Aliud enim lumen, motus alius stellarum, lumen aliud, motus alius hujus sideris. Et notum, propositiones universales affirmativas non converti simpliciter. Omnes stellæ, sive fixæ, sive erraticæ habent lumen & motum. Ergo quod habet lumen & motum est stella sive fixa, sive erratica. V. *Opinio*. Stellam illam fuisse Cometam, probatur 1. A *figura*, quia fuit corpus lucidum. 2. A *situ*, quia in aere suspensum. 3. A *motu*, quia habuit motum anomalum. 4. Ab *apparitione*, quia Cometæ instar modo apparuit, modo disparuit. 5. A *duratione*, quia ad certum tempus tantum duravit. 6. A *significatione*, quia fuit signum præsagum eventus futuri. Hæc opinio tolerari potest, si *Cometæ* nomen *laxe* sumatur pro quovis meteoro extraordinario in aëre & suspenso & accenso: sin *stricte* sumatur, hic ἀστὴρ non potest vocari Cometa. 1. Ob *differentiam causæ efficientis*. Cometarum causæ naturales. Hujus sideris causa supernaturalis. 2. Ob *differentiam situs*. Cometæ in superiori aëris regione ordinarie constantur, unde ad motum primi mobilis moventur, nec possunt indices esse certi loci. Hæc stella in inferiori regione conspecta, index quippe & viæ certæ, & urbis, & domus. 3. Ob *differentiam motus*, quia Cometæ circumrotantur motu primi mobilis eoque circulari, qualem non habuit stella ista quæ ad Magorum motum movebatur. 4. Ob *differentiam apparitionis*, quia Cometæ disparent interdiu. Stella vero dicta interdiu etiam Magis visa. Cometæ interdum videntur, interdum non. Atqui ἀστὴρ hic modo disparuit, modo apparuit. 5. Ob *differentiam durationis*. Cometæ durant usque ad materiæ suæ consumptionem, & primo majori mole apparent, post pro materiæ decremento & absumptione vel resolutione, sensim minore, donec plane absumpti sint vapores, ex quibus sunt concreti. At ἀστὴρ iste semper æqualem obvertit faciem Magis, alias in eo discernendo laborassent. Sic duravit tantum ad illud usque momentum, quo attigêre domum in qua Christus hospitabatur. Nec iis reducibus præiviſſe in patriam legitur, quippe qui divinitus edocti de via alia insistenda. 6. Ob *differentiam significationis*. Cometæ habent significationes naturales & determinatas: nec designant casus ejusmodi speciales, nativitatem, sedem hujus vel illius individui: Nec fausta sunt omina, sed sæva, & tristia. Hic per hoc astrum, designatione ἐπιφανικῇ prorsus, unius individui nativitas designata, & sedes, & domus & Dominus conjunctim, eaque omnia felici admodum & fausto omine. Unde patet totam ejus constitutionem non naturalibus causis adscribendam, sed directioni causæ superioris. Multo minus vero hoc sidus quod præluxit Magis *Cometa* vocari poterit, si *Tychonem Brachæum* summum secuti nostri Mathematicum sequamur, qui pluribus demonstratum it, Cometas ut plurimum supra Lunam in ipso æthere & concrescere & apparere. Cui sententiæ

accedit *Joh. Kepplerus* in Physiologia Cometarum, qui id ipsum, rejecta Aristotelis sententia de ortu cometarum ex vaporibus sublunaribus, tuetur, & contendit Cometas in ipso sinu æthereo oriri, nec minus ætherem Cometis refertum esse, quam Oceanum piscibus, minus vero apparere ob ingentem ætheris vastitatem. Ut enim videantur, opus esse propius terram trajiciant, quando vero in profundum ætheris feruntur, eos paulatim minori angulo cerni & tandem evanescere. Ut plurimum etiam condi radiis Solis. Quæ omnia alienissima sunt à Scholæ peripateticæ placitis, quæ generationum & corruptionum circulationes ab æthere amolitur. Sed nos litem hanc nostram non facimus. Quicquid sit, sive Perspateticorum, sive Astronomorum horum sententiam super Cometarum natura & situ sequamur, hoc sidus, quod Magis præivit, Cometa vocari proprie nequit. VII. *Rationes* pro opinione contraria allatæ, leves sunt & evanidæ. 1 *Inconsequens*, quia procedit affirmative à genere ad speciem. Et stellæ corpora lucida, & igniselementaris, nec tamen *Cometæ*. 2 Itidem *inconsequens*, tum quia non omne quod in aere suspensum, Cometa est, tum quia Cometæ, ut dictum, in superiori aëris regione ordinarie conflantur, stella ista in inferiori hæsit. 3. Retorqueri potest, quia etsi cometarum motus sæpe anomalus, alias tamen & extraordinarius plane hujus stellæ motus fuit, ex peculiari causæ primæ directione, non ex materiæ conditione, vel primi mobilis circumvolutione pendens. 4, 5 & 6 *Infirmæ*, nam & apparitionis simul ac durationis & significationis Cometarum & stellæ istius diversitas Sectione superiore satis superque ostensa. VIII. Restat, ut opinionibus vel falsis manifeste, vel minus probabilibus saltem rejectis, & *Vera* ostendamus, quid de sidere illo sit sentiendum. Omnibus vero expensis hæc sententia tutissima videtur, hanc stellam fuisse corpus lucidissimum, sed exiguæ molis, à Deo extraordinarie non in cœlo æthereo sed aëreo, ejusque regione inferiore formatum, sive per creationem *immediatam*, sive per *mediatam*, & motu arbitrario pro Dei voluntate motum ad designationem eventus extraordinarii, & directionem itineris Magorum ad domum & Dominum, quod ministerio illo præstito pro Creatoris voluntate disparuit, sive per annihilationem, si *immediate* creatum dicatur, sive per resolutionem in materiam ex qua compactum erat, si *creatione mediata* productum statuatur. Quemadmodum & in V. Testamento ejusmodi φαντάσματα ad consolationem & directionem populi Israelitici à Deo formatum, *columna* nimirum *nubis & ignis*, cujus formatio extraordinaria erat, & motus, & duratio. Hæc opinio & *nomini* convenit in Scriptura notato, ad stellæ enim cœlestis similitudinem accedebat ob situm, lucem, motum, & *attributis* corpori illi adscriptis, & sic ratio reddi potest, quî potuerit eventum extraordinarium hominibus astrorum peritis designare, qui eos vel in Judæam ducere, vel Bethleemum saltem, & ad certam domum, quod fieri non potuit nisi sensim se demiserit, & exiguæ molis fuerit; etsi ob proximitatem magnum videretur. Sic etiam liquet, quî interdiu fuerit conspectum, quî modo apparuerit, modo disparuerit, modo promotum fuerit, modo suspensum. Quia omnia sine directione extraordinaria salvari nequeunt. Ad hanc sententiam accedunt inter alios, *Origenes*, *Augustinus*, *Damascenus*, & *Thomas* part. III. *Quæst.* XXXV. *Artic.* VII. fuisse stellam de novo creatam non in cœlo, sed in aëre terræ vicino, quæ secundum divinam voluntatem movebatur. IX. Commenta multa febrilia hominum otiosorum hic prætermittimus, qui narrationibus gratis confictis extra Scripturam luxuriant, qualia sunt quæ de figura hujus stellæ pueri & crucis specie insignita habet *Author* Oper. imperf. & quod de casu illius

illius refert *Haymo* ex *Gregorio Turonensi*, stellam illam cecidisse in quendam puteum Bethleemi, ubi in fundo illius adhuc videri possit, sed ab iis tantum qui virgines sunt. Quod ab *Anshelmo* jam olim merito explosum, & vix à Cœnobitis & Monialibus in illis locis versantibus admitteretur, nec enim vellent ex hôc experimento de sua castitate judicium fieri. I. Quæstiones innumeræ super sidere illo, quod Magis olim apparuit, moveri possunt, plurimæ solent ab Interpretibus. Nos præcipuas indicabimus, quæ alicujus & momenti, & usus ab sacri contextus dilucidationem. Sed strictim tantum & in transcursu, quia in talibus non consistit ἐν τῷ λόγῳ, rei Theologicæ. Unde opiniones minus probabiles verbo tantum notabimus, probabiliori subjecta & firmata. II. 1 *Quidam* cum *Auctore* Operis imperfecti & *Nicephoro*, quibus accedit *Petavius* lib. XII. de Doctr. Temp. cap. VIII. & *Keppleru*s cap. XII. de anno natali Christi, biennio ante nativitatem Domini stellam illam Magis apparuisse fatagunt, ratione ducta ex versu 16 eo quod infantes fuerint occisi ab Herode κατὰ διετῆ. 2 *Alii*, anno ante conspectam fuisse. In hac sententia est Vir Illustris *Jos. Scaliger*, qui non tantum sidus illud, quod Cometen vocat, longo intervallo Christi natalem præcessisse vult, sed & intervallum illud limitat, & per annum Magis visum contendit, antequam se profectioni in Judæam accinxissent. Ratio *Scaligeri* est, Cometas signa esse rerum imminentium, non præsentium, nec signa esse posse, si simul cum re ipsa, vel post rem ipsam existant. Natalem ergo sibi Dei illo ostento denuntiatum Chaldæis, longo tempore ante quam incideret. Sic etiam Cometen horrendum integro anno visum ante initia belli Judaici, secundum *Josephum*. 3 *Alii*, inter quos *Chrysostomus* & *Theophylactus*, sidus illud non ita diu, aliquanto tamen ante Christi natalem conspectum fatagunt. Et hæc opinio videtur inde roborari posse, quod hac ratione justum tempus detur itineri Magorum longinquo, & parando, & exequendo. III. Mihi sententia illa probabilior videtur, circa illud ipsum tempus exortam stellam, quo Christus natus, & cum sidere hoc spirituali, materiale ejus ὁμοιωμα in sublimi Magis ostensum fuisse. Docent hoc 1. *Verba* illa Magorum *vers.* 2. ποῦ ἐστὶν ὁ τεχθεὶς βασιλεὺς τῶν Ἰουδαίων; εἴδομεν γὰρ αὐτοῦ τὸν ἀστέρα, &c. *Ubi est ille Rex Judæorum qui natus est? vidimus enim ejus stellam*, &c. Ex connexione verborum, & illatione Magorum liquet, Regem non nascituru*m*, sed jam natum ab illis statui, non tantum post sideris illius apparitionem, sed & ob illam. 2. Idem ostendunt verba quæ sequuntur eodem versu, eorumque connexio, εἴδομεν γὰρ, &c. ἦλθομεν, &c. *Vidimus enim stellam ejus in Oriente, & venimus ut adoremus eum.* Connectunt ergo observationem stellæ & suum iter. 3. Idem ostendit *ratio*, vix videri per annum integrum, minus per biennium, deliberasse Magos, utrum sibi adeundus esset & adorandus Rex ille. Minueret hoc & pietatem illorum, & obsequium Domino præstitum. IV. Excipiunt quidam, ex apotelesmaticis observationibus illos collegisse, tempus nascituri Messiæ, & se tunc tantum itineri accinxisse, & tempus profectionis suæ ita dispensasse, ut circa vel brevi post natalem ejus Hierosolymam attingerent. Illud vero gratis dicitur, & sine causa justa. Sic *Petavius* ait, etsi stella biennio ante natum Christum apparere cœperit, serius tamen profectos esse Magos. 1. Quia prius illis significatum non fuerit, ad Messiæ Regis ortum pertinere stellam. 2. Vel si ante præmoniti fuerint, cujus sidus illud prænuncium esset, una & tempus indicatum fuisse quo se ad iter compararent. 3. Forte etiam stellam illam sublimiorem principio & cœlo viciniorem apparuisse, ut cæterarum ortus & occasus imitaretur, postea vero in cituma se

terris loca demisisse, ac tum Magos ad iter capessendum divinitus excitatos fuisse. Hanc opinionem cum Matthæi verbis magnopere quadrare. Sed hæc omnia gratis dicuntur, & sine causa. His etiam conjecturis locus foret, si ullum earum vestigium in Scriptura, vel ratione solida reperiretur: sed repugnant & verba Matthæi, & verborum connexio, de qua Sect. III. Nec obstant verba vers. 16. de quibus supra actum, prout & ipse *Petavius* fatetur, non incommode illa sic exponi posse, cum à Magis didicisset Herodes tempus quo stella primum apparuerat, illum tempus illud uno & altero anno antevertendum putasse. In his conjecturis *Petavius* sequutus fuit *Kepplerum*, qui & ipse arbitratur cap. XII. jam tunc cum Herodes à Magis tempus exquireret, biennium fere lapsum fuisse à primo exortu stellæ. Magos vero tardius venisse, quod stellæ illi serius accesserit miraculum motus in inferiori regione aëris. Quandiu igitur stella visa fuerit in æthere inter ceteras oriens & occidens, commovisse quidem novitate Chaldæos Astrologiæ peritos, at de re aliqua certa in individuo non monuisse, postquam vero se in aërem demittere & sensim Occidentem versus progredi cæpit, tandemque in Occidentem recepta disparuit, tum demum Magos consilium sequendi cepisse. Sed hæc omnia non supponenda forent gratis, sed probanda. Nec opus talia à nobis fingi. Scriptura clara, Magos vidisse stellam, & venisse. De stella illa in æthere visa, quæ postmodum descenderit & Occidentem versus progredi ceperit, altum silentium apud Matthæum. Tutius ergo, verbis illius adhærere, cum causæ nihil sit cur talia fingamus. Nec verba Evangelistæ quæ subjicit *Kepplerus*, *Ecce stella, quam viderant in Oriente antecedebat eos; usque dum veniens staret, ubi erat puer*, quicquam faciunt ad probandum institutum, stellam biennio ante apparuisse Magis, primo in æthere, deinde in aëre, & sensim Occidentem versus se promovisse. Nihil enim ibi de tempore ortus, nec de descensu, nec de motu ab Oriente in Occidentem, sed tantum de motu stellæ Hierosolyma Bethleemum versus. Astrologicam rationem paulo post subjicit *Kepplerus*, Magos venisse Hierosolymam principio Juliani XII. ante biennium vero cœpisse Planetas congredi conjunctione maxima in principio Arietis, Juliano videlicet XXIX. pronuntiatum autem Astrologicum esse, Conjunctiones maximas planetarum superiorum in punctis cardinalibus, præcipue æquinoctialibus Arietis & Libræ, mutationem rerum universalem, & stellam Cometam, sub illa tempora conjunctionis apparentem ortum alicujus Monarchæ significare. Hæc sane præcipua ratio fuit cur *Kepplerus* hoc statuerit, non verba Evangelistæ, ut hypothesin suam de anno natalitio firmaret. Sed, quicquid sit de illa hypothesi, quam excussimus Dubio I. hoc ipsum supponitur, non probatur, Cometam sub illa tempora conjunctionis Planetarum superiorum in punctis æquinoctialibus apparuisse, stellam etiam sive Cometam sub illa tempora exorientem ortum alicujus Monarchæ significare, quæ gratis dicuntur. Adde, præstare non in natura, hujus sideris vel ortum, vel significationem quærere, cum & ille, & ista, & tota œconomia circa ejus exortum, motum, situm, significationem extraordinaria prorsus fuerit & supernaturalis. V. Rationes oppositas quod attinet, Sectione II. propositas 1. de versu 16. supra actum, & ostensum quis verborum illorum sit sensus. 2. Stellam illam Cometam fuisse, supponitur, ut & signa omnia imminentium tantum rerum esse, non præsentium: signa enim *materialia* una cum rebus, & sæpe rerum effectus, quarum signa sunt. 3. Nec ad iter Magorum sive parandum, sive exequendum hypothesis illa necessaria, satis enim temporis ad ejus confectionem Magis relictum, propter dies τῶν λειτουργιῶν, & ημερῶν,

ἀνατολῇ, quibus B. Virgo Bethleemi subsitit. Quæritur etiam an Stella præverit Magis ab oriente in Judæam. I. Communis plerorumque & veterum & recentiorum Interpretum sententia hic *affirmativam* tuetur, & adeo invaluit ista opinio, ut temerarium videri possit illam vel convellere, vel in dubium saltem vocare. Nec tam rationes adduntur huic hypothesi probandæ, quam illa pro certa supponitur. Hæ tamen potissimæ videntur. 1. Sic majore miraculo Christi cunas illustrari, si non semel tantum stella apparuisse Magis, sed & toto itineris tempore præluxisse dicatur, ut columna nubis & ignis olim Israelitis. 2. Vix alias rationem dari posse, cur in Judæam potius, quam alio fuerit itum à Magis, & novus Rex ibi quæsitus. 3. Ojus etiam fuisse Magis duce continuo ad firmandam fidem, hominibus adhuc tyronibus in Dei cognitione, idque in itinere molesto & longinquo, quod stella disparente alioquin vix videntur fuisse persequuturi. 4. Adde, vel annihilatum statui sidus illud ex quo primum Magis apparere cœpit, & reproductum, quod absurdum, vel vix rationem dari posse, qui & ubi tanto tempore latuerit. 5. Addi potest, quum illud ipsum sidus, quod viderant Magi in Oriente, denuo ab illis ab Herode digressis conspectum dicatur, multo probabilius id ad Magorum consolationem palam & sensibiliter in Judæam, in eorum gratiam, promotum fuisse, quam insensibiliter & occulte, sive per radiorum inhibitionem, sive per interjecta corpora alia crassa, quorum objectu lumen ejus interceptum fuerit. 6. Accedunt Authores magno numero, qui id ipsum tuentur. II. Quamvis vero non libenter discedam ab opinionibus receptis, tamen rationes graves satis ex Scriptura ductæ me movent, ut *Isidoro & Cajetano* hic potius subscribendum censeam, & *negativam* probabiliorem judicem, stellam nimirum illam non præviisse Magis ab Oriente in Judæam, sed apparuisse tantum in Oriente. 1. Ob verba expressa Magorum, vers. 2. *Vidimus*, inquiunt, *ejus stellam ἐν τῇ ἀνατολῇ, in Oriente*, nec addunt, ἢ ἐν τῇ ὁδῷ, *in via*, in Judæam usque. Quod vix videntur fuisse prætermissuri, si tale quid contigisset. 2. Ob silentium Evangelistæ, qui nihil tale innuit, quod tamen non dissimulaturus fuisset, si novum hoc miraculum priori accessisset. 3. Ob verba Evangelistæ vers. 9. *Et ecce stella quam viderant in Oriente, præibat eis donec veniret*, &c. Meminit Matthæus tantum apparitionis stellæ illius in Oriente, non *in itinere*. Et notat hoc tanquam aliquid eximii, καὶ ἰδοὺ, *& ecce*, &c. Si vero stellæ illius ductu Magi usi fuissent in toto itinere, vix his verbis usurus fuisset Evangelista, additurus saltem, *Et ecce stella quam viderant in Oriente, & quæ eis hactenus præiverat*, &c. quod tamen non facit. 4. Adde, Evangelistam ingens Magorum gaudium referre, stella illa conspecta, & varias voces congerere ad illius descriptionem, visa autem stella, ἐχάρησαν χαρὰν μεγάλην σφόδρα, *gavisi sunt magno gaudio valde*. Si vero paulo ante duntaxat disparuisset stella, nec illi sermoni, nec tanto gaudio locus futurus fuisset. 5. Adde, ad iter ex Oriente in Judæam regionem notam duce cœlesti opus non fuisse Magis, quemadmodum Israelitis in deserto, quia enim via ignota gradiebantur, illi indigebant duce. Opus vero denuo Magis Hierosolyma egressis erat exortu & auspiciis sideris istius, quo scrupulis & tentationibus ingentibus, quæ illorum animos dubio procul fodicabant, non pares tantum, sed & superiores esse possent. Quum enim pro certo sibi persuaderent, se Regem illum Hierosolymæ reperturos, altum de eo ubique silentium, nec fama, nec rumor ullus. Animadvertunt Hierosolymam hoc nuntio turbari potius, quam erigi. Nemo se illis socium in itinere Bethleemitico adjungit, nec pedem ea de causa ex urbe effert. Quærendus erat Messias

in

Ἡμασιν οὐκ ὀλίγοις. τότε γὰρ σέφος ἀνθρώποισι
Δείξει ἀπ' οὐρανόθεν ἀγαθοῖς ἀγῶνιον ἆθλεύουσι.
10 Καὶ τόθμαι μέγας γὰρ αἰὼν εἰσελάσιμος ἔσαι,

Lucibus haud paucis: humanis nempe coronam
De cœlo ostendet, qui præmia quærere certant.
Nam tunc incipiet magnum procedere seclum

Eis

in loco obscuro, & in paratura obscuriore, & aliena plane à splendore regio. Dubiis illis discutiendis, lux cœlestis exigebatur. 6. Adde, ad cunas Christi non nisi cœlesti luce perveniri, æquum ergo fuisse ut præiret stella. 7. Imo probabile, non debuisse Magos Bethleemi in puerum illum diu inquirere, & hominum illius loci auspiciis ad Christum deduci, ne crypta in qua latebat Dominus, tyranno postmodum & ejus satellitibus retegi posset, & ille proditioni novorum Ziphæorum obnoxius fieret. Hæ causæ satis superque ostendunt, cur merito summa Dei bonitate stella ista denuo exorta fuerit, postquam Hierosolyma excessere Magi, & illis Bethleemum deducendis præiverit. 8. Accedit tandem & hæc ratio, siquidem disparuisset stella Magis in Judæa, Evangelistam id minime fuisse dissimulaturum. III. Quum itaque hæ rationes probabiliores longe videantur iis, quæ pro opinione affirmante proponuntur, negativam præferendam censeo. Ad 1. *Resp.* Miracula non gratis inferenda esse in Scripturam, sed educenda è Scriptura. Nec sequitur, eodem prorsus ministerio defunctam stellam erga Magos, quo columna nubis & ignis erga Israelitas. Nec vero id vel in Scriptura expressum, vel necessarium erat, ut ostensum. Ad 2. Ratio alia cur in Judæam potius itum fuerit à Magis quam alio & dari potest, & dabitur infra, ubi agetur de quæstione, qui stellæ indicio natalis Regis in Judæa innotuerit Magis. Ad 3. Nec defuit dux continuus Magis, ut infra ostendetur, etsi defuerit stella, cujus auspiciis in persequendo itinere molesto & longinquo confirmarentur. Ad 4. Sive annihilatum & post reproductum statuatur sidus illud, sive rectum tantum & occultatum, nec inde absurdi quid sequitur. Ad 5. Multa probabilia, quæ nec vera, nec certa. Quid probabilius etiam, quid secus, è Scriptura, non è ratiociniis nostris in sacris præsertim petendum. Quominus vero traductionem sensibilem astri illius ex Oriente in Occidentem ad Magorum motum admittamus, obstant rationes supra dictæ. Ad 6. Momenta rerum omni authoritate humana superiora sunt, cumprimis rationes è Scriptura petitæ. *Spanhemius.*

10 Καὶ τόθμαι] In regio cod. habetur τῇ τότε γὰρ μέγας αἰὼν εἴσιμι. Turnebus ita restituit locum; τῇ τότε δὴ μέγας αὖθις ἀγὼν εἰσελάσιμος. Quæ autem sint certamina εἰσελάσιμα, explicuit idem ille in Adverſ. lib. 1. cap. XIX. Vide quoque Plinii epist. 119. lib. 10. ubi meminit agonis iselastici à Trajano facti. *Opsopœus.*

11 Οὐρανόθεν]

Εἰς πόλιν [11] ἐρέμνιον, οἰκεμφυκὸς δέ τε πᾶσιν
Εστετ' ἀνθρώποισιν ἔχων κλέος ἀθανασίας.
Καὶ τότε πᾶς λαὸς περὶ ἀθανάτοισιν ἀέθλοις
Αθλήσει νίκης ὀφειάλεος. [12] ἢ γὰρ ἀναιδῶς
Αργύρεον τὶς ἐκεῖ δώσατ' στέφος ὠνήσασθαι.
Αγνὸς γὰρ Χριστὸς τέρψις τὰ δίκαια βραβεύσει,
Καὶ δοχίμους στέψει, αὐτὰρ θέμα μάρτυσι δώσει
[13] Αθάνατον, ἄχεϊ δὲ θανάτου τὸν ἀγῶνα ποιῆσει.
Παρθενικοῖς δ' ἁραμοῖσι καλῶς, ἄφθαρτον ἄεθλον

Urbi cœlesti dispensatorque vacabit
Omnibus humanis, ævi immortalis honores
Qui teneat. Cunctus tunc immortalia propter
Præmia contendet populus, victoria quando
Accendet præclara animos. Nam rite licebit
Cuilibet argenti claram petere inde coronam.
Castus enim Christus ponet certamina justa,
Ornabitque probos, æternaque præmia reddet
Testibus, ad mortis certamen euntibus usque.

[14] Δώσει

11 Οὐρέμνιον] Carminis hiatum explet Regius Codex ἐρέμνιον γ'. *Idem.*

12 Οὐ γὰρ ἀναιδῶς] Castalio deceptus prava lectione ὦ γὰρ ἀναιδῶς, &c. vertit, *Nam rite licebit cuilibet argenti claram petere inde coronam.* Christiani namque certaminis præmium non est corona argentea: sed hoc ait Sibylla, in isto certamine non licebit pecunia emere coronam, vel agonotheras muneribus corrumpere, quemadmodum in olympicis, Pythicis, & cæteris ejusmodi publicis ludis & certaminibus Iselasticis factitatum legimus, id quod acute animadversum est à Turnebo ἢ in ὦ mutante. Cui plane adstipulatur regii codicis scriptura, vulgari emendatior, ἢ γὰρ ἀναιδῶς ἀργύρεόν τις. *Non enim impudenter aliquis argenteo*, &c. Atque huc usque tantum magnus ille Turnebus Sibyllina emendavit. *Idem.*

13 Ἀθάνατον, &c.] Inverso ordine rectius legitur, ἀθάνατον. ἢ ἄχεϊ. *Idem.*

[14] Δώσει δ' θέμις ἐσθλοῖς, καὶ τοῖς τὰ δίκαια νέμουσιν
Ἀνθρώποις πᾶσίν τε, καὶ ἔθνησιν ἀλλοδαποῖσι,
Τοῖς ὁσίως ζώουσίν τε, θεὸν δ' ἕνα γινώσκουσιν.
Οἱ δ' ἀγαπῶσι γάμον τε, γαμοκλοπιῶν τ' ἀπέχονται,
Δώσει πλούσια δῶρα, αἰώνιον ἐλπίδα καὶ τοῖς.
Πᾶσά τε γὰρ ψυχὴ μερόπων θεὸς [15] ἔσαν χάρισμα,
Καὶ θέμις ἀνθρώπους [16] τὴν ἄγεσι πᾶσι μιαίνειν.

Virgineis verò, qui pulchre currere pergent,
Æternum munus dabit, & ſervantibus æqui
Omnibus humanis, generique alienigenarum,
Et ſancte vivendo Deum noſcentibus unum.
Tum qui conjugio gaudentes, furta cavebunt
Concubitus vetiti, dabit his quoque munera larga,
Immortalem ſpem. Nam donum numinis omnes
Sunt humunæ animæ: quas ullis flagitiorum
Mortales maculis prorſum fœdare nefas eſt.

[17] Μὴ

14 Δώσει δ' θέμις ἐσθλοῖς] Codex habet δώσει τοῦτ' ἄλλα. & verſu. 9. ζώουσι θεὸν δ'. *Idem.*

15 Ἔσαν χάρισμα] Scribe, ut in prioribus editionibus, ἐστὶ χάρισμα. Similis huic eſt verſus iſte Phocylidis, πᾶσι γὰρ ἐστὶ θεοῦ, ζῆσαι θ' ὁσίως καὶ εἰκῆ. *Idem.*

16 Τὴν ἄγεσι πᾶσι μιαίνειν] Omnia exemplaria habent πᾶσι ἄλγεσι πᾶσι μιαίνειν. pro quo dixit Phocylides μήτ' ἄμμιν χεῖρας μιαίνειν. Atque hic in regio exemplari interpoſiti erant verſus nonaginta tres, plerique ex Phocylide eranſcripti, vel, ut Suidas vult, è Sibyllinis à Phocylide ſurrepti: quos quia hic ſecundus liber, cum exemplar illud è regia bibliotheca impetraſſemus, excuſus jam non amplius admitteret, in calcem inſta pag. 404. rejecimus. *Idem.* Nos verò ad hunc locum addidimus. *Gallæus.*

17 Μὴ

17 Μὴ πλουτεῖν ἀδίκως, ἀλλ' ἐξ ὁσίων βιοτεύειν,
18 Ἀρκεῖσθαι παρεοῦσι, καὶ ἀλλοτρίων ἀπέχεσθαι,

Ne diteſcas injuſte, ſed ex juſte partis vive.
Eſto contentus præſentibus, & ab alienis abſtine.

19 Ψεύ-

17 Μὴ πλουτεῖν ἀδίκως] Hoc velle, eſt maximis vitiis ſe coinquinare velle: quis enim neſcit hoc Virgilii lib. III. Æneid:

— *quid non mortalia pectora cogis*
Auri ſacra fames!

Attribuit auro & ardenti auri cupiditati. Itaque aurum quod πόλεις πορθεῖ, urbes expugnat, quod ἀνδρὸς ἐξανίστησιν δόμων, *viros facit domo extorres*: quod ἀνθρώπων φρένας κρύπτει ἐκ ἀγαθῶν πρὸς κακὰ μεταγνῶναι, *evertit bonorum mentes ad res turpes*. quod πανουργίας ἰδέαις & δυσσεβείαις, *fraudes & impietatem docet*, ut ait Sophocles in Antigone. Quod *infidum* ex Anacreonte, ἄπιστ', ἄπιστε χρυσέ. Cum ab eodem dantur πόλεμοι, φόνοι, *bella, cædes*. Et Ariſtophanes in Lyſtrat. ἀλλ' ἐ χρὴ ἐχθρὸν πολίταις μέγαν, quem ex Tacito lib. 4 hiſtoriar. ita redde, aurum & opes præcipuæ bellorum cauſæ; Quod ex Platone 3 Reip. ſuadet πολλὰ ἀνόσια, *multa injuſta*. Cui conſonat Plautus Captiv. *aurum multa multis fuaſit perperam*. Quod ex Phocylide merus δόλος, atque etiam κακῶν ἀρχηγὸς, βιοφθόρος, *princeps malorum, corruptor vitæ*. Quod perniciosum ex Plinio, doloſum ex Perſio, nocentiſſimum ex Ovidio, inimicum fidei ex Propertio. Primus lib. 33 cap. 1. *ad perniciem vitæ repertum*. Alter *doleſi nummi*. Tertius, *ferroque nocentius aurum*. Quartus, *Auro pulſa fides*. Quod corruptor caſtitatis, ut apparet in Danaë, de qua re locuti Ovidius 3 Amor. Horatius 3 Odar. Silentiarius in epigrammate. Quod validiſſimum ad expugnationem ex oraculo Pythiæ: conſulenti enim Philippo uti adverſarios poſſet vincere, illa reſpondit:

Ἀργυρίῳ λόγχαισι μάχου, καὶ πάντα κρατήσεις.

Argenteis haſtis pugna, & omnia vinces.

Mitto Horatium, & Ovidium idem dicentes, & Ennium, qui auro dat obitum penetratumque Acherontem. Quod ex Valerio Maximo lib. 4. cap. 3. *malo hominum excogitatum munus*. Quod homines capit ad ſui adorationem. Nam Cedrenus Theophilum auri ſitientem vocat non ſolum χρυσομανῆ, ſed etiam χρυσολάτρην, quod aurum adoraret. Quod Malorum omnium fabricator ex Tullio variis in locis. Hoc itaque aurum tantis plenum malis (ego nihil fere attigi præ multitudine quibus hæc Hydra tumet) atrox quoque exemplum, & flagitium abominandum nobis propoſuit in Polymeſtore Thraciæ rege, cum is Polydorum interfecit, puerum, quod acerbum, Regis filium, quod indignum, amicum, quod injuſtum, hoſpitem, quod nefarium. Verba Virgilii uſurpat etiam in re vere atroci, Pet. Apollon. lib. 4. ex Ovid.

— — *turpia quæ non*
Auri ſuadet Amor? quo non mortalia
cogit
Pectora?

Cum videlicet hoſtis interficiebat Judæos, ut gladio ſcrutaretur, ſiquid auri lateret in alvis & viſceribus miſerorum. Nam tunc increbuerat Judæos aurum deglutiſſe. *la Cerda*.

18 Ἀρκεῖσθαι παρεοῦσι] Sic hodie inter mortales obtinet ut fere nemo reperiatur quem non ſuæ conditionis pœnitcat.

19 Ψεύδεα μὴ βάζειν, 20 τὰ δ' ἐτήτυμα πάντα φυλάσσειν.

Mendacia ne dixeris, sed vera omnia custodias.

21 Μὴ

Hac de re sic olim Horatius Sermonum lib. 1. Satyra 1.

Qui fit Mæcenas, ut nemo, quam sibi sortem
Seu ratio dederit, seu Fors objecerit, illa
Contentus vivat, laudet diversa sequentes?
O fortunati mercatores, gravis annis
Miles ait, multo jam fractus membra labore
Contra Mercator, navim jactantibus Austris,
Militia est potior. quid enim? concurritur horæ
Momento, aut cita mors venit, aut victoria læta.
Agricolam laudat juris legumque peritus,
Sub galli cantum consultor ubi ostia pulsat.
Ille, datis vadibus, qui rure extractus in urbem est,
Solos felices viventes clamat in urbe.

Pari modo olim Boëthius: *Hic utraque circum bovis vitam cælibem deflet, illa nuptiis fælix, orbus liberis alieno censum nutrit hæredi, alius prole lætatus, filii delictis mœstus illacrymat. Gallæus.*

19 Ψεύδεα μὴ βάζειν] Est autem mendacium secundum Aug. falsa significatio vocis cum intentione fallendi. Ad detestationem hujus peccati. Primo possunt valere verba sacræ scripturæ quæ dissuadent nobis mendacium. Ut est illud Eccl. 4. *Ne accipias faciem adversus faciem tuam, nec adversus animam tuam mendacium.* Faciem adversus faciem suam accipit qui in veritate exclusa à corde suo quæ est Dei similitudo, falsitatem, quæ diaboli est facies, assumit. & Eccl. 7. *Noli amare mendacium.* & post, in eodem capit *Noli velle mentiri omne mendacium.* Secundo potest valere ad detestationem hujus peccati hoc, quod peccatum istud est diabolicum: Primum enim mendacium dixit diabolus, Genes. 3. *Nequaquam morietmini.* Unde Joan. 8. legitur de diabolo: *Cum loquitur mendacium ex propriis loquitur: quia mendax est & pater ejus.* Ipse est pater mendacii, quia primus inventor est, & pater ejus, scilicet hominis mendacis. Homo enim mendax, filius est diaboli imitatione. Joan. 8. *Vos ex patre diabolo estis & desideria patris vestri vultis facere.* Tertio potest valere ad detestationem hujus peccati hoc, quod peccatum istud membrum inquinat, in quo magis est indecens immunditia, s. os. Reddit n. illud abominabile Deo. Unde Prov. 12. *Abominatio est Domino labium mendacii.* Si quis os suum apertum haberet mustcis & alus rebus immundis quæcunque vellent ibi intrare, & permitteret ea ibi nidificare, os ejus abominabile esset hominibus; sic os mendax est abominabile Deo, cum immunditia mendacii multo amplius displiceat Deo, quam immunditia muscarum vel similium rerum. Quarto potest valere ad detestationem hujus peccati hoc, quod peccatum istud hominem fallum reddit: quantum prævalet bonus denarius denario falso, tantum prævalet homo verax homini falso & mendaci. Unus bonus denarius valet centum falsos, & unus homo verax centum mendaces. Unde multum melioraret se aliquis, si remoto peccato mendacii vera de cætero loqueretur, quia cui non displiceat si aliquem de denariis suis

suis inveniret falsum, quis est qui non potius velit habere denarios bonos, quam falsos? Sed de seipsis non dolent miseri homines, quando seipsos falsos inveniunt, & potius se volunt esse falsos, quam veros. In quo apparet cæcitas eorum qui amplius amant denarium unum, quam seipsos. Quinto potest valere ad detestationem hujus peccati hoc, quod mendacium est quasi quoddam venenum, quod tantæ efficaciæ est quod in ipso ore existens hominem interficit: juxta illud Sap. 1. *Os quod mentitur, occidit animam.* Unde mirum est quomodo miseri homines non timent qui venenum istud in ore sentiunt. Pejus est venenum istud veneno materiali: sicut causa deterior solet esse suo effectu. Mendacium enim quod fuit in ore serpentis, occasio videtur fuisse veneni quod in ore habet serpens. Sexto potest valere ad detestationem hujus peccati hoc, quod omnis mentiens proditor est. Vult enim quod ille cui mentitur, fidem sibi adhibeat: fidem tamen ei non servat, imo vult eum decipere. Septimo potest valere ad detestationem hujus peccati, magnitudo ipsius, quæ insinuatur nobis Ecclesiastic. 20. ubi sic legitur: *Potior est fur quam assiduitas viri mendacis: perditionem autem ambo hæreditabunt.* Ideo videtur esse pejor qui affluetus est mendaciis, quam fur: quia fur nocet corpori: ille autem qui mentitur, nocet animæ, dum eam in errorem inducit. Item appetitus malus qui est in fure quo ipse appetit rem alienam, est appetitus rei bonæ: sed appetitus ejus qui mentitur, est appetitus rei malæ. Fur enim suum bonum temporale quærit, sed mentiens alienum malum, scilicet errorem proximi. Unde peccatum mendacii, peccatum diabolicum est, & peccatum malitiæ: & numeratur à Salomone inter peccata quæ odit Dominus. Proverbior. 6. ubi sic legitur: *Sex sunt quæ odit Deus, & septimum detestatur anima ejus. Oculos sublimes, linguam mendacem* &c. Si ergo qui in furto deprehenderetur, erubesceret, sic erubescere deberet si mendacium ejus deprehenderetur. Hoc autem quod dictum est, quod & fur & mendax perditionem hæreditabunt, non est intelligendum de quocunque mendace, sed de illo qui dicit mendacium pernicioſum & nocivum, & ad eandem speciem mendacii referendum est quod dictum est prius: *Os quod mentitur, occidit animam.* & illud Psalm. *Perdes omnes qui loquuntur mendacium.* Octavo potest valere ad detestationem hujus peccati, pœna qua punitur peccatum istud. De qua habetur Proverbior. 20. *Suavis est homini panis mendacii, & os ejus implebitur calculo.* De pœna etiam mendacii habetur Actuum 5. de Anania, ubi sic ait Petrus: *Non es mentitus hominibus, sed Deo.* Audiens autem Ananias hæc verba, cecidit & exspiravit. Nono potest valere ad detestationem hujus peccati hoc, quod peccatum istud valde nocivum est ecclesiæ Dei. Facit enim ut vix alicui fides adhibeatur. Hieronymus: Mendaces faciunt ut vera dicentibus non credatur: unde propter mendacia hominum multiplicantur juramenta & perjuria. Lingua hominis mendacis est velut arcus diaboli, oculos interiores filiorum Dei sagittans. Unde Jerem. 9. *Extenderunt linguam suam quasi arcum mendacii & non veritatis.* & ibidem: *Sagitta vulnerans lingua eorum. Peraldus.*

20 Τὸ δ' ἀληθὲς &c.] Ad veritatem rei videtur pertinere illud August. in libr. Soliloq. Verum est id quod est: Et illud Philosophi: Unumquodque sicut se habet ad esse, ita ad veritatem. Ad veritatem vero signi pertinere videtur illa descriptio Philosophi: Veritas est adæquatio rei & intellectus, sive adæquatio signi & signati. Veritas vero prout pertinet ad hominem utentem signo pars videtur esse justitiæ, quæ sic describitur à Tullio in 1. Rhetoric. Veritas est per quam immutata ea quæ sunt aut ante fuerunt, aut futura sunt dicuntur. Ad amorem veritatis monemur Proverb. 2. *Veritatem eme* &c. Veritas emitur quando cum magno studio

vel labore cognitio veritatis acquiritur, vel quando cum damno magno, vel multorum odio veritas in judicio vel doctrina dicitur. A veritate nullo modo recedendum est, quicunque inde debeat scandalizari. Unde super illud Matth. 18. *Qui scandalizaverit unum de pusillis istis &c.* dicit Glos. Nota quod in quantum potes sine peccato vitare scandalum proximi, debes: quod si de veritate est, pro scandalo veritas relinqui non debet. Et intelligitur hoc de triplici veritate, scilicet vitæ, judicii & doctrinæ. Item monemur ad amorem veritatis. Eccl. 37. *Ante omnia opera verbum verax præcedat te.* Et ejusdem 4. *Non contradicas verbo veritatis nullo modo.* Sancti antiquitus multum deferebant veritati. 2. ad Corinth. 13. *Non possumus aliquid adversus veritatem, sed pro veritate.* Ad perhibendum testimonium veritati, venit filius Dei in mundum. Joan. 18. *Ego in hoc natus sum, & ad hoc veni in mundum, ut testimonium perhibeam veritati.* Sed hodie veritas exosa habetur. Terentius in Andria; *Veritas odium parit, obsequium amicos.* Ad Gal. 4. *Ego inimicus vobis factus sum verum dicens vobis?* Bernard. super Cantic. Amara est veritas sine condimento gratiæ, Hodie diminutæ sunt veritates à filiis hominum. David: *Non est in ore eorum veritas, Cor eorum vanum est.* Veritati hodie detrahitur. Job. 6. *Quare detraxistis sermonibus veritatis?* Veritas hodie captiva detinetur. Vix enim invenitur qui velit eam dicere, ad Roman. 1. *Veritatem in injustitia detinent.* Seneca: Monstrabo tibi quid omnia possidentibus desit, scilicet qui verum dicat. Veritas hodie undique impugnatur, itaut frequenter necesse habeat corruere: secundum illud Esaiæ 59. *Corruit in platea veritas.* Et Daniel. 8. *Prosternetur veritas in terra.* Veritas in terra prosternitur, quando aliquid terrenum veritati præponitur. Veritas hodie à multis vili pretio venditur. Proverb. 28. *Qui cognoscit in judicio faciem, non bene facit, & pro buccella panis deserit veritatem.* Multi hodie deserunt veritatem vitæ, & ideo fugit ab eis veritas doctrinæ. Sicut è contrario sequitur veritas doctrinæ eos qui habent veritatem vitæ. Ecclesiastic. 27. *Volatilia ad sibi similia conveniunt: & veritas ad eos qui operantur illam, revertetur.* Veritas hodie adeo vilipenditur, ut à quibusdam ei præponatur falsitas, ab aliis præponatur ei vanitas, & ab aliis ipsa umbra vel pictura veritatis. Veritati falsitatem præponunt, homines inconsiderate loquentes qui tota die volunt esse in verbis, & ideo multoties mentiuntur. Bernardus in sermonibus: Quid ni periclitetur castitas in deliciis, veritas in multiloquio, charitas in hoc seculo nequam? Vanitatem præponunt veritati amatores temporalium istorum quæ vana sunt, eo quod non dant plenitudinem cordi possidentis, nec fulcimentum innitenti, nec fructum expectatum circa ea laboranti. In Psalm. *Ut quid diligitis vanitatem, & quæritis mendacium?* Umbram & picturam præponunt veritati hypocritæ, qui apparentiam sanctitatis ipsi sanctitati præponunt. Veritas quæ sic modo contemnitur invalescet, & in futuro amatores suos liberabit, & hostes condemnabit. Joan. 8. Vos cognoscetis veritatem, & veritas liberabit vos. 2. Esdræ 4. *Veritas manet & invalescit in æternum, & vivit & obtinet in sæcula sæculorum.* Sicut se habet denarius falsus ad verum: sic se habet homo mendax ad hominem veracem. Unde quum homines multum doleant & offendantur si unus de eorum servientibus recepit eis unum falsum denarium pro bono, mirum est quomodo non multum dolent quum falsitatem in seipsis deprehendunt. Viliores se videntur habere quam unum denarium. Et notandum quod veritatem habere debemus quantum ad omnes. Nulli enim mentiri debemus, ut ostendit August. in libr. de doctr. Christ. dicens: Omnis qui mentitur, inique facit. Nemo enim mentiens in eo quod mentitur servat fidem. Nam hoc utique vult, ut cui mentitur

fidem

21 Μὴ δὲ μάτην εἰδώλα σέβε· τὴν δ' ἄφθιτον αἰεὶ

Neque fruſtra ſimulacra colas : ſed immortalem ſemper

Πρῶτα

fidem ſibi habeat, quam tamen mentiendo ei non ſervat : omnis autem fidei violator, iniquus eſt. *Idem.*

21 Μὴ δὲ μάτην &c.] Notandum ergo, quod latria eſt ſummæ venerationis cultus ſoli Deo exhibendus. Vel latria eſt voluntaria profeſſio divinæ majeſtatis: Idololatria vero eſt cultus Deo debitus creaturæ exhibitus. Et dicitur quaſi Idololatria : non quia iſte cultus ſemper idolo exhibeatur, ſed quia frequenter, vel quia idolo primo eſt exhibitus. Et notandum, quod idolum quandoque dicitur lignum, vel alia res ſic figurata; quandoque vero dicitur conjunctum ex imagine & dæmone præſidente. Et ſic ſumitur 1 Corinthiorum 7. ubi dicit Apoſtolus, quod nihil eſt idolum in mundo. Illud enim, quod putabant eſſe idolum, perſonam ſcilicet ſubſiſtentem ex ſimulachro & ſpiritu præſidente, nihil erat. Item notandum, quod inter idola gentilium quædam imagines erant tantum ad memoriam & repræſentationem aliquorum, in quibus nihil numinis eſſe credebatur : aliæ vero erant, quæ credebantur eſſe habitacula Deorum, id eſt, dæmoniorum : Omnes enim Dii gentium dæmonia : in quibus dæmones decipiebant homines, dantes eis reſponſa, ac ſi in ipſis habitarent, inducti ad hoc ſacrificiis & honoribus, quæ eis exhibebantur. In quibuſdam etiam imaginibus credebant gentiles aliquam virtutem eſſe inſuſam, eo quod ſub certis horis funderentur, vel ſculperentur, vel fabricarentur : ſicut Mathematici mentiuntur, homines habere mores ex hoc, quod tali hora, vel tali naſcuntur. Similis error invenitur in quibuſdam vetulis nomine Chriſtianis, quæ dicunt imagines Seraginta annos à factione ſua virtutem ſortiri, & de cætero habere eam. Imagines prædictas, quas non credebant ſolum eſſe imagines, vocavit Mercurius Deos factitios, ſcribens librum de Deo Deorum. Proavi, inquit, noſtri invenerunt artem, qua Deos efficerent : & quoniam animas facere non poterant, invocantes animas Deorum, easindiderunt imaginibus factis. Poſſumus autem octo rationes ſeu cauſas oſtendere, quibus idololatria vel inducta eſt, vel augmentata. Una cauſa fuit dolor nimius de amiſſione alicujus amici. Pater enim amiſſo filio nimium dolens, imaginem filii fieri fecit, ut ei eſſet qualecunque ſolatium : Unde Sapient. 14. *Acerbo luctu dolens pater, cito ſibi rapti filii fecit imaginem* : ac illum, qui tunc quaſi homo mortuus fuerat, nunc tanquam Deum colere cœpit, & conſtituit inter ſervos ſuos ſacra & ſacrificia. Deinde interveniente tempore, convaleſcente iniqua conſuetudine, hic error tanquam lex cuſtoditus eſt. Hanc primam cauſam idololatriæ oſtendit Greg. ſuper illud Luc. 11. *In Beelzebub principe dæmoniorum*. &c. dicens: Ninus rex Ninive Belo patre ſuo mortuo ſtatuam fecit, quam ſumma reverentia honoravit, ita ut etiam reis ad eam fugientibus parceret : unde progreſſu temporis homines cœperunt eam venerari ut Deum, & multiplicare : & quidam vocaverunt Bel, alii Baal, alii Baalim, alii Beelzebub ſecundum varietatem linguarum. Alia cauſa fuit veſana ſuperbia principum, qui non attendentes infirmitatem ſuam voluerunt ſe ut Deos honorari, ut Nabuchodonoſor, qui præcepit

Holo-

Holoferni principi militiæ suæ, ut omnes Deos terræ exterminaret, ut ipse solus Deus diceretur ab his nationibus, quæ potuissent Holofernis potentia subjugari Judith 2. Principes superbi imagines suas faciebant adorari ab his, qui erant subjugati ab eis. Unde Sapient. 14. Tyrannorum imperio colebantur figmenta: & hos, quos palam homines honorare non poterant, propter hoc, quod longe essent, è longinquo figuram illorum allatam, evidentem imaginem regis, quem honorare volebant, fecerunt, ut illum, qui aberat, tanquam præsentem colerent. Alioqui etiam ut divina stirpe nati viderentur, divinos honores parentibus detulerunt, deferrique jusserunt: ut dicit Gloss. super 14. Sapient. Tertia causa fuit adulatio, seu desiderium, quod habebant minores acquirendi gratiam majorum Sapient. 14. *Affectui aut regibus deservientes homines incommutabile nomen lapidibus & ligni imposuerunt.* Per hoc, quod dicitur affectui, tangitur prima causa jam habita: per hoc, quod dicitur regibus, tertia causa, de qua etiam dicit glos. Per populos & regiones paria sacra susceptа sunt, dum homines grati esse in suos principes cupiunt. Augustinus in libro decimo de Civitate Dei. Multa usurpata sunt de cultu divino, quæ honoribus deferuntur humanis, sive humilitate nimia, sive adulatione pestifera. Quarta causa fuit amor reipublicæ. Unde dicit Glossa ibidem. Alio loco dicit Cicero, quod in plerisque civitatibus acquirendæ virtutis gratia, ut libentius gratia Reipublicæ periculum adirent, optimos quosque viros fortium honore Deorum immortalium esse consecratos: hinc Romani Cæsares suos consecraverunt, & Mauri suos Reges. Quinta decor vel operis humani, vel alterius creaturæ. De primo Sapient. 14. *Multitudo hominum adducta per speciem operis, eum, qui ante tempus tanquam honoratus fuerat, nunc Deum existimaverunt.* De secundo Sapient. 13. quando locutus est de stellis, sole, & luna, subdunt: *quorum si specie delectati Deos putaverunt, sciant, quanto his dominator eorum speciosior est.* Sexta, potentia, quam crediderunt supereminere in his, quos Deos putaverunt, ut dæmones crediderunt potestatem habere in homines, & res humanas, & etiam in elementa. Cujus erroris occasio fuit, quod credebant dæmones sanare læsiones corporum, dum ab eis cessabant. Credebant etiam eos sedare mundi turbationes, dum eas facere cessabant. Credebant etiam eos prænoscere futura, quia prædicabant eis mala, quæ Dei permissione ipsi erant illaturi hominibus, & malorum cessationes, quod non erat mirum. Item alia causa hujus erroris fuit, quod facere videbantur quædam opera, quæ verè naturalia erant; sed imperitis videbantur esse supra naturam. Tale opus est subita generatio ranarum, & pediculorum, & vermium, in quibus natura operatur. Dæmonibus tamen procurantibus, quod hæc citius fiant, conjungendo vel commiscendo ipsas naturas rerum, & addendo aliqua semina, quæ semina naturam adeo adiuvant, quod opus tardum accceleratur: ita quod creditur non esse opus naturæ, quæ tardius operari consuevit: sicut factum est in signis, quæ facta sunt à magis Pharaonis. Septima cæca cupiditas hominum, qui tantum sunt curiosi sciendi, vel cupidi aliqua acquirendi, ut seipsos vendant dæmonibus, ut cupiditatem suam possint adimplere. Octava voluptas & lascivia, quæ erant in festis idolorum: vacabant enim idololatræ deliciis & ludis, quæ multum alliciebant homines ad idololatriam. 1 Cor. 10. *Sedit populus manducare & bibere, & surrexerunt ludere.* Et notandum multas esse species idololatriæ. Quædam est cultus dæmonum; alia, luminum, ut solis & lunæ vel stellarum: tertia, elementorum: quarta, hominum: quinta, animalium irrationalium: sexta, imaginum vel alterius operis humani: septima, temporis vel partium ejus. Est etiam

idololatria aliarum rerum. Et notandum, quod idololatria ideo peccatum magnum est, quia Deo honorem suum aufert, & creaturæ, cujus non est, confert, & æquat creaturam creatori. Si pro modico furto, vel rapina, quam aliquis facit homini, meretur exilium, vel mortem, vel aliam magnam pœnam, quanta pœna dignus est, qui divinum honorem Deo surripit? Duplex autem rapina est in peccato idololatriæ: Una ejus, qui honorem Dei Deo aufert, & alii offert: Alia ejus, qui honorem divinum sibi oblatum suscipit. *Idolorum cultura omnis mali causa est, & initium & finis.* Sap. 14. Gloss. Cum enim mens à creatore se avertit, omnibus implicatur sceleribus. Aggravatur autem peccatum idololatriæ ex vilitate rei, in quam transfertur honor divinus. Majus enim peccatum est, cum honor iste transfertur in quadrupedes aut reptilia, quam quando in homines: & quando in imagines hominum, aut animalium, quam quando in homines vel animalia. Rom. 1. *Et mutaverunt gloriam incorruptibilis Dei in similitudinem imaginis corruptibilis hominis, & volucrum, & quadrupedum, & serpentum.* Gloss. Ambr. Quanta est stultitia eorum, apud quos plus potest imago quam veritas, & potiores sunt mortui quam vivi? Psal. 105. *Mutaverunt gloriam suam in similitudinem vituli comedentis fœnum.* Tanto magis contumeliosum est Deo, quanto vilior est creatura, quæ ei æquatur, & magis contra rationem est. Contumelia etiam fit humanæ naturæ, quando creaturæ inferiori se subdit. Refert August. in lib. de vera religione, quod Socrates occisus fuit, quia noluit adorare idola, quia erant tantum opus hominis, & dixit se prius adorare canem, qui erat opus naturæ, cum causa nobilior sit suo effectu. Multum est contra rationem, quod homo adoret opera manuum suarum. Illa species idololatriæ, qua homo adorat creaturam, se manifeste inferiorem homine reddit, infelicem, & maledictum & derisione dignum. De primo Sapient. 13. Postquam præmissum est de sole, & luna, & stellis, quæ aliqui rectores orbis terrarum & Deos putaverunt, subditur: *Sed in his adhuc minor est querela.* Et paulo post: *Infelices autem sunt & inter mortuos spes illorum est, qui appellaverunt Deos opera manuum hominum.* De secundo Deuter. 27. *Maledictus homo, qui facit sculptile & conflatile abominationem Domini, opus manuum artificum, ponitque illud in abscondito.* Sapient. 4. *Per manus autem quod fit idolum, maledictum est & ipsum, & qui fecit illud.* De tertio Hierem. 10. *Non est spiritus in eis, vana sunt, & opus risu dignum.* Irrisione digni ostenduntur, qui sunt in hoc genere idololatriæ, Sap. 13. ubi sic legitur: *Non erubescit loqui cum illo, qui sine anima est, & pro sanitate quidem infirmum deprecatur & pro vita mortuum rogat, & in adiutorium inutilem invocat, & pro itinere petit ab eo qui ambulare non potest.* Et Esa. 44. *Medietatem ejus combussi igne, & de reliquo ejus idolum faciam: ante truncum ligni procidam, pars ejus cinis est.* Quibus verbis vilitas materiæ ostenditur, ex qua fit idolum & vilitas materiæ, in quam redigitur. De materia eadem habes Baruch 6. *Subtrahunt ab eis sacerdotes aurum & argentum: dant autem & ex ipso prostitutis, & meretrices ornant.* Item: *Quum receperint illud à meretricibus, ornant Deos suos.* Et subditur ibi multum de vilitate & impotentia idolorum: *Hi* (inquit) *non liberabuntur ab æruginе & tinea.* Item: *Habet in manu gladium & securim, se autem de bello & latronibus non liberat.* Item: *Oculi eorum pleni sunt pulvere à pedibus introeuntium.* Et paulo post: *Lucernas accendunt illis, & quidem multas, ex quibus nullam videre possunt.* Item: *Nigræ sunt facies eorum à fumo, qui in domo fit. Supra corpus eorum & supra caput eorum volant noctuæ & hirundines.* Item: *Sine pedibus in humeris portantur ostentantes ignobilitatem suam hominibus.* Mirum erit:

Πρῶτα θεὸν τίμα, μετέπειτα δὲ [22] σεῖο γονῆας.

Primum deum reverere, deinde vero tuos parentes.

[23] Πάντα

si idola juvare possunt, quūm nec preces auxilio indigentium possint audire, nec defectum eorum intelligere. Unde subditur in Bar. *Quum audierint mutum non posse loqui, offerunt illud ad Bel, postulantes ab eo loqui, quasi possint sentire, qui non habent motum.* Psal. 1. 5. *Os habent & non loquentur, &c.* Et Baruch. eodem cap. 3. *Quum supervenerit illis prælium & mala, cogitant sacerdotes, ubi se abscondant cum illis. Idem.*

22 Σεῖο γονῆας] Possumus etiam uti ad excitandum homines ut parentes honorent, verbis sacræ scripturæ quæ suadent hoc, & quæ indicant quantum hoc placeat Deo, & quam utile sit homini, & quantum oppositum displiceat Deo, & quantum noceat homini. Ad quæ pertinent verba ista quæ sequuntur Eccl. 4. *Fili, suscipe senectam patris tui, & non contristes illum in vita illius: & si defecerit sensu, veniam da, & ne spernas eum in tua virtute.* Ibidem sicut qui thesaurizat, ita qui honorificat matrem suam. Ibidem: *Qui honorat patrem suum, jucundabitur in filiis, & in die orationis suæ exaudietur.* Item ibidem: *Qui honorat patrem suum: vita vivet longior.* &c. Item: *Honora patrem tuum, ut superveniat tibi benedictio.* & post: *Benedictio patris firmat domos filiorum, maledictio autem matris eradicat fundamenta.* Unde ibi gl. Cham nuditatem patris irrisit, & semen suum in servitutem perpetuam damnavit. Absalom David de regno expulit, & concubinas ejus incestavit, sed morte condignas pœnas fuit. Elisæi calvitium pueri Bethel irriserunt; & duo ursi XL. ex eis laceraverunt. Primum habemus Genes. 9. secundum 2 Reg. 18. tertium 4 Reg. 2. Item Eccl. 3. *Eleemosyna patris non erit in oblivione. Nam pro peccato matris restituetur tibi bonum:* pro peccato vocatur illud quod datur pro deletione peccatorum, & subditur: *In die tribulationis commemorabitur tui: & sicut in sereno glacies, solventur peccata tua.* Item Ibidem: *Quam malæ famæ est qui relinquit patrem & est maledictus a Deo, qui exasperat matrem.* & Prov. 19. *Qui affligit patrem, & fugit matrem: ignominiosus erit & infelix.* Item Prov. 28. *Qui subtrahit aliquid a patre suo vel matre, & dicit hoc non esse peccatum, particeps homicidii est.* Eccl. 7. *Honora patrem tuum, & gemitus matris tuæ ne obliviscaris. Memento quoniam nisi per illos natus non fuisses, & retribue illis quomodo & illi tibi.* Exod. 21. *Si quis percusserit patrem vel matrem, morte moriatur.* Lev. 20. *Qui maledixerit patri vel matri, morte moriatur.* Deut. 28. *Maledictus qui non honorat patrem suum, aut matrem.* Tob. 4. *Honorem habebis matri tuæ omnibus diebus vitæ tuæ. Memor enim esse debes quæ & quanta passa sit pericula propter te in utero suo.* Prov. 29. *Qui maledixerit patri suo aut matri, extinguetur lumen ejus in medio tenebris:* id est, morietur in suis peccatis. Ad Colos. 3. *Filii, obedite parentibus per omnia.* Basilius: Parentes nostros ut propria viscera diligamus. *Idem.*

23 Πάντα

23 Πάντα δικαια νέμειν, μηδ' εἰς κρίσιν ἄδικον ἔλθης.

Omnibus justa tribue, nec in judicium injustum venias.

Mη

23 Πάντα δικαια &c.) Justitiam commendat natura, commendat & scriptura. Natura tripliciter. Primo, quia rectitudo quam dedit corpori humano monet ad rectitudinem justitiæ. Eccles. 7. *Hoc inveni quod fecerit Deus hominem rectum.* Barnard. super Cantic. *Rectus Dominus Deus noster, & non est inquietas in eo.* Rectus itaque Dominus hominem rectum fecit. Idem: Staturam dedit Deus homini rectam, forsitan ut ista corporea rectitudo exterioris vilioriſque figmenti, hominem illum interiorem qui ad imaginem Dei factus est spiritualis, suæ servandæ rectitudinis admoneret, decor limi deformitatem argueret animi. Quid enim indecentius quam curvum recto corpore gerere animum? Secundo, quia ea quæ sunt justitiæ pro magna parte naturaliter in corde hominis scripta sunt. Auguſt. in lib. Confes. Furtum certe punit lex tua Domine, & lex scripta in corde hominum, quam nec ipsa quidem delet iniquitas, quis enim fur æquo animo furem patitur? Tullius in 1. Rhetoric. Justitiæ initium est à natura profectum, deinde quædam in consuetudinem ex utilitatis ratione venerunt, postea res & à natura profectas, & à consuetudine probatas legum metus & religio sanxit. Naturæ ius est, quod non opinio genuit, sed quædam innata vis inseruit: ut religionem, pietatem, gratiam, vindicationem, observantiam, veritatem. Seneca in epistolis. Hæc societas diligenter & sanctè nobis observanda est, quæ nos omnes omnibus miscet, & judicat aliquod esse commune ius generis humani. Tertio, quia natura docet etiam bruta animalia multa eorum quæ ad justitiam pertinent, ut innocentiam, concordiam, pietatem ad animalia sui generis. Scriptura etiam multis modis justitiam nobis commendat. Primo, multum ad eam monendo. In Psalm. *Sacrificate sacrificium justitiæ.* Sapient. 1. *Diligite justitiam qui judicatis terram.* Eccles. 3. *Usque ad mortem certa pro justitia.* Ejusdem 3. *Ante obitum operare justitiam.* Idem 18. *Ante judicium para justitiam.* Ezech. 45. *Rapinas intermittite & judicium, & justitiam facite.* 1 Timoth. 6. *Homo Dei sectare justitiam.* Secundo ostendendo eos esse beatos qui justitiam esuriunt. Matth. 5. *Beati qui esuriunt & sitiunt justitiam.* Tertio, beatos ostendendo qui aliquid pro justitia patiuntur. Matth. 5. *Beati qui persecutionem patiuntur propter justitiam &c.* Et 1 Petr. 3. *Si quid patimini, propter justitiam, beati.* Item ad commendationem justitiæ hoc facit, quod hæc virtus multum Deo est grata, & homini multum necessaria. Primum in multis locis ostendit scriptura. In Psal. *Justus Dominus, & justitias dilexit.* Item: *Acceptabit sacrificium justitiæ.* Prov. 15. *Qui sequitur justitiam, diligetur à Domino.* Ejusdem 16. *Initium vitæ bonæ facere justitiam: accepta autem apud Deum magis quam immolare hostias.* Act. 10. *In omni gente quæ timet Deum & operatur justitiam, acceptus est illi.* E contrario injustitia multum displicet ei, unde Deut. 25. post illud: *Non habebis in sacco diversa pondera &c.* subditur: *Abominatur enim Dominus qui facit hæc, & adversatur omnem injustitiam.* Justitia expresse nominatur inter illa quatuor quibus utilius nihil est

Μὴ ῥίψῃς πενίαν ἀδίκως· [24] μὴ κρῖνε προσώπῳ.

Ne abjicias paupertatem, injuste nec judices ex perſona.

in vita hominibus. Sapient. 8. *Ipſa adeo neceſſaria eſt, ut nec etiam latrones omnino ea carere poſſint.* Tullius in lib. de Offic. Tanta eſt vis juſtitiæ, ut nec illi quidem quæ maleficio & ſcelere paſcuntur, ſine ulla juſtitiæ particula vivere poſſint. Juſtitia adeo utilis eſt, ut nihil utile reputetur, quo ipſa amittitur. Unde ſuper illud Pſal. *Rapinas nolite concupiſcere*, dicit Gloſſ. O lucra damnoſa, invenis pecuniam, perdis juſtitiam. Juſtitia adeo utilis eſt, ut cum ea utilia ſint quæ maxime noxia videntur: ut mors. Num. 23. *Moriatur anima mea morte juſtorum.* Juſtitia non ſolum eſt homini neceſſaria in vita, ſed etiam in morte: non ſolum in præſenti, ſed etiam in futuro. Juſtitia in præſenti vita à malo pœnæ cuſtodit. Daniel. 6. *Concluſit ora leonum, & non nocuerunt mihi: quia coram eo juſtitia inventa eſt in me.* Temporalia bona tribuit. Proverb. 13. *Juſtitia elevat gentem.* Eccleſ. 20. *Qui operatur juſtitiam, ipſe exaltabitur.* E contrario dicitur in Pſal. de quibuſdam; *Propter injuſtitias enim ſuas humiliati ſunt.* Et Eccleſ. 10. *Regnum à gente transfertur in gentem propter injuſtitias &c.* Item à malo culpæ defendit propter quod *lorica* dicitur, ad Epheſ. 6. *State*, inquit, *induti loricam juſtitiæ.* Item appetitum boni tranſitorii reſtringit, ideo vocatur zona. Eccl. 45. *Circumcinxit Aaron zona juſtitiæ.* Et Eſa. 11. *Et erit juſtitia cingulum lumborum ejus.* Item juſtitia homini pacem dat, & ſic Deo in homine locum præparat. *In pace enim factus eſt locus ejus.* In Pſalm. *Juſtitia & pax oſculatæ ſunt.* Eſa. 32. *Erit opus juſtitiæ pax.* In Pſalm. *Juſtitia ante eum ambulabit.* Item; *Juſtitia & judicium præparatio ſedis tuæ.* Juſtitia neceſſaria eſt in morte: quia *virum injuſtum mala capient in interitu*, ut dicitur in Pſalm. E contrario vero ſperat juſtus in morte ſua. Prov. 14. Juſtitia in futuro neceſſaria eſt, & maxime in illo diſtricto judicio in quo juſtitia Dei judicabit, quæ juſtitiam condemnare non poterit. Gen. 30. *Reſpondebit mihi cras juſtitia mea.* Prov. 10. *Nihil proderunt theſauri impietatis; juſtitia vero liberabit à morte.* Difficile erit homini habenti juſtitiam, imo intolerabili, apparere tunc coram Dei juſtitia. Pſal. *Ego in juſtitia apparebo in conſpectu tuo.* Idem: Non permanebunt injuſti ante oculos tuos. Item: *Injuſti punientur.* Item: *Injuſti autem diſperibunt.* Ad commendationem juſtitiæ etiam valere poteſt præeminentia quam ipſa habet reſpectu aliarum cardinalium virtutum. In ipſa ut ait Tullius, maximus eſt ſplendor honeſtatis. Et Plato dicit de ea, quod ſi ipſa conſpiceretur, miros ſpectantibus ſapientiæ excitaret amores. Juſtitia finis videtur eſſe aliarum cardinalium virtutum. Unde propinquior videtur eſſe mercedi ſaluti & coronæ quæ ſpecialiter & in ſcriptura ſacra attribuuntur. In Pſ. *Retribuet mihi Dominus ſecundum juſtitiam meam.* Item: *Tu benedices juſto.* Prov. 10. *Benedictio Domini ſuper caput juſti.* Ejuſdem 11. *Seminanti juſtitiam merces fidelis.* Item. 12. *In ſemita juſtitiæ vita.* Sap. 1. Juſtitia perpetua eſt & immortalis: injuſtitia autem mortis acquiſitio. Eccleſ. 30. *Salus animæ in ſanctitate juſtitiæ.* 2. ad Timoth. 4. *Repoſita eſt mihi corona juſtitiæ.* Idem.

24 Μὴ κρῖνε προσώπῳ] Τὸ δ', ὦ φίλε, μήτ' ἰμὶ, Μόγεσσιν, Ἐν ξείνοις κρίνης, μήτ' ἐς τὸ γα τῶν ἀδίκων. Theocr. Idyll. 5. Nai Μόγεσσιν

Ην σὺ κακῶς δικάσῃς, μετέπειτά σε θεὸς δικάσει.
25 Μαρτυρίῳ ψευδῆ φεύγε τὰ δίκαια δ' ἀγόρευε.

Si tu male judicaveris, postea deus te judicabit.
Testimonium falsum fuge, & justa profer.

Παρ-

Μέσον μήτε κεκμήκῃς τὸ πλέον ἰθυνῶν, μήτ' ἐς τὸ γε τοῦ δὶ χαρίζῃ. Id. ibid. Ἐς μέσον ἀμφοτέροιιν (sc. δικασταὶ) μεταλαβόντα τὸ πρᾶγμα ἐ τὸν δίκαιον. *Hesych.* Ἐς μέσον δικάζειν, est ex æquo judicare inter duos litigantes, in neutram partem inclinando. Judex enim, ut justitia, quasi in medio sedet inter duo extrema. Ζητῶν δικαίῳ μέσον, ᾧ κρεῖττον ἴσοι μεσότητι, ὡς ἐπὶ τὸ μέσον τυγχάνει, ᾧ δικαίη τοξεύομεν· μέσον ἄρα τὸ δίκαιον, ἐναντίῳ καὶ ὁ δικαστής. *Aristot.* Eth. l. 5. c 4. *Quid est, Deus in medio est? Hoc significat, quod æquus est omnibus Deus, & personas non accipit. Quo modo ergo illud quod in medio est, paria habet spatia ad omnes fines, ita Deus medius esse dicitur, æqualiter omnibus consulens.* Augustin. in Psalm. 46. *du Pertus.*

35 Μαρτυρίῳ ψευδῆ &c.] Ad detestationem vero falsi testimonii aliqua addere possumus, licet ea quæ prius dicta sunt ad detestationem mendacii, ad idem possint referri. Notandum ergo quod contra peccatum falsi testimonii. Primo possunt valere verba sacræ scripturæ quæ istud dissuadent: ut est illud Exod. 22. *Non loqueris contra proximum tuum falsum testimonium.* Et ejusdem. 2. *Non junges manum tuam, ut pro impio dicas falsum testimonium.* Secundo possunt valere ad idem comminationes, quas sacra scriptura facit falsis testibus: ut est illud Proverb. 19. *Testis falsus non erit impunitus, & qui loquitur mendacia, peribit.* & Prov. 21. Testis mendax peribit. Tertium est hoc quod peccatum multum nocivum est. Nocet enim Deo: nocet judici, nocet ei contra quem testimonium fertur. Unde Aug. Falsus testis tribus personis est obnoxius. Primum Deo, cujus præsentiam contemnit. Deinde judici quem mentiendo fallit. Postremo innocenti, quem falso testimonio lædit. unde falsus testis licet sepennem pœnitentiam egerit de falso testimonio, nondum tamen liberatus est, donec ipsi satis fecerit pro posse suo, qui rem suam pro falso testimonio amisit. *Testis iniquus deridet judicium*: ut legitur Prov. 19. & ideo in extremo judicio merito deridebitur: quia, *per quæ peccat homo, per hæc & torquetur.* Sap. 11. Quartum est hoc, quod ipse vendit Dominum. unde super illud Matth. 26. *Tunc abiit Judas*, &c. dicit glossa. Multi hodie sunt qui factum Judæ execrantur, & idem faciunt: nam cum pro munere falsum testimonium dicunt, quia veritatem negant, Deum, qui veritas est, vendunt. Et notandum quod qui vult à peccato mendacii cavere, oportet quod peccatum cupiditatis à se repellat: ex peccato enim cupiditatis mendacia procedunt, ut patet in mercatoribus. Unde Cain qui inter homines primus legitur mendacium dixisse Gen. 4. *Nescio Domine numquid custos fratris mei sum?* &c. interpretatur possessio. Cupiditas etiam causa fuit quod Ananias & Sapphira Petro mentiti sunt. Timorem etiam humanum

Παρθενίην τηρεῖν· [26] ἀγάπην δ' ἐν πᾶσι φυλάσσειν.

Virginitatem custodi, dilectionemque erga omnes observa.

Μέτρα

manum oportet removere, qui vult cavere à mendacio. Hac de causa Petrus Dominum negavit. *Peraldus.*

26 Ἀγάπην δ' ἐν πᾶσι φυλάσσειν] Ad commendationem Charitatis primo valere potest hoc, quod Spiritus sanctus in Scriptura sacra toties monet ad ea, quæ charitatis sunt. 1 Cor. 14. *Sectamini charitatem.* Et ejusdem 16. *Omnia opera vestra in charitate fiant.* Eph. 3. *In charitate radicati & fundati.* Ejusd. 4. *In charitate crescamus.* Item 5. *Ambulate in dilectione.* Philip. 1. Oro, *ut charitas vestra magis abundet.* Coloss. 3. *Super omnia charitatem habentes.* 1 Pet. 4. *Ante omnia mutuam in vobismetipsis continuam charitatem habentes.* Secundo commendabilis est comparatione exterarum virtutum. Ad quod pertinet illud 1 Corinthiorum 13. *Major autem est charitas.* August. Respice ad munera Ecclesiæ, & universis excellentius charitatis munus cognosces. Ideo oleo charitas comparatur, quod supereminet aliis liquoribus: sic charitas superexcellit aliis virtutibus. Propter eandem causam charitas aurum dicitur, quod inter metalla pretiosius est. Apocalyp. 3. *Suadeo tibi emere à me aurum ignitum & probatum, ut locuples fias.* Huic auro comparando intendere debent in nundinis hujus mundi hi, quibus dictum est Luc. 19. *Negotiamini, dum venio.* Nec solum aurum est charitas; sed etiam aurea reddit ea, quæ contingit. Et hæc est una virtus charitatis, quod plumbea efficit aurea. Opera enim de genere bonorum sine charitate facta quasi plumbea sunt, parvi scilicet, vel nullius valoris: facta vero ex charitate quasi aurea sunt, quia pretiosa valde. 3 Reg. 6. *Nihil erat in templo, quod non auro tegeretur.* Opera ex charitate facta sunt quasi vestis deaurata, qua Ecclesia ornatur. In Psalm: *Adstitit regina à dextris tuis in vestitu deaurato.* Propter eandem excellentiam dicitur etiam charitas ignis. Luc. 12. *Ignem veni mittere in terram.* Ideo Spiritus sanctus super Apostolos in linguis igneis descendit, ut in cordibus hominum ignem istum succenderent: unde Bernardus: Venit super discipulos Spiritus sanctus in linguis igneis, ut linguis omnium gentium verba ignea loquerentur, & legem igneam linguæ igneæ prædicarent. Thren. *De excelso misit ignem in ossibus meis, & erudivit me.* Ignis inter elementa virtuosior est cæteris virtutibus. Hier. Qui perfecte amatur, totam sibi undique amantis vendicat voluntatem, nihilque est imperiosius charitate, 2 Corinthiorum 5. *Charitas Christi urget nos.* Ignis ferrum quasi ignem efficit: sic charitas eos, in quibus est, ut ignem efficit. Eccl. 48. *Surrexit Elias propheta sicut ignis & verbum ejus quasi facula ardebat.* Nescit ignis esse otiosus: sic secundum verbum Greg. amor Dei nunquam est otiosus, operatur enim magna, si est, si autem operari renuit, amor non est. Ignis charitatis est illuminans & splendens, & ad splendorem æternum perducens. Greg. in Moral. Non clarescit anima in fulgore æternæ pulchritudinis, nisi (ut ita dixerim) hic prius arserit in officina charitatis. Hic est ignis ille, quo spiritus angelici ardent. Ignis iste in cinerem humilitatis redigerit. In hunc cinerem redegerat illum, qui dicebat

Gen.

Genes. 18. *Loquor ad Dominum meum, cum sim pulvis & cinis.* Carbo ignitus cum mortuis carbonib. positus aut extinguitur, aut eos vivificat. Sic viri sancti igne charitatis succensi morti se exposuerunt, ut mortuos in peccatis vivificarent. Ignis tendit sursum; sic illi, qui vehementer accensi sunt igne charitatis, cupiunt dissolvi & esse cum Christo. Phil. 1. & mortem habent in desiderio, & vitam in patientia. Charitas est ignis, quo Apostoli suaviter arserunt, ut ait Greg. ipsa est speciale donum Dei, qui & ignis dicitur Deuteronom. 4. Hebr. 13. *Deus noster ignis consumens est.* Greg. in Homil. Deus ignis consumens dicitur, qui flammis suis amoris incendit mentes, quas impleverit, & à vitiorum sordibus mundas reddit, & peccatorum rubiginem consumit. Bern. super Cant. Ignis, qui Deus est, consumit quidem, sed non affligit, ardet suaviter, desolatur feliciter. Est enim vere carbo desolatorius sed qui sic in vitia exerceat vim ignis, ut in anima exhibeat vicem unctionis. Greg. in Homil. loquens de illo verbo Luc. 7. *Dimissa sunt ei peccata multa, quoniam dilexit multum.* Quid esse dilectionem credimus, nisi ignem? & quid culpam, nisi rubiginem? Tanto amplius rubigo peccati consumitur, quanto peccatoris cor majori charitatis igne conrematur. Charitas etiam est mater omnium virtutum, ut ait glossa Ambrosii super illud Rom. 14. *Unusquisque in suo sensu abundet.* Mater inquam educatione, imo ipsa ad omnes se habet ut mater. Bernh. Bona mater charitas, quæ sive foveat infirmos, sive exerceat provectos, sive arguat inquietos, diversis diversa exhibeat sicut filios diligit universos. Cum te arguit, mitis est: cum blanditur, simplex est. Pie solet sævire, sine dolo mulcere, patienter novit irasci, humiliter indignari. Ipsa est, quæ hominum mater & angelorum, non solum, quæ in terris, sed etiam, quæ in cœlis sunt, pacificavit. Ipsa est, quæ Deum homini placans, hominem Deo reconciliavit. Charitas patiens est, benigna est, licet læsa, licet offensa si conversus fueris ad illam, obviabit tibi quasi mater honorificata. Item charitas enumeratur prima inter fructus Spiritus sancti Galat. 5. *Fructus* (inquit) *spiritus charitas, &c.* Ibi dicit Gloss. Aug. Caput virtutum præmii, vocans charitatem caput virtutum. Ibi etiam dicit gloss. Hier. Quæ alia inter fructus spiritus debuit tenere primatum, nisi charitas, sine qua cæteræ virtutes non reputabuntur esse virtutes; Vere primus fructus charitas: antequam enim ipse adsit, nullus fructus est Deo gratus. Oseè 9. *Radix exsiccata est, fructum nequaquam faciet.* Radix exsiccata est cupiditas, quam Apostolus dicit radicem malorum omnium. 1 Tim. 6. Ubi vero charitas est, ibi multus fructus. Joan. 15. *Qui manet in me, & ego in eo, hic fert fructum multum. Qui manet in charitate, in Deo manet.* 1 Joan. 4. Item charitas est primum bonum animæ. Primum enim bonum animæ est, Deo adhærere: Deo autem adhærere non valemus, nisi dilectione, ut ait Aug. in libr. de moribus ecclesiæ, & in libr. Confes. Mihi autem adhærere Deo bonum est: quia si non manebo in illo, nec in me potero. Ubi charitas non est, potest esse species boni sed non verum bonum. August. Dantur & alia per Spiritum sanctum munera, sed sine charitate nihil prosunt. Sen. Apud sapientes sunt honesta, apud vulgus simulacra rerum honestarum. Ubi charitas adest, nihil est malum. Eccl. 8. *Qui custodit mandatum, non experietur quicquam mali.* Quod de mandato dilectionis specialiter verum est. Aug. Ubi charitas, quid est, quod possit obesse? Ubi non est, quid est, quod possit prodesse? Item charitas est gratia gratarum. Aliæ virtutes sine ea gratæ non sunt, & quia gratis non operantur: Justitia enim reddit debitum; amor reddunt incommodum, quod immanet; spes emit commodum, quod obtinere inten-

intendit. Et quia non sufficiunt animam Deo reddere gratam, vel etiam sua propria opera absque charitate Deo grata facere non possunt. Charitas vero gratis operatur. Bern. super Cant. Purus amor mercenarius non est, purus amor de spe vires non sumit, & tamen differentiæ damna non sentit. Charitas etiam animam Deo reddit gratam, & sua propria opera, & cæteras virtutes & opera etiam eorum, si à charitate fuerint imperata. Ipsa n. imperatrix est inter virtutes, & quæ imperantur ab ipsa, Deo grata sunt, & à se reputat imperata. Item charitas locus luminis est. 1 Joan. 2. *Qui diligit fratrem suum, in lumine manet.* Amor mundi excæcat, sed amor Dei illuminat. Extra charitatem tenebræ sunt. Unde ibidem dicitur: Qui odit fratrem suum, in tenebris est: ubi autem tenebræ sunt, ibi non est verum gaudium. Tob. 5. *Quale gaudium mihi erit, qui in tenebris sedeo?* Item charitas est locus securitatis & gaudii, Bernard. Deus charitas est: quid pretiosius? Et qui manet in charitate, in Deo manet: quid securius? Et Deus in eo: quid jucundius? Aug. Deus charitas est, brevis laus, & magna laus. Brevis in sermone, & magna intellectu. Si numeras, unum est: si appendas, quantum est, Deus dilectio est. Item dulcius dilectione nihil est. Aug. Dilectio dulce verbum, sed dulcius: cum amor sit causa omnis jucunditatis: sine amore enim nihil jucundum. Charitas, quæ est amor summi boni, magnam habet jucunditatem. Unde inter fructus spiritus statim post charitatem enumeratur gaudium. Quomodo sine gaudio potest esse, quod Deus ametur debito modo, cum ipse præsens sit, ubi sic amatur. Præsentia enim boni amati jucunda est. August. in epistola ad Macedonium: Tanto nobis melius est quanto magis in illum imus, quo nihil melius. Imus autem non ambulando, sed amando: quem tanto habemus præsentiorem, quanto eundem amatorem, quo in eum tendimus, potiorem habere possumus. Idem super epistola Joan. Homil. 10. Quid tibi jubet Deus? dilige me: amaturus es honorem & forte non perventurus. Quis me amavit, & non ad me pervenit? quisquis me quærit, cum ipso sum; non ad me ambitur per aliquam viam. Ipse amor tibi præsentem me facit. Greg. in Moralibus; Qui mente integra Deum desiderat, profecto jam habet, quem amat: neque enim quisquam posset Deum diligere, si hunc, quem diligit, non haberet. Charitas locus est veræ quietis. Aug. Non potest anima nisi in eo, quod diligit, requiescere. Æterna autem requies non datur ei, nisi in dilectione Dei, qui solus æternus est: & ipsa est perfecta sanctificatio, & sabbatum sabbathorum. Charitas etiam vita est. 1 Joan. 3. *Nos scimus, quoniam translati sumus de morte ad vitam, quoniam diligimus fratres.* Sine charitate nihil vivit vita gratiæ, sed omnia sunt mortua, omnia aridа 1 Joan. 3. *Qui non diligit, manet in morte.* Et super 1. ad Cor. 3. dicit glos. Sicut corpus sine anima mortuum est: sic anima sine charitate mortua deputabitur. Charitas est calor vitalis quo extincto nihil spiritalis vitæ relinquitur. Prosper de vita contemplativa dicit, quod charitas est vita virtutum. Ipsa etiam est mors vitiorum. Sicut enim fluit cera à facie ignis, sic pereunt vitia à facie charitatis. Cant. ult. *Fortis est, ut mors dilectio.* Qui videtur esse magni valoris in seculo, charitatem non habet quasi leo mortuus, aut nullius valoris est. Eccl. 9. *Melior est canis vivus leone mortuo.* 1 Cor. 13. *Si habuero prophetiam, &c. charitatem autem non habuero nihil sum.* Nihil, inquam, valore. Charitas etiam est vita operum. Gregor. Nihil habet viriditatis ramus boni operis, nisi maneat in radice charitatis. Item charitatem habens ditissimus est. August. Attende quanta est charitas: quæ si desit, frustra habentur cætera: si autem adsit: habentur omnia vel in se, vel in aliis. Idem in quodam sermone de

chari-

Μέτρα νέμειν τὰ δίκαια· καλὸν δ' ἐπὶ μέτρον ἅπασι.

Menſuras dato juſtas: bonus vero eſt modus in omnibus,

Στα-

charitate? Charitas eſt dulce & ſalubre vinculum mentium, ſine qua dives pauper eſt, & cum, qua pauper dives eſt. Quatuor de cauſis dives eſt, qui habet charitatem: Primo, quia ipſa charitas theſaurus eſt cariſſimus, ut non ſolum cara, ſed ipſa charitas expreſſius poſſit dici: Sicut de filio Dei dicitur Hebræorum 1. quod ſit ſplendor gloriæ. Et Sap. 7. *Candor lucis æternæ.* Hic eſt theſaurus abſconditus in agro cordis pro quo emendo univerſa eſſent vendenda, Matth. 13. Hunc theſaurum non poteſt auferre ianitor mundi, mors ſcilicet, quum alios auferat. Sine hoc theſauro non alii theſauri. De comparatione hujus theſauri nullus pœnitebit, quum valorem ejus perfecte agnoſcet. Canticor. ultimo: *Si dederit homo omnem ſubſtantiam domus ſuæ pro dilectione: quaſi nihil deſpiciet eam.* Quanto quis carius emit theſaurum iſtum, tanto amplius lucratur. Hoc thesauro theſaurus Dei acquiritur. Secundo, quia qui habet charitatem, habet Deum: ideo dives eſt. 1 Joannis 4. *Si diligamus invicem, Deus in nobis manet.* Auguſtinus: Aurum habens in arca dives eſt: Deum habens in conſcientia dives eſt? conjunge aurum & Deum, aream & conſcientiam. Tertio, quia opera ex charitate facta ſunt quaſi aurea, cum ſint valde pretioſa, regni ſcilicet æterni meritoria. Ideo bene monet Apoſtolus, ut omnia opera noſtra in charitate fiant, 1 Cor. 16. Quarto quia charitas aliena bona ſua facit. Aug. Vis mercedem habere de alieno? gaude inde, & mercedem tibi inde comparaſti. Auguſt. Penſent invidi, quantum bonum eſt charitas, quæ ſine labore noſtro aliena bona noſtra facit. Anima habens charitatem eſt ſicut nobilis avis, quæ pede amoris prædam capit. Pes animæ amor eſt, ut Aug. ait, qui ſi rectus eſt, dicitur charitas, ſi curvus, dicitur cupiditas. Qui ſine charitate ſperat ſe ad regnum cœlorum pervenire, ſimilis eſt illi, qui abſque pede vult incedere. Hic eſt pes ille, de quo Joſue 1. *Omnem locum, quem calcaverit veſtigium pedis veſtri, tradam vobis.* Charitas particeps eſt omnium timentium Deum, cuſtodientium mandata ejus. Charitas eſt communicatio Spiritus ſancti: de qua 2 Corinthiorum ultimo: quia illi, qui habent Spiritum S. omnia habent communia. Ipſa eſt ſocietas illa, de qua loquitur 1 Joan. 1. *Quod vidimus & audivimus, annuntiamus vobis: ut & vos ſocietatem habeatis nobiſcum.* Qui charitatem non habet, quantum ad Deum excommunicatus eſt. 1 Corith. vult. *Si quis non amat Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum, ſit anathema.* Gloſſ. id eſt, ſeparatus à Deo, vel condemnatus. Vita Sanctorum negotiatio eſt. Matth. 13. *Simile eſt regnum cœlorum homini negotiatori, &c.* Quicunque charitatem habet, particeps eſt in omni lucro, quod fit in Eccleſia. Unde charitati poteſt dici illud Proverbiorum ult. *Multæ filiæ congregaverunt divitias: tu ſupergreſſa es univerſas.* Antiquum proverbium Socratis fuit: Amicorum omnia eſſe communia. Unde cum quidam pauper diceretur coram eo amicus cujuſdam divitis, ait: Cur ergo iſte pauper, ille dives eſt? Amicus n. non eſt, qui particeps fortunæ non eſt. Cor, in quo charitas eſt, eſt quaſi thor-

Σταθμὸν μὴ κρύειν ἑτερόζυγον, ἀλλ' ἴσον ἕλκειν.
17 Μὴ δ' ἐπιορκήσῃς, μητ' ἀγνῶς, μήτε ἑκουσί,

Trutinam ne pellas in alteram partem, sed æqualem trahas.
Ne pejeraveris, neque ignoranter, neque sponte.

Ψάλ-

tus, in quo omnes justi & boni quasi arbores cœlestes per amorem infixæ sunt, unde ei fructificant. Quid ergo mirum, si multum habent fructum? Charitas bonum proprium est bonorum, quum cæteræ virtutes communes sint bonis & malis Augustr. Charitas est fons proprius & singularis bonorum. *Idem.*

27 Μὴ δ' ἐπιορκήσῃς] Ille qui scienter pejerat, in primo perjurio suo manum illam diabolo dat, qua ipse tangit Euangelium, vel qua tangit manum illius cui jurat: & donec ipse pœniteat de perjurio illo, manus illa diaboli est, & quandocunque se manu ista signat, hoc facit manu diabolica, & cibus, quem manu illa signat, manu diaboli signatur. Secundum est hoc, quia cum alia peccata fugiant, & quasi timeant res sacras, peccatum perjurii non timet eas, sed illis appropinquat. Si quis vult fornicari, si est intra Ecclesiam, ipse exit inde: si est in cœmiterio, ipse exit inde: si propinquus est cœmiterio vel Ecclesiæ, elongat se ab eis. Ille vero qui vult pejerare, intrat Ecclesiam, si ipse erat extra, intrat ad altare & committit peccatum perjurii, quandoque super Evangelium, quandoque super ipsum corpus Christi, quod horrendum est dictu. Mirum est quomodo ipsa terra eum non absorbet, vel quomodo angeli qui assistunt circa corpus Christi eum non perimunt. Ipse etiam diabolus timet res sacras, & quasi reveretur, quod non facit ille qui pejerat. Tertium est hoc, quod ille qui pejerat, fur & sacrilegus esse videtur. Contrectat enim rem alienam invito Domino, & rem sacram, quia nomen Domini sanctum assumit contra prohibitionem illam Exod. 20. *Non assumes nomen Dei tui in vanum.* Quartum est hoc, quod ipse falsarius est. Si quis sigillo alicujus domini sibi commisso ad confirmandam aliquam veritatem, uteretur ad aliud confirmandum, ipse falsarius judicaretur. Sic quum Deus permiserit hominibus ut assumant nomen suum ad confirmationem veritatis: si utantur nomine ipsius ad confirmationem falsitatis, ipsi falsarii sunt, & quoad Deum excommunicati excommunicatione illa quæ dicitur 1 ad Corinth. 16. *Si quis non amat Dominum Jesum Christum, anathema sit.* Quintum est hoc, quod ille qui scienter pejerat, ipse præter mortem aliorum peccatum vult Deum involvere in peccato suo. Cum enim jurare, secundum Augustinum, sit Deum in testem adducere, cum ipse jurat falsum, ipse vult adducere Deum ad testificandum falsum. Talis inquantum in se est, vult majus malum facere Christo, ut videtur, quam ejus crucifixores. Ipsi enim intulerunt Christo tantum malum pœnæ. Ipse vero vult eum involvere in malum culpæ, quod deterius est. Ipse vult facere reputari Deum deceptorem, dum in nomine ejus quasi per manum ejus, vult homines seducere, quod genus peccati non legimus commissum fuisse etiam à diabolo, licet diabolus mendax sit, & pa-

ter

Ψεύσδορκον συγᾷ θεὸς, ὅς πιερ ἄντις ὀμόσῃ.
Ἐξ ἀδίκων ἔργων δῶρον χερὶ μήποτε δέξῃ.
Σπέρματα μὴ κλέπτειν· ἐπιορκόσιμος ὅστις ἕληται,

Perjurum odit Deus, quisquis ille qui juraverit.
Ex injustis operibus donum manu ne unquam suscipias.
Semina ne surripito, execrabilis quisquis abstulerit,

Eis

ter ejus, & per mendacium homines seducat? non tamen legimus quod ipse juramentum mendacio addat, ut melius possit seducere, sicut faciunt illi qui pejerant. Sextum est hoc, quod cum in nomine Jesu flectatur omne genu cælestium, terrestrium, & infernorum, ut legitur ad Philipp. 2. Ille qui pejerat, quum in nomine Christi contumeliam Deo faciat, deterior videtur esse illis qui in inferno sunt, qui in nomine ejus genu flectere dicuntur. Septimum est hoc quod cum homo per hæc torqueatur per quæ peccat, & talis in nomine Domini peccet, ipse in nomine Domini merito punietur: ut cum illud invocaverit, non exaudiatur, & cum ad illud fugerit, non protegatur, quum aliis hominibus nomen Domini refugium sit juxta illud Prov. 18. *Turris fortissima, nomen Domini, ad ipsam currit justus & salvabitur.* Octavum est hoc, quod perjurium enumeratur inter ea quæ Dominus odit. Zachariæ. 8. ubi sic legitur: *Unusquisque malum contra amicum suum ne cogitetis in cordibus vestris, & juramentum mendax ne diligatis: omnia enim hæc sunt quæ odi, dicit Dominus.* Nonum est maledictio, quæ est super perjuros, & in præsenti, & in futuro. unde Zach. 5. *Vidi hominem &c.* Et subditur: *Et dixit ad me Dominus: Hæc est maledictio quæ egreditur super faciem omnis terræ: quia omnis fur sicut ibi scriptum est, judicabitur. Et omnis jurans ex hoc similiter judicabitur. Educam illud, dicit Dominus exercituum, & veniet ad domum furis, & ad domum jurantis in nomine meo mendaciter, & commorabitur in medio domus ejus, & consumet eum, & ligna ejus & lapides.* Decimum est hoc, quod peccatum istud replet hominem iniquitate. unde Ecclesiastic. 23. *Vir multum juratus replebitur iniquitate, & non discedet à domo illius plaga:* in fine hujus verbi tangitur pœna perjurorum in præsenti. Undecimum est hoc, quod perjurus perdit Deum, dum jurat. Perdit etiam justitiam sive fidem suam. Repellitur enim post perjurium à testimonio: claudit etiam sibi ingressum regni cælestis. unde in Psalm. *Qui ascendet in montem Domini, aut quis stabit in loco sancto ejus?* Et subditur: *Qui non juravit in dolo proximo suo.* Ibi per contrarium innuitur, quod ille qui jurat in dolo proximo suo, non intret. Duodecimum est hoc, quod Sacra scriptura propter magnum periculum, perjurium à eo dissuadet juramentum: quod quibusdam visum est quod juramentum prohibeat. unde Matt. 5. *Ego autem dico vobis non jurare, neque per cælum, neque per terram, &c.* Idem.

Εἰς ἥρεας γενεῶν σκορπισμὸν βίοιο.
[28] Μήτ' ἀρσενοκοιτεῖν, [29] μὴ συκοφαντεῖν, μήτε φονεύειν.

In secula seculorum dissipatio erit vitæ.
Ne cum masculo cubes, nec sycophantam agas, nec occidas.

Μισθὸν

28 Μήτ' ἀρσενοκοιτεῖν] Malo homines ignorare quid mali hoc verbo significetur: si tamen quispiam scire velit quidnam hoc præcepto prohibeatur, legat D. Paulum ad Rom. cap. 1. v. 27. & Doctiss. D. Housdorffium Theat. Histor. p. m. 564. &c. *Gallæus.*

29 Συκοφαντεῖν] Græce Συκοφάνται, dicti sunt Athenis, qui ficus aliis surripientes indicarent, teste Festo, vel qui ficus ex urbe exportantes proderent, ut habet Plut. *de Curios. à ficuum delatione.* Lex enim erat in ea Civitate, *Ficus Atheniis alio ne importanto*, cujus sæpe meminerunt Græci in suis Commentariis: interque eos Interpretes imprimis Comici ad *Plautum* & alibi, Ister quoque *in Atticis* &c. Sam. Petitus *Comment. in L. L. Atticas lib.* 5. *tit.* 5. Qui igitur contra legem deliquentes ob parvulum lucrum persequebantur, *Sycophantæ* sunt dicti. Vox dein translata ad denotandos Auscultatores seu Delatores quoscunque, invisissimum hominum genus, qui in Principum imprimis Aulis locum inveniunt, uti supra vidimus, de variis gentibus, Romanis præcipue, in voce *Auscultatores*. Apud hos enim rabies ista, cum jam ante sensim grassari incepisset, caput tandem sub Tiberio imprimis extulit, teste Suetonio *in Tiberio c.* 61. ubi ab Imp. *decreta accusatoribus præcipua præmia, nonnunquam & testibus, neminique delatorum fidem abrogatam*, tefert: liberrime indignante Seneca *de Benef. l.* 3. *c.* 26. Vitellium dein in Mathematicis imprimis deferendis, aurem illis præbuit, Sueton. *in eo* 24. summo vero studio eos affectavit Domitianus, *dum bona vivorum & mortuorum usquequaque quolibet & accusatore & crimine corripiebantur*: de cujus temporis injuria & nimia apud sceleratum Principem horum hominum libertate, graviter conqueritur Plinius *in Panegyr. Trajani.* De eodem Juvenalis *Sat.* 1.

— *Et post hunc magni delator amici,*
Et cito rapturus de nobilitate comesa
Quod superest, &c.

Et hæc quidem Tyrannide jam confirmata: Initio vero Principatus *fiscales calumnias magna calumniantium pœna repressit, ferebaturque vox ejus, princeps, qui delatores non castigat, irritat*, Sueton. cap. 6. Unde Martialis. *lib. Spectac. Epigr.* 4.

Turba gravis paci, placidæque inimica quietis,
Quæ semper miseras sollicitabat opes:
Traducta est Gyaris.

Contra Titus ejusdem frater, *flagellatos per arenam egit*, Sueton. *in eo cap.* 8. Eosdem Pertinax urbe expulit: Gordianus partim patibulis suffixit; partim exilio multavit. Antoninus Pius, *si non probarent objecta crimina; capite multabat; si probarent, oblato præmio infames dimittebat*, Jul. Capitol. id est, ex lege Rhemnia

Μισθὸν μοχθήσαντι δίδου· μὴ θλίβε πένητα.
Γλώσσης νοῦν ἐχέμυθον· κρυπτὸν λόγον ἐν φρεσὶν ἴσχειν.
Ὀρφανικοῖς, χήραις, ἀπαιδεύτοις δὲ φάσχε.
Μήτ' ἀδικεῖν ἐθέλης· μητ' ἂν ἀδικουῦτα ἐάσῃς.
30 Πτωχοῖς αὖθις δίδου, μήτ' αὔριον ἐλθέμεν εἴπῃς.

Mercedem laboranti da: nec afflige pauperem.
Linguæ mentem cohibe, arcanum sermonem in pectore contine.
Pupillis, viduis, indigentibusque largire.
Ne injurius esse velis, nec injuste quemquam agere sinas.
Pauperibus statim da, neque cras reverti jube.

Ἰσχῶσι

mnia K. notam frontibus eorum candenti ferro imprimebat. Trajanus è medio sustulit, &c. Honorii inprimis tempora laudata, de quo Claudianus *l.* 2. *de laudibus Stiliconis*,

Denique non dives sub te pro rure paterno,
Vel laribus pallet, non Insidiator oberrat
Facturus quemcunque reum.

V. Thomam Dempsterum *in Rosini Antiquitat. Rom. Paralipom. ad lib.* 9. *Hofmannus.*

30 Πτωχοῖς αὖθις δίδου] Sanctus Chrysostomus tom. 5. hom. de Misericordia, & duabus viduis. Tria sunt, quæ in misericordiæ opere optanda sunt Christiano, ut possit facere, ut velit, ut compleat; ut possit, id est, ut substantia faciendi non desit; ut velit, hoc est, voluntas adsit, qua faciat, cum substantia non deest, qua fiat; tertium est, ut compleat, id est quæ possit, & velit sine dilatione perficiat. Nam sunt, qui possunt facere, sed nolunt; sunt, qui volunt, sed non possunt, sunt, qui & volunt, & possunt, sed differendo non faciunt. Cæterum qui potest facere, oret, ut velit, & qui vult facere, ortet, ut possit; & qui in utroque paratus est, det operam, ut misericordiam instanter efficiat, ne quod vult, & potest, differendo non compleat. Ita sanctus Chrysostomus. Prov. 3. *Ne dicas amico tuo, vade & revertere, cras dabo tibi, cum statim possis dare.* Amicum hic vocat pauperem, quia tempore majoris necessitatis, mortis &. Divini judicii pauperes sunt qui nobis magis favent, secundum illud Christi Domini, *ut recipiant vos in æterna tabernacula*, huic amico consulit Dominus cito

Ἰσρῶσι σαρῶν χειρὶ χρήζουσι σῶμα.
31 Ὃς δ' ἐλεημοσύνῃσι παρέγει, θεῷ οἶδε δανείζειν.

Copiam ſpicarum manui egenti præbe.
Quicunque eleemoſynam dat, Deo novit fœnerare.

Ρύεται

dare, qui enim cito dat, bis dat, juxta commune proverbium. Et Sen. lib. . de beneficiis. Beneficium, ait, moroſe datum ſimile eſt pani lapidoſo quem eſurienti accipere neceſſe eſt eſſe acerbum. Ita ille. Quare Apoſtolus 2 Cor. 9. *Hilarem datorem diligit Deus*, hilarem dicit non ſolum quia libenter, ſed quia prompte dat, unum enim provenit ex alio. *Labat.*

31 Ὃς δ' ἐλεημοσύνῃ] Seneca lib 6. de benef. inter ſublimia Dei hoc enumerat, quod omnibus det, & à nullo quicquam accipiat. Qui, inquit, omnibus daturus eſt, & nunquam accepturus. Hoc ille. Nec mirum: non enim audierat illud Chriſti Domini: *Quod uni ex minimis meis feciſtis, mihi feciſtis.* Quod in ſancto Martino videre licet: præſtitit enim ille pauperi dimidium pallii, & nocte ſequenti viſus eſt Chriſtus Dominus dimidiato illo pallio indutus, dicens: *Martinus adhuc Catechumenus hac me veſte contexit.* Quid igitur de eleemoſyna glorioſius dici poteſt? *Beatius eſt dare quam accipere*, uti Chriſtus Dominus dicebat, atteſtante Paulo. Quod ſi cuivis dare beatum, dare Deo ipſi, quid beatius? Si Deo eſt beatum dare nobis, quæ major beatitudo noſtra, quam Deo dare? & quidem in hoc Deo ſuperiores aliquo modo apparemus, nobiliori damus: Deus enim nobis, nos vero à Deo damus. S. Chryſ. hom. 32. ad pop. Unde tantum Deus ita mundum dilexit, ſicut dilexiſſe videmus; nonne ex charitate ſola? Revereamur igitur ejus charitatem, miſerationis exceſſum erubeſcamus; ipſe namque nec unigenito pepercit propter nos, nos autem & pecunias parcimus adverſum ipſum; ipſe & legitimum pro nobis tradidit filium, nos vero nec argentum propter eum contemnimus, imo nec propter nos. Et qualiter hæc venia ſunt digna? ſi hominem pro nobis pericula, & mortes paſſum videremus, omnibus præponeremus, & primis amicorum connumeraremus, & ei omnia noſtra traderemus, & ipſius magis, quam noſtra eſſe diceremus; imo nec ita dignam retributionem nos erogare cenſeremus, erga Chriſtum vero nec hanc gratitudinis menſuram obſervamus. Sed ille quidem pro nobis animam poſuit, & pretioſum ſanguinem propter nos effudit, qui non eramus amici: nos autem neque pecunias propter eum effundimus, ſed eum deſpicimus nudum, & peregrinum, & quis nos à futura pœna liberabit? Cum eum, qui pro nobis animam poſuit, deſpicimus eſurientem, & quid dico pecunias, nonne ſi innumeras haberemus animas, omnes oportuerat pro eo ponere? imo neque ita beneficio dignum feciſſemus, quoniam ipſe prior dilexit nos, ipſe prior manifeſtum exhibuit beneficium: ille autem qui beneficium accepit, quidquid retulerit, debitum reddit; non meritum confert, & maxime cum Chriſtus inimicis benefecerit: nos aut in benefactorem data conferamus, & ipſis rurſum fruituri ſimus.

simus. At nos neque ista trahunt; sed omnibus ingratiores sumus: servis quidem, & equis torques aureos circumponentes, Dominum vero nudum circumeuntem, & fores ex foribus euntem, & pulsantem, & in exitibus viarum manentem, & manum levantem despicimus, & sæpe torvo respicimus oculo; licet & hoc ipsum propter nos patiatur: libenter enim esurit, ut tu pascaris, & nudus circumit, ut incorruptionis indumenti præbeat tibi occasionem: sed nec ita vestimentorum aliquid erogatis, sed vestimentorum, hæc quidem jacent tineis esca; hæc autem arcæ sarcina, superfluaque possidentibus cura; qui vero ista cæteraque dedit omnia, nudus errat. Sed demus, quod in arcam ipsa non reponitis, sed ipsis vos ornamini: & quid vobis ex his amplius? ut forensium turba vos spectet, & quid hoc? non enim his amictum admirabuntur, sed potius eum, qui largitur indigentibus. Itaque si vis in admiratione haberi, alios potius induens, infinitos assequeris applausus. Tunc & ipse Deus te cum hominibus laudabit: nunc autem laudabit te quidem nemo, sed potius omnes invidebunt, corpus quidem cernentes ornatum, animam vero neglectam habentem; animæ enim ornatus penes eos est solum, qui eam virtute vivunt. Hæc dico non tam pauperum, quam animarum vestrarum curam gerens, illis, etsi non à vobis, aliunde consolatio aliqua erit, quod si nulla eis præbeatur consolatio, & fame consumantur, non magna eis jactura erit: quid enim Lazaro nocuit paupertas, & fame tabescere? à gehenna vero nemo vos eruet, nisi à pauperibus auxilium consequamini: sicut dives ille, qui continue torretur, nunquam autem nanciscetur consolationem. S. Chrys. hom. 15. ad Romanos. Deus filium suum tibi dedit, tu vero nec panem illi: illi pater, etiamsi filius legitimus esset, propter te haudquaquam peperat; tu vero illum vel fame tabescentem contemnis, præsertim cum sumptus factorus sis ab his, quæ illius sunt, tum autem tua ipsius causa, quid hac iniquitate deterius? Nihil, ait Christus, à te quod sumptuosum sit, postulo, sed panem, sed tectum, sed consolationem verborum; & certe vel propter ipsum cœlorum regnum id præsta, propter te pauperem respice, & mihi satisfacies, & tibi largiar cœlum, possum tibi citra hæc imponere coronam, sed tamen tibi debitor esse non recuso, ut tibi etiam fiduciam aliquam corona ferat ob hoc, qui meipsum educare possum, circumvagor mendicans præ foribus tuis, dexteram porrigo, à te educari concupisco, quia tui majorem in modum amans sum, & cunctis audientibus actorem te meum declaro. Atqui nos, quoties alicujus impensa educamur, erubescimus sane, remque adumbrantes dissimulamus: verum ille, cui erga nos summus est amor, licet taceamus, ipse rem deprædicat ipsam, magnis cum laudibus rem ad cœlum tollens, nec eum fateri puder, quod, cum nudus esset, se veste induimus, cum esuriret, se aluerimus. Ita S. Chrysost. Quid de eleemosyna dici sublimius potest, quam quod Christo Domino exhibeatur, tu manum visibilem pauperis vides extensam, & tuam eleemosynam recipientem? sed tamen aperi oculos fidei, & vide Christum Dominum, invisibilem manum pariter extendentem, & gratissime hanc eandem suscipientem? quia, ut ait S. Chrysost. nunc secundo pro nobis Christus egenus factus est: fuit prius in vita sua inter nos pauper, ut ejus inopianos divites essemus, nunc secundo pauper in pauperibus suis sit, ut nos ei eleemosynam tribuentes, divites meritorum gloriæ simus; unde introducit S. Chrysost. ibi Christum Dominum, sic cum unoquoque nostrum, alloquentem: Non magna, & pretiosiora exposco, sed panem duntaxat, & tectum, & verba solantia. Cum videris nudum, reminiscere ejus, quam pro te in cruce tuli nuditatem, factus tam antehac te propter egenus, & in præsenti

egestate

Ρύεται ἐκ θανάτου ἔλεος, χρεῖσις ὁπωσοῦν ἂν ἔλθῃ.
[32] Οὐ θυσίαν, ἔλεος δὲ θέλει θεὸς ἀντὶ θυσίης.
[33] Ἔνδυσον ἂν γυμνὸν, [34] μετάδος πεινῶντι ἄρτων
σῶν.

Liberat à morte misericordia, judicium quando venerit.
Non sacrificium, misericordiam vero vult Deus pro sacrificio.
Vestito itaque nudum, impertire esurienti panes tuos.

[35] Ἀ[ν]σε-

egestate premor, ut undecumque compulsus te præbeas misericordem; esuriem tui gratia toleravi, rursum famem pro te patior, sitibundus eram, dum in cruce penderem, & nunc etiam sitio, pauperum ratione, ut his utrisque inedia scilicet, & siti te mihi adjungam, & pium pro tua salute reddam, & humanum; suumque pro parvis & exiguis rebus corona te & imperio donaturus; neque id dixerim, Solve me egestate, vel divitias elargire: sed panem postulo, & amictum, vel tenue aliquod solamen inediæ meæ. Si fui interim in vincula conjectus, non me inde eximas postulo, sed ut vinctum revisas. Sic te, vel hoc solo, donabo cœlo, & te gravissimis vinculis eruam. Habeo quidem ego, unde me alam, sed emendico, & præ tuis foribus existo, manum porrigo, & cibari à te percupio, quia te plurimum amo. Ita S. Chrysost. Quis talia Christum loquentem audiret, qui non viscera ipsi offerret? Hæc igitur sunt, quæ vere auribus fidei nostræ sonant. Felix qui sic Christum cognoverit, & audierit. *Idem.*

32 Οὐ θυσίαν &c.] Nemo est qui non videat hæc esse deprompta ex sacra scriptura, ideoque à Phocilyde non potuisse proficisci sed ex personata Sibylla esse hausta. *Gallæus.*

33 *Ἔνδυσον ἂν γυμνὸν*] Vestire nudos. Ad quod Sacra scriptura monet. Tob. 4. *De vestimentis tuis nudos tege.* Item Esa. 58. *Cum videris nudum, operi eum.* Et Luc. 3. *Qui habet duas tunicas, det non habenti.* Hoc opus misericordiæ nobi multum commendant exempla sanctorum Et primo exemplum Dei, qui Adam & uxori ejus postquam ceciderant in statum miseriæ, fecit tunicas pelliceas. Genes. 3. Item exemplum Tobiæ qui nudis vestimenta præbebat. Tob. 1. Et exemplum Job: *Si despexi*, inquit, *prætereuntem, eo quod non haberet indumentum, & absque operimento pauperem, Si non benedixerunt mihi latera ejus, & de velleribus ovium mearum calefactus est.* Job 31. Hoc opere misericordiæ Dorcas digna fuit suscitari. Actu 9. Item huic operi misericordiæ promittitur vita æterna. Ezech. 19. *Si nudum vestimento operuerit,*

35 Ἄ"σεγον εἰς οἶκον δέξαι, καὶ τυφλὸν ὁδήγει.
Ναυηγὸς οἰκτειρον· ὁ γὰρ πλοῦς ἐστὶν ἄδηλος.
Χεῖρα πεσόντι δίδου· σῶζον δ' ἀφείσατον ἄνδρα.
Κοιναὶ πάντων πάντων· βίοτος τροχὸς, ἄσταθμος ὄλβος.

Exulem in domum excipe, & cæco viæ dux esto.
Naufragium miserere, quia navigatio est incerta.
Manum lapso porrige, servaque desertum virum.
Communes casus, omnium, vita rota, instabilis fælicitas.

Πλὴν-

rit, vita vivet. Hoc opus misericordiæ videtur præcellere respectu præcedentium, in hoc quod non unam miseriam relevat, sed multas. Primum opus repellit famem, secundum sitim: sed hoc opus expellit erubescentiam de nuditate, & molestiam frigoris. *Peraldus.*

34 *Μετὰ δὲ &c.*] Ad duo prima opera incitamur frequenti scripturæ admonitione. Nehemiæ 8. *Mitte partes eis qui non præparaverunt sibi.* Tob. 4. *Panem tuum cum egenis & esurientibus comede.* Prov. 25. *Si esurierit inimicus tuus, ciba illum: si sitit potum da illi.* Eccles. 11. *Mitte panem tuum super transeuntes aquas, quia post multa tempora invenies illum.* Aquæ transeuntes sunt populi mortales. 2 Reg. 14. *Omnes morimur, & quasi aquæ dilabimur in terram quæ non revertuntur.* Luc. 3. *Qui habet escas, det non habenti.* Item excitamur ad ea exemplis sanctorum patrum. Tob. 2. De facultatibus suis esurientes alebat. Job 3. *Si comedi buccellam meam solus, & non comedit pupillus ex ea &c. Humerus meus à junctura sua cadat, & brachium meum cum suis ossibus conteratur.* Item incitamur ad ea mercedis promissione. Ezech. 18. *Si panem esurienti dederit, vita vivet.* Matt. 10. *Qui potum dederit uni ex minimis istis calicem aquæ frigidæ tantum in nomine discipuli: Amen dico vobis, non perdet mercedem suam.* Luc. 14. *Quum facis convivium, voca pauperes, debiles, & claudos & cæcos & beatus eris, quia non habent unde retribuent tibi. Retribuetur autem tibi in resurrectione justorum.* Qui cibum sine potu ministrant pauperi, tale prandium dant Domino quale consuevit dari asino. Item qui de his quæ habent ad mensam suam nihil volunt dare pauperibus, in futuro nihil boni invenient. Job. 20. *Non remansit de cibo ejus, & propterea nihil remanebit de bonis illius. Idem.*

35 *Ἄ"σεγον εἰς οἶκον &c.*]
Οἵ τε φιλόξενοι, καὶ σφι νόος ἐν ἁγυιῇς.
Qui hospitales sunt, etiam eis mens est pia.

Δίκαιος, ὅσιος ἐγγάμων, ἢ θεῖος. *Hesych.* Estque vel *Deo similis*, q. d. θεὸς vel *Deum timens*, θεοδὴς, vel *Deo placens*, q. θεοῦδης. Viri vere pii, quibus καὶ θεοῦδης, sunt φιλόξενοι, imo φιλοξενίαν διώκοντες (phrasis *Paulina*) ἄξενοι contra & inhospitales, feri, barbari, inhumani. Et bene est quod nos φιλοξενίαν nostra atque humanitate hanc labem jamdudum deterserimus, quam majoribus nostris ad-

Πλοῦτον ἔχων, σὴν χεῖρα πενητοῦσιν ὄρεξον.
Ὧν σοι ἔδωκε θεὸς, κ' αὐτὸς χρήζοντι πρόσχυ.
Κοινὸς πᾶς ὁ βίος μερόπων· ἄνισος δὲ τέτυκται.
Μήποτε ἄνδρα πένητα ἰδὼν· σκώψῃς ἐπέεσι.
Μὴ δὲ κακῶς γε προσείπῃς μωμητόν τινα φῶτα.
Τὸ ζῆν ἐν θανάτῳ δοκιμάζεται. εἴτις ἔπραξεν
Ἔκνομον ἢ δίκαιον, διακείνεται εἰς κρίσιν ἐλθών.
[36] Μὴ δὲ φρένας βλάπτειν οἴνῳ· μὴ δὲ πίνειν ἄμετρα.

Si divitias habes, tuam manum pauperibus porrige.
Quæ tibi dedit Deus, de his egenti eroga.
Communis tota vita hominum, inæqualis autem facta est.
Ne si virum pauperem conspexeris, irrideas dicteriis.
Neque maligne alloquaris vituperandum aliquem virum.
Vita in morte probatur. Num quis perpetrarit
Illegitimum quid aut justum, dijudicatur ad judicium si venerit.
Ne mentem lædas vino, nec bibas immoderate.

[37] Αἷμα

sperſit *Horatius*, cum dixit, Carm. l. 3. Od. 4. *Britannos hoſpitibus feros*, ubi *Acron*. *Britanni hoſpites malebant pro hoſtis*. *du Pertus*.

36 Μὴ δὲ φρένας &c.] Sanctus Chryſ. hom. 1. ad pop. Non ita natura terræ vexata aquarum abundantia, continue diſſoluitur, ut corporis vis molleſcit, & diffluit, & exilis redditur vini potu continuo ingurgitata. Vinum à Deo datum eſt, non ut inebriemur, ſed ut ſobrii ſimus, ut delectemur, non ut dolcamus. *Vinum* enim *lætificat cor hominis*, ait David, tu vero ipſum triſtitiæ materiam facis. *Utere modico vino*, ait Timotheo Paulus. Etenim ipſum modicum

37 Αἷμα δὲ μὴ φαγέειν, εἰδώλοθύτων δ' ἀπέχεσθαι.

Sanguinem vero ne comedas, & ab iis quæ diis immolantur abstineas.

38 Τὸ

cum propter infirmitatem permisit, quod nisi imbecillitas vexasset, neque modicum admittere discipulum coegisset. Ita S. Chrysost. *Labata.*

37 *Αἷμα δὲ μὴ φαγέειν* &c.] Post adventum Christi liber jam est esus sanguinis, quia lex præceptorum in dogmatis, cujus caput esse demonstravimus interdictum sanguinis, & quo constabat inimicitia, est antiquata Ephes. II. 15. Et Chirographum, quod nobis in dogmatis erat contrarium, è medio sublatum, cruci affixum & expunctum ac cancellatum est, Col. II. 14. *Quare*, inquit Apostolus, *deinde neminem cognoscimus secundum carnem* (in carnali statu, quo vigebant *διαιτήμασι σαρκὸς*) *Nam utut Christum agnovimus secundum carnem*, (subjectum legi in infirmitate) *at nunc non amplius agnoscimus. Quare si quis in Christo, nova creatura est*, 2 Cor. V. 16, 17. Adeo ut, qui ultra hærent infirmis illis & egenis mundi fundamentis, dicantur *tentare Deum, imponentes jugum cervici: quod nec patres ferre potuerunt*, Act. XV. 10. Proinde *standum nobis esse in libertate, ne amplius jugo servitutis constringamur*, Gal. V. 1. Argumentum omni jam exceptione majus, postquam semel nobis probatum firmiter, præceptum illud Noacho & Israelitis latum mere ceremoniale fuisse. Excipient tamen Apostolos in Synodo Hierosolymitana renovasse legem. Cui exceptioni in sequentibus satisfaciemus. III. Secundum argumentum, quia Christus ipse adversus Pharisæos disputans, non obscure libertatem circa cibum & potum in universum stabilit, Matth. XV. Pharisæi & Scribæ Hierosolymitani haud dubie à Collegio Pharisæorum, quos Christi fama urebat, ablegati, ipsi movent quæstionem: *Cur discipuli ejus, transgressi traditionem majorum, non lavent manus, quum edunt panem?* V. 1. 2. Christus primo retorquet criminationem, & graviori crimine eos arcessit. v. 3. 4. &c. Secundo demonstrat, observationem traditionum non esse cultum Dei, sed vanam ac detestabilem hypocrisin, v. 7, 8, 9. Tertio advocato populo discernit veram hominis pollutionem à ficta. v. 11. *Non quod intrat in os, polluit hominem, sed quod egreditur ex ore, polluit hominem.* Quasi diceret, cibum ore sumtum, sive lotis sive illotis manibus, non reddere aliquem impurum, vel iræ Divinæ obnoxium. Ita enim se explicat Christus, cum in sententia ejus discipuli hærerent. In qua, adnotante Grotio, supponit id, quod constabat inter Judæos, cor sedem esse animi, ejus præsertim partis, qua volumus, & ex qua culpa nascitur. Unde sequitur, si à cibo immunditia ad cor non pertingit, ne animum quidem pertingere. At cibus, dum adhuc permixtus suis fœcibus est, non pertingit ad cor, sed *εἰς κοιλίαν*, in partem ventris depressiorem, in qua est ventriculus. Deinde purgatur cibus, & quicquid natura sua immundum est, ac proinde homini alendo non idoneum, illud per alvum ejicitur. Apparet ergo, nec ante nec post purgationem immundum in cibo polluere hominem. Hactenus Grotius. Cæterum sententia Christi universalis est, qua docetur ac insinuatur haud obscure, sublato

lato per Christum discrimine ciborum omnia jam munda esse, neque quidquam, quod ingreditur os, hominem polluere posse. Ergo etiam Sanguis, qui os ingreditur, neqnaquam hominem polluere potest. Respondet Curcellæus: *Verba Christi non esse accipienda universaliter, sed ad materiam subjectam restringenda. Non respicere Christum ad cibos, quos lex declarat esse mundos vel immundos, nec sibi propositum habuisse, docere, cibos, quos lex pro mundis ducit, non amplius pro immundis habendos. Sed hoc tantum, hominem non inquinari, etiamsi illotis manibus manducaret cibum. Proculdubio peccaturum fuisse, si quis occasionem ex Christi responso sumpta, licentiam porcina vescendi tunc arripuisset, propter rebellionem adversus Dei mandatum. Nondum enim venisse tempus abroganda legis.* pag. 168, 169. Resp. Sic solent cum Curcellæo etiam Papistæ excipere. Ac nominatim Jansenius. Non dubitamus verba Christi hoc loco ad subjectam materiam restringenda. Sed eo modo quo universalis propositio ad demonstrationem particularis quæstionis restringi debet, cujus tamen latitudo in subjecta materia non exhauritur. Nempe Christus à genere ad speciem sic procedit. Quicquid ingreditur in os, non polluit hominem. v. 11. Atqui cibus, quem illotis manibus manducant discipuli, ingreditur in os. v. 2. Ergo cibus, quem illotis manibus manducarunt discipuli, illos non polluit. Quis hic non intelligit, si propositio Major, adeoque sententia Christi, non accipiatur universaliter, effici argumentationem in prima figura ex puris particularibus, adeoque meram ἀδολεσχίαν. Christo indignam? Quid? Ipse Curcellæus sibi discors subjicit: *Quanquam non negem, Christum ita generatim loquendo innuisse, tempus istud esse præ foribus, cum ubique gentium, abrogato ciborum discrimine, Deo serviendum esset in Spiritu & veritate.* Sententia Christi resp icit illud ipsum tempus, quo lata fuit, non illud, quod ante fores erat. Ergo jam tum universalis fuit. 3. Si quis invitatus hac sententia Christi, ex fide in Christum Messiam, qui munda & immunda, hoc est, circumcisos & præputiatos, in sua carne conciliare debuit, cibos in lege immundos edisset, pro legis transgressore non fuisset habitus, neque reus rebellionis adversus mandatum Dei. Quamvis enim fœdus antiquum suam τάξιν habuerit usque ad tertium illum temporis articulum, quo Evangelium Christi exhibiti per Apostolorum prædicationem ἐβεβαιώθη, quatenus nempe ante illud tempus prædicatio Evangelii non est egressa extra populi Israelitici terram, & Christus ipse praxin publicam sacrificandi non tantum intactam reliquit, sed etiam confirmavit mandato, Matth. VIII. 4. tamen jam libertas tanta Ecclesiæ affulsit, ut à peccato immunis esset, qui fide in Messiam præsentem ceremoniam aliquam legalem omisisset. *Hinc lex & Prophetæ usque ad Johannem*, Matth. XI. 13. Et jam adfuit illud πλήρωμα χρόνου, Gal. IV. 1, 2. Quo fortasse pertinet illa Christi ænigmatica locutio, Matth. IX. 14, 15, 16. &c. In quæstione etiam de loco cultus Divini, Christus mulieri Samaritanæ respondet: *Veniet hora, & jam est, quando veri adoratores adorabunt Patrem in veritate. Sed & pater tales quærit ipsum adorantes*, Joh. IV. 23. Ergo jam tum Christo nondum mortuo erat illa hora, & quærebat Deus ipse jam tum in Spiritu & veritate adorantes, non habito respectu ad locum, seu is Hierosolyma esset, seu mons Garizim, seu quilibet alius. Quæ causa est non ineptæ distinctionis Theologorum nostrorum inter statum vigoris, languoris, mortis & sepulturæ ceremoniarum legalium. Viguisse usque ad adventum Christi, & functas pædagogi munere: languescere cœpisse nato Christo, & ad ἀφανισμὸν properasse: mortuas, cum Christo: sepultas honeste ab Apostolis usque ad excidium urbis Sanctæ, cum qua Synagoga etiam humum & ci-

& cineres quæsitavit. IV. Tertium argumentum suppeditat Apostolus Rom. XIV. 14, 17. *Novi & persuasus sum in Domino Jesu, nihil esse pollutum per se ipsum, nisi ei, qui existimat, quid pollutum esse. Non est regnum Dei esca & potus, sed justitia & gaudium & pax in Spiritu S.* Judæi conversi ad Christum, quidam infirmiores adhuc, putabant abstinendum esse à cibis lege vetitis. Cæteri provectiores jam ac præcipue Gentiles contranitebantur, & Evangelicam libertatem opponebant. Hos conciliare conatur Paulus. Vetat, ne invicem se judicent. Imo hoc utrinque judicent, ne ponant scandalum fratri, v. 13. Et subjicit, se certo scire & persuasum esse, quod per se nihil pollutum, sed tantum λογιζομένῳ ei, qui reputat aliquid pollutum. Pollutionem intelligit non naturalem, sed religiosam. Hanc tamen scientiam moderatur lege charitatis, ne scandalo percellatur Frater. v. 15. Ac demum subjicit: *Regnum Dei non esse escam ac potum, sed justitiam, & pacem, & gaudium in Spiritu S.* Atque ita se planissime explicat: Ea videlicet jam tempora esse, quibus nihil pensi habendum, quid edas vel bibas. Hoc enim jam in religione & regno Dei momentum nullum habere. Declarat igitur eadem ratione, esum sanguinis non amplius prohibitum, neque pollutum nisi τῷ λογιζομένῳ, neque in illo amplius regnum Dei verti. Si Præcepti illius legalis nexus nondum solutus fuit, sequitur, fuisse aliquid per se pollutum, & in esu ac potu adhuc regnum Dei volvi. IV. Quartum argumentum suppeditat idem Apostolus ad Corinthios scribens, 1 Cor. X. 25. *Quicquid in macello venditur, edite, nihil interrogantes propter conscientiam. Domini enim est terra & plenitudo ejus.* Agit Apostolus de Idolothytis. Hactenus impugnavit Idolothyta qua talia, formaliter dicta, *Fugite idololatriam.* v. 14. *Ne fiatis participes mensæ & calicis Dæmoniorum*, v. 20. puta, comedendo cibos idolis oblatos eo modo, & iis circumstantiis, quibus censeamini eos quasi sacros, in honorem idoli comedere. Deinceps solvit quæstionem à Corinthiis motam: An Idolothytum comedi possit saltem materialiter, qua cibus & caro est? Respond. Apostolus: *Omnia quidem licere, sed non omnia ædificare.* v. 23, 24. Sic rursum distinguit *jus* ab *exercitio*, qui accidere potest, ut sit malum. Ac subjicit concessionem generalem: *Omnia quæ in macello sunt, manducate, μηδὲν ἀνακρίνοντες, nihil discernentes, non hæsitantes propter conscientiam.* Vetat eos interrogare in macello, an carnes venum expositæ idolis fuerint sacrificatæ, necne? Solebant enim Gentiles carnes idolis oblatas, post sacrificium & epulum superfluas, mittere ad macellum vendendas, quarum lucrum ad Sacerdotes derivabatur. In macello autem censebantur ad communem & profanum usum redire. Ergo Apostolus declarat: Omnem jam cibum & potum indifferentem esse, & religionem ac conscientiam nullum amplius discrimen agnoscere, sicut factum in Veteri Testamento. Quæ sententia cum generalis sit, necessario etiam sanguinem complecti debet. Nam in macello bomlos & farcimina ex sanguine, usitatissimum Gentilium cibum, vænum expositæ esse, cui vel levis dubitatio incessere potest? V. Quintum argumentum prominus ex Coloss. II. 16, 17. *Ne quis vos judicet in cibo & potu, quæ umbra futurorum, Corpus autem Christi.* Et v. 20, 21. *Quid adhæc, tanquam viventes in seculo, decretis illis tenemini, Ne tetigeris, ne gustaris, ne contrectaris.* Perstringit tum Gentilismum tum Judaïsmum, quorum ille decipere parabat per philosophiam & inanem fallaciam, hic secundum traditionem hominum, secundum elementa mundi: uterque contra Christum, *in quo inhabitat omnis plenitudo Divinitatis corporaliter*, v. 8, 9. &c. Qui cum chirographum, quod nobis contrarium erat, expunxerit, dedit libertatem iis, qui cum Christo

convivificati, ne quisquam eos in cibo vel potu judicet, neque constringat legalibus illis decretis, ne tangant, ne gustent, ne contrectent. Unde argumentum irrefragabile nectimus pro libertate Christianorum in esu sanguinis. Qui enim in esu & potu non sunt obnoxii ullius, sive legis Divinæ, sive hominis judicio; neque tenentur legalibus illis decretis, illis liberum est, sanguinem tangere vel non tangere, gustare vel non gustare. Scripsit Paulus Epistolam ad Colossenses satis longo tempore post Hierosolymitanam Synodum. Misit enim Roma per Tychicum & Onesimum. Et in fine vinculorum suorum meminit cap. IV. 18. Atque adeo minimum tredecim anni inter Synodum & scriptionem hujus epistolæ intercedunt, ut patet attendenti. In eo certe intervallo temporaria lex Hierosolymis lata, Judæis conversis jam contra scandali metum obfirmatis, observari desita est: vel, si non desita, universali hac sententia Apostoli abrogata, nec extra scandalum obligare pergat. VI. Sextum argumentum sequitur ex Tit. I. 15. *Omnia sunt munda mundis: Polluti, autem & infidelibus nihil mundum, sed polluta est illorum mens & conscientia.* Perstringit Apostolus Cretenses, quorum describit mores, v. 12, 13. Jubet nos redarguere, v. 13. 14. 16. ac curare in iis vitæ & doctrinæ morbum. Vitæ morbum in verbis: *Omnia munda sunt mundis* &c. Morbus fuit Judaizantium, Judaicas fabulas & traditiones hominum complectentium, v. 14. *Quales fabulæ pessimum erant*, inquit Cornelius à Lapide ex Hieronymo & Chrysostomo, *de servandis legis Cæremoniis, præsentim de servando ciborum delectu.* Ergo hac sententia generali munditiem etiam sanguinis Apostolus declaravit. Curcellæus respondet. 1. *Non constare, istud de cibis particulariter intelligendum esse, qui non nominantur.* pag. 179. Respond. De cibis interpretantur Chrysostomus, Hieronymus, Theodoretus, Ambrosius, Vatablus, Erasmus, alii. Et patet ex rebus ipsis. Perstringit enim Judaizantes, qui dogmatizabant, in potu, cibo, festis, Sabbatho. Deinde ità interpretatur Apostolus, 1 Tim. IV. 3, 4. Neque mirum erat, Cretenses Judaica hæc delicia adoptasse, quia magna fuit per maris viciniam communio Judæorum cum Cretensibus, adeoque Judæi nobiles in Creta habitare soliti, teste Josepho, in sua vita, ubi hac de causa uxorem se ex Creta accepisse narrat. Quia & hinc natus videtur Cornelii Taciti error, qui Judæos è Creta adscendisse asseverat, & Judæos dictos quasi Idæos ab Ida monte, qui est in Creta, Histor. V. 2. 1. 2. Non erat, cur cibos nominaret. Hoc enim ex se constabat, cum de munditie & immunditie ciborum Judaizantes disceptarint. 2. *Hæc adeo generalia esse, ut, nisi prudenter ex Apostoli mente limitentur, inde colligi queat, etiam furta, homicidia, adulteria Christianis esse licita, nihilque pro peccato habendum, nisi quod repugnante conscientia committitur. ib. Resp.* Exceptiones malarum rerum in omni præcepto vel imperii vel indulgentiæ præsupponuntur. Deus enim peccatum odit, neque est ἀνομοθεσία Spiritus. Utrum autem malus sit esus sanguinis, quæritur & sub judice lis est. Impudentissimus Jesuita quidem Cornelius à Lapide non verecundatur Luthero impiam hanc consequentiam impingere: *Si omnia munda mundis, ergo fornicatio quoque est munda mundis, puta fidelibus. Sicut enim, inquit, nihil justificat nisi fides, ita nihil coinquinat nisi infidelitas.* Comm. ad h. l. Sed heus, Jesuita, frustra Herculi! Fumus est è ficubus. Fidelibus omnia munda esse recte Lutherus dixit, quatenus nihil immundum, quod sincera fide erga Christum geritur. An vero etiam scelera ex fide in Christum patrantur? Apage dementiam. Et tamen hi Sycophantæ Evangelicam & salutarem de fide doctrinam jocularibus suis convitiis quotidie mactant. VII. Septimum argumentum stringimus ex gravissima [illegible] Apostoli 1 Tim.

1 Tim. IV. 1, 2, 3, 4. *Spiritus diserte dicit, quod postremis temporibus defluxuri sint quidam à fide, attendentes Spiritibus erroneis? & doctrinis dæmoniorum, prohibentium nubere, abstinere à cibis, quos Deus condidit ad percipiendum cum gratiarum actione fidelibus & iis, qui cognoverunt veritatem. Quia omnis Dei creatura bona est, & nihil rejiciendum, quod cum gratiarum actione recipitur.* Ubi vili pendo Pelusiotæ virgulam criticam, qui pro ἀντίχριστος judicavit legi debere ἀντίχριστος lib. IV. Epist. 122. Atqui & Latinis usitatum, ut alteri tantum è nominibus respondeat verbum, quale est; *Judicium & pœnas exercere*: cum judicium exercetur, pœnæ sumantur. Apud Tacitum Germ. VII. 4. *Mulieres cibos & hortamina pugnantibus gestare dicuntur*: cum cibi gestentur, non hortamina. Ita hic κωλύοντες respondet duntaxat τῷ γαμεῖν. Jam de re. Apostolus dæmoniorum doctrinam vocat, mandare abstinentiam à cibo. Et rationem reddit: *quod omnis creatura Dei bona sit, & nihil rejiciendum, cum gratiarum actione susceptum.* Ubi altius adscendit Apostolus ad creationis historiam, postquam Deus omnia, quæ creavit, valde bona esse declaravit. Respondet Curcellæus. 1. *Nisi restrictio aliqua commoda hic fiat, sequi etiam Apostolos Dæmoniorum doctrinam proposuisse, si non in perpetuum, saltem ad tempus, quo ipsorum constitutio vigere debuit.* pag. 179. Resp. Inter Synodum & scriptam hanc Epistolam intercedebant anni prætèrpropter quatuordecim. In eo intervallo notoria mutatio potuit accidere. Sed demus, illo tempore nondum legis illius frænum laxatum fuisse, an ideo Apostoli etiam stante generali illa sententia in Concilio, dæmoniorum doctrinam proposuerunt? Absit blasphemiæ accusemus viros θεοφορήτους. Tulerunt quidem legem de sanguine, sed non tam jus sanguinis limitarunt, quam exercitium illius cibi in præsenti casu scandali. Unde qui dicto audientes fuerunt, non tam censendi custodivisse præceptum aliquod de cibo, quam præceptum de charitate, cui repugnat scandalum datum. Idolothytorum esus, si religioso imperio mandatur, haud dubie doctrina Dæmoniorum est. Apostolus enim diserte concessit. 1 Cor. X. Et tamen Apostoli cum sanguine conjunxerunt. 2. *Paulus videtur ad illos hæreticos respexisse, qui existimabant cibos aliquos natura esse malos, à quibus vescentes inquinarentur.* Respond. Eodem frigido schemate in alia, simili tamen causa, elabi conantur Bellarminus & Baronius. Jam respexerit Paulus ad hæreticos tales, puta Marcionitas, Encratitas, Manichæos. An igitur non respexit Tertullianum, & qui supra fustinuit affirmare, carnium concessionem propter παλαιοφαγίαν hominum factam? Annon omnes eos, qui saltem hoc commune habent, ut prohibeant cibos? Maxime cum Apostolus ne verbo quidem attigerit causam prohibitionis, sed tantum prohibitionem expresserit. Sæpe ejusdem facti diversæ sunt causæ. Damnat Scriptura eos, qui solvunt Jesum. Solverunt autem aliter atque aliter Arius & Nestorius. An propterea non æque uterque damnatus? Eadem hic ratio. Cum constat liberum permissum à Christo omnium ciborum usum, conscientiæ quidem causa, quicunque conscientiæ causa illam libertatem infringit, sive prohibeat cibum, quia natura malus, sive alio modo quolibet, Dæmoniorum doctrinam propugnat. Neque pingi potest illorum causa hoc colore; *Causam prohibitionis in textu allegari his verbis*: Omne, quod Deus creavit, bonum est, neque quicquam rejectaneum, *quasi diceret*: *Diabolos illos Doctores prohibere cibos quosdam tanquam malos, cum tamen omnes cibi sint boni, puri, nulli rejectanei.* Non ideo ad eos solos restringi debet. Sic Christus Matth. XIX. 14. discipulos Christo infantes subducturos compellat: *Ne prohibete eos.* Rationem addit: *Eorum enim est Regnum cœlorum.* Discipuli propter hanc causam

non

38 Τὸ ξίφος ἀμφίβαλε, μὴ πρὸς φίλον, ἀλλ' ἐπ' ἀμύναν

Gladium accinge non contra amicum, sed ad defensionem.

39 Εἴθε

non subduxerant. Et hanc causam allegat Christus. Ita hoc loco Spiritus S. damnat omnes, qui prohibent cibos religionis gratia, quia omnes cibi boni. Hanc tamen rationem non necessario negare debuerunt, quotquot prohibuerunt. Ut, qui ἀμεθοφαγίαν conscientiæ gratia prohibent, ab hoc reatu eximi nullo pacto possint. *Heideggerus.*

38 Τὸ ξίφος ἀμφίβαλε &c.] De jure Divino voluntario profectiore, Evangelio scilicet, plus est difficultatis. Quin Deus, cui plus juris est in vitam nostram, quam nobis ipsis, potuerit à nobis patientiam eo usque exigere, ut etiam privatim in periculum adducti, occidi deberemus potius quam occidere, ego non dubito. An autem voluerit nos eo usque obstringere, id est quod inquirimus. Solent pro affirmante sententia adferri duo loca, quæ supra adduximus, ad quæstionem generalem: ἐγὼ δὲ λέγω ὑμῖν, μὴ ἀντιστῆναι τῷ πονηρῷ *Ego autem dico vobis; Ne resistite injuriam facienti*, Matth. v. 39. & Rom. xii. 19. μὴ ἑαυτοὺς ἐκδικοῦντες ἀγαπητοί, ubi Latina versio habet, *non vos defendentes charissimi.* Tertius autem locus est in illis Christi verbis ad Petrum, *Repone gladium tuum in vaginam, nam quicunque acceperint gladium, gladio peribunt.* Addunt his nonnulli Christi exemplum qui pro inimicis sit mortuus, Rom. v. 8, 10. Neque desunt inter Christianos veteres qui bella quidem publica non improbaverint, sed defensionem privatam putarint vetitam. Ambrosii loca pro bello supra attulimus. Augustini multo etiam plura sunt & clariora, omnibus nota. At idem Ambrosius dixit: *Et ideo fortasse Petro duos gladios offerenti, Satis, dicit, quasi licuerit usque ad Evangelium, ut sit in lege æquitatis eruditio, in Evangelio veritatis.* Idem alibi: *Christianus, etiamsi in latronem armatum incidat, ferientem referre non potest; ne dum salutem defendit, pietatem contaminet.* Augustinus vero; *Legem quidem non reprehendo quæ tales* (latrones & alios invasores violentos) *permittit interfici, sed quomodo istos qui interficiunt defendam non invenio.* Et alibi: *De occidendis hominibus ne ab eis quisquam occidatur non mihi placet consilium, nisi forte sit miles, aut publica functione teneatur, ut non pro se hoc faciat, sed pro aliis, accepta legitima potestate.* Sed opposita sententia sicut receptior est, ita verior nobis videtur, ut talis patientia non sit in obligatione: jubemur enim in Evangelio proximum amare juxta nos ipsos, non præ nobis ipsis: imo ubi par malum imminet, non vetamur nobis potius quam aliis consulere, ut supra ostendimus auctoritate Pauli beneficentiæ regulam explicantis. Instet forte aliquis, & dicat; etiamsi meum bonum præferre possim bono proximi, hoc tamen locum non habere in bonis inæqualibus, quare vitam meam mihi potius deserendam, quam invasor permittatur incidere in perpetuam damnationem. Sed responderi potest, sæpe etiam eum, qui impetitur opus habere tempore ad pœnitentiam, aut probabiliter ita existimare: & ipsi quoque aggressori ante mortem posse ad pœni-

pœnitentiam spatium superesse. Deinde, morali judicio non videri æstimandum illud periculum in quod ipsum se quis conjiciat & unde se possit eximere. Certe Apostolorum aliqui ad ultimum usque tempus, Christo videnteⅭ sciente, videntur iter fecisse armati gladio, quod & alios Galilæos è patria urbem versus properantes ob infestas latronibus vias factitasse ex Josepho discimus: qui & de Essenis innocentissimis hominibus idem prodidit. Hinc enim factum est, ut cum diceret Christus tale tempus imminere, ut gladii comparandi causa vel vestis vendenda esset, Lucæ xxii, 36, statim Apostoli responderint in suo comitatu duos esse gladios: erant autem in eo comitatu nulli præter Apostolos. Tum vero illud ipsum quod dixit Christus, quanquam præceptum revera non continet, sed proverbium est, significans gravissima pericula imminere, ut clare ostendit oppositio primi temporis, quod tutum ac prosperum fuerat, commate 35, est tamen tale, ut sumptum appareat ex eo, quod fieri solebat, quodque Apostoli licitum censebant. Recte autem à Cicerone dictum est: *Gladios habere certe non liceret, si uti illis nullo pacto liceret.* Illud vero, *Ne resistite injuriam facienti*, non magis universale est quam quod sequitur, *Date omni petenti*; quod tamen exceptionem admittit, dum ne nimium nos prægravemur: imo isti præcepto de dando nihil adjicitur quod vim habeat restringentem, sed ex solo sensu æquitatis adstringitur, cum præceptum de non resistendo suam habeat adjunctam explicationem per exemplum alapæ; ut intelligatur tum demum præcise nos obligare, cum ea impetimur injuria quæ aut alapa sit aut alapæ par: nam alioqui rectius fuerat dicere, *Ne resistite injuriam facienti, sed vitam profundite potius quam armis utamini.* In verbis ad Romanos, μὴ ἑαυτοὺς ἐκδικοῦντες, omnino ἐκδικεῖν non tuendi, sed ulciscendi habet significationem, ut & Judith i, 14. & ii, 1. Luc. xviii, 7, 8. xxi, 22. ii Thess. i, 8. i Petr. ii, 14. Rom. xiii, 4. i Thess. iv, 6. Idque ipsa verborum connexio manifeste ostendit: præcesserat enim, *Ne rependatis ulli malum pro malo*: hæc autem est ultionis non defensionis descriptio. Et monitum suum fulcit Paulus Deuteronomii loco, ἐμοὶ ἐκδίκησις, ἐγὼ ἀνταποδώσω, ubi in Hebræo est לִי נָקָם, quo ultionem significari tum vocis proprietas indicat, tum ipsa loci sententia quæ defensionem intelligi non patitur. Quod vero Petro dictum est, continet quidem prohibitionem utendi gladio, sed non in defensionis caussa: neque enim se opus habebat defendere: Jam enim dixerat Christus de discipulis: *Sinite hos abire: Idque ut impleretur sermo quem dixerat: Ex iis quos dedisti mihi non perdidi quemquam*, Joan. xviii. 8, 9. neque Christum, nam defendi nolebat. Ideo apud Joannem hanc causam interdictioni subjicit, *An non bibam poculum quod dedit mihi Pater?* com. 11 & apud Matthæum ait, *Quomodo ergo implerentur scripturæ, quæ dicunt ita oportere fieri?* Ulciscendi ergo animo Petrus, ut erat fervidus, non defendendi ferebatur: adde quod arma sumebat in eos qui nomine publicarum potestatum adventabant, quibus an ullo casu resistere liceat peculiaris est quæstio, infra à nobis peculiariter tractanda. Quod autem adjicit Dominus, *Omnis qui gladium acceperint gladio peribunt*, aut proverbium est, ex vulgi usu desumtum, quo significatur sanguinem sanguine elici, ideoque armorum usum periculo nunquam vacare: aut, quæ Origenis, Theophylacti, Titi, & Euthymii sententia est, indicat, non esse quod nos Deo præripiamus ultionem quam ipse suo tempore satis sit exacturus: plane quo sensu in Apocalypsi dicitur xiii, 10: *Qui gladio occidit, eum gladio occidi oportet: in hoc sita est spes & patientia sanctorum.* quicum convenit Tertulliani illud: *Adeo satis idoneus patientiæ sequester Deus: si injurias depositurus*

39 Εἴθε δὲ μὴ χρήσῃ, μήτ' ἔκνομα, μήτε δικαίως.

Utinam vero non utaris, neque injuste neque juste.

Καὶ

pœnes eum, ultor est; si dolorem, medicus est; si mortem, resuscitator est: quantum patientiæ licet, ut Deum habeat debitorem? Simulque his Christi verbis vaticinium videtur inesse de pœnis, quas à sanguinariis Judæis erat exacturus gladius Romanorum. Ad Christi exemplum, qui pro inimicis mortuus dicitur, responderi potest, Christi facta omnia quidem virtutis esse plena, & quæ, quoad ejus fieri potest, imitari laudabile sit, & suo præmio non carituram; non tamen omnia ejusmodi esse, ut aut ex lege veniant, aut legem faciant. Nam quod Christus pro inimicis atque impiis est mortuus, id non fecit ex lege aliqua, sed ex speciali quasi pacto & fœdere inito cum Patre; qui si id faceret, non modo summam ei gloriam, sed & gentem in æternum duraturam promisit, Esaiæ LIII, 10. Alioqui esse hoc factum quasi singulare, & cui vix quicquam reperiatur simile, ostendit Paulus, Rom. V, 7. Et Christus nos animam nostram periculis objicere jubet, non pro quibusvis, sed pro ejusdem disciplinæ consortibus, 1 Joan. III, 16. Quæ vero ex Christianis scriptoribus allatæ sunt sententiæ, partim videntur consilium magis, & sublimis propositi commendationem, quam districtum præceptum continere; partim privatæ sunt ipsorum, non communes totius Ecclesiæ. Nam in canonibus antiquissimis qui Apostolici dicuntur, communione is demum privatur qui in rixa primo ictu adversarium occiderit, ἀφ' ἑνὸς σφοδρότερον αὐτὸν ob nimium calorem. Et hanc sententiam ipse etiam Augustinus, quem in contrariam partem adduximus, probare videtur, Quæst. LXXXIV in Exodum. *Grotius.*

39 Εἴθε δὲ μὴ &c.] Hoc pacto nullum bellum esset licitum quod, quam falsum sit ex his quæ ex Grotio allegamus, constat. Inter prima naturæ nihil est quod bello repugnet, imo omnia potius ei favent. nam & finis belli, vitæ membrorumque conservatio, & rerum ad vitam utilium aut retentio aut acquisitio, illis primis naturæ maxime convenit, & vi ad eam rem si opus sit uti, nihil habet à primis naturæ dissentaneum, cum animantibus singulis vires ideo sint à natura attributæ, ut sibi tuendis juvandisque sufficiant. Xenophon, τὰ ζῶα ἁπάντα πρὸς μάχην ἔνεστι, καὶ πρὸς ὅτου ἄν τις μαχέσηται ἀπὸ τῆς φύσεως. *omnia animantium genera pugnam norunt aliquam, quam non aliunde quam à natura didicerunt.* In Halieuticôn fragmento est:

Omnibus hostem
Præsidiumque datum sentire & noscere teli
Vimque modumque sui.

Horatius dixerat:

Dente lupus, cornu taurus petit; unde, nisi intus
Monstratum?

Lucretius vero amplius:

Sentit enim vim quidque suam, quæ possit abuti:
Cornua nota prius vitulo quam frontibus exstant.
Illis iratus petit atque infensus inurget.

Quem sensum Galenus sic exprimit: φαίνεται γάρ ἕκαστον εἰδὼς τὸ μέρος ἢ σώματος ἀμυντήριον ὁ τοῦ ἄλκιμον ἐποίησεν. μόνος δὲ γλὺ κυβίστων σχεδὸν φύσας τὰ κέρατα. πολλοὶ δ' ἵππων λακτίζουσιν, ὑόδιπποι τε καὶ ὄνοι: ἅπαντες γὰρ τὸ μὲν ἐκπαλαίειν δύνανται ἐπιχειροῦντα, καὶ μηδένα κομπεῖν ἔχει τοὺς ὁδόντας. *Videmus animantium, quodque eo ad sui tutelam*

Iam uti quo maxime valet. Nam & vitulus nondum enatis cornibus ea parte minatur, & equuleus nondum firmatis unguibus calcitrat, & catellus dentibus nondum robustis morsicat. Idem Galenus de usu partium primo, hominem animal esse ait ad pacem bellumque natum, cui arma quidem agnata non sint, sed apta armis parandis ac tractandis manus: qua etiam pro armis uti sponte sua nec aliunde id edoctos infantes videmus. Sic & Aristoteles de partibus animalium quarto, capite x. manum homini ait esse pro hasta, pro ense, & pro armis quibuslibet, quia omnia potest sumere ac tenere. Recta autem ratio ac natura societatis, quæ secundo ac potiore loco ad examen vocanda est, non omnem vim inhibet, sed eam demum quæ societati repugnat, id est quæ jus alienum tollit. Nam societas eo tendit ut suum cuique salvum sit communi ope ac conspiratione. Quod facile intelligi potest locum habiturum, etiamsi dominium (quod nunc ita vocamus) introductum non esset. Nam vita, membra, libertas, sic quoque propria cuique essent, ac proinde non sine injuria ab alio impeterentur. sic & rebus in medio positis uti, & quantum natura desiderat eas absumere, jus esset occupantis: quod jus qui ei eriperet, faceret injuriam. Hoc ipsum autem nunc; postquam ex lege aut usu dominium formam suam accepit, multo intelligitur facilius: quod exprimam Tullii verbis: *Vi, si unumquodque membrum sensum suum haberet, ut posse putaret se valere si proximi membri valetudinem ad se traduxisset, debilitari & interire totum corpus necesse est: sic, si unus quisque nostrum rapiat ad se commoda aliorum, detrahatque quod cuique possit, emolumenti sui gratia, societas hominum & communitas evertatur necesse est: nam sibi ut quisque malit quod ad usum vitæ pertineat quam alteri acquiri, concessum est non repugnante natura: illud natura non patitur, ut aliorum spoliis nostras facultates, copias, opes augeamus.* Non est ergo contra societatis naturam sibi prospicere, æque consulere, dum jus alienum non tollatur: ac proinde nec vis, quæ jus alterius non violat, injusta est: quod idem Cicero ita extulit: *Cum sint duo genera decertandi, unum per disceptationem, alterum per vim, cumque illud proprium sit hominis, hoc belluarum, confugiendum est ad posterius, si uti non licet superiore.* Idem alibi: *Quid est quod contra vim fieri sine vi posset?* Apud Ulpianum est: *Vim vi repellere licere, Cassius scribit, idque jus natura comparatur; apparet autem, inquit, ex eo arma armis repellere licere.* Ovidius dixerat:

Armaque in armatos sumere jura sinunt.

Id quod dicimus, non omne bellum juri naturæ adversari, probatur amplius ex sacra historia. Nam cum adversus Reges quatuor qui Sodoma diripuerant, Abrahamus cum ministris ac fœderatis suis armatus victoriam reportasset, Deus per sacerdotem suum Melchisedecum factum ejus probavit. Ita enim illi Melchisedecus: *Laus sit Deo altissimo, qui tradidit hostes tuos in manum tuam*, Gen. XIV, 20. At ceperat arma Abrahamus, ut ex historia apparet, sine speciali Dei mandato: fretus igitur jure naturæ vir non sanctissimus tantum, sed & sapientissimus, etiam extraneorum Berosi atque Orphei testimonio. Historia septem populorum quos Israëlitis exscindendos Deus tradidit non utar: fuit enim ibi mandatum speciale ad exsequendam rem à Deo judicatam in populos maximorum criminum reos: unde hæc bella in sacris literis Dei bella proprie nominantur, quippe Dei jussu non humano arbitrio suscepta. Ad rem magis pertinet quod Amalecitas vim sibi inferentes Hebræi, ducibus Mose ac Josua, armis repulerunt. Exod. XVII. quod Deus ante factum non jusserat, post factum probavit. Sed & leges generales ac perpetuas de modo gerendi belli Deus populo suo præscripsit, Deut. XX, 10. 15. eo ipso ostendens justum bellum

etiam sine mandato speciali suo esse posse. Nam aperte ibidem causam septem populorum ab aliorum populorum causa distinguit: ac cum de justis causis belli suscipiendi nihil ibidem edicat, eo ipso ostendit eas naturaliter satis esse manifestas: qualis causa tuendorum finium in bello Jephtæ adversus Ammonitas, Jud. xi. violatorum legatorum in bello Davidis adversus eosdem, 11 Sam. x. Simul notandum quod dicit Divinus ad Hebræos scriptor, Gedeonem, Baracum, Samsonem, Jephten, Davidem, Samuelem, atque alios per fidem debellasse regna, invaluisse in bello, exercitus exterorum vertisse in fugam. xi, 33, 34: quo loco, ut istius dissertationis series docet, in fidei nomine includit persuasionem, qua id quod fit, Deo placere creditur. Sic & Davidem sapiens femina ait præliari Dei prælia, 1 Sam. xxv, 28. id est pia ac justa. Probatur idem quod dicimus omnium gentium ac præcipue sapientum consensione. De vi qua vita defenditur notus Ciceronis locus, ipsi naturæ testimonium perhibens: *Est hæc non scripta, sed nata lex, quam non didicimus, accepimus, legimus, verum ex natura ipsa arripuimus, hausimus, expressimus, ad quam non docti, sed facti, non instituti, sed imbuti sumus: ut si vita nostra in aliquas insidias, si in vim, in tela aut latronum aut inimicorum incidisset, omnis honesta ratio esset expediendæ salutis.* Idem: *Hoc & ratio docuit, & necessitas barbaris, & mos gentibus, & feris natura ipsa præscripsit, ut omnem semper vim, quacunque ope possent, à corpore, à capite, à vita sua propulsarent.* Cajus Jurisconsultus: *adversus periculum naturalis ratio permittit se defendere.* Florentinus Jurisconsultus: *Iure hoc evenit, ut quod quisque ob tutelam corporis sui fecerit, jure fecisse existimetur.* Josephus: Φύσεως γὰρ νόμῳ ἰσχυρὸς ἐν ἅπασι τὸ ζῆν ἰδίαν, διὸ καὶ τοῦτο κατὰ τοὺς φυσικοὺς ἀφαιρεμένους ἡμᾶς τὰ τῶν πολεμίων ἀγωνίσασθαι. *Est enim natura lex illa quæ in omnibus valet, ut velint vivere, idque ipsum est quapropter eos, qui vita manifeste nos volunt spoliare, hostes censemus.* Adeoque manifestam æquitatem hoc habet, ut in bestiis etiam, quæ juris non rem ipsam ut diximus, sed umbram habent quandam, distinguamus inter vim, quæ injuriam infert, & quæ propulsat. Nam cum dixisset Ulpianus, animal quod sensu, id est rationis usu, caret, non posse injuriam fecisse, mox tamen subjungit, cum arietes vel boves commisissent, & alter alterum occidisset; Q. Mutio auctore distinguendum, ut si quidem is periisset qui aggressus erat, cessaret actio; si is qui non provocaverat, competeret actio. Cui explicando serviet illud Plinii: *Leonum feritas inter se non dimicat, serpentum morsus non petunt serpentes; sed si vis inferatur, nulla est cui non sit iræ, non sit animo injuriæ impatiens, & prompta, si noceat, ad se defendendum alacritas.* De jure naturali ergo, quod & gentium dici potest, satis constat eo bella non omnia improbari. Jure autem gentium voluntario itidem non damnari bella satis nos docent historiæ; & omnium populorum leges ac mores. Imo jure gentium introducta esse bella dixit Hermogenianus: quod paulo aliter quam vulgo accipi solet interpretandum censeo: nempe ut certa bellorum forma à jure gentium sit introducta, quam formam, quæ habeant bella, ea peculiares ex jure gentium effectus consequantur: unde distinctio nascitur, qua utendum nobis erit infra, in bellum solenne juris gentium, quod & justum, id est plenum, dicitur, & non solenne, quod tamen non ideo justum esse desinit, id est juri congruens. Nam alias bellis, modo æqua subsit causa, jus gentium non adsistit quidem, sed nec resistit, ut infra latius explicabitur. *Iure gentium* (inquit Livius) *ita comparatum est, ut arma armis propulsentur.* Et Florentinus jus esse gentium ait, ut vim atque injuriam propulsemus, ut corpus nostrum tutemur. De jure Divi-

no

no voluntario major est difficultas. Neque hic objiciat quisquam jus naturæ esse immutabile, ac proinde à Deo nihil in contrarium potuisse constitui: id enim verum est in iis, quæ jus naturæ vetat aut præcipit, non in iis, quæ jure naturæ licent tantum: nam quæ ejus sunt generis, cum proprie juris naturæ non sint, sed extra jus naturæ, & vetari possunt & præcipi. Solet ergo primum à nonnullis contra bellum adferri lex data Noæ ejusque posteris: ubi Deus sic loquitur, Gen. IX, 5, 6: *Quin-etiam sanguinem vestrum, id est animarum vestrarum, reposcam: ab omni bestia reposcam eum: atque etiam de manu hominis alterius, utpote fratris, reposcam hominis animam. Quisquis effuderit sanguinem hominis qui est in homine, sanguis ejus effundetur: quia hominem ad effigiem suam fecit Deus.* Hic ergo quidam illud, quod de reposcendo sanguine dicitur, generalissime intelligunt, & alterum de effundendo vicissim sanguine, comminationem esse volunt, non approbationem, quorum neutrum mihi se persuadet. Nam interdictum de sanguine non effundendo latius non patet, quam quod in lege est. *Non occides*, quodneque capitalibus suppliciis, neque bellis obstitisse manifestum est. Lex ergo tam hæc, quam illa, non tam novi aliquid constituit, quam jus naturæ prava consuetudine obliteratum declarat atque repetit; unde verba intelligenda sunt in eo sensu, qui vitium includit: sicut homicidii nomine non quamvis hominis cædem intelligimus, sed destinatam, & innocentis. Quod vero sequitur de sanguine vicissim effundendo, videtur mihi non factum nudum, sed jus continere. Rem ita explico. Natura non iniquum est, ut quantum quisque fecit mali tantundem patiatur, juxta illud, quod Rhadamanthi jus dicitur:

Εἶπε πάθοι τις ἃ ἔρεξε δίκη κ' ἰθεῖα γένοιτο.

Quæ fecit si quisque ferat, justa fiet & æquum.

Seneca pater hanc sententiam sic retulit: *Justissima patiendi vice, quod quis cuique exemplo excogitavit supplicio, excipit ipse.* Ex hujus naturalis æquitatis sensu Cain parricidii sibi conscius dixerat, Gen. IV, 14. *qui inveniet me, interficiet me.* Sed Deus primis illis temporibus, aut ob hominum raritatem, aut quia paucis adhuc grassantibus minus opus erat exemplo, id quod naturaliter licitum videbatur edicto repressit, & contractum quidem ac commercium homicidæ defugi voluit, at vitam ei non eripi, quomodo & Plato in legibus constituit, & olim in Græcia usurpatum his versibus docet Euripides:

Καλῶς ὁ θεὸς τοῦδε πατέρας οἱ πάλαι
Εἰς ἐμμόνους μὲν ὄψιν ἐσὶν εἶναι πικρὰν,
Οὐδὲ εἰς ἀκαίρους, ὅστις αἷμ' ἔχειν κυρεῖ.
Φυγαῖσι δ' ἐσθὶν, ἀντιποινίαν τ' μή.
Quam bene parentum providentias statuerat:
Vt cogeretur de via decedere
Hominumque visu cade patrata nocens,
Fugaque lueret triste, non letho, scelus?

Quo & illud pertinet Thucydidis: εἰκὸς τὰ πάλαι τῶν μικρῶν ἀδικημάτων, μᾶλλον τε ἐφ' οἷς κόλασις αὐτοῖς (πᾶσι ξυμπᾶσι) τοῦ θανάτου ἐτίθετο, ἢ τὰ μείζω νῦν· διὸ καὶ τὰ πολλὰ αὐτῶν ἐτόλμητο. *Credibile est antiquitus quamvis gravium delictorum leves fuisse pœnas: sed cum ea progressu temporis contemnerentur, ventum ad mortem.* Lactantius: *Adhuc enim videbatur nefas, quamvis malos, tamen homines, supplicio capitis afficere.* Ab uno facto illustri sumpta conjectura divinæ voluntatis in legem ivit, ita ut Lamechus quoque simili facinore perpetrato impunitatem sibi ab hoc exemplo promiserit, Gen. IV, 24. At cum jam ante diluvium gigantum ætate, promiscua invaluisset cædium licentia, instaurato post diluvium humano genere, pemos idem invalesceret, severius occurrendum Deus censuit: & repressa prioris sæculi lenitate, quod natura non iniquum

esse dictabat & ipse permisit, ut insons esset qui homicidam occidisset. quod postea institutis judiciis summas ob causas ad judices solos restrictum est; ita tamen ut moris pristini vestigium manserit in jure ejus qui occisum sanguine proxime attingeret, etiam post Mosis legem, qua de re infra fusius agetur. Magnum habemus auctorem nostræ interpretationis Abrahamum, qui cum legem Noæ datam non ignoraret, arma sumsit in reges quatuor, ut quæ plane crederet cum ea lege non pugnare. Sic & Moses Amalecitis populum oppugnantibus arma jussit opponi, naturæ scilicet jure usus: nam Deum de hac re speciatim consultum non apparet, Exod. xvii, 9. Adde jam quod capitalia supplicia nec in homicidas tantum, sed & in alios facinorosos usurpata apparet, non modo apud populos extraneos, sed apud ipsos piæ doctrinæ alumnos, Gen. xxxviii, 24. Nimirum conjectura Divinæ voluntatis ipsa naturali ratione adjuvante à similibus ad similia processerat, ut quod in homicidam constitutum erat, in alios quoque eximie nocentes non iniquum videretur. Sunt enim quædam quæ vitæ æquiparantur, ut existimatio, pudor virginalis, fides matrimonii; aut sine quibus vita tuta esse non potest, ut imperii societatem continentis reverentia: adversum quæ qui faciunt, ii homicidis meliores non videntur. Huc pertinet vetus, quæ ad Hebræos exstat, traditio, leges plures Noæ filiis datas à Deo, quæ non omnes à Mose narratæ sint, quia satis erat ad ipsius institutum eas postea in lege peculiari Hebræorum esse comprehensas. Sic adversus nuptias incestas legem veterem, quanquam à Mose suo loco non memoratam, existitisse apparet Levit. xviii. Inter ea autem quæ Noæ liberis Deus edixit hoc quoque ajunt fuisse, ut non homicidia tantum, sed & adulteria, & concubitus incesti, item violentæ rapinæ morte punirentur. Quod ipsum confirmant Jobi verba xxxi, 11. Jam vero data per Mosem lex sanctionibus capitalibus rationes adjicit, quæ apud alios populos non minus quam apud Hebræum populum valent: ut Levit. xviii, 24, 25, 27, 28. Psal. cv, 5. Prov. xx, 8. Et peculiariter de homicidio dicitur terra non posse expiari nisi sanguine homicidæ fuso, Num. xxxv. 31, 33. Præterea absurdum cogitatu est, Hebræo populo indultum, disciplinam & salutem publicam ac singulorum munere pœnis capitalibus, ac se bello tueri, cæteris autem regibus gentibusque idem eodem tempore non licuisse: neque tamen reges eos aut gentes unquam à prophetis admonitos, improbari à Deo usum capitalium suppliciorum ac bella omnia, sicut de aliis peccatis admoniti sæpe sunt. Imo contra quis non credat, cum lex Mosis de judiciis expressam habuerit Divinæ voluntatis imaginem, recte ac pie facturas fuisse nationes quæ inde sibi exemplum peterent? quod certe Græcos, Atticos præsertim, fecisse credibile est: Unde tanta in jure veteri Attico & quod inde sumtum est Romano xii tabularum cum legibus Hebræis similitudo est. Sufficere hæc videntur, ut appareat legem Noæ datam non eum habere sensum quem volunt qui bella omnia eo argumento impugnant. Speciem majorem habent quæ ex Euangelio contra bellum adferuntur: in quibus examinandis non illud mihi sumam quod sumunt multi, in Euangelio extra præcepta credendi & sacramentorum nihil esse quod non sit juris naturalis: id enim, quo sensu à plerisque sumitur, verum non puto. Illud libens agnoscо, nihil nobis in Euangelio præcipi quod non naturalem habeat honestatem: sed non ulterius nos obligari legibus Christi quam ad ea ad quæ jus naturæ per se obligat, cur concedam non video. Et qui aliter sentiunt mirum quam sudent, ut probent quæ Euangelio vetantur ipso jure naturæ esse illicita, ut concubinatum, divortium, matrimonium cum pluribus fœminis. Sunt quidem

dem hæc ejusmodi ut eis abstinere honestius esse dicat ipsa ratio; at non talia ut absque lege Divina nefas in illis appareat. Ad illud vero quod Christiana lex præcipit, ut alii pro aliis mortis periculo nos objiciamus, 1 Joh. III, 16. quis dicat ipso naturæ jure nos obligari? Justini dictum est: τὸ κατὰ φύσιν ζῆν ἐστὶν ὑπὲρ ἐκείνου τεθνάναι ὃν ἐὰν: *secundum naturam vivere ejus est qui nondum credidit.* Sed ne illos quidem sequar qui aliud sibi sumunt non exiguum, Christum scilicet in tradendis præceptis quæ extant Matthæi v, & deinceps, interpretem tantum agere legis per Mosem datæ. Aliud enim sonant verba toties repetita, *Audistis dictum fuisse veteribus; Ego vero dico vobis*: quæ oppositio, sed & Syriaca & aliæ versiones ostendunt, illud *veteribus* significare ad veteres, non à veteribus; ut *vobis*, est ad vos, non à vobis. Veteres autem illi non alii fuerunt, quam qui Mosis tempore vivebant; nam quæ ut veteribus dicta recitantur, non legisperitorum sunt, sed Mosis, aut verbo tenus, aut sensu: *Non occides*, Exod XX, 30. *Quisquis occiderit tenebitur judicio*, Levit. XXI. 21. Num. XXXV, 16, 17, 30. *Non mœchaberis*, Exod. XX, 30. *Quisquis dimiserit uxorem, det ei libellum divortii*, Deut. XXIV, 1. *Non pejerabis, sed reddes Domino, quæ juraveris.* Exod. XX, 7. Num. XXX, 2. *Oculum pro oculo, dentem pro dente* (supple, reposcere liceat in judicio) Levit. XXIV, 20. Deuteron. XIX, 21. *Diliges proximum tuum* (id est Israëlitam) Levit. XIX, 18, *& odio habebis inimicum tuum*, puta septem populos quibuscum amicitiam colere quorumque misereri vetantur, Exod. XXXIV, 11. Deut. VII, 1. His addendi Amalecitæ, in quos Hebræi jubentur bellum habere implacabile, Exod. XXVII, 19. Deut. XXV, 19. Sed ad intelligentiam verborum Christi omnino notandum, legem per Mosem datam dupliciter accipi: aut secundum id quod commune habet cum aliis legibus, quæ ab hominibus condi solent, quatenus se licet graviora delicta pœnarum adspectabilium formidine coërcet, Hebr. II, 2. & populum Hebræum hac ratione in statu civilis societatis continet, quo sensu dicitur νόμος σωματικῆς ἐντολῆς, Hebr. VII, 13. & lex factorum, Rom. III, 27: aut secundum id quod legis Divinæ est proprium, quatenus scilicet etiam mentis requirit puritatem, & actus aliquos, qui sine temporali pœna omitti possunt: quo sensu vocatur νόμος πνευματικὸς, Rom VII, 14. exhilarans animum, Psalm XIX, qui Latinis XVIII, 9. Legis periti & Pharisæi, priore illa parte contenti, secundam, quæ prior est, insuper habebant, neque inculcabant populo: quod verum esse non ex nostris duntaxat libris, sed ex Josepho quoque & magistris Hebræorum ostendi potest. Sed etiam secundam hanc partem quod attinet, sciendum est, virtutes, quæ à Christianis exiguntur, etiam Hebræis aut commendari, aut præcipi, sed non præcipi in eo gradu ac latitudine, quo Christianis. Utroque autem hoc sensu Christus sua præcepta opponit veteribus: unde liquet, verba ejus non continere nudam interpretationem. Hæc autem sciri non ad hoc tantum, quod nunc in manu est, refert, sed & ad multa alia, ne legis Hebraicæ auctoritate supra quam æquum est utamur. Omissis ergo argumentationibus quæ minus se nobis probant; Primum ac præcipuum testimonium quo bellandi jus à Christi lege non plane tolli probamus esto Pauli illud ad Timotheum I, II, 1. 2. 3: *Hortor ergo ante omnia ut fiant deprecationes, preces, interpellationes, gratiarum actiones pro quibuscunque hominibus: pro regibus & quibuscunque in eminentia constitutis: ut tranquillam ac quietam vitam degamus cum omni pietate ac sanctitate. Nam id bonum gratumque est apud Deum servatorem nostrum, qui omnes homines vult servari, & ad agnitionem veritatis venire.* Tria enim hinc docemur: Gratum esse Deo ut reges fiant Christiani: ut Christiani

facti

facti reges mancant: quod ita expressit Justinus Martyr: Δεόμεθα καὶ βασιλεῖς καὶ ἡγεμόνας περὶ τῆς βασιλικῆς συμφυΐας καὶ σώφρονος λογισμοῦ ἐχούσης δίκην. *Hoc precamur, ut Reges & Principes simul cum regali potestate etiam sanam mentem consequantur:* & in libro cui nomen constitutiones Clementis, precatur Ecclesia Χριστιανοὶ τῇ πόλει. id est, magistratus Christianos: Deinde & hoc Deo gratum esse, ut Christiani reges Christianis aliis vitam tranquillam præstent. Quomodo vero? Alibi id explicat Rom. XIII, 4. *Dei minister est tuo bono. quod si feceris, quod malum est, metue, non enim frustra gladium gerit: nam Dei minister est, vindex ad iram ei, qui quod malum est fecerit.* Jure gladii per complexionem omnis quidem coërcitio intelligitur, quomodo etiam apud Jurisconsultos interdum, sed ita tamen ut pars ejus summa, id est verus gladii usus, non excludatur. Huic loco illustrando non parum servit Psalmus secundus, qui quanquam in Davide suam habuit veritatem, plenius tamen & perfectius ad Christum pertinet: ut discere est Actor. IV, 25. XII, 33. Hebr. V, 5. Is autem Psalmus reges omnes hortatur ut Dei filium venerabundi suscipiant: hoc est, ut se ministros ei exhibeant, qua reges sunt scilicet, ut recte explicat Augustinus, cujus verba ad hanc rem pertinentia apponam: *In hoc reges, sicut eis Divinitus præcipitur, Deo serviunt, in quantum reges sunt, si in regno suo bona jubeant, mala prohibeant, non solum quæ pertinent ad humanam societatem, verum etiam quæ pertinent ad Divinam religionem.* Et alibi: *Quomodo ergo reges Domino serviunt in timore, nisi ea quæ contra jussa Domini sunt religiosa severitate prohibendo atque plectendo? Aliter enim servit qua homo est, aliter qua rex est.* mox: *In hoc ergo serviunt Domino reges in quantum sunt reges, cum ea faciunt ad serviendum illi, quæ non possunt facere nisi reges.* Secundum argumentum præbet nobis is ipse locus, cujus partem citavimus, ad Rom. XIII. ubi potestas summa, qualis est regia, à Deo esse dicitur, & Dei ordinatio vocatur, unde infertur, ei & parendum & honorem exhibendum, & quidem ex animo: & quicunque resistit, eum Deo resistere. Si ordinationis voce res intelligeretur quam Deus tantum non vult impedire, quomodo se Deus habet circa actus vitiosos, jam inde nulla honoris, nulla obedientiæ, ad animum maxime pertinentis, obligatio sequeretur: nec quicquam diceret Apostolus, ubi hanc potestatem tantopere prædicat atque commendat, quod non latrociniis & furtis conveniret. Sequitur ergo ut ordinata hæc potestas voluntate Dei approbante intelligatur: unde porro infertur, cum Deus sibi contraria non velit, hanc potestatem cum voluntate Dei per Euangelium revelata, & omnes homines obligante, non pugnare. Neque eliditur hoc argumentum eo, quod qui in imperiis erant eo tempore cum hæc Paulus scriberet, dicuntur alieni fuisse à Christiana pietate: nam primum id ita universim verum non est. nam Sergius Paulus Cypri proprætor Christo nomen pridem dederat, Actor. XIII, 12. ut jam taceam quod de Edessenorum rege vetus fama tradidit, nonnihil forte falso inquinata, sed ut videatur ex vero originem trahere. Deinde, non de personis quæritur an impiæ fuerint, sed an illa functio in illis impia fuerit: quod dicimus ab Apostolo negari, quando illam functionem dicit à Deo institutam etiam pro illo tempore, ac propterea honorandam etiam intra animi recessus, quibus proprie solus Deus imperat. Potuit ergo & Nero, & rex ille Agrippa, quem ad Christi religionem amplectendam Paulus tam serio invitat, Act. XXVI, Christo se subjicere, & retinere hic regiam, ille imperatoriam potestatem: quæ sine jure gladii & armorum intelligi nequit. Sicut ergo olim pia erant sacrificia secundum legem, quamvis ab impiis sacerdotibus celebrata; sic pia res est imperium, quamvis

vis ab impio teneatur. 5. Tertium argumentum petitur ex Joannis Baptistæ verbis, qui serio interrogatus à militibus Judæis (cujus gentis multa millia Romanis militasse ex Josepho & aliis scriptoribus manifestissimum est) quid haberent faciendum ut iram Dei effugerent: non eos militia abire jussit, quod facere debebat, si ea erat Dei voluntas, sed abstinere concussionibus & fallaciis, stipendiisque esse contentos, Luc. III. 14. Ad hæc Baptistæ verba, cum apertam satis militiæ approbationem contineant, multi respondent, quæ Baptista præscripsit ita discrepare à Christi præceptis, ut aliud docere potuerit Baptista, aliud Christus: quod quo minus admittam hæc obstant. Joannes & Christus eodem exordio doctrinæ quam afferebant summam indicarunt: *Resipiscite, appropinquavit enim regnum cœlorum*, Matth. III. 2. IV. 17. Christus ipse regnum cœleste (id est legem novam: nam legem regni nomine appellare Hebræis mos est) dicit cœpisse invadi à diebus Baptistæ, Matth. XI. 12. Joannes dicitur prædicasse baptismum pœnitentiæ in remissionem peccatorum, Marc. I. 4. Tantundem fecisse dicuntur Apostoli Christi nomine, Actor. II. 38. Exigit Joannes fructus dignos pœnitentia, & iis qui talem fructum non proferunt excidium minatur, Matth. III. 8, & 10. Exigit opera dilectionis supra legem, Luc. III. 11. Lex dicitur duravisse usque ad Joannem, id est ab illo incepisse doctrina profectior. Matth. XI. 13. Et principium Euangelii à Joanne ducitur, Marc. I. 1. Luc. I. 77. Ipse Joannes hoc nomine major Prophetis, Matth. XI. 9. Luc. VII. 26. missus scilicet ad dandam cognitionem salutarem populo, Luc. II. 77. ad Euangelium annuntiandum. Luc. III. 18. Neque usquam Joannes Jesum à se distinguit præceptorum discrepantia (quæ quam quæ generalius & confusius, & rudimentorum more à Joanne sunt indicata, eadem disertè tradidit Christus vera lux) sed eo quod Jesus esset promissus ille Messias, Actor. XIX. 4. Joan. I. 29. rex scilicet regni cœlestis, qui daturus esset in se confidentibus vim Spiritus Sancti, Matth. III. 11. Marc. I. 8. Luc. III. 16. 6. Quartum hoc est argumentum, quod mihi ponderis non exigui videtur: Si tollatur jus capitalium suppliciorum, & armis cives tuendi adversus latrones ac prædones, maximam inde secuturam scelerum licentiam & quasi diluvium malorum, cum nunc quoque constitutis judiciis ægre reprimatur improbitas. Quare si mens Christi fuisset, talem rerum statum, qualis auditus nunquam fuerat, inducere, haud dubie verbis quam maxime disertis ac specialibus edicendum ei fuerat, ne quis de capite judicaret, ne quis arma ferret; quod fecisse nusquam legitur: nam quæ adferuntur, aut valde sunt generalia, aut obscura. Docet autem ipsa æquitas & communis ratio, non tantum verba generalia contrahi, & ambigua commode explicari, sed & à proprietate usuque recepto verborum discendi nonnihil, ut is sensus eviteur qui maxima secum incommoda sit allaturus. 7. Quintum sit, quod nullo argumento ostendi potest lex Mosis, quæ ad judicia pertinebat, desiisse priusquam urbs Hierosolyma exscinderetur, & cum ea tum species tum spes reipublicæ concideret: nam neque in lege Mosis ullus terminus isti legi præfinitur, neque Christus aut Apostoli usquam de istius legis cessatione loquuntur, nisi quatenus id comprehensum videri potest in reipublicæ (ut diximus) destructione: imo contra Paulus summum pontificem ait constitutum ut judicium ferret secundum legem Mosis, Actor. XXIV. 5. Christus ipse in præfatione præceptorum suorum ait, non venisse se ad solvendam legem, sed ad implendam, Matt. V. 17. quod quem de ritualibus sensum habeat non obscurum est: implentur enim lineamenta adumbrantia, cum perfecta rei species exhibetur: de legibus autem ad judicia pertinentibus quomodo

verum esse potest, si Christus, ut quidam existimant, adventu suo ea sustulit? Si autem manserit obligatio legis quamdiu stetit Hebræorum respublica, sequitur ut Judæi etiam ad Christum conversi, si ad magistratum vocarentur, eum defugere non potuerint, & ut judicare non aliter debuerint quam Moses præscripserat. 8. Ego sane omnia expendens ne levissimam quidem conjecturam reperio, qua motus vir aliquis pius illa tunc Christi loquentis verba audiens aliter existimare potuerit. Illud agnosco, ante Christi tempus quædam fuisse permissa, sive quoad impunitatem externam, sive etiam quoad animi puritatem (nunc enim ista distinctius exquirere, nec opus, nec otium est) quæ Christus suam disciplinam sectantibus licere noluit, ut ob qualemcumque offensam uxorem dimittere, ab eo qui læserit in judicio exigere ultionem: sed inter Christi præcepta & illas permissiones est diversitas quædam, non est repugnantia. Nam qui uxorem retinet, qui ultionem sibi privatim debitam remittit, nihil facit contra legem; imo hoc facit quod lex maxime vult. Longe aliud est in judice, cui lex non permittit, sed imperat ut homicidam morte puniat, reus ipse futurus apud Deum ni fecerit. Huic si Christus interdicit ne homicidam morte puniat, omnino contrarium legi præcipit, solvit legem. 9. Sextum sit argumentum ab exemplo Cornelii Centurionis, qui & Spiritum sanctum, signum indubitatum justificationis, à Christo accepit, & in nomen Christi à Petro Apostolo baptizatus est: militiam autem abdicasse aut ad eam abdicandam à Petro monitus non legitur. Sunt qui respondeant, cum de religione Christiana à Petro sit institutus, simul censeri debere institutum de militia deferenda. Hi, si quidem certum esset atque indubitatum inter Christi præcepta contineri interdictum militiæ, aliquid dicerent: sed cum id nusquam alibi disserte exstet, certe de ea re aliquid hoc saltem loco, qui id maxime poscebat, dicendum fuerat, ne post ventura ætas officii sui regulas ignoraret. Neque vero solet Lucas, ubi personarum qualitas specialem quandam vitæ mutationem desiderabat, id silentio præterire, ut videre est tum alibi, tum Actor. cap. XIX. 19. 10. Septimum huic simile petitur ex eo quod de Sergio Paulo cœpimus dicere: nam in ejus conversi historia nullum est indicium ejurati magistratus, aut admonitionis factæ ut ejuraretur. Quod autem non narratur, cum narrari, ut diximus, maxime attineat, id nec factum censendum est. 11. Octavum esse potest, quod Paulus Apostolus, intellectis Judæorum in se insidiis, Tribuno indicari eas voluit; & cum Tribunus milites ei addidisset, quorum præsidio in itinere adversus vim omnem tutus esset, nihil contradixit, neque Tribunum aut milites monuit, Deo non placere ut vis vi repellatur. Atqui is erat Paulus, qui nullam occasionem edocendi officii aut omitteret ipse, aut omitti ab aliis vellet, 2 Tim. IV. 2. 12. Nonum accedat, quod rei honestæ ac debitæ finis proprius non potest non esse honestus ac debitus. Tributa ut solvamus honestum est, atque etiam præceptum conscientiam obligans, ut Paulus Apostolus explicat: tributorum autem finis est, ut potestates publicæ habeant unde sumtum faciant ad bonos tuendos ac coercendos malos, Rom. XIII. 3, 4, 6. Tacitus apposite ad hanc rem: *Neque quies gentium sine armis, neque arma sine stipendiis, neque stipendia sine tributis haberi queunt.* Cui dicto simile est Augustini illud: *Ad hoc tributa præstamus, ut propter necessaria militi stipendium præbeatur.* 13. Decimum argumentum præbet locus ille Actor. XXV. 11. ubi Paulus ita loquitur: *Si injuria quenquam affeci, & dignum aliquid morte commisi, non recuso mori.* Unde colligo ita censuisse Paulum, etiam post publicatam Evangelii legem quædam esse crimina quæ morte plecti æquitas ferat, aut

Καὶ γὰρ ἀποκτείνῃς ἐχθρὸν, σέο χεῖρα μιαίνεις.
Ἀγροῦ γειτνέοντος ἀπόσχου, μηδ' ἄρ ὑπερβῆς.
Πᾶς ὅρος ἔστι δίκαιος, ὑπερβασίη δ' ἀλεγεινή.
Κτῆσις ὀνήσιμος ἔσθ' ὁσίων· ἀδίκων δὲ πονηρή.
Μὴ δέ τιν' αὐξόμενον λωβήσῃ καρπὸν ἀρούρης.

Etiamsi namque occideris hostem, tuam manum polluis.
Ab agro vicini abstine, neque transi.
Omnis terminus est justus: transgressio vero vitiosa.
Possessio utilis est sanctorum, injustorum vero prava.
Ne quem crescentem læseris fructum agri.

Ἔσωσαν

aut etiam exigat: quod & Petrus docet, 1 Epist. cap. 11. 19, 20. Quod si ea tum fuisset Dei voluntas, ut capitalibus judiciis absisteretur, poterat quidem purgare se Paulus, sed non debuerat in hominum animis eam relinquere opinionem, quasi capite plectere nocentes nunc non minus quam olim liceret. Probato autem capitales pœnas post Christi adventum recte exerceri, simul probatum arbitror, bellum aliquod licite geri, puta adversus nocentes multos & armatos: qui ut rei fiant, acie vincendi sunt. Vires enim & ad resistendum audacia nocentum, sicut in prudenti deliberatione suum habere momentum potest, ita de jure ipso nihil imminuit. 14. Undecimum esse potest, quod Christi lex solam legem Mosis, qua gentes ab Hebræis separabat, sustulit, Ephes. 11. 14. 15. Quæ autem natura, & bene moratarum gentium consensu honesta censentur, adeo non sustulit, ut sub generali præcepto omnis honesti ac virtutis comprehenderit. Phil. 1v. 8. 1 Cor. x1. 13, 14. Jam vero criminum pœnæ & arma, quæ injuriam arcent, natura habentur laudabilia, & ad justitiæ, & ad beneficentiæ virtutem referuntur. Atque hic obiter notandus eorum est error, qui Israëlitarum jus ad bellum deducunt ex eo solo quod terram Cananæam illis Deus dedisset. Est enim hæc justa quidem causa, sed non unica. Nam & ante ea tempora pii rationis ductu bella gesserunt: & ipsi Israëlitæ postea aliis de causis, ut David ob legatos violatos. Tum vero quæ humano jure quisque possidet, non minus ejus sunt, quam si Deus donasset: id autem jus per Euangelium non tollitur. *Idem.*

Ἔσωσαν δ' ὁμότιμοι ἐπήλυδες ἐν πολίταις.
Πάντες γὰρ ξενίης περιπάσσονται πολυμόχθῳ.
Ὡς ξένοι ἀλλήλων· ξεῖνος δέ γε ὔπις ἐν ἡμῖν
Ἔσσετ', ἐπεὶ πάντες βροτοὶ αἵματος ἐξ ἑνὸς ἐστέ.
Χώρη δ' ὔπι βέβαιον ἔχει τόπον ἀνθρώποισι.
40 Μὴ δὲ θέλεις πλεῖν μηδ' ὄλχῳ· ἀλλὰ τόδ' ὄλχῳ,

Sint in pari honore advenæ cum civibus.
Omnes enim peregrinatione circumvehuntur ærumnosa
Tanquam hospites alter alterius. Peregrinus vero nullus inter nos
Erit, quia omnes homines sanguine ex uno estis.
Terraque non perpetuum habet locum hominibus
Non velis diteſcere, neque opta: sed hoc opta,

Zlw

40 Μὴ δὲ θέλεις πλεῖν &c.] Non solum autem non prosunt divitiæ amatoribus suis, imo etiam multum nocent. Inquinant enim eos, cruciant & occidunt. Ad primum facit illud verbum Bernardi: Beatus qui post illa non abiit, quæ possessa onerant, amata inquinant. Ad secundum facit illud quod dicit Seneca: Projice quæ cor tuum laniant: quæ si aliter abstrahi nequirent, cor ipsum cum eis avellendum esset. Ad tertium facit quod cum Constantinus dedit imperium ecclesiæ, audita est hæc vox: Hodie infusum est venenum ecclesiæ Dei. Divitiæ ergo ut venenum se habent ad amatores suos; interficiunt enim eos. Ideo miratur David quare diligantur, dicens: *Ut quid diligitis vanitatem?* &c. Et Prov. 1. *Usque quo parvuli diligitis infantiam?* &c. Ipsæ etiam divitiæ quodammodo ne amentur clamant, dum tot afflictiones faciunt amatoribus suis. Unde Gregor. Mundus iste dum tot afflictionibus pulsat, tot calamitates ingeminat, quid aliud nisi ut non diligatur clamat. Quod autem divitiæ sint utiles contemptoribus suis, patet ex hoc quod earum contemptores licet pauperes sint, ex contemptu earum regnum æternum emunt. Quarta stultitia avari est, quod ea custodit quæ custodita perduntur, perdita vero custodiuntur. Quod ostendi potest per simile

de

de frumento, quod si custodiatur perditur, si seminando perdatur, renovatur & multiplicatur. Unde super illud Matt. 16: *Qui voluerit animam suam salvam facere perdet eam*, dicit glos. Quasi dicatur agricolæ: Si frumentum servas perdis: si seminas, renovas. Ad idem facit illud Ecclesiast. 29. *Perde pecuniam propter fratrem & amicum & non abscondas sub lapide in perditionem.* Lapis vocatur cordis duritia. Sub qua dum absconditur, in perditionem absconditur: quia dum servari creditur, perditur. Et non solum perditur, imo etiam perdit dominum suum, quod deterius est. Unde Bernard. loquens de bonis temporalibus, dicit: Utinam tantum congregata perirent, & non congregator eorum. Tolerabilius esset insudare labori perituro, quam perempturo. Quinta stultitia avari est in expendendo prodige: quod facit dum pretiosum lumen rationis consumit, in quærendo temporalia quæ vilia sunt. De hoc lumine dicitur in Ps. *Signatum est super nos lumen vultus tui Domine.* Lumen vultus Dei, ratio est, quia secundum eam Dei imago sumus. Lumen ergo rationis est signatum super nos: quia impressum est nobis sicut imago sigilli ceræ imprimitur. Hoc lumen valde pretiosum est, sicut potest ostendi tripliciter. Primo per hoc, quod secundum illud Deo similes sumus. Secundo per hoc, quod prævalet toti mundo absque creaturis rationalibus: quod patet per hoc, quod si alicui lumen rationis tenebrescat, per insaniam vel alio modo, melius est illi lumen restitui, quam totum mundum ei acquiri. Tertio potest idem ostendi per hoc, quod sol & luna & omnia alia luminaria cœli, imo etiam omnes creaturæ visibiles deserviunt huic lumini, & sunt quasi ad accendendum illud. Unde manifestum est quale sit lumen istud, cui tam pretiosa luminaria deserviunt. Valde enim parvis candelis solent accendi valde magni ceri. Hoc lumen expendunt avari in quærendo temporalia quæ Apostolus arbitratus est ut stercora, quem non credimus fuisse deceptum in sua arbitratione. Si quis candelam quinque denariorum expenderet quærendo unum obolum, valde fatuus reputaretur; quanto insipientior reputandus est avarus qui lumen pretiosum, imo impreciabile in congregando lutum expendit? Vere insanus est avarus qui vicinos suos reprehendit de hoc quod ceram consumunt, cum sebum eis sufficere possit, dicens: *Ut quid perditio hæc?* seipsum vero non reprehendit de perditione talis & tanti luminis. Lumen istud regnum est datum homini, ut eo circa se & Deum utatur. Avarus vero eo utetur circa jumenta sua, ipse vero remanet in tenebris. Jumenta sua ad lumen comedunt, ipse vero comedit in umbris, unde Eccles. 5. dicitur de avaro: *Cunctis diebus vitæ suæ comedit in tenebris, & in curis multis, & in ærumna atque tristitia.* Et quia in tenebris comedit, ideo noxia & venenata comedit. O quam fatuus reputaretur qui ad præsepe jumentorum suorum cereum magnum poneret, ad mensam vero suam esset sine lumine. Sed insipientior eo est avarus, qui nec solum lumen rationis prodige expendit, imo seipsum, dum se totum rebus suis largitur ordinandis & excolendis, & de se nihil retinet subiipsi, cum ipse amplius regimine & cultura indigeat. Sexta stultitia est in acquirendo. Fatuus operarius est, qui sciens aliquam bonam artem ex qua potest lucrari decem marcas in die; & facit vile opus unde tantum quatuor denarios acquirit. Insipientior est avarus qui labore diutno tantum lucratur aliquid terrenum, cum labore eodem, vel minori, & quandoque majori si propter Deum faceret, posset lucrari regnum cælorum. Ad quod pertinet illud Gregorii: Fatuum est inde temporalia quærere, unde possumus æterna habere. Minuit Dominus hominem paulo minus ab angelis, sed homo ex avaritia sua minuit se multo amplius a jumentis, cum reducit se ad illud opus in quo multo minus valet homo quam equus.

Ζλεῦ ἀπὸ τῶν ὀλίγων, μηδέν τε ἔχοις ἄδικον.

Ut vivas paucis contentus, nec quicquam possideas injustum.

Η φι-

Locatur enim equus duodecim denariis; quando homo locat se nisi quatuor. Unde nisi homo laborem suum ad Deum referat: à quo aliam mercedem recipiet, inferior jumentis quantum ad hoc est. Fatuus etiam negotiator est avarus, qui simpla pro centuplis non vult commutare. Unde Bernardus loquens de verbo isto, Centuplum accipietis &c. dicit, quid insaniæ est quod cunctamur relinquere simpla pro centuplis? Ubi cupidus? ubi ambitiosus? ubi conquisitor hujus seculi? Fatuus est qui ad hoc laborat ut spinæ divitiarum sibi multiplicentur quæ eum pungant in præsenti variis curis, & occasionaliter succendent eum in inferno. Nunquid colliget avarus de spinis istis uvas, aut de tribulis ficus? Imo etiam in præsenti inveniet in illis molestiam & asperitatem in quibus quæsivit suavitatem. Avarus etiam talpæ similis est, quæ quicquid fodit, super humeros proprios ponit. Sic avarus ea quæ male acquirit, quodammodo super se ponit. Impediunt enim eum ne ad vitam gratiæ suscitari possit. Unde divitiis quas acquirit cumulat se. Avarus etiam similis est, secundum Bernard. homini qui suffocatur in aqua, qui non dimittit quicquid tenere potest. Et cum deberet amplecti tabulam pœnitentiæ quæ eum à naufragio liberaret, potius amplectitur aurum & argentum & cætera ponderosa, quæ mergunt eum in profundum inferni. Et ut breviter dicam, Avarus antequam lucretur, seipsum perdit, & antequam aliquid capiat, capitur. Justo enim judicio Dei fit, sicut dicit Augustinus, ut à divitiis quas injuste capere voluit, capiatur justissime, imo quod deterius est ipsis divitiis, quasi quadam esca à diabolo capiatur. Septima stultitia est, quod nec solum expendendo vel acquirendo insipienter agit avarus, sed etiam custodiendo. Quod avarus stulte agat, custodiendo divitias. Et hæc quatuor de causis. Primo quia thesaurisat ubi omnes antecessores sui thesauros amiserunt, scilicet in mundo isto. Unde Osee 7. *Ephraim factus est sicut columba seducta, non habens cor*: id est, sapientiam. Hæc est insipientia columbæ, quod pullos suos ibi ponit ubi omnes amittere consuevit. Secundo, quia custodire vult quæ durabilia non sunt. Temporalia ista quatuor de causis consumuntur. Primo, propter corruptibilitatem propriam. Unde Jacob. 5. *Agite nunc divites, plorate ululantes in miseriis vestris quæ evenient vobis. Divitiæ vestræ putrefactæ sunt &c.* Secunda causa est aliena rapacitas. Unde Matth. 6. de ista causa & præcedente dicitur: *Nolite thesaurizare vobis thesaurum in terra, ubi ærugo & tinea demolitur, & ubi fures effodiunt & furantur.* Tertia causa est superbia quam divitiæ pariunt, quæ postea divitias consumit. Unde Augustinus. Vermis divitum superbia est. Quarta causa est, ampla familia quam divitiæ requirunt. Unde Eccl. 5. *Ubi multæ sunt opes, ibi multi sunt qui comedunt eas.* Et quid prodest possessori nisi quod cernit eas oculis suis. Tertio insipienter agit avarus custodiendo, quia vult sua secum habere, cum securius possint sibi alio custodiri. *Peraldus.*

Η φιλοχρημοσύνη μητὴρ κακότητος ἁπάσης.
Μὴ πόθος εἰς χρυσὸν ἢ εἰς ἄργυρον· ἐν δ' ἀρα τοῖς
Εσται ἀμφήκης θυμοφθόρος ἔνθα σίδηρος.
Χρυσὸς ἀεὶ δόλος ἐστὶ καὶ ἄργυρος ἀνθρώποισι.
Χρυσὲ κακῶν ἀρχηγὲ, βιοφθόρε, πάντα καλέπτων,
Εἴθε σε μὴ θνητοῖσι γλυκὺ πῆμα ποθεινόν.
Σοῦ γὰρ ἕνεκα, μάχαι τε, λεηλασίαι τε, φόνοι τε,
Εχθρὰ τέκνα γονῆσιν, ἀδελφειοί τε συναίμοις.
[41] Μηδὲ δόλους ῥάπτειν· μὴ σοὶς φίλον ἦτορ ὀπλίζειν.

Amor pecuniæ mater est malitiæ omnis.
Ne desiderium sit auri vel argenti. in his enim
Erit utrinque acutum, animum corrumpens ibi ferrum.
Aurum semper fraus est & argentum hominibus.
O aurum malorum dux, vitæ labes, omnia evertens,
Utinam tu mortalibus non esses malum desiderabile.
Tui enim gratia, pugnæ, & prædæ: & cædes,
Infensique liberi parentibus, fratresque consanguineis.
Ne fraudes consuas, neque contra carum cor armes te.

[42] Μηθ'

[41] *Μηδὲ δόλους ῥάπτειν*] Ut primum de voce dicamus: Quod Latinis est dolus, Græci dicunt δόλος, ita ut uxor eorum & nostra, propemodum sit eadem. Hebræi ver-

verò dicunt *Mirma* vel *Remtia*. Deinde hoc sciendum est, dolum ibi esse prohibitum, ubi aliquid subest latens, quod occultetur, ne dolus pateat aut facile videatur. Unde Plautus ajebat: *Doli nisi astu colantur, non sint doli.* Tantum de nomine. Nunc ad definitionem venio. In ff. de Dolo malo l. 1. Servius Jurisconsultus *dolum malum* ita definivit: *Machinationem quamdam esse alterius decipiendi causâ, cum aliud agitur, & aliud simulatur.* Ubicunque igitur dolus est, deceptio intervenit per aliquam simulationem. Verum quidem est, Labeonem Jurisperitum definitionem allatam à Servio reprehendisse, & quidem duobus argumentis. Quorum unum est, quandoque fieri posse, ut aliquis absque simulatione seu dolo malo circumveniatur. Quocirca definitio angustior & contractior, atque id quod definitur, esset. Id autem ut vitiosum ab omnibus reprehenditur. Alterum est, qua nonnulli quandoque per dissimulationem sua vel aliena servant ac tuentur, nullum autem circumveniunt, & nemini nocent. Quare definitio præter id, quod definitur, ad alia posset applicari, quod item, ut vitiosum reprehenditur. Quamobrem ipse ita definit: *Dolum malum esse, omnem calliditatem, fallaciam, machinationem, ad circumveniendum, fallendum, decipiendum alterum exhibitam.* Ulpianus eodem loco sententiam Labeonis probat. Sed pace tanti viri dixerim, à doli ratione Labeo non recte fictionem removit. Ad primum vero ipsius argumentum, assumptum nego, homines nimirum citra simulationem circumveniri, quia nisi stupidi omnino fuerint, non facile adducentur ad recipiendum & acceptandum, quod sibi damnosum fore aperte viderint. Ideo necesse est, ut species aliqua & fucus accedat, quæ per dissimulationem omnino fiunt. Deinde, enim ait multos esse, qui vel sua vel aliena per simulationem tueantur, id fateor, sed hoc ipsum dolum esse affirmo, licet bonum, ut postea dilucidius ostendam. Ad rationem itaque doli, fictio vel simulatio semper viderit adhibenda. Quamobrem Servii definitio mihi magis arridet, quam tamen ipse ad dolum generaliter potius, quam ad dolum malum accommodarem, ut ille fecit. Et fortasse ratione adductus, quia deceptionem eam intellexit, quæ damnosa esset. 14. Cicero de offic. lib. 1. simulationem seu fictionem, ad naturam doli maxime pertinere testatur. Scribit enim Aquilium familiarem suum interrogatum, quid esset dolus, respondisse: *Ubi aliud est actum, & aliud simulatum.* Huic sententiæ Augustinus adstipulatur, qui super Joannem tract. 7. ea verba exponens, quæ Christus de Nathanaele protulit: *Ecce verus Israelita, in quo non est dolus*, ait: *Tum dolus est, cum aliud agitur & aliud fingitur, &c.* Utque id obiter dicam, ex eo loco facile colligitur, Augustinum conciones ad populum sermone Latino habuisse, quod Afri Romana lingua uterentur, quamvis non pura, sed in aliquibus vocibus corrupta. Nam ibi Augustinus plebem admonuit, dolum non significare dolorem, ut multi corrupte loquebantur, dicentes: Dolus illum torquet, cum dicendum fuerit dolor, ut itaque ambiguitatem tolleret, dolus, inquit, fictio & simulatio est. Atque ibidem, ut fictionem dolosam exprimeret, adjecit, eam à duplicitate cordis proficisci, Psalmum adducit 12. ubi cum agitur de dolosis, ii corde & corde à Davide locuti esse dicuntur, hoc est, vi ille interpretatur, una parte cordis veritatem, & quomodo res habeat, perspiciunt, altera vero simulationem ac fraudem deponunt. In illis vero, inquit, non est dolus, qui cum se peccatores videant, se pro talibus habent, neque justitiam simulant, vel jactant, ut Pharisæus agebat, cum juxta Publicanum oraret, utque cæteri faciunt hypocritæ. Nathanaël in se dolum non habuit, non quidem in universum, quoniam omnis homo est mendax, &, sicuti scribit Paulus,

sus, in carne nostra non habitat bonum, cum tota sit dolosa & fraudulenta. De Christo tantum dici potuit in universum, quod careret dolo. Sed tamen illi sunt beati, ut cecinit David, quibus Dominus non imputavit peccatum, & in spiritu eorum non est dolus. Quia enim sunt regenerati, præsertim quoad spiritum, candide ac simpliciter agunt: talemque fuisse Nathanaelem Christus perhibet. Idem Augustin. Tomo 10. in lib. 50. Hom. homil. 1. id exponere quod in Davide Psal. 33. habetur: Quis est homo qui vult vitam, & diligit dies videre bonos? Cohibe linguam tuam à malo, & labia tua ne loquantur dolum. *Tum*, inquit, *dolum esse, cum aliud in pectore clausum habetur, & aliud promitur, aut verbo aut actione*, quemadmodum adulatores faciunt, qui contra quam sentiant, aliquos commendant, ut vel frui eorum cibo, vel aliquo beneficio queant ab illis affici. Quod autem ipse de adulatoribus ait, de inimicis & detractoribus potest accipi. Ut vero deceat homines candide ac simpliciter agere, vel Ethnici viderunt. Unde apud Homerum Achilles inquit: Se non minus ac mortem eos homines odisse, qui aliter loquantur quam sentiant. Proinde in hac definitione doli pro genere, non male poni existimamus, machinationem ad aliquem decipiendum, cum aliud agitur & aliud simulatur. 15. At post definitionem adhibenda est distinctio. Dolus quippe alius & bonus, & alius est malus. Bonum illum vocamus, qui est innoxius, eumque nulli nocet, interdum prodest. At malus dolus noxius est, & semper alicui officit. Posita membra facile possunt exemplis illustrari. Dolo bono, nutrices erga parvulos quos placant & oblectant, subinde utuntur. Nam cum eis permulta & simulant & fingunt. Medici quoque sic decipiunt ægrotos, ut sanentur. Quin & Chrysostomus de Sacerdotio lib. 1. scribit, quendam medicum febricitantem hominem ita circumvenisse, ut bibendo aquam putaverit se vinum bibere. Atidem Chrysostomus testatur, se bono dolo usum esse, ut Basilium induceret ad Episcopatum suscipiendum, cum ab eo instituto esset alienus. David hoc genere doli, manus evasit Regis Palæstinorum: Se quippe stultum finxit, ita ut Rex illum indignum judicaverit, in quem animadverteret. De dolo autem malo complura exempla in divinis literis extant, inter quæ est Ehud factum, quod in libro Judicum sumus interpretati. Et id præterea, quod Hebræi fecerunt, cum ex Ægypto egrederentur, ut pretiosas vestes, aurea & argentea vasa cum à vicinis, tum ab amicis mutuo peterent, quæ tamen ab eis penitus auferre volebant. Huc etiam pertinet, quod Chusei Arachites in Absalomo decipiendo fecit. Ad hoc item genus id spectat, quod Simeon & Levi perpetrarunt adversus Æmor & Sichemitas. Possent & alia permulta referri, si velim in re dilucida frustra laborare. 16. De primo genere doli, quod bonum appellatur, & innoxium est, quin eo liceat uti, minime vertitur in controversiam. De altero ambigitur; De quo si rogatet, ita respondendum censerem: Dolo malo cum amicis non esse agendum, sed contra hostes non prohiberi, quod instar armorum sit. Unde si adversus eos liceat armis justis bella gerere, doli quoque admittentur, juxta illud Poetæ:

Dolus an virtus, quis in hoste requirat?

Observandum tamen de iis hostibus nos loqui, quos vel Deus ipse, vel Respub. vel justus Magistratus declaraverit, non quos privatus quisque sibi odio habendos susceperit. Adhæc non dubito, quin cum liceat vim vi repellere, quando alia via evadendi non conceditur, fas quoque sit dolis contra dolos abuti. Nam qui vim vi repellit, ut leges concedunt, non est habendus privatus, cum à Magistratu armatur, unde non contra legem, sed ex

lege agere convincitur: Ira illi qui repente opprimitur, dolo malo evadere si possit, conceditur. Docent præterea Scripturæ, hoc doli genus justum esse. Hieronymus quippe ait, habeturque in Decretis 22. quæst. cap. Utilem. Jehu probe simulasse cum Sacerdotibus Baal, qui cum non potuisset omnes interficere, si ab aliquibus eorum, cædem fuisset auspicatus. Quare ut eos omnes simul haberet, se finxit velle colere Baal, multo studiosius quam Achabum, atque ita omnes ad unum interemit. Sed hoc videtur observandum; ut qui sic per dolum perduntur, criminosi admodum sint, atque ut vulgo dicitur, notorii, talesque, ut ordinaria via coërceri nequeant. Qua ratione à nonnullis Rex Daniæ commendatur, qui pernicioſissimos latrones, quos capere non poterat, dolo perdiderit. Is enim bello simulato, ad quod omnes convocabat, ut sibi stipendia facerent, iis quoque latronibus impunitatem facinorum hactenus commissorum, promisit. Ego vero hæc exempla, ut postea sum dicturus, non ita simpliciter probarem. Augustinus, ut habetur 14. quæst. 5. in capite: Dixit (estque locus in quæstionibus ejus super Exodum) ostendit deceptos ab Israëlitis Ægyptios, cum vasa aurea & argentea mutuo ab eis acceperunt, nec tamen id eis vitio vertendum fuisse, cum tamen dubium nemini sit eos dolo malo egisse. Idem 23. quæst. 2. cap. Dominus, quod est ex illius quæst. super librum Jehosuæ desumptum, id commemorat, quod Deus præcepisse dicitur, ut Hebræi omnes civitatem Hai ex insidiis oppugnarent, quod minime dubium est ad dolum pertinere. Hieronymus super 17. cap Ezechielis, sententiam illam, ut secularem adducit:

Dolus an virtus, quis in hoste requirat?

Sed tamen acquiescit, licet ibi locum habere posse neget, ubi juramentum interpositum fuerit. Sed id mox explicabo. Ambrosius 14. quæst. 4. Dolum seu fraudem usurariam adversus hostes concedit, & locum Deut. quo Deus Judæis largitur, ut exteris fœnerarentur, hoc modo interpretatur, quod ubi jus belli datur, ibidem usura quoque locum possit habere. Bona quippe hostium nostra sunt & ab eis possunt legitime auferri. Id autem seu vi seu fraude fiat, nihil refert. Sunt qui & illud posterioris Epist. ad Cor. adducant cap. 12. *Cum callidus essem, dolo vos cepi.* Sed ad rem non facit, cum ibi Apostolus *ειρωνία* quam manifestissime utatur. Insimulabatur enim, ceu per alios pecunias à Corinthiis accepisset, quas per seipsum recusaverit accipere, quod statim diluit. Quæ vero prius adduximus, liquido probant, adversus hostes dolo & quidem malo fas esse uti, nimirum celando consilia & actiones, operibus & dictis figuratis utendo. Nec jura civilia secus tradunt. In C. de Commerciis & mercatoribus. l. non solum imperatur non modo ut aurum ad barbaros, Reipub. hostes non perferatur, sed ut subtili dolo sive ingenio, si quod habeant, ab eis auferatur. Et in ff. de Captivis & postliminio reversis, l. nihil interest. decernitur, ut captivi quocunque modo in patriam redeant, & sua bona, & statum pristinum recuperent, seu missi fiant, seu vi, seu per fallaciam evaserint. Quamvis postea in l. postliminii. §. Captivus: id contrahatur, si recherint animo permanendi. Nam si promisissent aut jurassent hostibus reditum, non fruuntur jure postliminii. Quare Attilius Regulus non eo beneficio est affectus, qui missus Romam fuerat, ut Senatui permutationem capitivorum suaderet. Quamobrem cum promiserit & in animo habuerit ut reverteretur, dolo malo ei juxta leges uti non licuit. *Martyr.*

42 Μήθ' ἕτερον κεύθῃς κραδίῃ νόον, ἄλλ' ἀγορεύῃν.

Neque aliam occultes in corde ſententiam, aliam proferas:

Μηδ'

42 Μήθ' ἕτερον &c.] Multa ſunt contra mendacium in ſacris literis. *Verbum mendax odio habebit juſtus*, id eſt, vir bonus, Proverb. XIII, 5. *Falſiloquentiam & verbum mendax amove à me*, Proverb. XXX, 8: *Perdes loquentes mendacium*, Pſal. 5, 7: *Ne mentimini alter alteri*, Coloſſ. III, 9. Et hanc partem rigide tuetur Auguſtinus: & ſunt etiam inter Philoſophos & Poëtas qui cum eo ſentire videantur. Notum illud Homeri:

Ille mihi inviſus pariter cum faucibus Orci,
Cujus mens aliud condit quam lingua profatur.

Sophocles:

Aliena vero proloqui nunquam decet,
At vera certam ſi cui peſtem ferunt,
Huic danda venia eſt, ſi facit quod non decet.

Cleobulus:

Mendacium odit quiſquis animitus ſapit.

Ariſtoteles dixit: κατ' αὐτὸ τὸ μὲν ψεῦδος φαῦλον καὶ ψεκτὸν, τὸ δ' ἀληθὲς καλὸν καὶ ἐπαινετόν: *per ſe mendacium turpe atque vituperabile, veritas pulchra ac laudabilis.* Neque tamen deeſt in alteram quoque partem auctoritas: primum in ſacris literis exempla laudatorum hominum ſine reprehenſionis nota: deinde veterum Chriſtianorum pronunciata, Origenis, Clementis, Tertulliani, Lactantii, Chryſoſtomi, Hieronymi, Caſſiani, imo pene omnium ut ipſe fatetur Auguſtinus, ita diſſentiens, ut tamen *magnam quæſtionem, latebroſam tractationem, diſputationem inter doctos alternantem* (hæc enim omnia ipſius verba ſunt) agnoſcat. Inter Philoſophos aperte hinc ſtant Socrates & diſcipuli ejus Plato, Xenophon, & alicubi Cicero, & ſi Plutarcho ac Quintiliano credimus Stoici, qui inter ſapientis dotes ponunt mentiri, ubi & quomodo oportet: neque videtur diſſentire aliquot in locis Ariſtoteles, cujus illud κατ' αὐτὸ quod diximus exponi poteſt communiter, ſive re ſpectata ſepoſitis circumſtantiis. Interpres autem ejus Andronicus Rhodius de Medico apud ægrotum mentiente ſic ait: ἀπατᾷ μὲν, ἀπατᾷ δ' οὐκ ἴσον: *decipit quidem, at deceptor non eſt:* Cauſam addit: ὁ γὰρ τοιοῦτος ἔχει τέλος ἀπατᾶν οὐ τοιοῦτον, ἀλλὰ τὸ σωτήριον: *non enim propoſitum ſibi habet decipere, ſed ſervare ægrotum.* Quintilianus, quem dixi, hanc ipſam partem defendens, pleraque eſſe ait quæ non tam factis quam cauſis eorum vel honeſta fiant vel turpia. Diphilus,

Quod pro ſalute dicitur mendacium
Me judice habere nil poteſt incommodi.

Quærenti apud Sophoclem Neoptolemo,

Non tibi videtur turpe falſiloquentia?

Reſpondet Ulyſſes,

Non, ſi ſalus naſcatur ex mendacio.

Cui ſimilia ex Piſandro & Euripide adferuntur. Et apud Quintilianum lego; *Nam & mendacium dicere etiam ſapienti aliquando conceſſum eſt.* Euſtathius Metropolita Theſſalonicenſis ad ſecundum Odyſſeæ: ψεύσεται δὲ καὶ καιρὸν ὁ σοφός: *mentietur ſapiens re urgente*: ubi & ex Herodoto & Iſocrate teſtimonia adfert. Tam diſſidentium ſententiarum conciliatio forte aliqua reperiri poterit ex largiore aut ſtrictiore mendacii acceptione. Neque hic mendacium ſumimus, quatenus & imprudenti accidit, quomodo mendacium

Μηδ' ὡς πετροφυὴς [43] πολύποις κ) χώραν ἀμείβων.

Neque ut saxis adhærens polypus, cum loco mutes.

Πᾶ-

dicere & mentiri apud Gellium discernuntur: sed de eo agimus quod scienter profertur cum significatione quæ mentis conceptui, sive in intelligendo sive in volendo, disconveniat. Nam quod primo κ) ἀμέσως verbis & similibus notis indicatur, sunt mentis conceptus: ideoque non mentitur qui dicit rem falsam quam veram existimat, sed qui dicit rem veram quidem sed quam falsam putat mentitur. Significationis ergo falsitas, id est, quod ad communem mendacii naturam requirimus. Cui consequens est cum vox aliqua aut sermonis complexio est πολύσημος, id est, plures uno significatus admittit, sive ex vulgi usu, sive ex artis consuetudine, sive ex figura aliqua intelligibili, tunc si animi conceptus uni istarum significationum congruat, non admitti mendacium, etiamsi putetur is qui audit in aliam partem id accepturus. Verum quidem est talem locutionem usurpatam temere non probandam: sed potest ex accedentibus causis honestari: puta si id pertineat ad eruditionem eum qui curæ nostræ est traditus, aut ad evitandam iniquam interrogationem. Prioris generis exemplum ipse Christus dedit, cum diceret, *Lazarus amicus noster dormit*, quod Apostoli accipiebant tanquam de dormitione somni diceretur. Et quod de Templo instaurando ipse dixerat, intelligens hoc de suo corpore, Judæos sciebat accipere de Templo proprie dicto. Sic & cum Apostolis adinstar Phylarcharum apud Hebræos sedes eximias & regi proximas duodecim promitteret, & alibi vini novi potationem in patris regno, satis sciisse videtur non aliter hoc ab illis accipi quam de regno aliquo hujus vitæ, cujus spe ad ipsum momentum Christi ad cœlum adscensuri pleni erant. Idem alibi per fabulatum ambages populum alloquitur, ne audientes ipsum intelligerent, nisi scilicet animi attentionem talem ac docilitatem afferrent qualem afferri par erat. Posterioris usus exemplum ex profana historia dari potest in L. Vitellio, cui Narcissus instabat, aperiret ambages & veri copiam faceret: sed non ideo pervicit, quin suspensa & quo duceretur inclinatura responderet. Dictum Hebræorum huc pertinet:

אם יודע אדם להמיר את דבריו מוטב ואם לא ישתוק *Si quis norit uti perplexiloquio, velle: sin minus, taceat.* Contra accidere potest, ut tali loquendi genere uti non modo illaudabile sit sed & improbum, puta cum Dei honos, aut amor proximo debitus, aut reverentia adversus superiorem, aut rei quæ agitur natura exigunt ut quod animo cogitatur omnino patefiat: sicut in contractibus diximus. id aperiendum quod natura contractus intelligitur exigere: quo sensu non incommode accipi potest Ciceronis illud, *tollendum esse ex rebus contrahendis omne mendacium*, desumptum ex veteri lege Attica κ) τὸν ἀγορανόμον ἀληθεύειν; quibus in locis mendacii vox videtur ita laxe accipi ut etiam obscuram locutionem includat. At nos proprie loquendo à mendacii notione idipsum jam exclusimus. *Grotius.*

43 Πολύπους] Piscis, an amphibium magis? de quo sic Plin. *lib. 9. cap. 29. Polyporum multa genera: terreni majores, quam*

Πᾶσι δ' ἁπλόος ἴσθι, τάτ' ἐκ ψυχῆς ἀγόρευε.
Ὅστις ἑκὼν ἀδικεῖ, κακὸς ἀνήρ· ὃς δ' ὑπ' ἀνάγκης,
Οὐκ ἐρέω τὸ τέλεον. βουλὴ δ' ἀθρεῖσθ' ἑκάστου.
Μὴ γαυρῶ σοφίῃ, μήτ' ἀλκῇ, μήτ' ἐνὶ πλούτῳ.

Omnibus vero simplex sis, quæque ex animo profer.
Qui volens injuste facit, improbus vir: qui vero coactus,
Non malum dico prorsus. Consilium vero redarguitur cujusque.
Non efferaris sapientia, neque viribus, neque opibus.

Εἷς

quam pelagii: omnes brachiis, ut pedibus ac manibus utuntur: caudâ verò, quæ bisulca & acuta est, in coitu. Est polypis fistula in dorso quâ transmittunt mare: eaque modò in dextram, modò in sinistram, transferunt. Natant obliqui in caput, quod præ durum est, sustinentibus viventibus. Cæterùm per brachia velut acetabulis dispersis, haustu quodam adhærescunt, tenent supini, ut avelli non queant. Soli mollium in siccum exeunt. Colorem mutat ad similitudinem loci & maximè in metu &c. Ubi inter mollia reponit, squamis enim & cute caret, interim citri illi dati, quibus quantum valeat, docet idem *cap. seq. Nullum esse atrocius animal, ad conficiendum hominem in aqua*, inquiens: *luctari enim complexu, & sorbere acetabulis, ac numeroso suctu detrahere, cùm in naufragos urinantesque impetum cepit.* V. quoque Ælianum *de Animal. lib. 8. cap. 11.* Accedit magnitudo, quæ tanta nonnunquam, ut cetis adæquari possit, V. Plin. *ibid.* Solertia item ingens, de qua idem nonnulla, ut & Vossius *de Idol. lib. 4. cap. 14.* qui tamen cum squatina coloris immutationem communem eum habere *cap. 5.* & ultra biennium non vivere, *cap. 3.* docet. Caro difficilis concoctu, elixi præstant. In Thaso & Caria optimi habebantur, Athen. *lib. 7.* Corcyra etiam multos & magnos alebat, *Ibid.* ubi & ex hoc pisce immodicè comesto in morbum lethalem incidisse ἐψοφάγῳ illum Philoxenum, narrat: quemadmodum crudo gustato obiisse Diogenem Laërtius refert. A capite inprimis, qui ex somniis divinabant, abstinuisse Plut. ait *Symposiac. lib. 8. quæst. 10.* ut quod turbida ea faciat &c. Plura apud Vossium *d. l. passim*, Auctorem *Sine & Eur. c. 41.* Alios. Hinc *Polypi*, homines rapaces. Plautus *Asinar.*

Ego istos novi polypos, *qui ubi quid tetigerint, tenent.* Hofmannus.

Εἷς θεός ἐστι σοφὸς, δυνατός θ' ἅμα, καὶ πολύολβος.
Μηδὲ παρεξιχομένοισι κακοῖσι τεύχε τεὸν κῆρ.
Οὐκέτι γὰρ δυνάται τὸ τετυγμένον εἶναι ἄτυκτον.
Μὴ προπετὴς ἐς χεῖρα [44] χαλίνα δ' ἄγριον ὀργήν.

Unus Deus est sapiens, potens simul, & multum-dives.
Ne præteritis malis crucia tuum cor.
Nunquam enim potest factum fieri infectum.
Ne sis præceps ad manum, sed compesce sævam iram.

Πολ-

44 Χαλινὰ δ' ἄγριον ὀργήν] Ad detestationem vero iræ valere possunt verba sacræ scripturæ, quæ nobis dissuadent illam. Genes. 45. *Ne irascimini in via.* Vbi insinuatur causa quare fatuum sit irasci. Verbum est Iosephi ad fratres suos ituros ad patrem. Sic & nos sumus fratres in via ad Patrem nostrum cælestem tendentes, & judicem, qui justitiam nobis plenarie exhibebit. Singulis diebus facimus unam dietam magnam ad judicem magnum, & ideo debemus esse in pace. Matth. 5. *Esto consentiens adversario tuo dum es in via, ne forte tradat te adversarius judici, & judex tradat te ministro, & in carcerem mittaris. Amen dico tibi, non exies inde, donec reddas novissimum quadrantem.* Item Levit. 19. *Non quæras ultionem: nec memor eris injuriæ civium tuorum.* Et Job 36. *Non te superet ira, ut aliquem opprimas.* Quo verbo insinuatur quod ira hostis sit nos impugnans. Magis timere debemus superari ab ira, quam à quocumque homine. Quidquid enim potest inferre injuriator, minus est quam mors animæ, cujus causa est ira. Item Eccles. 7. *Ne sis velox ad iram.* Et Jacob. 1. *Sit omnis homo velox ad audiendum, tardus autem ad loquendum, & tardus ad iram.* Velox ad iram dicitur quis dupliciter. Uno modo, quia velox est ad saliendum in ignem iræ. De facili enim irascitur. Alio modo dicitur aliquis velox ad iram, sicut equus dicitur velox ad calcaria, & post ad stimulum. Multum velox est ad iram qui ira stimulatus transilit chaos magnum quod est inter iram & pacem & inter odium & amorem quum ista maxime à se distent, contraria enim sunt. Multum velox est ad iram, qui quasi in puncto transilit à porta paradisi, scilicet à gratia, ad portam inferni scilicet ad peccatum mortale. Peccatum mortale dicitur porta inferni. Matth. 16. *Porta inferi non prævalebunt adversus eam.* Quia nihil est inter peccatum mortale & infernum nisi corpus, quia si anima discedit à corpore, cito est in inferno. Job 21. *Ducunt in bonis dies suos, & in puncto ad infernum descendunt.* Bene velox est ad iram qui ira stimulatus prius salit quam attendat quo saliat. Qui in odium cadit,

in

Πολλάκι γὰρ πλήξας, ἀέκων φόνον ἐξετέλεσσε.
Ἔστω κοινὰ πάθη· μηδὲν μέγα, μήτ' ὑπερόπλον.
Οὐκ ἀγαθὸν πλεονάζον ἔφυ θνητοῖσιν ὄνειαρ.
Ἡ πολλὴ δὲ τρυφὴ θνητοὺς ἀμέτρους ἕλκετ' ἐρωτας.

Sæpe enim percutiens, invitus cædem perpetravit.
Sint communes passiones: nihil magnum, neque superbum sit.
Non bona redundans esse solet mortalibus utilitas.
Nimius autem luxus ad immodicos trahit amores.

Ψαυ-

in foveam cadit profundam. Item Eccles. 12. *Aufer iram à corde tuo.* Auferenda est ira à corde, quia est quasi tempestas, mentem quasi grando destruens: sicut dicit Gregor. Unde sicut tempestas timetur vineæ: sic ira timenda est cordi. Auferenda est etiam ira à corde, quia est ignis infernalis bona animæ exurens. Proverb. 6. *Nunquid potest homo abscondere ignem in sinu suo, ut vestimentum ejus non ardeat?* Ira etiam est de illis serpentibus ignitis nequissimis, de quibus legitur Numer. 21. qui vexaverunt filios Israël in deserto, & hodie homines multos in deserto claustri. Est etiam hostis auferens homini seipsum, sicut superbia aufert homini Deum, & invidia proximum, sicut dicit magister Hugo de sancto Victore. Auferenda etiam est ira à corde: quia ad modum trabis oculum cordis impedit. unde:

Impedit iræ animum, ne possit cernere verum.

Unde cum festucam de oculo corporis festinemus auferre, mirum est quomodo trabem iræ non festinamus auferre de oculo cordis. Mirum est etiam, quomodo qui trabem iræ habet in oculo, vult alios judicare & corrigere. Unde Matth. 8. *Hypocrita, ejice trabem primum de oculo tuo, & tunc videbis ejicere festucam de oculo fratris tui,* Item Eccles. 10. *Omnis injuriæ proximi ne memineris.* Ad Rom. 12. *Nolite esse prudentes apud vosmetipsos, nulli malum pro malo reddentes.* Vult autem Dominus amicos suos perfectæ bonitatis esse, & perfectæ nobilitatis, ut neque malum, neque rusticitas aliquo modo ex eis exeat. Curiales & nobiles hujus mundi parum nobiles sunt, qui nulli malum faciunt, vel rusticitatem, nisi ipse prius eis simile fecerit. Quod constat non perfectæ nobilitatis esse. Cum enim non possit exire de sacco nisi quod in illo est, & rusticitas ex eis exeat, rusticitas prius in eis erat. Spinam enim & non lilium se esse ostendit anima illa, quæ conviciis à proximo puncta proximum pungit Non talis est amicitia Christi. Unde Cant. 2. *Sicut lilium inter spinas.* Item ad Rom. 12. *Non vos defendentes charissimi, sed date locum iræ.* Cum ira ignis sit, ab iracundis debemus nos elongare, si non volumus ab eis exuri. *Peraldus.*

Ὑψαυχεῖ δ' ὁ πολὺς πλοῦτος, καὶ εἰς ὕβριν ἀνῆκε.
Θυμὸς ὑπερχόμενος μανίῃ ὀλοόφρονα τεύχει.
Ὀργὴ δ' ἔστιν ὄρεξις, ὑπερβαίνουσα δὲ μῖσος.
Ζῆλος τῶν ἀγαθῶν ἐσθλός, φαύλων δέ γε φαῦλος.
Τόλμα κακῶν, ὀλοή· ἀγαθῶν δέ γε, κῦδος ὀπάζει.
Σεμνὸν, ἔρως ἀρετῆς· ὁ δ' ἐκ Κύπριδος, αἶσχος ὀφέλλει.
Ἡδὺς ἀχανόφρων κικλήσκεται ἐν πολίταις.
45 Ἐν μέτρῳ φαγέειν, πιέειν, καὶ μυθολογεύειν.

Extollunt autem multæ divitiæ, & ad petulantiam impellunt.
Ira nimia furorem pernicioſum parit.
Ira quidem eſt cupiditas, ſed modum excedens, odium.
Æmulatio bonorum, bona: malorum vero, mala.
Audacia malorum pernicioſa, bonorum vero gloriam affert.
Honeſtus eſt amor virtutis, ſed Veneris, dedecus auget.
Suavis manſueto-animo, præditus vocatur inter cives.
Moderate ede, bibe, & loquere.

Παύ-

45 Ἐν μέτρῳ φαγεῖν &c.] Sobrietatem ſuadet nobis natura, ſcriptura, univerſa creatura. Natura modicitate oris humani ſuadet nobis mediocritatem in ſumptione cibi & potus. Homo n. in comparatione ſui corporis parvi oris eſt: ut dicit Ariſt. in lib. de natura animalium. Oris vero modicitate ſuadet nobis natura caritatem in ſumendo cibum & potum: unicum n. os habemus cum duos oculos & duas aures habeamus. Brevitate vero delectationis quæ non habetur niſi in tranſitu cibi, diſſuadet

dissuadet nobis sumptuositatem ciborum delectabilium. Bern. in serm. Hujus tam modicæ partis, scil. gutturis, tam exigua delectatio quanta paratur solicitudine? quantam deinde molestiam parit? hinc & morbi varii generantur. Idem: Etiam dissuadet nobis corruptio cibi & potus, quæ fit postquam in stomachum descenderunt. Joël 1. *Ululate omnes qui bibitis vinum in dulcedine: periit enim ex ore vestro.* Non sic est in aliis sensibus, non enim corrumpitur res pulchra quæ videtur, quum semel visa fuerit: nec res odorifera, quum semel odorem ejus aliquis perceperit. Naturales appetitus animæ non sunt deliciarum. Eccl. 29. *Initium vitæ hominis aqua & panis.* Eandem escam assignavit Deus homini & brutis. Gen. 1. Ecce, inquit, *dedi vobis omnem herbam afferentem semen super terram, & universa ligna quæ habent in semetipsis sementem sui generis, ut sint vobis in escam & cunctis animantibus terræ.* Sen. Considerate quantum natura poscat, & quantum cupiditas expetat. Scriptura vero sacra dupliciter suadet nobis sobrietatem, scilicet admonitionibus multis, & sanctorum exemplis. De admonitionibus vero paucas ponere sufficiat. 1. ad Thes. 5. *Vigilemus*, inquit, *& sobrii simus.* Et in eodem: *Nos qui diei sumus, sobrii simus.* 2. ad Tim. 4. *Ministerium tuum imple, sobrius esto.* 1. Pet. 4. *Estote itaque prudentes, sobrii &c.* Ejusdem 5. *Sobrii estote & vigilate &c.* De exemplis hæc pauca ponere sufficiat. Dan. 1. dicunt pueri bonæ indolis: *Dentur nobis legumina ad vescendum, & aqua ad bibendum, cibo regio contempto.* Dan. 10. *Trium hebdomadarum diebus panem desiderabilem non comedi, & caro, & vinum non introierunt in os meum.* Matth. 3. & Marc. 1. dicitur de Joan. Bapt. quod esca ejus erat locustæ & mel sylvestre. Et Luc. 1. *Vinum & siceram non bibet.* Bernard. super Cant. Abstinebo à carnibus, ne dum nimium nutriunt carnem, simul & carnis nutriant vitia. Panem ipsum cum mensura studebo sumere, ne onerato ventre stare ad orandum tædeat. Et de beato Nicolao legitur, quod cum lacte aleretur, quarta & sexta feria semel tantum in die mammillarum lac sugebat. Omnis etiam creatura sobrietatem suadet, quia in omni creatura est modus & mensura secundum illud Sap. 11. *Omnia in mensura & numero, & pondere disposuisti.* Item ad commendationem sobrietatis valere potest, si ostendatur quot & quanti sunt ejus effectus, & quam periculosus est homini ejus defectus. Notandum ergo quod sobrietas valet ad sanitatem, secundum illud Eccles. 31. *Sanitas est animæ & corpori sobrius potus.* Sen. in epist. Simplex erit ex causa simplici valetudo: multos morbos multa fercula fecerunt. Chrys. super epist. ad Heb. Nihil sic salutem, nihil sic sensuum acumen operatur, nihil sic ægritudinem fugat, sicut moderata refectio. Item sobrietas valet ad vitæ diuturnitatem. Eccl. 37. *Qui abstinens est, adjiciet vitam.* Item sobrietas valet ad jucunditatem & corporalem & spiritualem. Ecclesiast. 30. *Exultatio animæ & corporis vinum moderate potatum.* Greg. in Moral. Si à carne hoc quodlibet abscindimus, mox in spiritu hoc quod delectat invenimus. Homo sobrius delectabiliter vivit & dormiendo & vigilando. Eccl. 31. *Somnus sanitatis in homine parco: dormiet usque mane, & anima ipsius cum ipso delectabitur.* Homo sobrius differt comedere donec esuriat, & tunc etiam panis & aqua delectabiliter ei sapiunt. August. in lib. de verbis Domini: Vix fastidiosus satiaris, nescis quomodo sapit quod fames accendit. Sen. in epist. Solus panis bonus fiet, & tibi eum renerum & similagineum fames reddet. Ideo non est ante edendum quam illa imponat. Exspectabo ergo, nec ante edam quam aut bonum panem habere potero, aut malum fastidire desiero. Bern. in ep. Prudenter sobrieque conversanti, satis est ad omne condimentum sal cum fame. Sap. Desiderii condimentum, sal cum fame. Sap.

Desideriis omnia condiuntur. Darius in fuga cum aquam turbidam ex cadaveribus inquinatam bibisset, negavit unquam se bibisse jucundius. Bernardus ad fratres de monte Dei: Panis furfureus & simplex aqua, olera vel legumina simplicia, nequaquam res delectabiles sunt: sed in amore Christi & desiderio æternæ delectationis ventri bene morigerato gratanter ex his satisfacere posse, valde delectabile est. Quot millia pauperum ex his vel aliquo horum delectabiliter satisfaciunt naturæ? Facillimum quippe & delectabile esse adjuncto amoris Dei condimento, secundum naturam vivere, si insania nostra permitteret, qua sanata statim naturalibus natura arridet. Chrysost. Conferamus, inquit, mensam divitis & mediocris: discutiamus utrosque convivas: qui magis, quæso sunt, qui puram veramque mensæ capiunt voluptatem? illinc qui cœnas prandiis jungunt, quique ventris distensione rumpuntur, atque oppressione ciborum suorum premuntur, in quorum corpore vino inundante velut naufragii cujusdam fluctu obruta anima necatur, ubi nec oculus, nec lingua, nec pes propriis deservit officiis, sed omnia membra corporis vini vinculis jacent vincta gravius quam catenis; ubi nec sopor eis ad quietem datur nec ad salubritatem cedit. Idem Chrysostom. Hi qui in deliciis & luxuriis vitam ducunt, resoluta quidem corpora, & omni cera molliora circumferunt, atque infirmitatibus repleta, quibus ad cumulum malorum podagræ tremor & immatura senectus accidit, & est eis vita semper in medicis & in medicamentis. Sensus autem tardi, graves & obtusi & quodammodo jam sepulti. Idem: Quis hæc jucunda dicat & grata, qui tamen noverit quid sit jucunditas & voluptas? Voluptas à prudentibus ita definitur, Voluptas est, quum quis suis desideriis fruitur. Ubi vero desideriis frui non potest, dum vel ægritudo non sinit, vel satietas ipsa desiderii facit ea quæ onerosa sunt ingrata, sine dubio etiam voluptas in eis pariter & jucunditas perit. Idem: Considera ægros qui fastidio perurgentur, quomodo quamvis suaves & lauti cibi apponantur, oneri eis magis sunt, quam voluptati: sicut quum per abundantiam cupiditas fuerit extincta pariter & voluptas & jucunditas perimitur: quia non tam ciborum gratia, quam desiderii gignit satisfactio voluptatem. Unde anima satiata calcabit favum. Proverbiorum 27. Item, *de petra melle saturavit eos*: quandoquidem post multam itineris fatigationem & laborem sitis, aquis frigidis ex saxo fluentibus fruebantur, easque cum multo desiderio hauriebant. Hoc ipso ergo quod dulcissimæ, & desiderabiliter potandi cupiditas explebatur, aquas illas mel appellavit. Igitur dubitari non potest quod simplicior victus & mensa mediocris plurimum jucunditatis habeat & voluptatis. Et è contrario divitum mensæ execrabiles & horridæ & morborum & contaminatione plenæ, in quibus molesta sunt hæc quæ delectabilia videntur. Item sobrietas gratiam hominum comparat, sicut ejus oppositum hominibus exosum reddit. Eccl. 31. *Utere quasi homo frugi his quæ tibi apponuntur, & non cum manducas multum odio habearu.* Item Deum glorificat. 1 Corint. 10. *Sive comeditis sive bibitis sive aliud facitis; omnia in gloriam Dei facite.* gloss. Si quid manducas & bibis, sumis ad refectionem corporis reparationemque membrorum, gratias tribuens ei qui tibi tribuit mortali & fragili ista supplementorum solatia: Cibus tuus & potus laudat Deum. Sobrietas etiam in convivis nostris, Deum pascit, providendo ibi puritatem in qua ipse delectatur. Cant. 2. *Qui pascitur inter lilia.* Item sobrietas munditiam providet ubi maxime immunditia displicet: scilicet in ore & ad mensam. Inter membra in ore maxime displicet immunditia. In mensa etiam multum placet munditia, secundo Paralip. 14. *Proponuntur panes in mensa munditissima.* Et Levit. 24. jubentur

bentur duodecim panes propositionis statui super mensam puriſſimam. Sobrietas ornamentum mensæ est. Bern. ad fratres de monte Dei: Si manducas, mensam tuam per se satis sobriam sobrietas tua perornet. Item sobrietas offensam Dei cavet, ubi maxime cavenda est, scilicet cum bonis Dei utimur. Magna iniquitas est cum Deo hostiliter agere quum in mensa ejus sumus. Cavent latrones ne noceant aliquot diebus his cum quibus comederunt. Item sobrietas servat rationis libertatem quam ejus oppositum impedit. Eccleſ. 31. *Ne comprimaris in convivio vini*; Hieronym. in epistolis. Qui inebriatur & mortuus est, & sepultus. Aguſtin. Non est aliud ebrietas quam manifeſtiſſimus dæmon. Hujuscemodi enim vir cum se bibere putat vinum, bibitur à vino. Sobrietas peſſimam servitutem excutit, scilicet servitutem corporis quod ad serviendum datum est spiritui, & nobilitatem animæ servat. Eccl. 10. *Beata terra cujus rex nobilis est & cujus principes veſcuntur in tempore ſuo ad reficiendum, & non ad luxuriam.* Item sobrietas membrum valde nobile regit, os scilicet: sensum etiam pertinentem ad esse, scilicet gustum dirigit, circa quem, vitium valde periculosum est. Deſtructivum enim esse potest ipsius, & esse occasio magnæ infirmitatis, vel mortis. Item sobrietas opus neceſſitatis regit, in quo sine ipsa frequenter erratur & à juvenibus & à senibus. Item ad intelligentiam præparat. Unde Dan. 1. *Pueri qui cibos regios contempſerunt groſſis cibis contenti, intelligentiores cæteris inventi ſunt.* Item vigilantiam servat ad quem Deus monet. Matt. 14, & 25, & 26. Et Marc. 13. Unde notabiliter sobrietas & vigilia sociantur 1 ad Theſſal. 4. *Vigilemus*, inquit, *& ſobrii ſimus.* Et 1 Petr. 5. *Sobrii eſtote, & vigilate.* Item, ministerio Dei idoneum efficit. Unde 1 Timoth. 3. Ubi ostenditur qualis debet esse minister Dei, dicitur: *Sobrium, ornatum &c.* Et ad Tit. 1. *Prudentem ſobrium, juſtum, &c.* Item ab igne infernali, scilicet luxuria servat. Unde pueri qui abstinentes fuerunt, à fornace Babylonica illæsi exierunt Dan. 3. *Sobrietas filios Dei fugientes Ægyptios infernales, per siccum ad terram promiſſionis perduxit.* Exod. 14. *Filii Iſrael ambulaverunt per ſiccum &c.* Qui sobrietatem non habent in aquis voluptatum submerguntur. Sobrietas primum congreſſum habet in bello spirituali. Sine ipsa ceteræ virtutes frustra pugnant. Gloſſ. ſuper Matth. 4. Niſi gula prius refræneatur, frustra contra alia vitia laboratur. Qui poplite flexo aquam biberunt, non permissi sunt ire ad bellum cum Gedeone. Judic. 7. Poplite flexo aquam bibit qui voluptuoſe comedit. Item sobrietas diabolo aufert ingreſſum in homine: & sic videtur ei auferre dominium. Non videtur Dominus esse castri qui non habet ibi ingreſſum. Sobrietas Diabolum in arido ponit ubi ipse non quieſcit. Matt. 12. *Ambulat per loca arida quærens requiem, & non invenit.* Piſcis infernalis in arido positus palpitat: ut de piſce Tobiæ legitur Tobiæ 6. Eſa. 50. *Computreſcent piſces ſine aqua.* Fames lupum de nemore exire facit: sic sobrietas diabolum de homine. Ipsa carni concupiſcenti adversus spiritum victualia aufert, & igni concupiſcentiarum ligna subtrahit unde diminuitur vel deficit. Ipsa carnem in poteſtate sua habet. Genſ. 16. *Ecce ancilla in manu tua eſt, utere ea ut lubet.* Ipsa enim ad modum lapidis pretiosi hominem cuſtodit, ne cibus vel potus ei noceat. Si sobrietas desit dum corpus repletur, anima evacuatur, homo depauperatur. Prov. 3. *Qui diligit epulas, in egeſtate erit.* Deus blasphematur. Gloſſ. ſuper illud 1 ad Cor. 10. *Sive comeditis ſive bibitis &c.* Si modum naturæ debitum immoderatione voracitatis excedis, & vinolentia te ingurgites, quantaſcunque laudes lingua sonet, vita blaſphemat. Item venter deificatur. ad Philipp. 3. *Quorum Deus venter eſt.* Porta oris aperta, exercitus vitiorum ingreditur. Job 30. *Quaſi rupto muro & aperta*

Πάντων μέτρον ἄριστον· ὑπερβασίη δ' ἀλεγεινόν.
46 Μὴ φθονερὸς, μὴ ἄπιστος ἔστω, μὴ λοίδορος ἴσθι,

Omnium modus optimus, exceſſus vero moleſtus.
Ne invidus, neque incredulus ſis, nec calumniator eſto,

Μὴ

aperta juncta irruerunt ſuper me. Sine ſobrietate menſa homini eſt in laqueum. Eccleſ. 9. *Sicut piſces capiuntur hamo, & aves comprehenduntur laqueo: ita capiuntur homines tempore malo.* Tempus malum & periculoſum eſt homini non habenti virtutem ſobrietatis tempore prandii. Sapient. 14. *Creatura Dei in odium facta ſunt, & in tentationem hominum, & in muſcipulam pedibus inſipientium. Idem.*

46 μὴ φθονερὸς] Ad deteſtationem vero hujus vitii, Primo facit hoc, quod vitium iſtud eſt peccatum in Spiritum ſanctum. Peccatum in Spiritum ſanctum, ſecundum unam acceptionem, dicitur peccatum quod eſt contra bonitatem Dei, quæ Spiritui ſancto appropriatur & ſic omne peccatum quod eſt ex certa malitia, peccatum eſt in Spiritum ſanctum. Quod etiam patet per diviſionem peccati in Spiritum ſanctum, quod dividitur in peccatum obſtinationis & impugnationis. Obſtinatus in Spiritum ſanctum peccat, quia in bonitatem Dei quæ hominem ad pœnitentiam expectat, qui eum quamvis ejus hoſtis ſit, paſcit & veſtit, & à dæmonibus defendit qui eum jugularent, & ipſe ſic ingratus bonitati Dei eam impugnat, & à bonitate Dei colligit malitiam, & ex miſericordia Dei theſaurizat ſibi iram. Impugnatio vero dividitur in impugnationem veritatis agnitæ: quæ eſt in apoſtatis, & in impugnationem gratiæ, quæ eſt in invidis, qui gratiam Dei quæ eſt in hominibus, perſequuntur & odiunt. Sic ergo manifeſtum eſt quod invidia eſt peccatum in Spiritum ſanctum: & ideo valde magnum peccatum. Matth. 12. *Qui dixerit contra Spiritum ſanctum verbum, non remittetur ei, neque in hoc ſeculo, neque in futuro*, id eſt, vix remittetur. Secundo facit ad deteſtationem hujus vitii hoc quod ipſum eſt oppoſitum charitati. Unde cum charitas ſit virtus excellentiſſima, invidia erit peſſimum vitium. Unde vocatur fera peſſima. Geneſ. 30. *Fera peſſima devoravit filium meum Joſeph.* Pejor eſt invidia quam avaritia. Avarus enim etſi non vult communicare ſua, tamen vult quod alii ſua communicent. Invidus autem non vult communicare bona ſua, nec vult quod alius ea communicet. Invidus de ipſa bonitate Dei dolet, quod ipſa non eſt avara hominibus, ſibi tamen eam vellet eſſe largam & omnibus aliis avaram. Immenſitatem divinæ bonitatis vellet ad ſe coarctari. Pejor etiam eſt invidia, quam ira vel odium, quamvis enim homo iratus vel odiens alium, velit malum proximi ſui, cum mala voluntas ipſius ortum habuerit à militia proximi qui eum offendit, unde proximis culpabilis eſt: Sed malitia invidi, qua vult malum proximi, ortum habet ex propria malitia: ſcilicet à ſuperbia qua vult illum non parificari ſibi, & vult malum proximi ſui omnino abſque culpa ejus. Tertio facit ad deteſtationem hujus vitii quia hoc vitium pure malum eſt: quia quando diabolus capit homines aliis

filii vitiis, ipse aliquam delectionem ponit tanquam escam: sed invidos miseros capit, quia sine esca delectationis. Invidia enim dolor est & amaritudo. Unde mirabiliter cæci sunt, qui dolorem istum præponunt gaudiis æternis, qui dolore & cruciatu quotidiano dolorem æternum merentur, & dolori, quasi esca sit, adhærent, donec perveniant ad dolorem æternum. Quarto facit ad detestationem hujus vitii: quod vitium istud diabolicum est, & diabolo assimulatur Sap. 2. *Invidia Diaboli mors intravit in orbem terrarum. Imitantur autem eum, qui sunt ex parte illius.* Ad literam, diabolus ideo parentes nostros seducere voluit, quia invidebat eis regnum cælorum quod ipse perdiderat. Et propter eandem causam adhuc homines impugnat. Unde diabolus invidens parentibus nostris, tentavit eos in forma serpentis. Quinto vero facit ad detestationem hujus vitii, quod vitium istud venenatissimum est. Unde super illud ad Galatas 6. *Non efficiamur inanis gloriæ cupidi, invicem provocantes, invicem invidentes.* Ibi Glossa Augustini: Sciendum quod eum per omne vitium antiqui hostis virus humano cordi infundatur, in zelo invidiæ tota sua viscera serpens concutit, & in hac imprimenda quasi pestem vomit. Invidi sunt quasi dracones. Job. 30. Frater fui draconum, & socius struthionum. Ipsi sunt germina viperarum. Luc. 3. Et Matth. 3. *Progenies viperarum, quis demonstravit vobis fugere a ventura ira?* Immo serpentibus peiores videntur esse. Serpens enim serpentem non persequitur. Homo vero invidus alios homines persequitur. Invidus est sicut ciconia, quæ venenatis animantibus vescitur. Unde Ovidius describit invidiam comedentem vipereas carnes. Sexto facit ad detestationem hujus vitii, quod vitium istud magnæ potestatis est. Est enim sicut ignis Græcus, qui in aquis gratiarum accenditur. Ex quo hoc vitium cor alicujus occupavit, jam ipse nullum scelus abhorret. Non parcit nocenti nec innocenti. Non timet homicidium, immo nec fratricidium vel patricidium: Non pepercit diabolus primis parentibus nostris, qui innocentes erant, quin mortem eorum procuraret. Invidia excitatus Cain non pepercit Abel fratri suo innocenti, quin ex sola invidia occideret eum, Gen. 3. Non peperceruni filii Jacob fratri suo Joseph innocenti, quin eum venderent, quia invidebant ei, immo volebant eum occidere. Gen. 33. Nolebat etiam parcere Saul David, qui ei valde utilis erat, quia invidebat ei. Noluerunt Judæi parcere Christo, quin eum facerent occidi, sola invidia excitati. Matth. 27. *Sciebat enim quod per invidiam tradidissent eum.* Septimo facit ad detestationem hujus vitii hoc, quod vitium istud non de facili curatur. Unde Cyprianus super illud ad Galatas 6. *Non efficiamur inanis gloriæ cupidi &c.* Loquens de zelo invidiæ dicit: Zelus iste modum non habet permanens jugiter sine fine, quum alia scelera finiantur: quantoque ille, cui invidetur, successu meliori profecerit, tanto invidus in majus incendium livoris ignibus inardescit. Nec mirum, si curatur vix hoc peccatum, cum sit peccatum in Spiritum Sanctum, & cum sit quasi ignis Græcus, qui non de facili extinguitur. Invidia est quasi rubigo ferro adhærens, quæ vix à ferro recedit. Basilius: Sicut rubigo ferrum, sic invidia animam in qua nascitur corrumpit: Proverb. 25. *Aufer rubiginem de argento.* Octavo facit ad detestationem hujus vitii hoc, quod vitium istud postquam est in aliquo, ita eum occupat ut etiam exterius se ostendat. Unde Cyprianus loquens de invidô dicit: Huic vultus minax: & torvus adspectus, pallor in facie, in labiis tremor, stridor in dentibus, verba rabida & effrænata, convitia, & manus ad violentiam prompta. Unde poeta describit invidiam:

Pallor in ore sedet, macies in corpore toto,

Nusquam recta acies, livent rubigine dentes.
Pectora felle virent, lingua est suffusa veneno,
Risus abest omnis, nisi quem fecere dolores.
Nec fruitur somno vigilantibus excita curis.
Sed videt ingratos intabescitque videndo.
Successus hominum, carpitque & carpitur una,
Supplicium invidiæ summum est.

Nono vero facit ad detestationem hujus vitii hoc, quod vitium istud infelicissimum vitium est, quia excæcatur unde illuminari debuit. Unde de invidis legitur Job 5. *Per diem incurrent tenebras, & quasi in nocte sic palpabunt in meridie*, ubi dicit Greg. Mens invidi cum de alieno bono affligitur, de radio lucis obscuratur. Et subditur: Dives boni operis in proximo lucet exterius: sed quasi cæci nati palpant invidi, quia livore cæci aliqua quæ reprehendant invenire satagunt. Ipsi sunt ut noctuæ lucem bonorum operum odientes, & tenebras malorum operum amantes. Bona opera proximi sunt velut candelæ lucem boni exempli præbentes, sed invidi de ipsis candelis sibi oculos eruunt. Et ipsi sunt Heli, qui non poterat videre lucernam donec extingueretur, ut legitur 1 Reg. 3. Infelicitas etiam invidorum patet ex hoc, quod ipsi de profectu aliorum deficiunt, de melioratione deteriorantur. Unde Greg. Invidi debent perpendere quantæ sint cæcitatis, qui alieno profectu deficiunt, aliena lætitia contabescunt: quantæ etiam infelicitatis sunt, qui de melioratione proximi deteriorantur. Invidus infelix sit de felicitate aliorum & de pinguedine aliorum marcescit. unde: *Invidus alterius rebus marcescit opimis.* Invidi colligunt de viribus spinas, & de ficubus tribulos. Invidi etiam ex bonitate Dei deteriores fiunt. Unde Matt. 20. dicit Dominus invido: An oculus tuus nequam est, quia ego bonus sum? invidi adeo sunt infelices quod ipsi amittunt etiam ubi alii lucrantur. Ipsi de sanitate aliorum infirmantur, & de vita moriuntur. Et sicut diligentibus Deum, omnia cooperantur in bonum, ita invidis omnia cooperantur in malum. Invidus morietur de bono odore, de quo alii vivunt: sicut dicitur de Juda super Joan. 12. ubi Judas murmuravit de effusione unguenti, invidus profectum aliorum reputat suum defectum. Unde Judæi invidi dicunt Joan. 12. *Videtis quia nihil proficimus, ecce mundus totus post eum abiit.* Invidis sunt mala ipsa bona. Decimo facit ad detestationem hujus vitii hoc quod vitium istud miserorum hominum est. unde Job 5. *Parvulum occidit invidia.* Omnis invidus in eo quod talis minor est eo cui invidet. Miser est invidus, & miseria ei placet. unde soli miseriæ parcit invidia. Hieron. Difficile est in prosperis invidia carere, sola miseria invidia caret. Nobilium personarum est, liberalitas & communicatio suorum; unde Dominus liberalissimus est & desiderio largiendi sua & communicandi fecit quidquid fecit. Leonem etiam qui est rex animalium, dicit Arist. esse animal communicativum. E contrario invidia ignobilium & vilium est personarum. Undecimo quia invidia cruciat dominum suum. Est enim sicut vermis in ligno nascens, qui post illud unde natus est, consumit. Hieron. Invidia est sui primum mordax. Invidia primum infestat. Isidor. Invidus medullitus animo æstuans, à semetipso livoris proprii semper exigit pœnas. Socrates, Utinam invidi in omnibus civitatibus aures vel oculos haberent ut de omnibus profectibus torquerentur. Idem; Quanta sunt felicium hominum gaudia, tanta sunt invidorum gemitus. Horatius: Invidia Siculi non invenere tyranni majus tormentum. Duodecimo facit ad detestationem hujusvitii, quod ipsa est infirmitas & corruptio maxima. Adeo corruptus est invidus, ut ei redolentia fœteant, & è converso, amara sint ei dulcia & dulcia amara. Unde ad invidos pertinere

tinere videtur illa maledictio Esa. 5. *Va qui dicitis bonum malum, & malum bonum, ponentes tenebras lucem, & lucem tenebras: ponentes amarum in dulce, & dulce in amarum.* Hæc corruptio invidiæ innuitur nobis Proverb. 14. ubi dicitur, quod *putredo ossium est invidia.* Sicut vestis putrefacta non recipit ablutionem: sic peccatum invidiæ non de facili abluitur. Decimo tertio facit ad detestationem hujus vitii, quia hoc vitium est magnæ perversitatis. Cum enim omne bonum in commune deductum pulchrius eluceſcat, secundum Boet. & secundum Sen. nullius rei possessio jucunda sit sine socio: invidus tamen potius vult carere bono, quam habere socium in eo: potius vult habere socium in miseria, quam in felicitate. Exemplum de quodam rege, qui concessit cuidam avaro, & cuidam invido munus quod eligerent, ita tamen quod munus ejus qui posterior peteret, duplicaretur: & cum uterque differret, præcepit rex invido ut prius peteret: qui petiit, ut erueretur sibi unus oculus, volens quod proximo eruerentur ambo. Noluit petere aliquod bonum, ne proximus ejus acciperet duplicatum. Quarto decimo facit ad detestationem hujus vitii hoc; quod cum alia vitia uni bono tantum opponantur, ut incontinentiæ continentia, invidia omni bono opponitur. Decimo quinto facit ad detestationem hujus vitii hoc, quod invidia valde periculosa est. Invidum enim occidunt & bona & mala. Bona eum affligendo, mala vero dando ei occasionem peccandi. Unde ad invidum pertinere videtur illud verbum quod dicit Cain Genesis 4. *Quicunque invenerit me, occidet me.* Videntur enim creaturæ esse contra invidum. Et merito, quia degenerat invidus à creatore & à creaturis. Creator enim liberalis est, & vult communicare bona sua. Creaturæ etiam adeo communicare volunt bona sua, ut de hoc certamen videantur habere. Ex hoc enim quod ignis vult speciem suam communicare materiæ aquæ, ex hoc pugna est inter ignem & aquam. Similiter sol vult communicare, & lumen, & calorem suum. Augustinus. Indicium divinæ maximæ bonitatis est, quod quælibet res cogitur dare seipsam. Ab hac libertate degenerat invidus, dividens se à Deo & creaturis, & socians se diabolo, qui bona omnibus invidet, & socios vult esse homines suæ miseriæ. Et ideo merito creaturæ persequuntur eum tanquam apostatam. Decimo sexto facit ad detestationem hujus vitii hoc, quod invidia valde damnosa est suo subjecto. Aufert enim homini societatem Ecclesiæ. De qua societate dicit David: *Particeps ego sum omnium timentium te &c.* Bona proximi, quæ invidi essent si ea diligeret, contra invidum sunt. August. Pensent invidi quantum bonum sit charitas, quæ sine labore nostro aliena bona nostra facit. Invidia aufert homini proximum. Unde magister Hugo de Sancto Victore. Superbia mihi aufert Deum, invidia proximum, ira meipsum. Invidia etiam aufert homini sapientiam. Unde Sap. 6. *Neque cum invidia tabescente iter habeba, quoniam talis homo non erit particeps sapientiæ.* Unde Poeta describens domum invidi dicit quod erat abdita, sole carens. Sol enim justitiæ lumen sapientiæ abscondit ab invidis. Invidi etiam homines ad paupertatem & ignominiam sæpe perveniunt. Unde Proverb. 28. *Vir qui festinat ditari, & aliis invidet, ignorat quod egestas supervenet ei.* Et Eccl. 7. *Improperium & contumeliam malus hæreditabit & omnis peccator invidus & bilinguis.* Decimo septimo facit ad detestationem hujus vitii hoc, quod vitium istud est signum quo diabolus discipulos suos cognoscit. Unde sicut Dominus dicit Joan. 3. discipulis suis; *In hoc cognoscent omnes quia discipuli mei estis, si dilectionem habueritis adinvicem.* Sic dicit Diabolus discipulis suis: In hoc cognoscent omnes, quia discipuli mei estis, si invidiam habueritis ad invicem. Decimo octavo facit ad detestationem invidiæ hoc quod

fere

Μὴ ὃ κακογνώμων, μὴ ψευδαπάτης ἀμέτεντος.
Σωφροσύνην ἀσκεῖν, αἰσχρῶν δ' ἔργων ἀπέχεσθαι.
Μὴ δ' ἐμιμεῖσθαι κακότητα, δίκην δ' ἀπαλεύειν ἀμύναν.
Πειθὼ μὲν γὰρ, ὄνειαρ· ἔρις δ' ἔριν ἄλφι βιάσει.

Nec pravi-consilii, nec impostor immoderatus.
Temperantiam exerce, obscœnisque factis abstine.
Ne sectare malignitatem, sed jure repelle injuriam.
Persuasio namque commodum, lis vero litem rursus gignit.

Μὴ

fere omnes invidi sunt proditores. Proverb. 23. *Ne comedas cum homine invido, & ne desideres cibos ejus: quoniam in similitudinem aruoli, & conjectoris, æstimat quod ignorat.* Comede & bibe, dicet tibi, & mens ejus non est tecum. Decimo nono facit ad detestationem hujus vitii hoc, quod frequenter mala morte moriuntur invidi. Unde Eccl. 27. *Laqueo peribunt, qui oblectantur casu justorum, dolor autem consumet eos antequam moriantur.* Laqueo perit, qui improvise perit. Hieronymus: Non memini me vidisse mala morte mortuum, qui liberalem antea duxerat vitam. E contrario sæpe accidit, quod invidus mala morte moritur qui liberalem ante non duxit vitam. Vicesimo facit ad detestationem hujus vitii hoc, quod invidi socii sunt diaboli & in lucro & in damno. Quando diabolus lucratur, gaudent, quasi lucrum ipsius lucrum suum reputarent. Quando vero diabolus perdit, dolent, quasi damnum ejus damnum suum reputarent. Speciales amici diaboli videntur esse tales secundum descriptionem amicitiæ quam ponit Tullius: Habent enim idem velle & idem nolle cum diabolo. Idem enim velle & idem nolle, vera amicitia est. Invidia vermis est, qui arefecit hederam Jonæ. Jonas interpretatur donum columbæ, & significat aliquem hominem gratiosum. Hedera vero prosperitas ejus est, quam vermis invidiæ vult consumere. Quam cito enim videt invidus aliquem prosperari, ipse vellet ejus prosperitati adversari. Invidia etiam vermis est dissolvens charitatem, sive charam unitatem Ecclesiæ, pro qua filius Dei voluit mori. Invidia etiam est similis passioni illi qua percussi sunt Sodomitæ, Gen. 19. quæ dicitur avidentia aurifia vel acrisia. Et facit passio illa, non ut omnino nihil videatur, sed ut non videatur illud quod expedit non videre. Et dicitur acrisia ab à, quod est sine, & crisis quod est judicium. Invidia vero è converso facit quod illud non videatur, quod expedit videre. Invidia enim sic excæcat hominem, quod ipse non videt in bono nisi malum. Eccles. 14. *Oculus malus ad mala tendit.* Specialiter oculus invidi malus est. Unde in eodem cap. 1. *Nequam est oculus invidi.* Et Matth. 20. *An oculus tuus nequam est, quia ego bonus sum?* Invidus plenus est malitia usque ad oculum. *Idem.*

Μὴ πίσθυε τάχισα, πρὶν ἀτρεκέως τέρας ὄψῃ.
Οὗτος ἀγὼν, ταῦτ' ἔστιν ἄεθλια, ταῦτα βραβεῖα,
Τοῦτο πύλη ζωῆς, καὶ εἴσοδος ἀθανασίης,
Ἣν θεὸς ἐρήνιός γε δικαιοτάτοις ἀνθρώποις
Ἐσπεν νίκης ἐπαέθλιον. οἱ δὲ λαβόντες
Τὸ ῥέφος, εὐδόξως[47] διελεύσονται διὰ ταύτης.
Ἀλλ' ὁπόταν τόδε σῆμα φανῇ κατὰ κόσμον ἅπαντα,
Ἐκ γυμνῆς παῖδες πολιοκρόταφοι γεγαῶτες,
Θλίψεις δ' ἀνθρώπων, λοιμοὶ καὶ λιμοὶ, πόλεμοί τε,

Ne credas temere. priusquam certo finem perspicias.
Hoc certamen, hic est labor, hæc sunt præmia pugnæ:
Hæc vitæ porta est, hic est ingressus in ævum
Æternum. Deus hæc cœlestis, justitiai
Humanæ statuit victrici præmia: quique
Contigerint palmam, per eam ingredientur honeste.
Sed postquam toto signum hoc extaret in orbe,
A teneris pueri vestiti tempora canis,
Arctabunt homines, mutato cardine rerum,

Kau-

47 Διελεύσονται &c.] Pro διελεύσονται in reg. cod. est διέλθωσι. Si enim animadvertis, auctor horum versuum ubique respicit ad morem certaminum Isthmicorum. *Opsopœus.*

Καιρῶν δ' ἀλλαγίη, πένθημά τε, δάκρυα πολλὰ,
[48] Αἰ ὁπόσων παῖδες χώρας ἐνὶ θοινήσονται,
Οἰκτῳ ὀλοφυρόμενοι [49] γυίας ἐν φάρεσι σάρκας,
Σωὶ μέλεσιν θάψουσιν ἐπὶ χθονὶ μητέρι λαῶν,
Αἵματι γὰ κονίῃσι πεφυρμένῳ. ὦ μέγα δεινὸν,
Υσσάτης γυιῆς φῶτες κακοέργεες αἰνοὶ,
Νήπιοι, [50] οὐδὲ νοοῦντες ὃ νικᾷ φῦλα γυναικῶν

Pestes, bella, fames, larchrymæque & luctus, abunde.
Eheu quot viduæ lugebunt pignora, tristi
Cum gemitu & prolis carnes in veste cruenta
Cum membris terræ mandabunt omniparenti,
Pulvere sanguineo fœdatæ. O pessima secla,
O nimium pravi, quos ultima proferet ætas.
Dementes: qui quid muliebria semina vincat

Μὴ

48 Αἰ ὁπόσων] Αἱ ὁπόσαι παῖδας χώρας ἐνὶ θοινήσουσι. Οἰκτῳ ὀλοφυρόμενοι, γυίας δ'. cὸ. *Idem.*

49 Γυίας] Regius codex ut & Gallæi refert, γυίας, cὸ φάρεσι σάρκας ἰδίοντες ἁψῶσιν. Sensu non incommodo: & mox expresse, πεφυρμένοι ὦ, &c. κακοεργέας. Puteanum quoque exemplar agnoscit γυίας. *Idem.*

50 Ο. δὲ νοοῦντες &c.] Prætermiserat hæc in sua versione Castalio. Ego ut potui, locum corruptum Latine expressi, antequam exemplar regium supperteret. At in tenebris me micasse video, quas feliciter ex illo codice nunc discutere licet, sic præ se ferente: οὐδὲ νοοῦντες ὃ' ἰνίκα φῦλα γυναικῶν. Μὴ πίπτων, ἵφυ' τὸ ἡμέρον ἀνθρώπων. Μηδὲ συναίρεσις ἰγγὺς, ὁπόταν πνεῦ, &c. *Non intelligentes quod quando sexus mulierum non amplius pariet, tum messis sive interitus hominum adest, neque unio & doctrinæ consensus prope sit, quando impostores in verorum vatum atque doctorum locum irrepent.* Arbitror enim illud συναίρεσις de animorum idem sentientium & volentium coalitu atque conjunctione explicari debere, quemadmodum oppositum illi διαίρεσις de animorum distractione & sectarum varietate. Θέρος vero in ea significatione qua exposui, occurrit pag. 191. πρὸ θέρος ἀμήσεται. Videtur Sibylla in hoc loco respexisse ad colloquium Christi & Salomes, quod ait Clemens in Evangelio Ægyptiorum scriptum

Μὴ πίστωσιν· ἔφυ τὸ θέρος μερόπων αἰθερώπων,
Μηδ' σωαίρεσιν ἐγγὺς, ὅταν πινὲς αὐτὶ σοφιτὴς
Ψευδαπάταις πελάσωσιν ἐπὶ χθονὶ φημίζοντες.
[51] Καὶ Βελίας ἥξει, [52] καὶ σήματα πολλὰ ποιήσει

Non norint. Sed ne pariat tunc fœmina prolem:
Humani generis strages & maxima messis
Instat: cum quidam pro vatibus insinuati
Fallaces aderunt in terris vaticinantes:

Av-

scriptum esse. Interroganti Salome, quando venturum esset regnum Dei, respondet Christus, *cum cessabit opus mulieris. Idem.*

51 Καὶ Βελίας ἥξει] Cod. reg. Βελίας θ' ἥξει. *Opsopœus. Belial*, Nonnulli volentes hoc nomen *hominem inutilem*, significare, derivant à בלי *absque* & יעל *profuit.* Alii contendentes eodem Dæmonem intelligi, derivant à בל *absque* & על *altissime.* Aquila vertit *Apostatam.* Sane B. Paulus Satánam *Belial* vocat. 2 Cor. 6. Suidas, Βελιὰρ (lege Βελιὰλ) τῇ Ἑβραίων φωνῇ τὴν ἀποστασίαν δηλοῖ. Ὁ ἀπόστατος, τὸν διὰ συμφόρου Χριστῷ κακῶς Βελίαλ. Chaldæus interpretatur *malignitatem.* Hieronymus retinet nomen Hebræum, ut cuique pro arbitrio interpretari liceret. Quanquam alias filios *Belial* idem filios intelligat Diaboli, homines quippe malignos. Quapropter παροιμίας reddiderunt LXX. Sed & idem Hieronymus alibi deducit à בלי & עול quod sit *absque jugo. Hofmannus.*

52 Καὶ σήματα &c.] Notavit olim S. Paulus quod Antichristus potentia, signis & prodigiis seu miraculis mendacibus ac omni fraude injustitiæ instructus sit, quibus imperium suum stabilivit, propagavit & conservare nititur. 2 Thess. 2. ℣s 9, 10. Apoc. 13. ℣s 13, 14. & 16. ℣s 14. & 19. ℣s 20. Miracula autem, de quibus gloriaturus est Antichristus, falso refert Bellarminus lib. 111. de Pontif. cap. xv. quod ille finget se mortuum esse, & postea suscitatum, eo detorquens locum Apoc. 13. ℣s 3. cujus veram expositionem alibi tradidimus. *Ravanellus.* Antiquus Scriptor *Hippolytus lib. de consummatione mundi*, sentit eum lepram & paralysin curaturum, mortuos excitaturum, Dæmonas ejecturum, futura & absentia denuntiaturum, montes translaturum, super mare ambulaturum, ignem de cælo deducturum, solem circumacturum, quocunque libuerit, &c. quæ omnia ego non admitto. Apoc. 13. ℣s 14. dicitur eum inter alia effecturum, ut ignis de cœlo descendat. Quod quidam per metaphoram hyperbolicam exponunt, ut *Paræus*, & exemplis fulminum anathematicorum probatur, quibus afflati Reges, populi &c. (ut phrasi Hildebrandica utamur.) alii proprie, ut scilicet appareat ignis de cœlo descendere, quamvis revera non descendat. Sic *Andreas*

Ἀνθρώποις. τότε δ' ὁσίων ἀποκατάσασις ἀνδρῶν
Ἐκλεκτῶν, πιστῶν τε, λελαασίη τε φρήτας
Τέτρων ἠδ' Ἑβραίων, δεινὸς δ' αὐτῆς χολὸς ἥξει.
Ἡνίκα δωδεκάφυλος ἀπ' ἀντολίης λαὸς ἥξει,
Ζητήσων λαὸν, ὃν ἀπώλεσεν [53] Ἀσσυρίων κλών,
Συμφύλων Ἑβραίων· ἔθνη δ' ἐπὶ τῆσιν ὁλοιῶτας
Ὑσσηγν αὖ ἄξουσιν ὑποκριθέων ἀνθρώπων,
Ἐκλεκτῶν πιστῶν Ἑβραίων, καταδελώσαντες
Αὐτὰς ὡς τὸ πάρος ἦεν, ἐπεὶ κράτος ἔπτοτε λείψει

Et Belial veniet, facietque insignia multa
Inter mortales. Tunc sancti funditus, atque
Electi, fidique, eversi diripientur:
Nec non Hebræi, quos sævior impetet ira.
Tum cum bis senis tribubus conflatus ab ortu
Adveniet populus, populumque requiret Hebræum
Cognatæ stirpis, quem perdidit Assyriorum
Impetus: illata gentes ita clade peribunt.
Postremo rursum vehementibus imperitabunt

Ὑψις

Cæsariensis & *Ribera*. Alii exponunt de descensu ignis, per analogiam, & operationem Satanæ ut Job. 1. & sic *Brightmanus in commentariis ad locum*, ubi exempla adfert. Adeo ut frustra exceptio hæc opponatur: Papæ nunquam fecerunt ignem descendere. Ergo non sunt Antichristi. Pontificii hodie communiter tria faciunt miracula ipsius, quod simulabit resurrectionem a mortuis, & descensum ignis, & animationem imaginis bestiæ &c. Apocal. 13. vs 13. quorum genuinam expositionem vide in commentariis Brightmanni & Paræi. *Voetius.*

53 Ἀσσυρίων κλών] Ramus iste Assyrius est Nabuchodonosor, qui Judæos, subacta eorum regione, & templo Hierosolymitano incenso, in Assyriam transtulit: atque hæc captivitas est Babylonica, de qua apertius infra.

54 Συ-

Ὑψιςᾧ πάντων, πανεπίσκοπᾧ, αἰθέρι ναίων,
Ὕπνον ἐπ' ἀνθρώποις [54] σκεδάσῃ, βλέφαρ' ἀμφικαλύψας.
Ὦ μάκαρες θεράποντες, ὅσους ἐλθὼν ἀγρυπνοῦντας
Εὕρῃ ὁ δεσπόζων. τὰ δ' ἐγρήγορθεν ἅπαντες,
Πάντοτε προσδοκάοντες ἀκοιμήτοις βλεφάροισιν.
[55] Ἡξῇ γάρ τ' ἠῶϊ, ἢ δείλης, ἢ μέσον ἦμαρ.
Ἡξῇ δ' ἀπροσδόκητος, μὴ ἔστεται ὡς ἀγορεύω,
Ἔστεται εὐδομένοις ὅτ' ἀπ' ὀφρυῦ ἀστεροέντος
Ἄσπετα πάντα μέσῳ ἐνὶ ἤματι πᾶσι φανεῖται,

Hebræis fidis electis, sub juga missis,
Ut prius: imperium quoniam non desinet unquam,
Omnia qui cernit supremus, & incola cœli,
Palpebras hominum somno concludet opertas.
Fœlices famuli, Dominus quoscunque reversus
Inveniet vigiles. Tangit vigilantia cunctos,
Semper ut expectent, nec somno lumina claudant,
Nam veniet mane, aut sero, mediove diei.
Adveniet certe, neque me sententia fallet,

Σωὶ

54 Σκεδάσῃ] Scriptus codex uterque σκιπάσῃ; sed probior videtur recepta scriptura. *Idem.* Gallæi MS. legit σκιπάσῃ.

55 Ἡξῇ γάρ τ' ἠῶϊ &c.] In regio scribitur ἤξῃ γὰρ ἠῶϊ, &c. rectius quam in Pith. ἠῶϊ. Quis non videt hæc è Lucæ cap. 12. & Marci 13. quemadmodum & sequentia ex Matthæi cap. 24. & Lucæ 21. palam desumpta esse? *Idem.*

Σεὺ δυσὶ φωσῆρσι κατεπειγομένοιο χρόνοιο.
56 Καὶ τότ' ὁ Θεσβίτης ἀπὸ οὐρανοῦ ἅρμα πταμένων

Dum dormitur, erit cœli ut ſtellantis ab oris
Cuncta die medio cernantur ſidera cunctis,
Una cum binis facibus, properantibus annis.
Tunc quoque cœlesti curru devectus inibit
Terras de cœlo Thesbites, ſignaque trina

Οὐρα-

56 Καὶ τότ' ὁ Θεσβίτης] Et hujus Prophetæ originem Muhammedani cum ignariſſimis juxta ignorant. *Beidavi* in comment. pag. m. 191. الياس قبل هو ادريس جد نعاح وقبل هو من اسباط هرون الى موسى *Etiam dicunt eſſe Edris, avum Noachi: Alii volunt eſſe ex tribubus Aharonis, fratris Moſis.* Alias eundem الخضر Αοβιλιᾶ *appellant. Patricides* Pat. Alexand. pag. 31. ويعد وفاة يوشع ابن نون دبر في الشعب فنحاس اللاهن ابن العازر ابن هرون وكان كاهنا خمسة وعشرين سنة والیهود یوعون ان فنحاس الكاهن هذا هو ایلیا النبي الذي يسمونه العرب الخضر *id eſt, Poſt obitum Joſuæ, filii Nun, duxit populum Pinhas ſacerdos, filius Eliezer, filii Harun. Fuitque ſacerdos annos 25. Putant autem Judei hunc Phinhaſum ſacerdotem eſſe Eliam Prophetam, quem Arabes* Alchoder *appellant.* Et p. 54. وايليا وهو الخضر *Elias, qui eſt* Alchoder. *Traditionem Judaicam, cujus obiter meminit Patricides, in Rabbinorum ſcriptis ubique habemus obviam. Ralbag.* in append. lib. 1 Reg. Sap. 17. ומזה נתישרע להאמין שפנחס הוא אליהו *Atque hinc credere docemur, quod Phinhas ſit Elias.* Quod ipſum tamen multi Rabbini rejiciunt. *R. D. Gans* in Zem. David pag. 13. ועוד שאמרו פנחס הוא אליה כבר כתבו התוספות במציעא פרק המקבל וכביאו ביוחסין דף י"א שיש מהלוקת בדבר אם פנחס הוא אליה ובאשר תעין בב"ר פרשה ע"א תראה שאין דרך לנטות לומר שאליה הוא פנחס *Quod vero dicunt Phinhaſum eſſe Eliam, id ipſum jam ſcripſerunt in Toſepboth, in Mezia, capite* המקבל: *Quod etiam adducitur in Juchaſin* pag. 11. *ubi apparet, quod adhuc ſit controverſum an Pinhas fuerit Elias: &, cum attenderis in Bereſchith Rabba ſectione 71. videbis, non eſſe viam inclinandi, quaſi Elia eſſet Phinhas.* Porro, de Elia in Alcorano quædam Muhammed commemo-

Οὐράνιον, γαίη δ' ἔπιδὰς, τὰ τε σήματα πρίσσα

Ostendet toti mundo vitæ pereuntis.

Κόσμῳ

memorat, quæ plane sunt παμπάλαια, & ex hac ipsa Judæorum traditione emendicata. Nam *Surata* XVIII. p. 165. Elias non tantum coætaneus est Mosis, sed adeo ineptus fabulator introducitur, ut dramata ista vel recitare tædeat. Occasionem tantum fabulæ ex Beidavi promemus. روي ان موساي خطب الناموس بعد هلاك القبط وخرابه مصر خطبه بليغة فاعجبها وقيل له هل تعلم احدا اعلم منك فقال لا فاوحي الله اليه بل عبدنا الخضر وهو بمجمع البحرين *Ferunt*, *Mosen*, *de Lege*, *postquam periissent Coptitæ*, *& ille Ægyptum esset ingressus*, *oratione tam polita peroraſſe*, *ut de ea etiam gloriatus sit*. *Cumque diceretur ei*: *Neminemne se peritiorem nosset? Respondisse*, *non*. *Tunc Deum illi inspirasse*: *Imo servus meus*, *Alchoder* (id est, ut pag. 509. habetur, *Elias*) *qui duo maria congregat*. *Cumque vero Moses Deum rogasset*, *ubinam Elias ille*, *seu Alchoder delitesceret?* respondit: بحيث الساحل عند الصخرة *sub ripa apud petram*. *Sed* كيف لي به *quomodo inveniam eum?* Respondit Deus: تاخذ حوتا في مكتل فحيث فقدتم فاو هناك *Piscem accipies in sportula*, *& ubi non amplius ille apparuerit*, *ibidem Eliam offendes*. Mosen ergo cum Josua, hoc Dei consilium secutum, tandem Eliæ, ductu piscis, compotem esse factum. Longum nimis esset, & tædiosum, ipsam illam ex Alcorano nunc de Mose, Josua & Elia narrare fabulam. Turpis cumprimis est ἀναιδεία, quod *Beidavi* p. 507. asserit: وكان الخضر في ايام افريدون وبقرن اي ايام موسى *Extitit Alchodor* (Elias) *in diebus Aphridun*, *& superstes mansit ad tempora Musa*. Quid ineptius, aut literis sacris inconvenientius dici potuisset, vel fingi? Aphridun, juxta *Elmac.* Hist. pag. 31. σωμαλίσιος fuit Terachi, Rex Barbarorum, qui anno ætatis 140. mortuus est, referente eodem *Elmac.* p. 37. Alii tamen aliter de eo senserunt. قال وكان افريدون اولا من اكابر الفارس وكان له اشتغال كبير بعلم النجامة *Dicunt*, *Aphridun hunc fuisse ex primis Persarum magnatibus*, *multum occupatum in Astronomia*. Atqui hujus jam ætate Eliam vixisse & Mosis tempora tantum assecutum esse, quis vel cogitare ausit? *Hottingerus*. Elias Thesbites, propheta fuit clarissimus, floruit temporibus Achab & Ochosiæ, regum Israël. Vir fuit pilosus, zonaque pellicea accinctus renes, zelo maximo erga Dei cultum affectus, varia edidit miracula. In solitudine pastus est à corvis, deinde ab Angelis: pluviam à Domino impetravit, Pseudoprophetas increpavit ac interfecit. Quinquagenarii duo cum suis militibus, ad comprehendendum eum ab Rege Ochosia filio Achab missi, igne cœlitus emisso, subito consumti fuerunt. Aquas fluvii Jordanis pallio suo percussas divisit: denique per turbinem in cœlum raptus fuit curru & equis ignis. Vide *lib.* 3. *Regum cap.* 17, 18. *& seqq. lib.* 4. *cap.* 2. 2 Par. *cap.* 21. Augustin. *de Civ. D. l.* 20. *c.* 19. Torniel. *A. M.* 3139. Lat. *Deus*, aut *fortis Dominus*. Hofmannus.

Κόσμῳ ὅλῳ δείξῃ, ἓ ἀπολυμψῳ βιότοιο.
Αἳ ὁπόσαι κείνῳ ἐνὶ ἤματι φορβοφορῆσαι
Γαστέρι φωρηθῶσιν, ὅσαι δέ τε νήπια τέκνα
Γαλαδοτῆσιν, ὅσαι δ' ἐπὶ κύμασι ναιετάουσιν.
Αἳ ὁπόσαι κείνῃ τῃ ἡμέραν[57] ἀθρώισουσιν.
Αχλὺς γὰ ζοφερὴ σκεπάσῃ τὸν ἀπείρονα κόσμον,
Ανζολίης δύσεώς τε μεσημβρίας τε καὶ ἄρκτου.
Καὶ τότε δὴ ποταμός τε μέγας πυρὸς αἰθομένοιο
Ρώσῃ ἀπουρανόθεν, καὶ πάντα τόπον δαπτήσῃ,
Γαῖάν τ' ὠκεανόν τε μέγαν, γλαυκήν τε θάλασσαν,

Væ quas illa dies deprendet ventris onuſtas
Pondere, quæve ſuo lactabunt ubere natos,
Aut qui propter aquas habitabunt. Væ quibus illam
Contigerit vidiſſe diem. Nam totus ab ortu
Solis ad occaſus, auſtroque, aquiloneque mundus
Tetræ involvetur noctis caligine cæca.
Tunc ardens fluvius cœlo manabit ab alto
Igneus, atque locum conſumet funditus omnem,
Terramque oceanumque ingentem, & cærula ponti
Stagna, lacus, fluvios, fontes, Ditemque ſeverum,

Λίμνας

57 Ἀθρώισουσιν] Regium exemp. habet ἀθρήσουσιν, quod Caſtalio expreſſit. ἀθροίσουσιν si retineamus, interpretabimur de frugum in agris collectione. *Opſopœus.*

58 Eis

Λίμνας ἠ ποταμοὺς, πηγὰς, ἠ ἀμείλιχον ἅλμην,
Καὶ πόλον ἀέξνιον. ἀτὰρ ἀέξνιοι φωσῆρες
[58] Εἰς ἓν συῤῥήξωσι, ἠ εἰς μορφὼ πανέρημον,
Ἀστερόεντά τε [59] θαλάσσια πάντα πεσεῖται.
Ψυχαὶ δ' ἀνθρώπων πᾶσαι βρύξωσιν ὀδοῦσι,
Καιόμεναι ποταμῷ ἠ θείῳ ἠ πυρὸς ὁρμῇ,
Ἐν δαπέδῳ μαλερῷ, τέφρα δ' ἔτε πάντα καλύψει,
Καὶ τότε [60] χηρεύσει κόσμου στοιχεῖα τὰ πάντα,
Ἀὴρ, γαῖα, θάλασσα, φάος, πόλος, ἤματα, νύκτες,
Κοὐκέτι πωτήσονται [61] ὑπ' ἠέρι ἄπλετοι ὄρνεις,

Cœlestemque polum, cæli quoque lumina in ævum
Fluxa fluent, forma deleta prorsus eorum.
Astra cadent etenim de cœlo cuncta revulsa,
Humanæque animæ frendebunt dentibus omnes,
Fluminis ardentes, igniſque, & sulphuris æstu,
In fervente solo, cinis obteget omnia quando.
Omnia tunc mundi viduata elementa jacebunt,
Aer, terra, polus, mare, lux, noctesque, diesque.
Non jam tot volucres sulcabunt aëra pennis,

Οὐ

58 Εἰς ἓν συῤῥήξωσι] Infra legitur εἰς ἓν συῤῥήξωσι. *Idem.*

59 Θαλάσσια] Recte Regius Codex ut & *Gallæi* legunt θαλάσσης quasi diceret, in mare incident, infra tamen legitur φωσῆρες. ex *Opsopæo.*

60 Χηρεύσει] Utrumque exemplar scripti χηρεύσει στοιχεῖα τὰ πάντα τὰ κόσμου. Similia hisce leges infra. *Opsopæus.* Eodem modo legit *Gallæi* MS.

61 Ἐν ἠέρι] Reg. exemplar ut & *Gallæi* δὲ ἠέρι. Sic infra in hoc eodem versu repetito ἐν ἀέρι. Et placet quod illic legitur ἄπλητοι pro ἄπλετοι. Confer locum hunc cum illo, videbis alterum ex altero desumpt m *Idem.*

Οὐ ζῶα νηχτὰ θάλασσαν ὅλως ἔτι νηχήσουσι,
Οὐ ναῦς ἔμφορτος ἐπὶ κύμασι πορεύσεται,
Οὐ βόες ἰθυντῆρες ἀροτεύσουσιν ἄρουραν,
Οὐκ ἦχος δενδρῶν ἀνέμων ὕπο. ἀλλ' ἅμα πάντα
Εἰς ἓν χωνεύσει, καὶ εἰς καθαρὸν διαλέξει.
Ηνίκα δ' ἀθανάτου θεοῦ ἄφθιτοι ἄγγελοι,
[62] Ηκαὴλ ἑρμιὴλ, [63] οὐριὴλ, σαριὴλ, ἀζαήλ τε,
Αὐτοὶ πάσαμφοι ὅσα πις κακὰ πρόσθεν ἔρεξεν

Non vada ſquamigeri piſces per ſalſa natabunt,
Non ibit ponti per fluctus navis onuſta,
Non gleboſa boves pandi telluris arabunt,
Non ſonitum reddent percuſſæ flamine ſylvæ:
Omnia ſed puram molem conflabit in unam.
Tum vero æterni genii patris immortalis
Ηκαὴλ ἑρμιὴλ, Uriel, Saniel, Azaëlque,
Quæ mala quiſque hominum parraverit ante, ſcientes, Au-

62 Ηκαὴλ ἑρμιὴλ] Verſus iſte ita conceptus eſt in regio codice, ἥξουσι μιχαὴλ τε Γαβριὴλ, Ραφαὴλ τ' Οὐριὴλ. Orſoræus. Eodem modo etiam legitur in M S. Gallæi.

63 Οὐριὴλ] Nomen hoc eſſe Archangeli, Origenis eſt opinio: ſic enim ſcribit. Philo cal. cap. XXII. p. m. 369. ὁ γὰρ ὡς δὲ ὁ Ιακὼβ μείζων ἦν τῷ ἀνθρώπῳ τῷ ἀδελφὸν ἰσχύσαντι τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ, καὶ ὁμολογῶν ἐν αὐτῷ τῷ βίῳ ἀφ' ἧς παρῆλθεν τὸν ἀνέχεσθαι ὑπὸ τοῦ πλάτους τῶν ὤμων ὄχλου ἀσχολιάζοντος δυνάμεως κυρίου, καὶ ὀνόματι πάλαι κεκτημένου Ισραὴλ. ὅπερ ἐν σαφηνείᾳ λειτουργῶν ἀναγωγεύσει, ὑπομιμνήσκοντος αὐτὸν ἐξ ἀρχαγγέλου οὐριὴλ: hoc eſt ex verſione Tarini: *Nam & Jacob homine major erat, qui ſupplantaret fratrem ſuum, & fateatur in eo ipſo libro ex quo protulimus*, legi in fabulis cœli, *ſe eſſe principem tribunorum potentiæ Domini, & jam pridem habere nomen Iſraël: quod quidem corpora miniſtrans recognoſcit, in memoriam revocante ipſumque ſubmonente Uriel archangelo.* Ex Hebræo אור־אל *lux mea Deus fortis.* uti ἀζαὴλ etiam ex Hebræo עשה־אל *fecit Deus fortis. Idem.*

64 Αὖ-

Ἀνθρώπων, ψυχάς τε ἀπὸ ζόφου ἠερόεντος
Εἰς κρίσιν ἄξουσι πάσας ἐπὶ βῆμα θεοῖο,
Ἀθανάτου, μεγάλου. εἷς γὰρ μόνος ἄφθιτός ἐστιν,
[64] Αὐτὸς ὁ παντκράτωρ, θνητῷ ὁ δικαιότολος ἔσσαι.
Καὶ τότε νερτερίοις ψυχὰς, καὶ πνεῦμα, καὶ αὐδὴν
Δώσει ἐπουράνιος; καὶ τ' ὀστέα ἁρμοσθέντα
Ἁρμοῖς παντρίοις, [65] Σαρξὶ σάρκες; καὶ νεῦρα,
Καὶ φλέβες, ἠδὲ τέρμα· πρὶν χροὶ δ' αἰ πρὶν ἔθειραι.
Ἀμφιβρότης πυχθέντα, καὶ ἔμπνοα κινηθέντα,
Σώματ' ἐπιχθονίων [66] μίαν ἡμέρην ἀνιστᾶσιν.

E tetris animas tenebris caliginis omnes
Judicio ſiſtent, ad formidabile patris
Magni, immortalis ſolium, nam ſolus & unus
Conditor omnipotens rerum non interit unquam,
Juraque dicturus mortalibus æqua ſedebit,
Et tunc infernis animas, flatumque, ſonumque
Cæleſtis tribuet, compactaque convenienter
Artubus oſſa ſuis, carnes, nervoſque repoſtos,
Et venas, pellemque priorem, cæſariemque.
Sic conjuncta ſuis terreſtria corpora rite

Καὶ

64 Αὐτὸς ὁ] Deeſt hic totus in eodem codice. De reſurrectione mortuorum iterum nonnulla ſunt inſita. ut & in *Gallæi* MS. *Opſopæus.*

65 Σαρξὶ σάρκες] Pro hoc & ſequenti ita ſcribitur in eodem. ut & in *Gallæi* codice. ἁρμοῖς παντρίοις, σαρξὶν δέ τε πάσας σάρκας, νεῦρα τε δοῦναι τε καὶ τε φλέβεσιν ἀπάσας αὖμα· δέρμα δέ γ' ἐν χροὶ αἰ πρὶν αὐθις φύσουσιν. Lector videat quid ex his corruptis elicere poſſit. *Idem.*

66 Μίαν ἡμέρην] Pro μίαν ἡμ. ὡσ. idem habet ἐν ἤματ' ἀναστήσειαν, & mox uterque codex ἀχαλκέντου. ſic etiam legit *Gallæi* MS. *Idem.*

Καὶ τότ' ἀμειλίκτοιο καὶ ἀῤῥήκτου ἀδάμαντος
Κλεῖθρα πέλωρα πυλῶν τε ἀχαλκήτων ἀίδαο
Ῥηξάμβρος Οὐριὴλ μέγας ἄγγελος εὐρὺ βαλεῖται,
Καὶ πᾶσας μορφὰς πολυπενθέας εἰς κρίσιν ἄξει,
Εἰδώλων τὰ μάλιστα [67] παλαιγενέων πτολίων,
Ἠδέ τε γιγάντων, καὶ ὅσας εἶλεν κατακλυσμὸς,
Καὶ τὰς ἐν πελάγεσιν ἀπώλεσε κῦμα θαλάσσης,
Ἠδ' ὁπόσας θῆρες καὶ ἕρπετὰ καὶ πετεηνὰ
Θοινήσαντο, ὅλας ταύτας ἐπὶ βῆμα καλέσει.
Καὶ πάλιν ἃς ἔφθειρεν ἐνὶ φλογὶ σαρκοφάγον πῦρ,

Membris, una dies reddet vitalibus auris.
Tunc ferratarum portarum Ditis avari
Clauſtra immania, durique infractique adamantis,
Ingens ingenti Uriel convulſa ruina
Perrumpet genius: perlugubreſque figuras
Omnes judicio ſiſtet: ſimulachra vetuſta
Titanum in primis, monſtroſorumque gigantum:
Tum quas diluvium, tum quas maris unda profundo
Abſumit: necnon quas ſerpenteſque, feræque
Faucibus hauſerunt avidis, volucreſque, vocabit

Καὶ

67 Παλαιγενέων] Epitheton eſt γιγαντείων, quemadmodum etiam apud Heſiodum in Theogonia. *Idem.* Notandum autem plæraque hæc quæ hoc loco de udicio extremo proponuntur ex ſacra Scriptura & præcipue ex Apocalypſi eſſe deſumpta: & non eſſe Sibyllarum vaticinium ſed illis ex Scripturis falſo eſſe attributum. *Gallæus.*

Καὶ ταύτας ἐπὶ βῆμα θεᾶς ἐπέσευεν ἀγείρας.
[68] Ἡνίκα δ' αὐχήσῃ νέκυας, μοίρας καταλύσας,
[69] Καὶ καθίσῃ [70] Σαβαὼθ Ἀδοναῖε ὑψικέραυνε
[71] Εἰς θρόνον ἀερίου τε, μέγαν δέ τε κίονα πήξῃ,
Ἥξῃ δ' ἐννεφέλῃ σὺν ἄφθιτον ἄφθιτος αὐτὸς,
Ἐν δόξῃ Χριστὸς σὺν ἀμύμοσιν ἀγγελτῆρσι,
Καὶ καθίσῃ μεγάλως ἐπὶ δέξια βήματι, κείνων
Εὐσεβέων βίοτον ἠδ' δυσεβέων τρόπον ἀνδρῶν.

Ad ſolium cunctas: nec non quas igneus ardor
Abſorpſit flammis, ad judiciale tribunal
Coget adeſſe Dei, collectas undique in unum.
Tum vero Sabaoth Adonæus, fulminis autor,
Defunctos reddet vitæ, Parcaſque reſolvet,
Cœleſti reſidens ſolio, magnamque columnam
Figet. Eo veniet in nube æternus & ipſe
Chriſtus ad æternum, magno ſplendore, boniſque
Cum geniis: ſolioque ſedebit dexter in alto,
Judicet ut mores hominum, vitamque proborum,
Et ſceleratorum. Veniet quoque magnus amicus

Ηξῃ

68 Ἡνίκα &c.] Hujus periodi apodoſis, ſi regio codici fidimus, eſt in verſu infra citato ᾗ τότε δὴ πάντας &c. Ideo omnia quæ hic ſequuntur verba, in ſubjunctivo modo exhibentur: ut καθίσῃ, πήξῃ, ἥξῃ, καθίσῃ, & iterum ἥξῃ, ἁλίσσῃ, πέμψει αὖθις βιότῳ, &c. Opſopæus.

69 Καὶ καθίσῃ &c.] Gallæi MS. legit καθίσῃς. Pithœi exemplar Ἀδωναῖε: regium & Gallæi Σαβαώθ Ἀδωναῖ, forma Hebraica. *Idem.*

70 Σαβαὼθ &c.] De inconcinnitate harum dictionum putem me aliqua dixiſſe in diſſertationibus. *Gallæus.*

71 Εἰς θρόνον &c.] Regium exemplar ἀερσίου τε, & verſ. 15. μεγάλῳ. verſ. 19. Ἰησοῦς. hoc modo etiam exſtant in *Gallæi* MS.

Ηξει καὶ Μωσῆς ὁ μέγας φίλος ὑψίστοιο,
Σάρκας δυσάμενος. Ἀβραὰμ δ' αὖτε μέγας ἥξει,
Ἰσαὰκ ἠδ' Ἰακὼβ, Ἰασῆς, Δανιήλ τ', Ἠλίας,
Ἀμβακαοὺμ καὶ Ἰωνᾶς, καὶ ὅσς ἔκταν Ἑβραῖοι.
Τὸς δ' μετ' Ἱερεμίαν ἐπὶ βήματι πάντας ὀλέσσει
Κεινομένους Ἑβραίους ἵνα ἄξια ἔργα λάβωσι,
Καὶ πίσυσ' ὅσα πς βιότῳ θνητῷ πις ἔπραξε.
71 Καὶ τότε δὴ πάντες διὰ ἀϊθομένου ποταμοῖο,
Καὶ φλογὸς ἀσβέστου διελεύσονθ'. οἵ τε δίκαιοι
Πάντες σωθήσονται, ἀσεβεῖς δ' ἐπὶ τῖσιν ὀλοῦνται
Εἰς αἰῶνας ὅλους, ὁπόσοι κακὰ πρόσθεν ἔρεξαν,

Ille Dei Moſes ſupremi, carne renata
Veſtitus: veniet Abraham quoque magnus & ipſe,
Iſaac, atque Jacob, Jaſus, Daniel, Elias,
Ambacoum, Jonas, & quos genus perdit Hebræa
Tum reſidens judex ſolio, omnes perdet Hebræos
Qui poſt Eremiam fuerint, ut præmia digna
Accipiant, & quæ mortali quiſque patrarit
In vita, ſolvant. igitur per flumen agentur
Ignis inextincti cuncti: juſtiſque ſalutem
Omnibus indeptis, ſcelerati tempus in omne
Perdentur, quotquot petrarint ante nefanda.

Ηδ' ε

71 Καὶ τότε δὴ πάντες &c.] Καὶ τότε δὴ πάντες διὰ ἀϊθομένου ποταμοῖο καὶ φλογὸς ἀσβέστου διελεύσονται, οἱ δίκαιοι πάντες σωθήσονται, ἀσεβεῖς δ' ἐπὶ τῖσιν ὀλοῦνται εἰς αἰῶνας ὅλους, & p. 18. ἄγγελοι αἰώνιοι διὰ ἀϊθομένου ποταμοῖο εἰς φῶς ἄξουσι, &c. ὅτε μεγάλοιο πυρὸς καὶ ἀθανάτου ἀπὸ βρυγμῶν ἀϊδηπάνους σώσας δίκτυα, & lib. 3. καὶ τότε δὴ ἡλ

ἡδὺς ὑφαιρῶν πίνῃ βασιλῆα, κρατεῖ δ' ἐπ' ἄμφω ἴσα τοῦ ἀμφὶ τὴν πυρὶς αὐγήν. Hanc sententiam antiquissimi patres tanquam ex libro Divino ortam perpendentes adeo ipsis placuit, ut multi ex illis illam arripuerint. Hoc modo Sanctus Irenæus cap. IX. postquam applicuit mundi fini hæc Malachiæ verba: Dies Domini adveniet ardens tanquam fornax &c. cap. IV. v. 1. Quis autem hic Dominus qui talem importat diem Joannes Baptizator significat dicens de Christo: *Ipse vos baptizabit in Spiritu sancto & igni, palam habens in manu ejus ad emundandam aream suam & fructum congregabit in horreum, paleas autem comburet igni inextinguibili.* Non ergo alius est, qui frumentum fecit & alius qui paleas, sed unus & idem, & judicans ea & separans. Origenes Homil. III. in Ps. XXXVI. Si in hac vita contemnimus commonentis nos Scripturæ divinæ verba, & curati vel emendari ejus correptionibus nolumus, certum est quia nos manet ignis ille qui paratus est peccatoribus, & veniemus ad illum ignem, in quo *uniuscujusque opus quale sit ignis probabit*: Et (ut ego arbitror) omnes nos venire necesse est ad illum ignem, etiam si Paulus sit aliquis, vel Petrus, venit tamen ad illum ignem: sed illi tales audiunt, *Etiamsi ignem transeas, flamma non aduret te*: Si vero aliquis similis mei peccator sit, veniet quidem ad illum ignem sicut Petrus & Paulus: Et quemadmodum ad rubrum mare venerunt Hebræi, venerunt & Ægyptii, sed Hebræi quidem transierunt mare rubrum, Ægyptii autem demersi sunt in ipso, hoc modo etiam nos siquidem Ægyptii sumus & sequimur Pharaonem diabolum, præceptis ejus obedientes, demergemur in illum fluvium sive lacum igneum, cum inventa fuerint in nobis peccata, quæ sine dubio ex præceptis eligimus Pharaonis. Si autem sumus Hebræi & *sanguine agni immaculati* sumus redempti, si non portamus nobiscum fermentum nequitiæ, ingredimur quidem & nos fluvium ignis, sed sicut Hebræis erat *aqua murus dextra lævaque*, ita etiam ignis erit murus si nos faciamus quod de illis dictum est, quia *crediderunt Deo & Moysi famulo ejus*, id est legi ejus & mandatis, & sic sequamur columnam ignis & columnam nubis. & Homilia XIV. in Lucam. Ego puto quod & post resurrectionem ex mortuis, indigeamus sacramento nos eluente atque purgante, nemo enim absque sordibus resurgere poterit. & Lactantius lib. VII. cap. XXI. Justos cum judicaverit, etiam igni eos examinabit: tum quorum peccata, vel pondere, vel numero prævaluerunt, præstringentur igni atque amburentur, quos autem plena justitia & maturitas virtutis incoxerit, ignem illum non sentient. S. Hilarius secundo canonum suorum in Matthæum notat, baptizatis in Spiritu Sancto reliquum consummari igne judicii. & sermone III. in Ps. CXVIII. secundum Græcos, hoc Sanctæ Virgini applicat, dicens. An cum ex omni otioso verbo rationem simus præstituri, diem judicii concupiscimus, in quo nobis est ille indefessius ignis obeundus, in quo subeunda sunt gravia illa expianda à peccatis animæ supplicia, si Beatæ Mariæ *animam gladius pertransivit ut revelentur multorum cordium cogitationes*: Si judicii in severitatem capax illa Dei virgo ventura est, desiderare quis audebit à Deo judicari? Sanctus Gregorius Nazianzenus Orat. XXVI. δηλόσει σαφῶς ἡ τῆ ἀποκαλύψεως ἡμέρα τὸ τελευταῖον πῦρ ἀπειλῆς κρίσεται ἢ πρὸς αἴρεται τὰ ἡμέτερα. & Oratione XXXIX. τηλικοῦτον πυρὶ βαπτισθήσονται τὸ τελευταῖον βάπτισμα τῆ ἀποστόλων καὶ μακροτέρων, ὃ ἰσοθλίως χρῆσθαι τῶν ὑλῶν, καὶ δυσπαιδεῖ πάσης κακίας καθάπτει. & Oratione XL. ubi deplorat propriam imperfectionem. τίς ὁ ἐξιλάσεται, ὅτι μὴ τῶν ἀγγέλων τὸ τέλος, ἀλλ' οὐκ ἀφιλόστοργος ἡμᾶς ἐπὶ τὸ κεντήριον καταδέξεται, καὶ τὰ οἰκεῖα διορμίσει πυρώσεως. Sanctus Basilius in Esaiæ I. v. v. 4. ubi Propheta loquitur de mundatione Hierosolymæ. μήποτε τρεῖς εἰσιν αἱ ἐκείνου βαπτισμοῖς, ὅτι δ' ἐπὶ καθαρσμοῖς, καὶ ἐν ἅγιῳ πνεύ-

Ηδὲ φόνους ἐποίησαν. ὅσοι δὲ συνίσορές εἰσι,

Qui cædes faciunt, aut quorum conscia mens est:

Ψδ.

πάθημα· ἀναζήτησις, ἡ διὰ τοῦ πυρὸς τῆς κρίσεως βάσανος. & cap. XV. lib. de Spiritu Sancto. Sanctus Johannes vocat τὸ Πνεῦμα βάπτισμα τοῦ ἐν τῷ κρίνειν δυναμένου λόγου, καθὼς φησιν ὁ Ἀπόστολος, ἐκ παντὸς τοῦ ἔργου. & cap. XXIX. Athenogene inter veteres Christianos celeberrimo loquens, niramur ad perfectionem quæ igne perficietur pervenire. Sanctus Gregorius Nyssenus Basilii frater orat. in verſ. XXVIII. prioris epiſt. ad Corinthios cap. XV. πάσης τῆς ἐμμιγοῦς τοῖς ὕλης καθάρσιον ἐστὶν πῦρ· ὕλης χιόνος λεγούσης τὸ πῦρ ψυχόμενον πυκνοῦσθαι, καὶ ἀναλυθείσης πάντα γίνεται πῦρ· ὁ δὲ χρυσὸς ἐν τῷ πύρι γινόμενος οἷον ἐξ ἀρχῆς ἦν, ὅτι μὴ πᾶν τὸν καθαρὸν ἰδιάζοντα. S. Ambroſius ſerm. in Pſ. XXXVI. ſecundum Græcos. Igne ergo purgabuntur filii Levi, igne Ezechiel, igne Daniel; ſed etſi per ignem examinabuntur, dicent tamen, *Tranſivimus per ignem & aquam*, alii in igne remanebunt, iſtis rorabit ignis ut Hebræis pueris, &c. *Salvi* erimus *per fidem*, ſic tamen *ſalvi quaſi per ignem*, etſi non exuremur, tamen uremur, quomodo tamen alii remaneant in igne, alii pertranſeant, docet nos divina Scriptura, nempe in mare rubrum demerſus eſt populus Ægyptiorum, tranſivit ante populus Hebræorum. Et Sect. XX. Pſalm CXVIII. ſecundum Græcos. Omnes oportet probari per ignem quicunque ad paradiſum redire deſiderant; non enim otioſe ſcriptum eſt quod ejectis Adam & Eva de paradiſi ſede, *poſuit Deus in exitu paradiſi gladium igneum verſatilem*, omnes oportet tranſire per flammas, ſive ille Joannes Euangeliſta ſit, quem ita dilexit Dominus, ut de eo diceret ad Petrum, *ſi eum volo manere, quid ad te? tu me ſequere.* De morte ejus aliqui dubitaverunt; de tranſitu per ignem dubitare non poſſumus, ſive ille Petrus, qui claves regni cœlorum accepit, oportet dicat, *Tranſivimus per ignem*, &c. Unus ignem illum ſentire non potuit, qui eſt *Juſtitia* Dei Chriſtus, *qui peccatum non fecit*, nihil enim ignis in eo quod exurere poſſet invenit, &c. Non renitentis metalli pretium de te Deus exigit, ſed illud aurum quod judicii die nequeat ignis exurere. Sanctus Hieronymus circa finem capitis LXVI. Eſaiæ, contra illos qui damnatorum pœnas & tunc eſſe negabant, diſputans, ſententiam ſuam his verbis exprimit, ex quibus patet illum tenuiſſe examen generale per ignem Judicii extremi, inſtituendum. Sicut Diaboli & atque *impiorum qui dixerunt in corde ſuo, non eſt Deus*, credimus æterna tormenta, ſic peccatorum atque impiorum & tamen Chriſtianorum, quorum opera in igne probanda ſunt atque purganda, moderatam credimus & mixtam clementiæ judicis ſententiam. S. Auguſtinus, cap. XXIV. lib. XVI. de C. D. ubi loquitur de viſione quæ Abrahamo apparuit XV. Geneſ. hoc modo loquitur. Significatur iſto igne dies judicii dirimens carnales per ignem ſalvandos & in igne damnandos. Et cap. XXV. lib. XX. Ex his quæ dicta ſunt videtur evidentius apparere in illo judicio quaſdam quorundam purgatorias pœnas futuras, &c. *filios Levi*, & Juda & Jeruſalem *ipſam Dei Eccleſiam* debemus accipere, non ex Hebræis tantum, ſed ex aliis etiam gentibus congregatam, nec talem qualis nunc eſt, ubi *ſi dixerimus, quia peccatum non habemus, nos ipſos ſeducimus & veritas in nobis non eſt*; ſed qualis tunc erit, velut area per ventilationem, ita per judicium purgata noviſſimum. Ex Blondello *Gallaus.*

Ψεῦται, κὴ κλέπται, δόλιοί τ' οἰκοφθόροι αἰνοὶ,
Δειπνολόχοι κὴ κλεψίγαμοι, δύσφημα χέοντες,
Δεινοί θ', ὑβρισταί τ', ἄνομοί τ', εἰδωλολάτραι τε,
Ηδ' ὁπόσοι μέγαν ἀθάνατον θεὸν ἐγκατέλειψαν,
Βλάσφημοι δ' ἐγένοντο, κὴ ἀσεβέων κεραϊσταί,
[73] Πισολέται, καὶ τῶν δικαίων φθισίνορες ἀνδρῶν,
Ηδ' ὁπόσοι δολίοις κὴ αἰσχροῖς ἀμφιπεσόντες,
Πρεσβύτερον, γεραιόν τε [74] δίκονες εἰσορόωσιν,
Αἰδόμενοι κείνους ἀδίκως ἑτέροισι ποιοῦντες,
[75] Ψευδαπάται φήμῃσι πεπειθμένοι, αὐτὰρ ἐόντες

Mendaces, fures, vafri, peſteſque domorum,
Mandones, fidei frangentes connubialis,
Detrectatores, petulantes, lege carentes,
Et ſimulachricolæ: necnon qui patre relicto
Magno, immortali, dixere nefanda, piorum
Carnifices, fidei nullius, perniciesque
Juſtorum: neque non, qui commendante ſenecta,
Et gravitate, vafri fallunt, vultuque bifronte
Turpiter imponunt aliis, lædunt que nocenter,
Fallaces, fama freti, verbiſque, ſed ipſis

Παρ-

71 Πισολέται] Πισολέτας dicit, quæ alia Sibylla πιστοφθῦς. Sunt autem pleraque iſta ex libro VIII. Ex Phocylide item & Heſiodo corraſa. Porro in reg. cod. eſt Ἀχίων τε φθισίνορες. Sic etiam legit Gallæi MS. Orſoporus.

74 Δίκονες] In eodem ut & Gallæi legitur δίκαιον, & verſu ſequenti, αἰδέ-

μενοί γε, κείνου τ' ἀδίκως, &c. Præceptum eſt Phocylidis, αἰδέσθαι μὴ κρῖνε τοὺς σοφωτέρους. *Idem.*

75 Ψευδαπάται &c.] Regius codex aliter quam vulgo refert, Ψευδαπάτας φήμῃσι πεπισμένοι, πολλοί τε. In Puteani cod. deeſt ἀνδρὸς ἑόντες. *Idem.*

Παρδαλίων τε λύκων τ' ὀλοώτεροι, ἠδὲ χάλιζοι,
Ἠὲ ὀπόζοι μεγάλως ὑπερήφανοι, ἠδ' ἐλοχισταὶ
76 Οἳ τόκον ἐκ γε τόκων ἀναδροίζοντες κ' οἴκοις

Pardis atque lupis multo magis exitiales.
Tum nimio tumidi fastu: tum fœnore fœnus
Qui cumulant, magnis pupillos afficientes

Oz-

76 Οἳ τόκον &c.] Ad detestationem hujus peccati faciunt testimonia sanctarum scripturarum. Quorum primum est Exodi 22. uti sic legitur: *Si pecuniam mutuam dederis populo meo qui tecum est, non urgebis eum quasi exactor, nec usuris opprimes.* Secundum est Levit. 25. *Pecuniam tuam non dabis fratri tuo ad usuram & frugum superabundantiam non exiges.* Tertium est Deuter. 23. ubi sic legitur: *Fratri tuo absque usura id quo indiget commodabis, ut benedicat tibi Dominus in omni opere tuo, & in terra quam ingredieris possidendam.* Ubi insinuatur quanta sit utilitas mutuanti fratri suo. Benedicit enim Dominus ei in omni opere suo. Quartum est 2. Esdræ 5. ubi sic legitur: *Usuras à fratribus vestris non exigetis.* Aliud testimonium est in Psal. ubi quærit David ad Dominum: *Domine quis habitabit in tabernaculo tuo, aut quis requiescet in monte sancto tuo.* Et Dominus subjungit: *Qui pecuniam suam non dedit ad usuram.* Tabernaculum ejus est habitatio militantium: unde significat militantem ecclesiam, in qua non vult Deus quiescere usurarios. Unde ipse legitur mensas evertisse nummulariorum, & æs effudisse, & eos ejecisse de templo. Lo. 2. non tamen recipiebant manifestas usuras, sed munuscula fructuum accipiebant ultra sortem. Aliud testimonium est Ezechiel. 18. ubi sic legitur de viro justo: *Si ad usuram non commodaverit, & amplius non acceperit.* Facit etiam ad detestationem usuræ multiplex iniquitas, sive injustitia quæ est in usurario. Prima autem iniquitas est, quod ipse tempus vendit, quod inter omnia transitoria maxime velut Dominus esse commune omnibus absque personarum acceptione. Quum enim dives plus de aliis rebus habeat, vel meliores eas habeat quam pauper, de solo tempore non potest habere, nisi idem quod pauper. Non potest enim esse nisi unicum tempus simul & semel. Magna igitur iniquitas est, quum usurarius pauperi vendit quod commune est. Ideo justo Dei judicio in temporis indigentia frequenter punitur usurarius, cum id vendiderit, vel quia viri impii non dimidiabunt dies suos, vel quia differt conversionem suam quantum potest. Et sic licet diu vivat, tamen semper habet temporis indigentiam. Unde de ipso verum est quod legitur Ecclesiast. 29. *In tempore redditionis postulabit tempus.* Aliter etiam punitur usurarius pro temporis venditione. Cum enim vendiderit requiem noctis, & lucem diei, merito istis carebit. Unde fatuus est sacerdos qui cantat pro eo, *Requiem æternam dona ei Domine, &c.* Quum petit usurarius restitui quod vendidit, præcipue quum usurarius pretium solvere noluerit. Scriptum est enim Ezech. 7. *Qui vendit, ad id quod vendidit non revertetur.* Secunda iniquitas est, quod vendit pauperi id quod ei debet

lege

lege triplici: id est, lege naturæ, lege Mosaica, lege Euangelica. Lege naturæ dives debet pauperi mutuum quod contineatur in illo mandato, *Quæcunque vultis ut faciant vobis homines, eadem facite illis.* Hanc legem videntur implere etiam creaturæ inanimatæ. Fluvius enim inveniens vacuitatem foveæ, non pertransit donec eam impleverit. Lege etiam Mosaica debet dives pauperi mutuum: ut patet ex diversis testimoniis veteris legis prius positis. Lege etiam Euangelica debet hoc idem illi: juxta illud Lucæ 6. *Date mutuum, nihil inde sperantes.* Tertia iniquitas est, quod usurarius qui non est nisi cellarius, vendit pauperi illud quod Dominus præcepit ei dari. Quarta iniquitas est, quod vult illud quod est contra naturam & rationem. Vult enim quod pecunia quam pauperi accommodat ad commodum suum apud pauperem operetur, & sic cum accommodare sit alicui pecuniam ad ejus commodum dare, ipse simul vult comodum pecuniæ pauperi dare, & sibi retinere, quod contra rationem esse videtur. Præterea cum parere in rebus quæ non vivunt, esse non habeat, iste tamen vult nummos suos, qui non vivunt, singulis diebus vel mensibus alios nummos parere, quod contra naturam est: & frumentum in arca jam consumptum vult parere sibi aliud frumentum. Vult etiam pecuniam sibi operari dum quiescit. Quinta iniquitas est quod vult pauperi locare pecuniam, quæ jam pauperis est. Quum enim mutuum dicatur quasi de meo tuum, pecunia illa jam est pauperis: & si amittatur, pauperi amittitur, nec ad eandem solvendam tenetur. Sexta iniquitas est, quod continue Deum offendit, & continuè diabolo servit. Alii peccatores interpolate Deum offendunt. Fornicator enim quandoque per mensem non committit peccatum suum plus quam semel; sed usurarius absque treuga vel pace Deum continue impugnat, & de die & de nocte diabolo servit, quum Deus vix inveniat qui per dimidium temporis ei servire velit. Septima iniquitas est, quod toti curiæ cælesti contumeliam facit. Nonne videtur contumeliam facere alicui sancto, qui in loco sibi dedicato peccatum mortale committit. Sic ei contumeliam facit qui in die sibi dedicato peccat. Unde quum usurarius peccatum usuræ omni die committat, manifestum est ipsum contumeliam facere, & Deo, & universis angelis & sanctis ejus, & ideo destitutus est auxilio omnium Sanctorum. Unde cum dicitur, Domine Jesu miserere hujus usurarii; potest respondere: Quomodo miserebor ejus qui nec in ipsa die qua per assumptionem humanæ naturæ me fratrem ejus fecit, honori meo pepercit, nec etiam in ipsa die qua pro latrocinio suo suspensus sum? Similiter si dicatur sancto Petro: Ora pro usurario isto, potest respondere: Omnes festivitates meas violavit, nec in ulla earum honori meo pepercit. Sic potest dicere beata Virgo de quatuor suis festivitatibus. Sic cum dicitur, Omnes Sancti orate pro usurario possunt respondere: Una festivitas in anno vobis consecrata est, & hanc usurarius exploravit, in qua omnibus nobis contumeliam irrogavit, nec honori omnium nostrum pepercit. Idem possunt respondere omnes angeli. Si præcepto Domini interfectus est Numer. 35. ille qui ligna in sabbato colligebat: quomodo toleratur usurarius qui omni die etiam in Natali & Pascha facit, quod pejus est quam colligere ligna. Octava iniquitas est, quod à fratre suo, scilicet Christiano, usuras accipit, quod Judæus non faceret. Judæus enim absque usura Judæo accommodat. Nona iniquitas est, quod quidquid habet usurarius, quodammodo dentes & fauces habet, quibus homines comedit. Frumentum ejus, quod à Deo creatum est ut comedatur, homines comedit. Nummi etiam ejus homines comedunt. Unde vulgariter dicitur, Ego debeo viginti libras usurario, quæ me comedunt. Decima iniquitas est, quod cum gaudio & risu comedunt & bi-

bunt lachrymas pauperum Undecima iniquitas est, quod ipsi beneficio pauperis ad ejus destructionem utuntur, dum de hoc quod dedit eis pauper, ultra sortem suam comedunt, & inde usuras exigunt. Duodecima iniquitas est, quod contra legem Domini datam Gen. 3. *In sudore vultus tui vescêris pane tuo*, ipse plus ceteris comedere & bibere vult, & tamen sine labore. Alii laboraverunt & ipse intrat in labores eorum. Ad usurarios pertinet quod dicitur in Psal. 32. *In labore hominum non sunt, & cum hominibus non flagellabuntur.* Tertia decima est, quod peccato suo finem non ponit Fornicator in momento peccatum suum explet, sed usurarius cum accommodat quatuor pro quinque, non imponit aliquem terminum peccato suo, nec etiam vellet pecuniam suam sibi reddi. Facit aliam ad usuræ detestationem, multiplex pœna qua Dominus usurarios punit. Prima pœna est, quod spoliantur à tyrannis, sicut ipsi spoliant pauperes. Unde Esaiæ 33. *Væ tibi qui prædaris: nonne & ipse prædaberis?* Unde accidit ei sicut puero parvo tenenti panem in manu, cui canis capit manum, ut panem habere possit. Sic tyrannus usurarium capit interdum ut ejus denarios possit habere. Unde Jerem. 18. *Perdix fovit quæ non peperit: fecit divitias, & non in judicio: in medio dierum suorum derelinquet eas.* Dicunt illi qui noverunt rerum naturas, quod perdix furripit aliena ova, & fovet: sed cum pulli adulti fuerint, relinquunt eam. Sic usurarius congregat ea quæ sua non sunt: nec in acquisitione divitiarum suarum habet respectum ad Dei judicium, sed etiam sæpe in vita sua divitias suas amittit. Secunda pœna est, quod non habet potestatem restituendi usuras suas. Vult enim Dominus ut cum re furtiva comprehendatur, & suspendatur. Et nota quod raro accidit quod usurarius usuras suas restituat: quia vel prodigus est, & tantum expendit quod restituere non potest, vel avarus est; & ideo restituere non vult: vel licet non sit prodigus vel avarus, tamen sibi potius placet in eleemosynas centum libras expendere quam restituere centum solidos. Unde comparatur usurarius cuidam vasi in quo denarii reponuntur habenti unicum foramen per quod denarii immittuntur, nec per idem possunt retrahi. Oportet enim vas illud confringi antequam retrahantur. Sic est ex usurario. Illi enim de quo habuit non restituet, sed forsitan pauperibus daret: nec etiam hoc faceret nisi in morte sua. Unde Seneca: Avarus nunquam bene facit nisi cum moritur. Tertia pœna usurarii est, quod hæreditas ipsius non transit usque in tertium hæredem. Unde Ecclesiast. 11. *Qui ædificat domum suam impendiis alienis, quasi qui colligit lapides in hyeme.* Ædificium enim quod fit in hyeme, cito ruit. Sic divitiæ male acquisitæ cito dilabuntur. Et ejusdem 4. *Filiorum peccatorum peribit hæreditas, & cum semine illorum assiduitas opprobrii.* Et hoc est unum de justis judiciis Dei, quod filii usurariorum pauperes sunt & miseri, pro quibus ditandis Deum non timuerunt offendere. Quarta pœna est, quod usurarii & eorum filii in inferno sibi invicem maledicent. Dicet enim pater filio: Maledictus sis fili, quia propter te sum in istis tormentis: sui enim usurarius, ne tu esses pauper. Cui e contrario dicet filius: Immo tu pater maledictus sis: nisi enim male congregasses mihi divitias, non male congregatas conservassem eas. Ad hoc potest referri quod legitur Ecclesiast. 41. De patre impio queruntur filii: quoniam propter illum sunt in opprobrium. Quinta pœna usurariorum erit pœna damnationis æternæ. Cujus magnitudo insinuatur Ezech. 22. ubi sic legitur: *Usuram & superabundantiam accepisti, & avare proximos tuos calumniaberis meique oblita es, dicit Dominus Deus: Ecce complosi manus meas super avaritiam quam fecisti.* Complosa manu, & non palma aperta percutiet Dominus usurarium. Et merito: quia ipse manus complosas habuit, & non apertas ad pauperes. Super illud verbum

dicit

Ορφανικὰς, χῆράς τε καταβλάπτουσ' ἔπασα,
Ἠδ' ὁπόσοι[77] χήρευσι καὶ ὀρφανικοῖσι δόλοῦσιν
Ἐξ ἀδίκων ἔργων, ὁπόσοι δ' ἰδίων ἀπὸ μόχθων
Δόντες ὀνειδίζουσιν, ὅσοι γονέας ἐν γήρα
Κάλλιπον, ὅτε πάσαντες ὅλῳ, ἀ θρέπτρα γονεῦσιν
Ἀντιφθεγξάμενοι αὐτὰρ δ' ὅσοι ἠπείθησαν,
Ἠδὲ καὶ αὐτέπαν λόγον ἄρνουσι γηρετῆρας,
Ἠδ' ὁπόσοι πίστεις τε ἀπηνήσαντο λαόντες,
Καὶ θεράποντες ὅσοι κῦ[78] δεσποτικῶ ἐχρῶντο,

Et viduas damnis: vel qui quæsita scelestè
Dant vidujs, aut dant pupillis: quive labore
De proprio cum dent, exprobrant: quive parentes
In senio linquunt, neque præmia digna rependunt
Pro nutricatu: vel qui parere recusant,
Aspera vel contra dixerunt verba parentes:
Vel qui depositum sese accepisse negarunt,
Quique suis faciunt dominis contraria servi:
Quique suum corpus conspurcavere salaces:

Καὶ

dicit gloss. interl. Habitum irascentis assumpsit. *Peraldus.*

77 Χήρευσι] Scribe χαίρουσι ex exemplari reg. Ut autem paulo post ἰδίων ἀπὸ μόχθων dicitur, sic apud Phocylidem μόχθων ἀπ' ἰδίων. Quatuor qui sequuntur versus de impietate contra parentes, congruunt cum Hesiodi:

Αἶψα γὰρ ἀμφιέπουσιν ἀμύστορι τοὺς μὲν ψεύσεται δ' ἄρα τοὺς καλέσσῃ ἐπίορκον

Σχέτλιοι, οὐδὲ θεῶν ὄπιν εἰδότες οὐδὲ ἄρ οἱγε γηράσκουσι τετιμένον ἐν δόμῳ ἥρωα

Et iterum.

Ὅστις γοῦν γέροντα κακῷ ἐπὶ γήραος οὐδῷ

Νείκεσεν, καλέσσῃ δὲ θεὸν ἐπίορκον ἐπίσσω, &c.

78 Δεσποτικῷ] Reg. cod. uti & Gallæi MS. δεσποτῶν. forte scribendum erat δεσποτέων.

Καὶ πάλιν οἱ τὴν ζάρκα ἀσελγίῃ μιήναντες,
Οἱ δ' ὁπόσοι ζωνὴν τὴν παρθενικὴν ἀπέλυσαν,
Λάθρη μισγόμβροι, ὅσαι δ' ἐνὶ γαστέρι φόρτις
Ἐκτρώσκουσιν, ὅσοι τεκετὸς ῥίπτουσιν ἀθέσμως,
[79] Φαρμακοὶ, ἢ καὶ φαρμακίδες. σὺν τοῖσι καὶ αὐτὸς
Ὀργὴ ἀπουρανίοιο καὶ ἀφθάρτοιο θεοῖο
Κίονι περιπελάσειεν, ὅπῃ περὶ κύκλον ἅπαντα
Ἀκάματον ποταμὸς ῥεῖ πυρός. τοὺς δ' ἅμα πάντας
Ἀγγελοι ἀθανάτοιο θεοῦ τῶν αἰὲν ἐόντων
Ἐν φλογίναις μάστιξι, καὶ ἐν πυρίναις ἀλύσεσι

Vel qui virgineam zonam ſolvere, latenter
Congreſſi: vel quæ fœtus in ventre necatos
Eiiciunt, & qui partum expoſuere nefandi:
Quique veneficiis uſi, ſeu fœmina, ſeu vir:
Hos immortalis incorruptique columnæ
Ira Dei affiget, quam circuit undique flumen
Indefeſſo igni manans, & eos ſimul omnes
Æterni patris genii nunquam intereuntis,
Ignitis flagris, inflammatiſque catenis,
Inſuper infractis vinclis, arctiſque revinctos,

Δε-

πάσιν & verſu proximo ἀσελγείας μιάναντες; εἶδ' ἐξῆς. Jubet etiam Phocylides παρθενίλυτηρεῖν. πτῶσιν δ' οὐ πάσι φυλάσσειν. Vetuit autem partus enecationem, & projectionem.

Μηδὲ γυνὴ φθείρῃ βρέφος ἐμβρυον ἢ δὲ γενοῦσα
Μηδὲ τεκοῦσα κυνὶ ῥίψῃ καὶ γυψὶ τέκνα.
Id enim eſt quod Sibylla dicit τοκετοῦς ῥίπτουσιν ἀθέσμως. *Idem.*

79 Φαρμακοὶ] Ne hoc quidem de veneficiis præteriit Phocylides cum præciperet, φάρμακα μὴ τεύχειν, μαγικὰν βίβλον ἀπείργειν. *Idem.*

80 Ὑπὸ

Δεσμοῖς ἀῤῥήκτοισι θεισφίγξαντες ὑπὲρ θεν
Δεινοτάτως κολάσουσιν. ἔπειτα δὲ νυκτὸς ἀμολγῷ
Εν γεένῃ θησοὶν [80] ὑπὸ ταρταρέοισι βαλοῦσιν,
Πολλοῖς δειμαλέοισιν, ὅπου σκότος ἐστὶν ἄμετρον.
Αλλ' ὁπόταν πολλὰς κολάσεις ἐνὶ ποιήσωνται
Πᾶσιν ὅσων κακὸν ἦτορ ἔλῃ, ἀτὰρ ὕστερον αὖτε
Εκ ποταμοῦ μεγάλου πύριον περὶ κύκλον ἀμφὶ [81] κατάρξῃ.
Αὐτὰρ ὅτ' ἂρ τοῖσιν ἀτάσθαλα ἔργα μεμήλῃ,
Καὶ τότε θρηνήσουσιν ἐπ' ἄλλυδις ἄλλοθεν ἄλλοι,
Οἰκτροτάτῃ μοίρῃ πατέρες κλαυθμοί τε τέκνα,

Duris torquebunt pœnis. Dein noctis in umbra,
Obiicient monstris, sub tartara tetra geennæ,
Multis horrendis, ubi nox tenebrosa perennat.
Hinc ubi jam multis cruciatibus excruciarint
Omnes, quorum mens fuerit scelerata: deinde
Succedet fluvio magno rota flammea circum.
Hinc ubi pertulerint tot jam mala, totque dolores,
Diversi flebunt, dictu miserabile, patres,
Infantes pueri, matres, lacrymosaque matrum
Pignora sub mammis, nec erit modus ullus eorum

Mη-

80 ὑπὸ ταρταρέοισι] Unica dictione scribitur in Puteano cod. ὑποταρταρέοισι. *Idem.*

81 Κατάρξῃ] In tex. cod. & Gallæi scriptum est κυθήρξῃ αὖτις, οὐ' ἄρα, &c. Muta κυθήρξῃ in κυλίσῃ, & hæc erit sententia: Ignea rota impios multis pœnarum generibus excruciatos circumiens conclusos tenebit, eo quod multa inigna perpetrarunt facinora. *Idem.*

81 Δα-

Μητέρες, ἠδὲ τεκὼν ὠμάζια[82] δακρυόεντα.
Οὐδέ σφιν δακρύων κόρθ' ἕσσεται, οὐδέ μιν αὐδὴ
Οἴκτῳ ὀλοφυρομένων ἐσακούσεται ἄλλυδις ἄλλη.
Ἀλλὰ μακρὸν ζοφόεντ' ὠὴν τάρταρον ἀμφὶς ἑλοῦσα
Τειρόμενοι βοάζονται· ἐπ' ὀχ' ὁπόσοισιν χώρης
Τίσουσι[83] τῆις τόσον, ὅσον κακὸν ἤλιτον ἔργον,
[84] Δουλόμενοι πυρὶ πολλῷ ἐπιξύστοις ὀδοῦσι,
[85] Πάντες πικρόμενοι μαλερῇ δίψῃ τε βίῃ τε.
Καὶ καλέσουσι καλὸν τὸ θανεῖν, ἐκ φεύξεται ἀπ' αὐτῶν.

Ploratus, neque vox tristes distincta querelas
Diversas referet: verum sub nocte profunda,
Tartarea, nigra, laniante dolore, profundum,
Clamorem tollent: atque in regione profana
Ter tantum solvent, quantum fecere malorum,
Igni confecti multo: tum dentibus omnes
Stridentes, acri tabescent vique, sitique,
Optandumque mori dicent, fugietque vocantes:
Non jam mortis enim requiem, non noctis habebunt.

Οὐκ

82 Δακρυόντα] In eodem cod. & in Gallæi MS. scribitur κλαύσιμα, pro δακρυόεντα. *Idem.*

83 Τίσουσι τῆις τόσον] Falsum hoc & justitiæ divinæ plane est contrarium. *Gallæus.*

84 Δουλόμενοι &c.] Opsopæus dicit forte legendum esse χνόωντες, sed Regius ut & Gallæi legunt ἐσθίοντες.

85 Πάντες πικρόμενοι] Sequentes septem versus plane mutuatus est auctor è lib. 8. nisi quod primum aliquantulum immutavit. Secundum quis non videt convenire cum illo Apoc. cap. 9. ἐπιθυμήσουσιν ἀποθανεῖν, καὶ φεύξεται ὁ θάνατος ἀπ' αὐτῶν. Tertium corrige, & scribe, aut ut infra est τ' αὐτοὺς, [illegible] αὐτοὺς. *Opsopæus.*

86 Καὶ

Οὐκ ἔπι γὲ θάνατος τέτις, ἀ νὺξ ἀναπαύσει.
Πολλὰ δ' ἐρωτήσει μάτιν θεὸν ὑψιμέδοντα,
Καὶ τότ' ἀποστρέψει φανερῶς τὸ πρόσωπον ἀπ' αὐτῶν.
Ἐπὶ γὲ αἰώνων μετανοίας ἦμαρ ἔδωκεν
Ἀνθρώποις πλαζομένοις διὰ χειρὸς παρθένε ἁγνῆς.
Τὲς δ' ἄλλες, ὁπόσοις τε δίκη, καλὰ τ' ἔργα μέμηλεν,
Ἠδ' ἐκ εὐσεβίη τε, δικαιόταί τε λογισμοὶ,
Ἄγγελοι αἰερόμβοι διὰ αἰθομβρε ποταμοῖο
Εἰς φῶς ἄξεσι, καὶ εἰς ζωὴν ἀμέλιμνον,
Ἔνθα πέλει πρόβε θανάτε μεγάλοιο θεῖο

Multa quidem fruſtra ſupremi numina patris
Orabunt: ſed eos tunc avertetur aperte.
Secula nam ſeptem dedit uſus virgine caſta,
Ad reſipiſcendum, ſpacium mortalibus ægris.
Aſt alios, qui jus æquum coluere, bonumque,
Et quibus & pietas & mens fuit optima cordi,
Sublatos Genii rapidum per fluminis æſtum
Ducent in lucem, & ſecuræ munera vitæ,
Immortalis ubi magni via trita Tonantis:
Fontibus & trinis vinum, lac, mella ſcatebunt:

[86] Καὶ τριστοιχὶ πηγαὶ, οἴνου, μέλιτός τε, γάλακτος.
Γαῖα δ' ἴση πάντων, οὐ τείχεσιν, οὐ περιφράγμοις
[87] Ἐκμεριζομένη, καρπὸς τότε πλείονας οἴσει
Αὐτομάτη, κοινοί τε βίοι, καὶ πλοῦτος ἄμοιρος.
Οὐ γὰρ πτωχὸς ἐκεῖ, οὐ πλούσιος, οὐδὲ τύραννος,
Οὐ δοῦλος, οὔτ' αὖ μέγας, οὐ μικρός πις ἔτ' ἔσται.

Terraque par cunctis, non ullis invia muris,
Aut interseptis, fructus feret uberiores
Sponte sua: victus communis, opesque beatæ.
Nam neque pauper ibi, neque dives, nemo tyrannus,
Nec servus, nec erit quisquam maiorve minorve,
Non rex, non ductor: sed agent communiter omnes.

Οὐ

85 Καὶ τριστοιχὶ πηγαὶ] Sic etiam Virgilius Bucolic. ecloga quarta

Et duræ quercus sudabunt roscida mella.

Dixi jam Poetam in his felicitatibus annumerandis hæsisse vaticinio Sibyllæ. Lege Lactant. lib. VII. cap. 24. ubi plura adducit, versus ejam Virgilii, quos nunc interpretor, quos ille confere cum Sibyllinis. Inter plura illa enumerat τρεπὸν οἶνον, καὶ μέλιτος γλυκίας, λευκῆσι γάλακτος, καὶ οἴνου: *fluctum vini, mellis dulcis, lactis candidi, frumenti.* Et alia Sibylla χθὼν εἴσει, Νᾶμα μέλιτος λευκοῦ πέτρης, &c. *tellus feret fluenta mellis ex petra.* In lib. etiam 2. Sibyllinorum oraculorum, ubi agitur de præmiis Sanctorum, legitur versus hic: *Fontibus è trinis vinum, lac, mella fcatebunt.* Apud Sixtum Senensem leguntur versus Sibyllini, quos adi ipse, nam de hac eadem re Nazianz. in Epist. ad Cardianum, ita mere proverbialiter: *Rupes etiam lac fundant, & fontes mel: ac planta omnis tam cultu, quam agrestis mitibus fructibus redundet: cujusmodi scilicet Poetarum figmenta sunt, cum terram benignitate aliqua utentem inducunt.* Et in carmine Nicobuli: φύζει δ' ἀπὸ πέτρης βίλυα: *stillent mella ex arboribus.* Ad hanc rem pertinent, quæ de Iudis mentiti Auctores. De Istis ita Dio Chrysost. Orat. 35. ἐκεῖ γὰρ, ὡς φασι, πηγαὶ ῥέουσιν, οὐκ ὕδατος πλήρεις, ἀλλὰ οἱ μὲν γάλακτος, οἱ δὲ οἴνου ἡδίονος, ἄλλος δὲ μέλιτος, ἄλλος δ' ἐλαίου: *Illic, ut aiunt, fluunt non aquæ flumina, ut apud vos, sed hic quidem fluvius lactis est, hic vini limpidi, alius mellis, alius olei.* la Cerda.

87 Ἐκμεριζομένη] Gallæi codex legit ἐκπεριζομένη.

88 Κατ-

Οὐ βασιλεῖς, ἐχ ἡγεμόνες, [88] κοινῶς ἅμα πάντες.
Καὶ ἔτ' ἐρεῖ τις ὅλως, νὺξ ἦλθεν, [89] ἐδέ μὲν αὔριον,
Οὐκ ἐχθὲς γέγονεν, ἐχ ἥματα πολλὰ μεμνᾶν.
Οὐκ ἔαρ, ἐχὶ θέρος, ἐ χειμῶν, ἐ μετόπωρον.
[90] Οὐ γάμον, ἐ θάνατον, ἐ πράσεις, ἐδ' ἀγορασμούς·
Οὐ δύσιν, ἀνθολίλω. ποιήσει γὸ μακρὸν ἦμαρ.
Τοῖς καὶ ὁ παντοκράτωρ θεὸς ἄφθιτο ἄλλο παρέξει
Εὐσεβέσιν, ὁπόταν θεὸν ἄφθιτον αἰτήσονται.
Ἐκ μαλερῆο πυρὸς, [91] ἢ ἀθανάτων ὑπὸ βρυγμῶν

Nec jam dicetur, venit nox, aut veniet cras,
Aut transivit heri: nec erunt, quos multa fatigat
Cura, dies: non ver, æstas, autumnus, hyemsve:
Non nuptus, non mors, non emptio, venditiove:
Non occasus erit, non ortus: namque creabit
Ille diem longam. Quin hoc quoque conferet idem
Ille piis Deus omnipotens, æternus: ab ipsis
Oratus dabit, ex ignis fervore perenni
Et gemitu servare homines: hoc conferet illis.

Ανθρώ-

88 Κοινῶς] In Reginæ & Gallæi codice κοινὴ legitur.

89 Οὐδὲ μὲν αὔριον] Libenter legerem ἢ αὔριον ἔσῃ. *Oporæus.*

90 Οὐ γάμον] Mallem nominativos pro accusativis, γάμος θάνατος, πράσεις, ἀγορασμοὶ, δύσις, ἀνθολὴ. *Idem.*

91 Καὶ ἀθανάτων] Pro καὶ ἀθανάτων habet regius codex, uti & Gallæi MS. μακρομόνατ', id est, *diuturniorum, sive aliquot secula durantium.* Et hæc lectio magis congrua est proposito Sibyllæ, quam vulgata. Vaticinatur enim ille sive illa sive illius æmulus, fore ut impii gehennæ supplicio addicti post certi temporis metas & peccatorum per dolores expiationem, ex pœnis liberentur. Quæ sententia fuit Origenis, ipsum etiam diabolum atque angelos ejus ex illis cruciatibus erruendos, atque sanctis angelis sociandos credentis. Sed misericordiam istam nonnullorum Ecclesia reprobavit D.

Ανθρώπους σῶσαι δώσει· καὶ τοῦτο ποιήσει.
Λεξάμενος γὰρ ἀσταθεῖς ἀπὸ φλογὸς ἀκαμάτου
Ἄλλῳ ἀποστήσας, πέμψει διὰ λαὸν ἑαυτοῦ
Εἰς ζωὴν ἑτέραν, καὶ αἰώνιον ἀθανάτοισιν
92 Ἠλυσίῳ πεδίῳ, ὅθι οἱ πέλε κύματα μακρὰ

Namque leget ſtabiles, æternoque eximet igni,
Perque ſuos aliam in vitam mandabit, eamque
Æternam nullo morituris tempore, campo
Scilicet Ælyſio, longis ubi fluctibus olli
Sunt Acheruſiadis æternæ ſtagna profunda.

Λίμνης

Auguſtino teſte lib. 21. de civit. Dei cap. 27. Atque huc ſpectant illa quæ in regio codice poſt ultimum hujus paginæ verſum ſcripta reperi. Quæ uti erant mutila, huc adſcribenda duxi, ut inde lectores colligant, quid de horum oraculorum auctore judicandum ſit. Ea itaque ſic habent:

Ἀντίβροτος εἰς τὸ τοῦς κ' ὁ παιδιοφόντας,
Ψεύδη σεσφανῶς. ὦ ἴ δὲ λέξῃ πετί
Τὸ πῦρ κολάζον τὰς κολαζομένους.
Κ' ἐγὼ δὲ δέξαμι τοῦτ' ἔτως ἔχειν
Οἱ λαῖς μείσας σφαλμάτων ἐγκλίνοι
Αἱ μείζονῳ χρέζυσι φιλανθρωπίας.
Ἀλλ' αἰῶνις θεοπλανῶν ἀειλῶνς
Πῆρας χθόνεθεν τ' κολάσεων λίμνη.

Idem.

92 Ἠλυσίῳ πεδίῳ] Locus ubi piorum animæ habitant, ἀπὸ τῆς λύσεως, à *ſolutione*. Nam animæ poſt ſolutionem vinculi corporei deveniunt ad Elyſios campos. Quos fabulam eſſe Phœniciam patet ex ipſo nomine, quod ex Phœnicum lingua deſumptum. Ebraice enim עלץ *alaz*, עלין *alats*, & עלים *alis* eſt *lætari*, & *exultare*. Et עלין *alitz*, *lætus*, & עליזות *alizuth*, *exultatio*. Inde *Elyſius* ἀχαϊκῶς A & E permutatis, ut *Enakim* pro *Anakim*, &c. Itaque *campus Elyſius* eſt lætitiæ locus, & voluptatis, quod divinaſſe dixeris vatem eximium, qui Elyſios campos *læta arva*, & *locos lætos* interpretatur: *Æn.* 6.

——— *Exinde per amplum*
Mittimur Elyſium, & pauci læta arva tenemus.

Item,

Devenere locos lætos, & amœna vireta,
Fortunatorum nemorum, ſedeſque beatas.

Vide Doctiſſimum D Jacobum Windet *de vita functorum ſtatu. Sect.* 7. Fuere etiam *Elyſii campi* in Bœotia. Virgil. *Georg.* 1.

Quamvis Elyſios miretur Græcia campos.

Eos autem ita deſcribit Tibullus 1. 4.

Sed me ———
Ipſa Venus campos ducet in Elyſios.
Hic choreæ, cantuſque vigent, paſſimque vagantes.

Dulce

Λίμνης ἀενάου [93] ἀχερουσιάδος βαθυκόλπου.
Αἴ, αἰ. ἐγὼ δειλὴ, τί χρήσομαι ἤματι τῷ δε;
Ανθ' ὧν ἡ δύσφρων γε πονησαμένη τοσσὶ πάντων
Ηλιθον, ὅτε γάμων μεμελημένη, ὅτε λογισμῶν.
Αλλὰ καὶ ἐν μελάθροισιν ἐμοῖς πολυμάμμονος ἀνδρὸς;

Eheu me miseram, quid me illo tempore fiet?
Quæ demens omnes peccatis exsuperarim,
Nescia conjugii, laudandæ nescia mentis.
Quin etiam, locuples cum vir meus esset, egenos
Ædibus excluſi, fecique nefanda scienter.

Δυο-

Dulce sonant tenui gutture carmen aves.
Fert casiam non culta seges, totosque per agros
Floret odoratis terra benigna rosis.
Cui succinit Propert. 4. 7.
Mulcet ubi Elysias aura beata rosas.
Sed hi & reliqui, quicquid habent, ex Homero habuere. Sic enim ille *Odyss.* 4. Ηλύσιον πεδίον describit:
Οὐκ ἐστὶν ὅτ' ἀφθιτος ἔπλυς, ὅτε πυτ' ἀμέρδει,
Αλλ' αἰεὶ ζεφύροιο λιγυπνείοντας ἀήτας
Ωκεανὸς ἀνίησι ἀναψύχειν ἀνθρώπους.
Vide Plut. *in Sertorio*, & *in Consolatione ad Apollonium* ex Pindaro, ubi rosarum, & florum mentio. *Hofmannus.*

93 Αχερουσιάδος] *Acherſio*, *Lago della Colluccia*, palus inter Capuam, & Averſam, per aperta plana prope Cumas diffusa. Plin. Diod. Sic. *lib.* 2. de sepulcris Ægyptiorum, qui Heliopolim accolunt, tradit paludem esse *Acherusiam*, in quam immittantur cadavera in ulteriorem ripam deferenda: navim vero ipsam qua trajiciuntur, Barim; h. e. onerariam, & nauclerum Charontem lingua illorum appellari. Inde nata de Charonte, qui animas transvehebat Stygem, fabella. V. egregia hanc in rem, apud Pet. de Valle, Itinerar. tom. 2. *Acherusia* etiam Chersonesus circa Heracleam Pont. sive Marginorum in Bithynia ad Pont. Eux. unde Herculem Cerberum ex inferis eduxisse credunt Xenophon, & Eust. ex Diodoro. Est item specus ibidem Apollonio, & Pomp. Melæ. Hujus meminit Ammianus quoque, & addit ab accolis *Mycrinum* vocari. *lib.* 22. *Acherusium* quoque ibidem. Apollon. & Plin. Cum vero Sil. *lib.* 14. ait,

Serpit pascendo crescens Acherusia pestis.

Non de palude intelligendi est, uti sentit Ferr. Rius. *Idem.*

Δολομήδης ἀπέκλεισα, τὸ δ' ἔκνομα πρόφατεν ἔρεξα,
Εἰδῆα. [94] ἀλλέ τε σῶτερ ἐμῶν λύτο μαστιχτήρων
Ῥῦσαι δή με κακώπιν, ἀναιδέα πρηνίξασαν.
Ηδὲ δ' ἐγὼ λίτομαί σε βαιὸν παυσέμμεν ἀοιδῆς,
Αγιε [95] μαννοδότα, βασιλεῦ μεγάλης βασιλείας.

Tu me Servator tortoribus eripe diris,
Quamlibet infamem, conspurcatique pudoris.
Obsecro te porro paulisper desine carmen,
Sancte, potens rerum, magni rex maxime regni.

ΠΑΛΙΝ

94 Οὐδὲ τε] Puteani codex, ἀλλ' ἐμὲ: at regius, ἴδε ἐμὲ: & statim πανσαί με ἀοιδῆς. Oporinus.

95 Μαννοδότα] Veteres editiones μαννοδοτα. Castalio obeliscо notavit, & margini apposuit αὐτομάτου aut ὑλομάτου: sed frustra. Puteaneum exemplar μαννοδοῦ. unde effeci μαννοδότα, id est, *manna dator*. Regius codex unico τ scribit μαννοδῶτα, quemadmodum simplex μάννω τῷ δραπέτῃ; Epitheton est Deo convenientissimum: tum quia olim in deserto cœlitus manuam sive (ut Psalmista loquitur) panem angelorum præbuit, tum quia hodie etiamnum mannam veram, ipsum corpus (inquam) & sanguinem Christi, nobis communicat in sacra Eucharistia; cujus cibus ille cœlitus descendens typus erat. Eaque de causa appellabatur manna, quod Græcis significat τί τοῦτο (Suida teste) Latinis *quid hoc*? Rei enim veritas sub illa figura in veteri testamento adumbrata fuit: at in novo cum umbra sit sublata, & rem ipsam teneamus, non ut Judæi quærimus, *quid hoc*? sed fidenter asseveramus, & interrogantibus respondemus: *Hoc est corpus meum*. Exodi XVI. 14. A multis adjunctis Manna, cibus cœlitus demissus, describitur. Præter cætera dicitur fuisse tenuis כְּכְפֹר, quod vel *Coriandrum*, ut LXX. vel *pruinam*, Ibnsina, Onkelos, Jonath. vulg. Esp. & R. S. Jarchi in commentariis explicant, notat: at Samarit. si audiri debeat, nobis כּוֹפֶר, quod genus *aromatis*, nonnullis Camphura, aliis Cyprus arbor est, sufficiet: quod, qui descriptioni Mannæ conveniat, viderit Morinus, Pentateuchi Samarit. hyperaspistes. Mannæ vocabulum ex Hebræo מָן Man suam habere originem, vel saltem cum eo idem esse, nemini potest esse ignotum. Terminatio autem est ex lingua Chaldæa, qui ex Hebræo מָן faciunt מָנָא Insignitus est cibus iste cœlestis & divinus hoc Nomine ab Israëlitis, quamprimum à cœlo

so fuit delapsus, & ab eis visus. Sic enim hac de re Moses, Exod. xvi. 15. וַיִּרְאוּ בְנֵי יִשְׂרָאֵל וַיֹּאמְרוּ אִישׁ אֶל אָחִיו מָן הוּא כִּי לֹא יָדְעוּ מֶה־הוּא *Et videntes illud filii Israël dixerunt quisque ad fratrem suum*, Man *est*, *quia nescierunt quid esset*. Et v. 31. וַיִּקְרְאוּ בֵּית יִשְׂרָאֵל אֶת־שְׁמוֹ מָן *Et vocarunt filii Israël nomen ejus* Man. Circa rationem hujus Nominis assignandam duæ fere sunt Authorum sententiæ. *Prima* est eorum, qui verba versus decimiquinti sumunt *interrogative*, & volunt מָן idem esse quod Hebraice מָה *Quid*, quasi ex admiratione, divinum istum panem videntes, in hæc verba eruperint; *Quid hoc est?* & postea Nomen hoc ei manserit, & in appellativum transierit. Sic LXX. Græci reddiderunt Τί ἐστι τοῦτο? Id sequutus est Joseph. Antiquit. Judaicar. lib. 3. cap. 1. scribens; Καλοῦσι δὲ Ἑβραῖοι τὸ βρῶμα τοῦτο Μάνν. τὸ γὰρ μὴν ὑπερτιθέασι καὶ τὸ ὑπάρχον δηλοῦσθαι, τὸ τοιοῦτον ἂν σημαίνουσι h. e. *Hebræi cibum istum vocant* Manna. *Nam* Man *est interrogativum*, *secundum nostram dialectum*; Quid hoc est? *significans*: Sic D. Hieronymus, & reliqui fere Patres. Sic ex Hebræis sensit R. Chananiel, cujus mentionem facit Bechai fol. 83. col. 4. Sunt qui hanc expositionem firmare nituntur ex lingua Ægyptiaca, in qua מָן idem sit, quod Hebraice מָה *Quid?* Si de hoc constaret, id utique plausibilius foret quamvis difficultas restaret, quod מוה sit Hebraicum, atque ita harum duarum vocum una esset Ægyptiaca, altera Hebræa. Quod vix probabile alicui videbitur. *Secunda* sententia est eorum, qui verba illa sumunt *indicative*, ut per מָן הוּא significetur, τὸ τί ἐστι Quid illud sit de quo loquuntur. Hi faciunt ex מָן Nomen, & derivant illud à radice מָנָה quæ significat *Constituere*, *Ordinare*, *Destinare*, ut מָן resecta ultima radicali idem sit quod מָנָה *Pars*, *Portio*, *Donum*, sc. à Deo datum & in cibum destinatum; quia, quid esset, dicere non potuerunt: vel *Præparatus & suppeditatus à Deo cibus*, *sine ipsorum labore comparatus*, ut in lib. Sapientiæ cap. xvi. 20. dicitur; *Ac panem omni pollentem voluptate*, *omnique gustui accommodatum*, *sine labore de cœlo ipsis demisisti*. Hanc sententiam plerique Hebræorum amplectuntur & sequuntur. R. Salomon: הכנת מזון הוא בכו וימן להם המלך: כי לא ידעו מה הוא שיקראוהו בשמו Man hu, *h. e. Præparatio cibi est*, à verbo מָנָה / unde Dan. i. v. 5. וימן Et constituit, parare jussit illis Rex &c. Quia nescierunt quid esset; *h. e. nescierunt illud vocare nomine suo*. Aben Esra; בן הוא כגזרת אשר מנה את מאכלכם Man *derivatur à verbo* מָנָה / *unde*; Qui מָנָה constituit; ordinavit escam vestram; Dan. i. 10. R. D. Kimchi in libro *Schoraschim*: מן הוא בשקל צו קו לפי שלא ידעו לו שם קראו לו מן כלומר מתנת וחלק מאת צו h. e. מן *forma* השם ית

(à ra-

(à radice הוה) קו (à radice יוה).

Quia enim certum ei nomen dare non potuerunt, vocaverunt illud מן *hoc est, Donum & portionem à Deo datam.* R. Bechai fol. 83. col. 4. מן הוא מלשון מנה אחת אפים וכן למשה היה למנה. ועל כן נותן הכתוב טעם כי לא ידעו מה הוא כלומר מפני שלא ידעו מהו קראוהו מתנה מן השם ולא קראוהו בשם המיוחד בן h. e. *est à* מנה Pars, Portio, Donum, *quod vide* 1 Sam. 1. 5. & Levit. VIII. 29. *Ideo subjungit Scriptura statim appellationis hujus rationem; Quia nescierunt, quid esset, q. d. Quia nescierunt quid esset, ideo vocarunt illud* Donum cœleste; *nullum autem nomen proprium illi indiderunt, quia nescierunt quidditatem ejus.* Sic in Tzeror hammor: מתת אלהים היא כי אנחנו לא היינו ראוים לדבר גדול כזה *Donum Dei est: quia nos non digni fuimus tanta re.* R. Isaac Arama in *Tzeror hammor* scribit, illos existimasse, esse Manna naturale & medicinale, ac proinde dixisse מזהוא Manna est. Sed hunc refutat Abarbenel: *Quidam, dit, Interpretum scribunt; Israëlitas, cum viderent Manna, existimavisse, esse* מרפואי *Manna medicinale, quod in quibusdam regionibus decidit super arbores agrorum, eo quod colore & forma illi esset simile, atque hac de causa dixisse & presumtuisse,* מן אוא Est Manna; *hoc est,* Nunquid hoc est Manna medicinale? *quod se. Medici præscribunt ad expurgandam bilem? In hunc autem errorem incidisse ipsos, eo quod nescirent, quid in rei veritate esset; ac proinde Mosen hinc impulsum fuisse ad rei veritatem ipsis explicandam, dicendo;* Hic est Panis, quem dedit vobis Dominus ad vescendum *q. d. Hoc non est Manna medicinale, sed est quiddam aliud, alendi virtutem habens, quod Dominus vobis dat in cibum, non ad ventrem laxandum: hæc enim non est ejus natura. Verum hæc expositio mihi non arridet: quia Manna medicinale vocatur* Manna *metaleptice, quia aliquatenus simile est Mannæ divino, quod Israëlitis decidit in deserto. Antea enim non appellatum fuit hoc nomine. Neque ita vocatur, nisi in lingua Arabica, quæ est Lingua Hebræa corrupta, & in Lingua Latina, qui hoc nomen ex Lege Divina desumpserunt.* In lingua Persica vocatur תרנגבין. *Unde Israëlitæ linguam Arabicam vel Latinam habuissent;* שעדין לא היו אותם הלשונות בעולם *cum tum temporis illæ linguæ nondum fuerint in mundo? Itaque prima nominis* Mannæ *origo est à Pane ipso, quem Deus dedit Israëlitis in deserto, ac proinde rectius mihi videtur,* מן *derivare à verbo Hebræo* מנה; *Simulac scilicet Israëlitæ illud Bonum viderunt, indiderunt ori suo, & gustu dulce deprehendentes, judicarunt illud Bonum esse ad vescendum, atque ideo dixerunt;* כן הוא *h. e.* מתנת ה"ת הוא שנתן לנו Donum Dei est, quod nobis dedit: *Ignorarunt autem, num hic esset ille Panis, quem Moses ipsis promiserat, nec ne? quia nescierunt quid esset. Hinc Moses dixit illis;* Hic est Panis ille quem dedit &c. *hoc est: Recte dixistis, hoc esse Donum Divinum: nam revera est Panis ille, quem Deus vobis dedit in cibum.* Hactenus Abarbenel, Tu-

sius,

sius, Paraphrastes Persicus v. 15. huc quoque accedere videtur, qui מָן הוּא reddit, וְנִעְמַת אַרְתָּ אוֹ quod in Versione Latina, in Bibliis Polyglottis Anglicanis, redditur *Beneficium ipsum est.* In cæteris locis ubique nomen Hebræum retinet, ut & sit in Versione Arabica. Equidem non multum interest, utram quis sententiam præferat; secunda tamen, & Authorum & Rationum momentis, præponderare videtur. Quæstio hæc agitatur tam inter Hebræos, quam inter nostros Interpretes, dum *alii* statuunt, Manna quidem hoc fuisse naturale, quale alias quoque in illis regionibus deciderit, sed Accidentia quædam supernaturalia & miraculosa ei per Divinam omnipotentiam accessisse, quæ in Scriptura commemorentur. *Alii* volunt, Rem fuisse prorsus novam, à Deo pro certo tempore miraculose creatam & productam, suoque tempore rursus ablatam. Posterior tamen sententia à plerisque Hebræorum est acceptata, priore explosa. Hinc scribit Aben Esra; ירקב שם חוי שאמר כי המן הוא הנקרא בלשון פרסי תרנג"בין ובלשון ערבי מן ובלשון לעז מנא כי קושיות רבות עמדו עליו: *Putrescat nomen Serpentis, qui dixit Manna hoc esse id quod in lingua Persica dicitur* הרנגבין / *Arabice* מָן / *& vernacule Manna: quia multæ difficultates ei obstant.* Abarbenel scribit, eum indigitare Karræum quendam, & post adductas Aben Esræ rationes contrarias porro scribit: *Quamvis autem Aben Esra hic plenissime ductum Verbi Dei sit sequutus,* הנה קמו אנשים בני בליעל ינלו פנים בתורה שלא כהלכה *exsurrexerunt tamen quidam Nebulones, qui impudenter se porro Legi Dei opposuerunt. Vidi quippe apud quendam ex recentioribus scriptoribus, qui pertinaciter contendit, Manna illud fuisse Rem naturalem, omnesque ejus proprietates fuisse naturales, atque adeo illud ipsum Manna medicinale, quod hodieque apud nos decidit.* Huic sententiæ fortiter se opponit Abarbenel, & *primo* quidem Rationes illorum diluit; *deinde* Aben Esræ Rationes retexit, ab exceptionibus vindicat, & alias de suo ex Scriptura addit. Operæ itaque pretium sit, ea hic producere, & benevolo Lectori consideranda proponere. *Primo* ait, Scriptorem illum, cujus meminit, suam sententiam confirmare, *partim* Authoritate R. Mosis Majemonidis, *partim* ex Signis & notis nonnullis, quibus hoc Manna in Scriptura describitur. *Ex Majemonide* hac ratione. Ajunt, illum in More Nevochim par. 2. cap. 28. scribere, *Prodigia & Miracula non continuo durare, sed esse duntaxat* שנוי הטבע לשעתם *mutationem naturæ temporariam: mutationem autem illam non esse perpetuam.* Hinc subsumunt; *Quia Manna miraculum duravit 40. annis, argumento id esse, rem fuisse naturalem; idem nempe illud, quod hodieque extat & decidit certis temporibus, & certis in locis.* Respondet Abarbenel; 1. Majemonidis mentem nequaquam fuisse, hic negare miraculum: 2. Qui contrarium statuunt, eos non dicere, quod Manna singulis diebus per 40 annos descendens, continuo deciderit: Eo quippe die, quo descenderat, eodem etiam desiisse miraculum (postquam sc. Israëlitæ demensum suum collegerunt.) Sic Aquas è petra quæ Israëlitas comitabatur profluxisse, quoties Moses percutiebat petram. Ex hoc autem non sequi, Rem naturalem mutari in naturam aliam perpetuam, sed hoc solum, quod Deus quotidie per miraculum Israëlitis per 40 annos multa magnifica ediderit. 3. Majemonidem eo in loco nihil aliud arguere, quam Ea quæ miraculose fiunt, non permanere constanter & perpetuo

petuo in illis mutationibus: neque etiam definire Tempus illorum miraculorum, vel menses certos illis assignare, sed indefinite relinquere miraculum aliquandiu durans. Sic ignem de cœlo miraculose descendisse super Altare in Die octavo Implectionum, & ex quo primo descendebat, ibi continuo arsisse, neque extinctum fuisse, donec Sanctuarium ipsum vastaret: tempore Vastationis cessasse, neque diutius durasse post eam. Ajunt; Scriptura dicit, *quod Manna fuerit tenue & subtile, rotundum sicut semina, quod descenderit cum rore, fuerit album, & sicut semen Coriandri, sapor ejus dulcis instar mellis, & ut crustula mellita. Atqui hæc omnia quoque reperiri in Manna medicinali, naturali & ordinario. Itaque argui hinc, Idem cum illo fuisse.* Respondet Abarb. Hæc ratio nulla est: כי לא כל דבר שידמה לובי אחר בטבעיו יהיה הוא עצמו Non enim statim res illa, quæ alteri in Accidentibus est similis, est res illa ipsa. Sic in monte Sinai apparuit Gloria Domini sicut Ignis consumens in oculis filiorum Israëlis; nemo tamen ideo dicet, quod fuerit ipse Ignis elementaris. Sic cum Virga Mosis in formam Serpentis conversa fuit, fuit ille Serpens non naturalis, sed miraculosus, naturali Serpenti similis. Sic Aquæ mutatæ fuerunt in Sanguinem miraculose, quoad Colorem & Qualitatem suam; non tamen fuit Sanguis Animalium העצמי substantialis. Num dicemus, Hominem ad vivum depictum in pariete, ideo quia specie, forma, & magnitudine Hominem vivum repræsentat; esse ipsum Hominem, & vivere sicut ille? הדומה והבלית דומה הם איכויות ומקרים ואינם עצמות הדבר Simile & Dissimile sunt Qualitates & Accidentia, non vero ipsa rei substantia. Ut jam taceam, quod in Manna Divino fuerint סגולות עצמיות proprietates quædam essentiales, quæ non inveniuntur in Manna medicinali, ut ex seqq. apparebit. Pro altera itaque sententia, quod Manna fuerit Res mere miraculosa & Divina, non Naturalis, sequentes ex Scriptura affert Rationes: *Primo* ait; Manna medicinale non decidit hodie in deserto Sinai. Desertum enim illud norum est, neque unquam ibi visum fuit. Ergo Manna illud non fuit idem cum hoc. Ratio consequentiæ; quod si res naturalis fuisset, tum semper illic reperiretur. Excipiunt ad hoc; שבאורך הזמנים נשתנה טבע הארץ *Longitudine temporum naturam illius regionis esse mutatam.* Respondet: זה סכלות לא טענה *Hæc est stultitia, non ratio*: quia Descensus roris & pluviæ non mutatur in ullis locis, ubi solent decidere. *Secundo*; Manna medicinale non descendit per totum Annum, sed duntaxat tempore Veris, mense Martio & Aprili. Manna autem hoc Divinum descendit æqualiter omnibus anni mensibus indiscriminatim. Itaque non est idem cum illo. Ratio autem cur manna naturale non semper decidat, est; כי המן הרפואי הוא שוה בחום quia est æquabilis & temperati caloris, unde decidit tempore Veris tantum, quando temperatus est calor; non vero in Hyeme & Æstate. *Tertio*; Manna medicinale si ad Solem exponatur, non liquescit, sicut liquefactum fuit Manna Divinum. *Quarto*; Manna medicinale noctu non putrescit, neque vermes producit. Atqui Manna Divinum illud fecit. Ergo non idem cum eo. Contra duas has rationes excipiunt; *Diversitatem hanc provenire ex diversitate materiæ. Materiam enim Manna divini fuisse* מהרכבה דקה כאד *ex compositione valde subtili; ac propterea facile liquefactum fuisse & putruisse; Manna*

ne autem medicinalis compositionem esse פשוטה נוטה אל הלחות והקור *simplicem, sed declinantem ad humiditatem & frigiditatem; Unde Medici eam præscribant contra bilem flavam, quæ calida est & sicca. Et hanc ob causam non liquescere.* Respondet: Quod si hujus Mannæ medicinalis compositio & materia non sit talis, qualis est Mannæ Divini materia & compositio; Ergo non sunt ejusdem substantiæ, neque sequitur, si unum sit naturale, alterum quoque tale esse. *Quinto*; Manna medicinale linguæ impositum liquescit. Id vero non fecit Manna Divinum. Ad hoc *excipiunt*; *Quia Manna medicinale sit instar Sacchari, ideo ei idem accidere quod Glaciei & Pruinæ in regionibus frigidis, ut congelata subsistant ad plures dies, neque à Sole liquefiant; at Linguæ imposita resolvi in aquam; Manna autem Divinum fuisse instar fructuum celeriter computrescentium, uti sunt quædam Poma, propter subtilitatem compositionis ipsorum; & hanc ob causam facile & putruisse, & vermes produxisse.* Respondet; Id quod hic dicunt, arguere, Manna Divinum non fuisse ejusdem substantiæ cum altero Manna, ac proinde non sequi, si hoc naturale fuerit, illud quoque tale fuisse. Boni isti viri ex eo quod aliquam cum eo habet similitudinem, volunt arguere, ideo ejusdem cum eo generis & substantiæ fuisse; & tamen ipsimet fatentur, Materiam & compositionem unius, non fuisse sicut alterius. Itaque ex similitudine quadam accidentium nihil possunt evincere. *Sexto*; quia Manna medicinale non est durum, ut contundi, & placentæ ex eo confici possint; sicut fuit Manna Divinum. *Excipiunt* ad hoc; *Quod manna Divinum ita comparatum fuerit, ut contundi, & placentæ ex eo confici potuerint, id profectum fuisse ab illius forma, & singularem in eo fuisse proprietatem: quemadmodum Ligna quædam arida sunt, ex quibus alimentum recipiunt homines, & quæ in stomacho per Calorem naturalem possint digerere, veluti Cinnamomum, Caryophylla, Glandes &c. cum è contrario quædam sint mollioris constitutionis, quæ tamen nullam patiuntur mutationem & digestionem in corpore humano, sed è corpore excernuntur, prout in illud sunt immissa; uti sunt Cortices uvarum, & similia: alia esse, quæ ita perfecte digeruntur & commoluntur, ut quasi in pulverem redigantur: Hordeum, linum, cannabim, & res spongiosas nunquam commoli. Hæc omnia fieri ex certa Proprietate naturali, quam res istæ habent. Cui similem quoque aliquam habuerit Manna Divinum.* Respondet; Quia multæ & magnæ differentiæ sunt inter Manna Divinum, & Manna medicinale, tum ex parte materiæ & compositionis, tum ex parte formæ; hinc etiam clarum evadit, quod non sint unum & idem. Non negamus, in rebus naturalibus esse accidentia, pro ratione qualitatum & proprietatum ex formis consequentium: sed quis coget nos dicere, Manna divinum fuisse naturale, cum inveniamus alterum, Naturale sc. illi nullo pacto esse simile? Quin &, si ambo naturaliter generentur in aëre, & ex materia vaporum, quare proprietates & qualitates ipsorum sunt contrariæ, cum nulla sit in formis illorum contrarietas, quæ proprietatum seu qualitatum illarum contrarietatem causetur? Nulla alia hujus rei causa est, quam quod unum sit naturale, alterum miraculosum. Quid itaque tritico commune cum palea? *Septimo*: Manna Divinum fuit alimentum laudabile, & magis temperatum quam omnia alia alimenta, generavit sanguinem optimum & purissimum, totum conversum fuit in nutrimentum sine omni superfluitate, neque generavit excrementa in intestina descendentia. Unde Sapientes nostri de eo dixerunt, היה נבלע באברים *absorptum fuit in membris*, h. e. totum conversum fuit in nutrimentum membrorum, שבר מעט מהעיכול facilis fuit digestionis, neque, ut alii cibi, cor-

pus gravabat. Unde vocatum fuit לחם הקלוקל Panis leviſſimus, quod leve & facile fuerit corpori. Manna autem medicinale non eſt alimentoſum, neque ex eo generatur ſanguis, והוא משל של בלבד ſed purgat tantum. Excipiunt: *Hanc proprietatem in Manna Divino conſequutam fuiſſe ex forma: & quod Suavitas guſtuum in eo fuerit pro ejus præparatione, quemadmodum ſapor variatur in farina & carne, pro diverſa eorum præparatione.* Reſpondet: Facile eſſe ad hoc reſpondere. Nam quod res aliqua ſit vel Cibus, vel Medicina, hoc eſſe הבדל עצמי differentiam eſſentialem. Fieri non poſſe naturaliter, ut in aëre generetur aliquid compoſitum ex quatuor elementis, vel aptum ad nutritionem: neque pluviam, neque rorem, neque pruinam, nivem, grandinem, & reliqua, quæ in aëre generantur, nutrire animalia: quomodo itaque Manna, ſi naturale eſſet, nutriendi vim haberet? Proinde cum fuerit res quæ alendi virtutem habuit, & cibus laudatiſſimus, ex eo neceſſario ſequi, quod fuerit res miraculoſa, non naturalis. Hinc ſcribit & R. Levi in Commentario in Legem: *Sciendum eſt; miraculum hoc Mannæ fuiſſe valde prodigioſum, cui ſimile nullo unquam tempore factum fuit;* כי לא יתהוה מאלו האידים העלים באויר דבר ירכן שיהיה מזון *quia ex vaporibus in aërem aſcendentibus nulla res generatur, quæ poſſit eſſe pro cibo, id quod cuivis conſtat vel leviter rerum naturalium ſcientia imbuto. Quod enim eam naturam habeat, quam habuit Manna Divinum, debet generari ex commixtione elementorum &c. Octavo*: Manna Divinum deſcendit die quovis ſexto in duplo, die vero Sabbathi prorſus non deſcendit. Talę nihil ſit circa Manna medicinale. Unde manifeſte arguitur, non fuiſſe naturale, quia hoc ſemper eodem modo decidit, ſed miraculoſum, deſcendens ſecundum ordinationem Divinæ voluntatis, ejuſque providentiam. Excipiunt; *Hoc non contigiſſe, niſi quando prima vice deſcendit, ut ipſis per hoc miraculum Signum Sabbathi confirmaretur: poſtmodum aliter fuiſſe. Hinc Numerar. cap. 11. non commemorari, quod liqueſactum fuerit à calore Solis, neque quod vermes produxerit, & putrefactum fuerit: non etiam dici illic, quod quotidie collegerint quantum opus haberent, neque quod ſexto die duplum collegerint, vel quod die Sabbathi non deciderit; quia ſcilicet iſta omnia deinceps fuerint mutata pro naturæ eorum, ſicut de Fructibus ſolet fieri, ut in uno loco putreſcant facile, in alio vero non; de Pruina item & Glacie, quæ in uno loco facile liqueſcunt, in alio non item.* Reſpondet ad hæc *primo*: Hiſtoriam teſtari, Moſen ira efferbuiſſe contra eos, qui de Manna retinebant in craſtinum; v. 20. & de illis, qui in Sabbatho egreſſi erant ad colligendum; ſed nihil invenerant, dixiſſe Deum; *Quouſque renuetis cuſtodire præcepta mea, & Leges meas?* Si hæc non fuerunt continua, quomodo in eos efferveſcere potuerit Moſes? vel Deus eos hac ratione increpare & redarguere? Ideo nempe hoc factum, ut poſterum cautiores eſſent: *ſecundo*; illos Sabbathi ſanctitatem didiciſſe ex Manna; quod ſi ergo ſtatim ille ordo ceſſaſſet & deſiſſet, potuiſſe illos dicere, Sabbathi ſanctificationem ceſſare: *tertio*, quod ad locum ex libro Numerorum attinet, non opus fuiſſe, ut Lex ea quæ jam ſemel dixerat in Exodo, in hoc loco denuo repeteret: ſed ea tantum ibi recenſere, quæ hactenus non fuerunt nota. Hinc referri ibi de Manna ea quæ ad ejus perfectionem ſpectabant, ad reatum & culpam populi murmurantis exaggerandam; non autem omnia reliqua, quæ huc non ſpectarunt, & jam in Exodo ſcripta fuerunt: *quarto*, Exodi 16. poſt hiſtoriam Mannæ recenſitam

sitam subjungi v. 35. *Porro filii Israel comederunt Manna 40 annis, donec* (è deserto) *ingrederentur in terram habitatam: Manna comederunt donec venirent ad extremitatem terræ Canaan*: quibus verbis innuatur, illos per 40 annos semper & ubique eodem modo Manna comedisse, donec venirent in terram habitatam, ac proinde, quæcunque de Manna hic dicuntur, per 40 annos duravisse. *Nono*: Manna descendebat in omnibus locis, in quibus castrametabantur. Ergo non fuit res naturalis. Excipiunt; *Posse dici, Castrametationes & profectiones illorum sequutas seu institutas fuisse secundum loca, in quibus Manna descenderet; quia Nubes nunquam recessit à Tabernaculo, quamdiu Man continuavit in loco castrametationis ipsorum; cum vero Manna incipiebat deficere, ablata fuit Nubes, & Arcam fœderis Domini præcessisse ad explorandum illis requiem, castrametationem faciendo in illo loco in quo Manna descenderet, & Aqua reperiretur.* Respondet ad hoc: המדברי כולן היו מטבע אחר Totum desertum fuisse ejusdem naturæ. Nihil itaque causæ fuisse, cur in uno loco magis decideret quam in alio, aut in uno loco magis cessaret quam in alio, omnibus anni mensibus. Testari enim Scripturam, accidisse quandoque, ut Nubes maneret à vespera usque ad mane, & mane auferretur, quandoque mansisse per dies duos & noctem unam, & ea ablata profectos esse: In Kadesch eos mansisse novendecim annos, sicut dicitur; *Et habitastis in Kadesch diebus multis*, Deut. 1. 46. & idem scribitur in Seder Olam. Quomodo illic naturaliter continuari potuerit Manna per 19 annos sine intermissione, & alibi in loco non procul dissito tantum diem unum, aut biduum? Naturaliter utique hoc non potuisse fieri. Ut hæc nihil aliud sint, quam ברות הכופרים futilia deliria hominum fanaticorum. Nam Manna descendit miraculose, secundum Divinam voluntatem, in locis illis, in quibus castrametabantur, & sequebatur Manna castrametationem, non Castrametatio Mannam. *Decimo*; Quia Manna transiit cum ipsis Jardenem, neque cessavit usque ad mensem Nisan seu Martium, juxta sensum literalem. Nam, juxta Aben Esiæ sententiam, Manna transivit cum ipsis usque in Gilgal, ubi invenerunt frumentum novum, & de proventu terræ Canaan comederunt; & tum demum cessavit. Atqui constat, Manna medicinale descendere mense Martio & Aprili, veris sc. tempore. Cum itaque Manna Divinum tum cessaverit, quando illi comederunt de proventu terræ, sequitur, id quod ad necessitatem ipsorum antea requirebatur, miraculose descendisse, quandiu eo opus habuerunt, cessasse quando habebant fructum terræ. Cum quo consentient Sapientes nostri, qui dixerunt, Manna incepisse deficere eo die quo mortuus fuit Moses, Israëlitas autem quantum satisserat ad comedendum habuisse ex eo quod collegerant à die 7. Adar seu Februarii, usque ad 15. Martii, quo inceperunt comedere de proventu terræ: Ut sic plurima miracula hic concurrerint. Hæc (inquit Abarbenel) ratio certe solidissima est, cuivis sana mente prædito, neque inveni quid contra excipiant. *Undecimo*: Aliud argumentum peti potest ex eo, quod Deus præcipiendo dixit Mosi; *Imple Omer ex eo ad custodiam pro generationibus vestris, ut videant cibum, quo vos alui in deserto*, v. 32. Quod si enim Manna hoc fuit naturale, ejusdem essentiæ cum Manna medicinali nostro, ut quid præcepit Deus illud reponere in custodiam? Quod hic fuit miraculum, ut ejus memoria tenenda fuerit in omnes generationes? Quam ob causam adeo pretiosum fuit, ut Deus præceperit illud reponi in intimum Sanctuarii penetrale, juxta Arcam fœderis Domini? Hoc utique manifeste docet, Manna istud fuisse rem miraculosam & præternaturalem. *Duodecimo*: Deuteron. cap. 8. v. 3. dicit Moses ad Israëlitas; *Et afflixit te, & esurire fecit te, & cibavit te Man-*

Manna, quod neque tu noveras, neque Patres tui; ut te scire faceret, quod non ex solo pane vivat homo, sed omni eo quod egreditur ex ore Domini. Et vers. 16. *Qui pavit te Manna in deserto.* Hinc dico; Si Manna illud descendit naturaliter, sicut Manna medicinale nostrum, מרח חירוה התמיהה בזה quid miri fuit in eo? Quomodo de eo dicit Moses, *Quod neque tu noveras, neque Patres tui?* Quæ enim naturalia sunt, nota sunt hominibus. Quare vocat illud *Id quod egreditur ex ore Domini?* Atque hæ sunt Rationes ex Scriptura petitæ, quibus Abarbenel probat, Manna fuisse rem miraculosam, imo, ut, Aben Esra scribit, מהנפלאות היותר גדולות שנעשו ע"י משה *Miraculorum omnium, quæ Israelitis per Mosen facta sunt, maximum.* Eas ipsiusmet verbis magna ex parte referre, & Lectori dijudicandas proponere volui. Atque huic sententiæ plerique cæteri subscribunt, R. Moses bar Nachman: והנכון בעיני כי היה הפלא בכן גדול מאד כי חשלו הגיז אותו מן הים ברוח נסע מאתו כדרך השלם אבל המן נוצר להם עתה יצירה חדשה בשמים כענין מעשה בראשית והוא מא שאמרו בו שנברא בין השמשות וכו': *Meo vero judicio maximum miraculum fuit in Manna. Nam coturnices advexit ipsis per ventum à se excitatum modo consueto,* Num. 11. 31. *Sed Manna creatione nova nunc ipsis creatum fuit in cœlo, sicut opera Creationis. Et hoc est quod Rabini nostri de eo dicunt, quod creatum sit inter Soles,* h. e. sub vesperam Diei sexti creationis, in Pirke avoth cap. 5. *Hinc dicit Scriptura; Ex signo quod Deus faciet vobis vespere, scietis, quod ipse eduxerit vos è terra Ægypti. Nam præparabit vobis mensam in deserto*: sed ex Miraculo maximo quod facturus est vobis mane, videbitis Gloriam regni ejus, *quod nemo sit in cœlo & in terra, qui possit facere secundum opera ipsius &c.* R. Bechai mihi fol. 83. col. 3. & 4. *Coturnices & Manna inceperunt venire prima die Septimanæ, & duraverunt Coturnices aque per 40 annos, perinde ac Manna: & quod de Manna solo Scriptura dicit,* v. 35. Et comederunt per 40 annos; *idem quoque intelligendum est de Coturnicibus, quod illas comederint 40 annis; alterum obvenit ipsis de Nocte, alterum Interdiu.* אבל מפני שהיה הפלא גדול במ' יותר אמר שנוצר להם יצירה חדשה בשמים לכן הזכיר הפלא הזה לבדו כי עמד להם ארבעים שנה *Sed quia Miraculum circa Manna multis modis majus fuit, quia de novo ipsis creatum fuit in cœlo; idcirco Miraculum hoc peculiariter de eo refert, quod permanserit ipsis per 40 annos.* R. Isaac ben Aramah in *Akedas Jizchak*, ad; *Quia nesciverunt quid esset*; scribit: *Quod si novissent illud, non ita appellassent: nam Manna quod illi esse existimarunt, est* מזוני תרופי Medicinale; *hoc vero erat* מזוני Alimentare, *qua de causa Moses ipsis dixit*; Hic est panis, quem Dominus vobis dedit in cibum; *q. d.* Non *est id quod vos arbitramini, sed est* מסעד ומזון אלהי אשר חזמין אותו לכלכלם שם ששת ימי בראשית והוא משומר ובא לעת הזאת *Cibus Divinus, quem præparavit Deus ad sustentandos vos inde à sex diebus Creationis, & ab eo tempore reservatus hoc tempore venit, sicut cæteræ res, quas Sapientes*

pientes noſtri dixerint creatas fuiſſe in veſpera Sabbathi, ſeu ſexto die Creationis (in Pirke avoth cap. 5. ubi vide Abarbenelem.) Sic R. Levi ben Gerſon, cujus verba antea ſunt producta ab Abarbenele. Hoc idem confirmat, quod ſecretiores ipſorum Theologi Cabaliſtæ de Mannæ origine ſcribunt, neque hoc loco ſilentio prætermittendum, quia videntur Veteres ſublimius aliquid ſub eo occultaſſe. R. Moſes bar Nachman ſcribit: ודעכי

ישבמן ענין גדול רמזוהו רבותינו בבסכת יומא לחם אבירים אכל איש לחם שמלאכי השרת אוכלין דברי ר' עקיבא· אמר לו ר' ישמעאל טיית וכי מלאכי השרת אוכלין לחם והלא כבר נאמר להם לא אכלתי ומים לא שתיתי אלא להם אמרים לחם שנבלע באבירים: h. e. *Scito quod magnum myſterium lateat in Manna, quod indigitarunt Rabbini noſtri in Maſſechet Joma cap. 8. fol. 75. col. 2. his verbis:* Panem robuſtorum comedit quiſque, Pſal. 78. v. 25. *h. e. Panem quem comedunt Angeli, uti expoſuit R. Akiva. Quem tamen hoc nomine reprehendit R. Iſmael, ei dicens; Erraſti: num enim Angeli comeant Panem? numquid ſcripturam legimus,* (de Moſe, ſimili facto Angelis in monte per 40 dies;) Panem non comedi, & aquam non bibi, Deut. 9. 9. 18. Proinde *Panis* אבירים *ſignificat hoc loco*, Panem, qui abſorbetur באבירים in membris (h. e. *qui totus in iis in ſuccum & ſanguinem convertitur.*) Pergit R. Moſes & pro confirmatione ſententiæ R Akivæ ſcribit; *Quod R. Akiva dixit, id ita intellexit*, שנמצאו מלאכי השרת ניזונין ממנו השכינה *quod Angeli ſuſtententur per Splendorem Gloriæ & Majeſtatis Divinæ. Sic ludunt in eo quod dicitur* Neh. 9. 6 Et tu מחיה vivificas omnia hæc (inter quæ & Exercitus cœlorum, ut ibi præcedit;) *dicentes, ſeu exponentes;* מחיה לכלם Eſca vel Cibus eis omnibus illis. *Et de hoc dicitur;* וחתוק האור Dulcis eſt lux, Eccleſ. 7. v. 11. *quia in illa Luce dulcem guſtum deprehendunt.* והמן הוא מתולדת האור העליון שנתגשם ברצון בוראו ית' ונמצא שאנשי המן ומלאכי השרת ניזונין כדבר אחד *Manna autem generatum eſt ex Luce illa ſuperna, ex voluntate Dei creatoris ſui incorporata* (corporea facta, *quia dicitur*; Et depluit ſuper eos Man, & frumentum cœlorum dedit eis.) *Reprehendit autem eum R. Ismael; quod Angelorum ſuſtentatio non fiat* בדבר המתגשם מתולדת האור באור *per Rem incorporatam ex Luce ſuperna, ſed* העליון עצמו *per Lucem ſupernam ipſam.*

Et hac de cauſa invenerunt Iſraëlitæ in Manna quicquid voluerunt. Anima enim cogitatione ſua hærens in ſupernis, invenit requiem, vitam, & educit benevolentiam à Domino. In Mechilta ſcribitur: חיום אין אתם מוצאים אותו אכל אתם מוצאים אותו לעולם הבא *R. Elieſer ben Chaſme dixit; (ſc. ad*, Hodie non invenietis illud, v. 25.) Hodie non invenietis illud, ſed invenietis illud in ſeculo venturo. *Dictum hoc duas admittit expoſitiones; primo, quod inter eos, qui ſeculo venturo ſeu vitæ æternæ fruuntur, quidam ſint, quorum gradus non ea*

uſque

nique pertingit ליהנות תמיד כזיו
השכינה ויהיו קיומם ברור
והמתגשם *ut semper fruantur Splendore Majestatis Divinæ, sed qui sustententur per rem incorporatam. Et hi in eodem gradu constituuntur cum Israëlitis in deserto, qui apprehenderunt Splendorem Majestatis Divinæ ad mare, unde Sapientes nostri dixerunt*; Ancilla ad mare vidit, quod Ezechiel Propheta non vidit: *Etenim ab ea hora hanc dignitatem & præcellentiam nacta est anima eorum, ut fruerentur Eo quod ex Splendore seu Luce Divina generatur, Manna videlicet. Rectius autem mihi videtur, ut ex mente R. Eliezer ben Chasma per vocem* היום Hodie, *intelligatur*; שכני
העולם הבא יהיה קיומם כיסוד
המן שהוא חזיו העליון כמו
שאמרו אין בולא אכילה ולא
שתיה אלא צדיקים יושבים
ועטרותיהם בראשיהם והן נהנין
מזיו השכינה שכני העולם הבא
יתקיימו בהניירתן מזיו השכינה
בעטרה שבראשם והעטרה היא
המדה הנקראת כן שאמר בה
הכתוב יהוה יי צבאות לעטרת
צבי ובה נאמר בעטרה שעטרה
לו אמו רמזו על קיום בני העולם
הבא ודמזו על עיקר המן וכו':

h. e. quod filii seculi venturi habeant subsistentiam seu sustentationem suam per elementum vel principium Mannæ, quod est Lux superna & Divina, sicut ajunt; In seculo venturo neque edunt, neque bibunt, sed Justi tedent cum coronis in capitibus suis, & aluntur Splendore Majestatis Divinæ. *Fruuntur autem vel sustentantur à Gloria Majestatis Divinæ, dum adhærent Deo & conjunguntur cum eo*; Corona capitis ipsorum *est Proprietas Dei, quæ sic vocatur, de qua dicitur*; Dominus erit לעטרת in Coronam Decoris, Esa. 28. 5. Item; *Videte Regem in Corona, qua coronavit eum mater sua*, Cantic. 3. 11. *Et sic innuunt his verbis tum de alimonia seu sustentatione filiorum seculi venturi, tum de fundamento seu principio Mannæ. Præterea dicit Scriptura*; Mandavit Nubibus desuper, & januas cœli aperuit, & depluit super eos Man, & triticum cœli dedit eis, panem robustorum (Angelorum) comedit quisque Psal. 78. 23, 24, 25. *Item*; Et pane cœli saturavit eos, Psal. 105. 40. *Ex quibus dictis liquet, frumentum hoc esse in Cælo, & inde demissum esse per apertionem januarum ejus, quod idem ipsum est quod dixi, Lucem illam Divinam esse incorporatam. Nam de illa ita loqui solet Scriptura*; *ut*; Et aperti sunt cœli, & vidi Visiones Dei, Ezech. 1. 1. *vel quod jam antea fuerit in cœlo, sicut Rabbini nostri dicunt, Manna creatum esse in vespera diei sexti Creationis.* Idem in libro Toras Adam, parte ultima, quam vocat שיער הגמול Partem Retributionis, fol. 105. col. 3. והנה
ראינו כי זכות הנפש קיום גופם
בדברים הדקים והזכים מהם
בדקים מן הרקים כי אנשי המן
נתקיימו במן הנבלע באויריים
שהוא מתולדת האור העליון
המתגשם ברצון בוראו יתברך
וזכו במדבר משעה שנתעלית
נפשם וכו': *Et ecce videmus, quod meritum vel justitia Animarum sit à sustentatione*

fatione corporis ipſarum pervves Subtiles & puras, & quarundam per res omnium ſubtiliſſimas. Sic Iſraëlitæ Manna comedentes ſuſtentati & nutriti fuerunt Manna, quod in membris ipſorum abſorptum fuit, & eſt ex generatione lucis Supernæ incorporata per voluntatem Dei creatoris ſui &c. Videatur & R. Bechai m. fol. 83. col. 1. & 84. 1. Similia quædam legunrur in Zohar, in Exod. fol. 27. col. 4 & fol. 28. in פרשת המן ſectione de Manna; ſed obſcurius:

תיח כל יומא ויומא נטיף טלא מעתיקא קדישא לזעיר אפין ומתברכין כל חקל תפוחין קדישין ומההוא טלא אנגיד לאינון דלתתא ומלאכין קדישין אתזנו מניה כל חד וחד כפום מיכליה: הה"ר לחם אבירים אכלאיש דהא מההוא מזונא אכלו ישראל במדברא: *Tradiderunt Sapientes noſtri: ſingulis diebus deſtillat Ros ab Antiquo ſancto in Juniorem facie, & benedicuntur omnes agri pomis ſanctis. Et ab illo Rore derivatur in inferiores, & Angeli ſancti aluntur eo, quique quantum comedere poteſt. Hoc ſcilicet eſt quod dicitur Pſal. 78.* Panem robuſtorum comedit vir. *Nam de illo cibo comederunt Iſraëlitæ in deſerto. R. Simeon dixit; Qui autem ſunt illi, qui eó tempore illo Manna cœleſti nutriti fuerunt? Reſpondit: Hi ſunt Sapientes, qui diu noctuque ſtudent in Lege. Alter excipiens, porro dixit;* כי סלקא דעתך מההוא ממש לא אלא *An exiſtimas illo Manna ipſo? Reſpondit;* כעין ההוא מחנא ממש דשקיל על חד תרין *Non: ſed cibo ei ſimili, qui duplo plus valet, vel pretioſior eſt &c.* Et fol. 28. col. 3. *R. Eliezer dixit;* מהאי מנא זמינן צדיקיא למיכל לעלמא דאתי ואי תימא בהאי גוונא לא אלא יהיר דלא הוה כן לעלמין *De illo Manna comeſturi ſunt Juſti in ſæculo futuro: ſi dixeris, An eo modo* (quo Iſraëlitæ olim comederunt)? *Dico, nequaquam, ſed longe excellentiori; qualiter nunquam factum fuit, ſicut ſcriptum eſt,* Ad videndum amœnitatem Domini, & inquirendum in templo ejus, Pſal. 27. 4. *Item;* Oculus, ô Deus, non videt præter te &c. Eſa. 64. 3. In his myſteriodes eſt, quod dicitur de עתיקא קדישא *Antiquo ſancto;* & זעיר אפין *Juniore facie.* Ille ibidem aliquoties etiam vocatur עתיקא סתימאה Antiquus abſolutus; Hujus etiam iterum fit mentio col. 2. בההיא שעתא נטיף טלא קדישא מעתיקא סתימאה ומלא לרישיה דזעיר אפין אתר דאקרי שמים ומההוא טלא דנהורא עלאה קדישא הוה נגיד ונחית לתתא וכד הוה נחית הוה מתפרש גלידין גלידין ואקריש לתתא: *Ea hora deſtillavit Ros Sanctus ab Antiquo ſancto abſoluto, & implevit caput Junioris facie, in loco qui vocatur Cœlum. Et de illo Rore Lucis ſupernæ ſanctæ derivatum fuit, & deſcendit in terram, cumque deſcendit, ſeparatum fuit in guttas q. pruinæ, & congelatum fuit inferius &c.* Qui vult, videat ibi plura. Hæc producere volui, tum quod ſententiam Abarbanelis pro miraculoſa Mannæ natu-

ra & productione eleganter confirment, tum quod ex illis appareat, Veteres Hebræorum Patres quoque sub hoc cœlesti Manna mysteria latentia contemplatos esse, tum etiam quod aliqua fortassis ex illis erui possint à sagaciori ingenio præditis, ad illustranda ea quæ in N. Test. de Manna leguntur, Joh. cap. 6. & 1 Cor. 10. 3. Dicunt nempe, *Manna principium & originem suam habuisse e cœlo, esse è Splendore & Luce à Deo egrediente, sed miraculoso & ineffabili modo, per solam Dei voluntatem & omnipotentiam, incorporata*; Sic Christus principium & originem suam habet è cœlo, est Lumen de Lumine, à Patre egrediens, Splendor gloriæ ipsius, per assumptam carnem propter salutem nostram corporeus factus, Panis cœlestis, qui de cœlo descendit, & dat vitam mundo. Ita quod Apocal. cap. 2. 17. legitur de *Manna abscondito*, haud inconcinne explicari potest עַל יסוד המן de eo quod vocant *Elementum* seu *Principium Mannæ*, quod in cœlo & nihil aliud est, quam Lex, Gloria & Splendor incomprehensibilis Majestatis Divinæ, quo fruuntur beati Angeli & Animæ in cœlo, per quem cum Deo conjunguntur, & in æternum vivunt. *Buxtorf.*

ΠΑΛΙΝ ΕΝ ΤΩ ΤΡΙΤΩ

ωὐτῆς λόμῳ ταῦτα φησὶν, ὲκ τῦ δευτέρυ λόγυ περὶ Θεῦ.

RURSUS IN TERTIA

parte hæc inquit, ex secundo lib. de Deo.

[1] ΟΥΡΑΝΙ', ὑψιβρεμέτα, μάκαιρα, ὃς ἔχεις τὸ [2] Χερυβὶμ

ALTITONANS, fœlix, cœlestis, habensque Cherubim Ιδρυ-

[1] Οὐρανὶ &c.] Pro hoc lemmate scripta erat censura, quam modo apposui, in regio codice: qui hunc tertium librum inchoat, hoc titulo λόγος τρίτος; quam librorum distinctionem etiam Rauconetus sequutus est. *Opsopœus.*

[2] Χερυβὶμ] Philologi & Interpretes non pauci nominis hujus [Cherubim] origi-

nem

nem & imponendi rationem inter Scripturæ ἄπορα referendam, nec operam in illius explicatione ludendam, censuerunt. Alii vero in illius ratione investiganda multum operæ & literaturæ (absit verbo invidia) frustra hactenus impenderunt. Ideoque Lectori non ingratum futurum existimavi, si in hoc agro, non adeo trito & subacto, paulisper laborarem. Quo vero sermonem apertum & distinctum habeam, primo de vero vocis hujusce vexatæ sensu; deinde, de illius ratione, [h. e. cur imaginibus Areæ affixis imponeretur] examen instituendum est. Ut genuinum vocis sensum & originem assequamur, ad sacram Scripturam & linguas Hebrææ cognatas diligenter attendendum est. Ex iis autem vocabulum illud multiplici significatu gaudere, facile percipiamus. Nam primo, Bovem aut Vitulum notat, idque ex prima (ni fallor) vocis intentione. Hoc ita habere, luculenter constabit è duobus locis Ezechielis ὁμοιοτέλευτα positis, Cap. 1. 10. *Et similitudo facierum eorum, facies hominis, & facies leonis, & facies bovis, & facies aquilæ.* Cap. 10. 14. *Facies unius,* פְּנֵי הַכְּרוּב *facies* Cherub, *& facies secunda facies hominis, & tertia facies leonis, & quarta facies aquilæ.* In quibus verbis obvium est observare, Prophetam pro פְּנֵי שׁוֹר *vultu bovis* cap. 1. פְּנֵי תְּכְרוֹב cap. 10. posuisse. Hujus autem mutationis [cum propheta ejusdem animalis formam, utroque in loco se referre asserat] nulla occurrit ratio, nisi quod vox *Cherub* bovis significatum antiquitus obtinuerit. Huic conjecturæ sua præbet momenta affinis Syrorum & Chaldæorum dialectus: nam Syris, & Chaldæis כְּרַב *Cherab*, *arare* denotat, quod proprium apud gentes antiquiores boum munus. Inde causa data Prophetæ verbis, Amos. 6. 12. *An current in petra equi? aut quis arabit bobus?* Et Sirachidis, Eccles. 38. 26, 27. *Quo pacto fiat sapiens qui tenet aratrum, boves agens & versans in eorum operibus?* Quibus consonum Poëtæ dictum,

Navita de ventis, de taurîs narrat arator.

Inde factum quod Veteres, *terræ, agriculturæ, & alimenti symbolum* bovem fecerint. Neque novum atque insolens videri possit, quod apud antiquos Hebræos bovem ab *arando* nomen habuisse dixerim: bos enim (si quid valeat *Bocharti* conjectura) בָּקָר dicitur, quia Arabice بقر est *terram vomere proscindere.* His apprime convenit, quod boves olim *Triones* dicerentur; vel à terra quasi Terriones, aut quasi Striones (ut voluit Scaliger) *à stria quam faciunt dum sulcos vomere proscindunt.* Non diffitendum interim (ut in callem redeam) Lexica pleraque hanc vocis *Cherub* notationem alto silentio præterire. At ratio illa levior videtur, quam ut illius causa hanc vocis notationem rejiciat quispiam; cum non tantum argumentis jam in medium allatis, sed clarissimorum in Rep. literaria Triumvirorum [Josephi Medi, Lud. de Dieu, & Bocharti] suffragiis, jam dictus vocis illius sensus & origo se tueri possit. Cum autem *Cherub* (uti dixi) bovem, creaturam corporis viribus præstantem, primario significaret: inde profectum videtur, quod ea voce magnates & viros potentia & fortitudine singulari conspicuos olim denotarent. Nam, *Secundo:* Vox *Cherub*, ad fortem, potentem, & validum, significandum in Scripturis usurpatur. Hunc sensum voci affigendum docent Dei ad regem Tyri verba, אַתְּ כְּרוּב מְמֻשָׁח i. e. Interprete Tremellio, *Tu Cherub eras, ex quo unxi te*, &c. Ubi proculdubio vox illa potentiam & magnitudinem illam indicat, qua rex ille vicinos, imo & semetipsum, superavit, ex quo Deus illum ad sedem regiam evexisset. Eam etiam notationem adstruit Syrorum dialectus, in qua *potentem*

tem & regnum, & vim aut fortitudinem, sonare, Lexicorum fide comprobatum est. Hisce firmitatis aliquid addit Philo, qui tradit [haud dubie ex Hebræorum disciplina] per Cherubim, τὸν τῦ ὄντος δυνάμεως, τόν τε βασιλικὸν καὶ βασιλικὸν, potentiæ ejus qui Est, creatricem & regalem, designari; & ἱλαστήριον fuisse σύμβολον τῆς ἱλεω τοῦ Θεοῦ δυνάμεως, symbolum propitiæ Dei potentiæ. Est itaque cur credatur, Vocem Cherub apud Hebræos antiquiores potentiæ notationem habuisse, quamvis significationis hujus antiquæ vix ulla, nisi in cognato Syrorum idiomate, supersint vestigia; ni forte civitas apud Ezram memorata, nomen Cherub invenerit, quod valida esset, h. e. probe munita nec facili conatu expugnanda. Hæc animum inducant opinari, Vocem Cherub fortitudinis significatum apud Hebræos antiquiores habuisse. Inde vero res hæc mihi penitus confirmatur, quod Deus in sacris literis nunquam *super Cherubim sedere* vel *equitare* dicatur, nisi cum Illius potentia & fortitudo celebranda vel invocanda veniat. Cum enim viribus ad bellum indigerent Israëlitæ, ad Shilo misisse dicuntur, *ut peterent inde arcam fœderis Jehovæ Exercituum, insidentis Cherubim.* Et cum Hezekiah se hostibus suis imparem persentisceret, auxiliarem Dei potentiam imploravit, dicens, *Jehova Deus Israëlis, insidens Cherubinis, illucesce: coram Ephraim, Benjamin & Manasse* [qui Arcam proxime & quasi à tergo sequebantur] *excita potentiam tuam, & veni ad salutem*, &c. Quasi dixisset, "Tu qui sedes inter fortes, eosque ad "nutum tuum compositos habes, exsere "fortitudinem tuam, & populo tuo jam "laboranti supperias feras. Huic loco affinitate propinqua jungitur Psal. 99. 1. *Jehova regnat, commoveantur populi: insidet Cherubinis, nutet terra*: h. e. "Terra sede sua moveatur liceat, & sus- "que deque ferantur omnia, animi nun- "quam deficient, quoad Deus insideat "Cherubim, sede sua minime deturban- "dus. Huc etiam spectat Psal. 18. 11. ubi Psalmistes Dei potentiam celebrans, *Insidens*, inquit, *Cherubinis volat, vo- vitatque super alas venti.* Quem locum Chaldæus in hæc verba reddidit, *Et visus est* בְּגְבוּרְתֵּיהּ *in robore suo super Cherubim levissimus, & adduxit potentiam suam super alas turbinis.* Quid autem sancti Viri, Dei sessionem inter Cherubinos, tanquam firmissimum potentiæ argumentum toties adhibuerint; nisi quod *Cherubim* fortes & validos olim denotaret, ideoque certum potentiæ divinæ rebus suis affuturæ omen & argumentum inde capiendum existimarent: Hisce, clausulæ loco subjungam Procopii verba: *Scriptura solet vocare* Cherubim, *quicquid potens est. Id vel inde patet:* Qui sedet super Cherubim, *id est, qui potens est regnare*: Ascendit super Cherubim & ἐπτερώθη, h. e. *cum multa & magna advenit potentia. Tertio:* Vox hæc personam prudentem & multa cognitione præditam olim significavit: ut plane conveniret cum affini

כְּבִיר [facta literarum metathesi]

quod *scientem, gnarum, solertem*, notat. Hunc vocis sensum Lexicographi moderni non agnoscunt, ei vero ex Antiquis haud pauci patrocinantur. Inter eos Philo Judæus imprimis, de simulacris Arcæ conjunctis agens, ἃ δ', inquit, πατρίῳ μὲν γλώττῃ σφετερισθέντα Χερουβὶμ, ὡς δ' αὖ Ἑλλὰς ἄκουσε, ἐπιγνώσεως καὶ ἐπιστήμης πολλῆς. *Hæc autem sermone vernaculo nominantur* Cherubim, *hoc est, cognitio & scientia multa.* Consentit Clem. Alexandrinus, sic vocem explicans, Φίλων δὲ τὸ ὄνομα τῶν Χερουβὶμ δηλοῦν ἐπίγνωσιν πολλὴν. *Vult autem nomen Cherubim significare multam cognitionem.* Cum iis facit S. Hieronymus, dicens, *Cherubim lingua vestra interpretatur multitudo scientiæ.* Hic multum æstuare, & varias conjecturas comminisci solent viri docti, ut S. Hieronymi interpretatio veritati consona videatur. Nam in hanc rem Martinus Mersenus Cherub deducit à

נכר

כרב *cognoscere*, & רב *multitudo*. Vir doctus qui S. Hieronymi opera notis illustravit, rem alia ratione expediendam censuit: Nam כרב, inquit, *significat* tanquam multitudo, כרב tanquam Magister, *& ex utraque significatione in uno verbo conjuncta, nata est illa interpretatio.* Sed magis ingenuum se præbuit eruditus Rivetus, cum dixit, *Quomodo fieri possit, ut à multitudine scientiæ derivetur vox* כרוב, *fatear me videre non posse, nec id docet Hieronymus.* Ut lectorem hic forsan hærentem expediamus, dicendum videtur, Hebræos antiquiores vocem כרוב ad notandam scientiæ multitudinem usurpasse. Ita me persuasum faciunt, non tantum Veterum quos jam citavi testimonia, sed significatus hujusce vestigia in affini Syrorum dialecto etiamnum deprehensa. In hujus rei fidem audiamus quæ *Isabar Ali* habet in Lexico, *Cherubo à voce Cherubatho*, i. e. *fortitudo. Interpretatio alias ejus est multitudo scientiæ.* Eadem significatio firmatur verbis *Johannis* Metropolitæ *Darensis*, quem *Abraham Ecchellensis* seculo quarto vixisse perhibet &c. *Quid etiam nomen Cherubim? Multitudo cognitionis, sive effusio sapientiæ, sive abundantia & opulentia sapientiæ.* Hæc vocis origo stomacho meo pergrata venit, quanquam Morinus eam concoquere non novit: nam *in etymo*, inquit, *Cherubim; Dionysii errorem amplificare videtur Darensis*: nam & S. Dionysius, libris de Hierarchia Ecclesiastica, *Cherubim* notare *multos sapientia & cognitione* affirmavit. *Ego vero*: Cherubim ad Angelos significandos in scripturis adhiberi. Nam vocem eo sensu venire, Genes. 3. 24. & variis Ezechielis visionibus, unanimi Interpretum suffragio confirmatum est. Hunc factum quod Judæi simul & Christiani, in scriptis & precum suarum formulis, semper usi sint vocabulo *Cherubim* ad Angelos significandos. Ideo vero Spiritus S. Angelos eo nomine donasse videtur, quod nominis illius omen implerent maxime, & fortitudine scientiaque creaturas alias tanto intervallo antecederent, quod digni essent qui הכרובים *fortes* aut *scientes*, emphatice & per eminentiam, dicerentur. Hanc nominis Angelici rationem eo veritati propiorem censeo, quod Angeli, in Vet. & Novo T. potentiæ titulis frequenter insigniantur. Nam appellantur *Exercitus cælorum*, 1 Reg. 22. 19. *Currus Dei*, Ps. 68. 18. *Angeli robore præcellentes*, Psal. 103. 20. Et signanter אבירים *fortes*, Psal. 78. 25. Dedit illis לחם אבירים id est, ad mentem LXX, ἄρτον τῶν ἀγγέλων. Et Ps. 89. 7. בבני אלים *inter filios fortium*, Targum per באוכלוסי מלאכיא *inter choros Angelorum* interpretatur. Ob summam potestatem אלהים etiam à Psalmista vocantur, quem Apostolus de Angelis interpretatur. Hymno insuper Apocrypho αἱ δυνάμεις Κυρίε, *Domini potestates* vel *potentiæ* nominantur. In Novo Test. Ἄγγελοι ἐν δυνάμει, 1 Pet. 3. 22. στρατιὰ οὐρανίων, Luc. 2. 13. ἄγγελοι, Eph. 1. 21. Col. 1. 16. ob potentiam illam qua creaturas alias longe superant. Angeli etiam non minus scientiæ nomine sub Ver. Testamento inclaruere: prout enim fortitudo Angeli ad maximam fortitudinem, sic & sapientia Angeli ad maximam sapientiam exprimendam, tanquam formula proverbialis, usurpatur. Nec sine bella veri specie, nonnulli verba serpentis [*eritis* בֵּאלֹהִים] de Angelis interpretantur: ut hic sit verborum sensus, *Intellectus vester, qui jam ab Angelis sapientia superatur, tanta scientia illuminabitur, ut similes Angelis evadatis, indubie scientes quid bonum, quid malum, quid de quaque re verum sit, quid falsum, quid*

quid affirmandum, quid negandum sit. Quinto: Vox *Cherubim* ad sacras imagines Arcæ operculo impositas indicandas frequenter usurpatur. Hoc cuivis innotescit, qui vel prima attigit Theologiæ vel Scripturæ limina. Tribus autem de causis imagines illæ nomine *Cherubim* dictæ videntur. Angelorum emblemata erant, & eorum naturas similitudine quadam referebant: ideoque par erat, ut ipsorum Angelorum nomen gererent, & *Cherubim* dicerentur. Nam observante Grotio, *simulacro nomen dare ejus quem simulacrum refert, receptum est apud omnes Gentes.* Vox *Cherub* apud antiquiores Hebræos *figuræ* vel *simulacri* significatum habuisse videatur. Ita mihi persuadeo, quod *simulare* denotet, & *Cherubo* Syris sit, *Effictor, formator imaginum.* Docent autem linguarum Orientalium consulti, linguas Hebrææ cognatas, [Syriacam, Chaldaicam, Arabicam] plurima vocabula Hebræa, & varias vocum Hebræorum significationes, suis in archivis recondere, & naufragas linguæ illius antiquissimæ merces, alias perituras, sartas tectas conservare. Nugari forte videret, si significatus hujus antiqui memoriam linguam etiam Græcam retinere dicerem. At sane vox Κύφεις non longe recedit à קרב: Est

gua? Deinde: satis è scripturis elucet, & omnium consensu firmatur, Cherubim figuras mixtas fuisse; & Tabernaculi Templique artifices, communi tantum vocis usu doctos, earum figuras plane cognitas habuisse: nam apertum est, Deum quid per Cherubim voluit, nullibi distincte & perspicue explicuisse. Præterea legimus 1 Reg. 7. 29. *figuræ leonum, boum, & Cherubim, basis cujusque climacteras*, ad unasse: unde proclive est colligere, leonum boumque nomine figuras simplices, Cherubinorum vero figuras mixtas, intelligendas esse. Sed hæc paulo accuratius & opportunius Capite sequente discutienda venient. Nominis hujusce sensum sat multis docuisse videar: dicendum est proxime, cur nomen illud imaginibus Arcæ affixis imponeretur. Quantum itaque hac de re conjecturis assequi datur, simulacra illa oblationes sequentes nomen *Cherubim* sibi inditum habuerunt. Quod nomen illud, imaginum earum figuris apprime conveniret. Nam è jam dictis, & statim dicendis, constet, imagines illas è variis animalium formis compositas fuisse; ideoque par erat ut *Cherubim* dicerentur, cum Veteres Hebræi nomen illud pro figuris mixtis & hieroglyphicis crebro sermone usurpasse videantur. Quamvis autem Cherubim mixtas animalium diversorum figuras gererent, vulgo creditum est, sacras illas imagines ad speciem bovinam propius accessisse. Cum itaque vox illa *boves* etiam denotaret, rationi convenit, Deum nomen Cherubim imaginibus illis indidisse, quod cum earum figura vel parte præcipua maxime consentiret. Nam, ut recte Ciceroni dictum est, *ex eo quod maximas partes continet, latissimeque funditur, tota res appellatur.* Hæc verba Galenus pene Græca fecit, cum dixit, [illegible] 2. Quod imagines illæ ministerii & præsentiæ Angelicæ symbola erant & figuræ. Doctorum omnium opinione receptum est,

Che-

autem Κύφεις, σῖλαι, ἢ ξύλιναι ἄξονες, ἐν οἷς τὰ παλαιὰ οἱ νόμοι ἐγκεφοντο· *Columnæ, vel axes ligneæ, quas leges antiquitus inciſa fuerunt, aut exarata.* Verisimile est, olim sic usum obtinuisse, ut vox hæc non figuras simplices, sed è certis animantium formis mixtas, indicaret: adeo ut *Cherubim* apud Hebræos, prout *Sphynges* apud Ethnicos, figuras poëticas & quasi hieroglyphica denotarent. Hac de re persuasum est mihi, quod LXX, quanquam centies occurrat vox *Cherubim*, eam nunquam transferant, sed per Χερουβὶμ perpetuo reddant: Quid autem ita faciunt, nisi quod vox Cherubim illam formarum compositionem notaret, cui exprimendæ impar erat Græcorum lin-

Cherubim, arcam alarum flexibus ambientes, beatos illos spiritus denotasse, qui Euangelii mysteria admiratione defixi contemplantur, qui Cœli majestatem promptissimæ celebritatis obsequiis ambiunt, & Illius imperata velocí & quasi alato ministerio peragunt. Quum itaque imagines illæ Angelos repræsentarent, & eorum quasi vicem gererent; par erat ut nomine Cherubim, quo Angeli diu antea innotuissent, insignirentur. 3. Nomen Cherubim [*fortes* aut *potentes* notans] imaginibus hisce datum videtur, quod Arca fortitudinis & potentiæ divinæ symbolum esset & sacramentum. Neque hoc gratis dictum sentiat Lector, aut oscitanter prætereundum: si enim Scripturas Arcam spectantes attentius adspiciamus, pateat Deum Arcam, non tam justitiæ, misericordiæ, aut scientiæ, quam potentiæ suæ, pignus & monumentum statuisse. Eam enim David *Arcam fortitudinis* Domini nominavit, 132. Psal. 8. Idem nomen & Salomon Arcæ tribuit 2 Par. 6 41. *Robur* etiam & *gloria* Judæorum dicta est, Psal. 78. 61. *Tradidit in captivitatem robur eorum, & gloriam eorum in manus hostium*: nam locum illum de Arca à Philistæis capta intelligendum esse, interpretum pene omnium suffragio comprobatum est. Eodem spectare videntur Psalmistæ verba, *Desideraverit Te anima mea, ut videremעֹז וּכְבוֹדֶךָ robur & gloriam tuam, sicut vidi in Sanctuario*, ubi scilicet Arca reponebatur. Hæc & loca similia Judæis antiquioribus ansam dedisse videntur, Arcam *fortitudinis* aut *potentiæ* nomine appellandi, prout è verbis Sirachidis haud obscure colligendum est. *In Ecclesia Altissimi os suum aperiet Sapientia, καὶ ἐνώπιον δυνάμεως καὶ ἐν τῇ μεγαλοπρεπείᾳ αὐτῆς, & coram potentia illius glorietur*: hoc est, inquit Grotius, *in Templo ubi est Arca, quæ* עֹז *Hebræis*. Hinc & Sanctuarium, Arcæ locus & sedes, *Sanctuarium roboris*, Dan. 11. 31. & *excellentia fortitudinis*, appellatur, Ezech. 24. 21. Et Psalmi omnes, ad celebrandum Arcæ in Sionem adventum compositi, Deo fortitudinem tribuunt vires humanas longissime superantem, & in propria Dei potentia celebranda vel imploranda, toti occupantur. Nam Psalmus 24. quem plerique cum Arca in Sanctum Sanctorum esset inferenda scriptum sentiunt, Templi portas per prosopopœiam sic alloquitur, ver. 7. 8. *Elevate, ô portæ, capita vestra, elevate vos porta perpetuæ, & introeat Rex gloriæ. Quis est Rex gloriæ? Dominus fortis & potens, Dominus potens in prælio.* Interpretes etiam Psalmum 68, qui multus est in potentia Dei celebranda & Illius auxilio implorando, eadem occasione scriptum arbitrantur. Similia nobis occurrunt in hymno, Magistro symphoniæ tradito, cum David arcam in Tabernaculo statuisset. Quæ sane loca omnia causam opinandi præbent, Arcam non tam præsentiæ quam potentiæ divinæ pignus & monimentum à Deo constitutam, hoc etiam pios omnes è Veterum Hebræorum Gente probe tenuisse. Neque hoc ævi recentioris Hebræos latuisse, è verbis Authoris Targ. Hierosolymitani probabiliter concludamus. Sic enim textum illum celebrem explicandum censuit. *Cum Arca proficisceretur, erigebat Moses in oratione manus suas, ac dicebat,* קוּם מֵימְרָא דַיְיָ בְּתֻקְפָּא דִילָךְ / *Surge ô verbum Domini, cum fortitudine roboris tui*, &c. Cum itaque Arca cum Cherubinis fortitudinis divinæ propitiæ tessera esset & sacramentum, opinari par est, non tantum Cherubim *fortes* & *potentes* indigitasse, sed Deum nomen illud Arcæ simulacris imposuisse, ut fidem eo certiorem populo faceret, *Fortem Israelis* rebus eorum præsidere, nec quicquam ab hostibus timendum, quamdiu fortitudinis tantæ præsidio se dignos redderent. 4. Ægyptiis, aliisque gentibus antiquioribus, in more erat, Deos & Dæmonas suos nominibus à potentia & fortitudine desumptis insignere. Nam, ut ab Ægyptiis

pri s ordiamur, certum Apis fortis aut potens per eminentiam dicebatur. Hanc assertionem fide dignam reddunt verba Jeremiæ: כרוע נכחף אבירך / vel (uti LXX legerunt) אבירך / *Quare abductus est fortis tuus?* nam ea sic efferunt LXX, Διατι ἀφυγαδευθη ὁ Ἄπις, ὁ μόσχος ὁ ἐκλεκτός σου; *Cur à te fugit Apis, ille Vitulus electus tuus?* Ubi clarum est, Græcos אבירך *fortem tuum*, per Apim vitulum interpretari. Græcorum interpretationem ratam habet & versio Arabica, quæ sensum loci sic reddidit, *Cur fugiens fugit vitulus tuus electus?* Hæc Prophetæ interpretatio verisimilior existimetur, quod Apis ille Dis aliis potentia & virtute præcellere crederetur. Nam Ælianus, hoc numen memorans, Θεὸς, inquit, Αἰγυπτίοις σπουδαζόμενος ὁ Ἄπις ἐνταῦθα πιθάνωτατος· *Apis apud Ægyptios efficacissimus Deus creditur.* Neque APIS tantum, sed & Ægypti SERAPIS, fortitudinis præcipue fama claruit. Refert enim Porphyrius, Sarapin in hunc modum de seipso cecinisse.

Φαίδιμος ἡ κεῖ δῶμα Θεοῦ καταλάμπετον αἰγλῇ·
Ἦλθε γὰρ ὑπερφίαλος μέγας Θεὸς ἔνδον ἐόντος
Κἀμὲ περιμάκετο.

Id est,

Lux lata Dei templum irradiat,
Venit quippe magnus Deus, & adspexit
Invictum robur meum.

Hoc forsan, aut aliud ei cognatum, oraculum in causa fuit, quod *Serapin* nonnulli Jovem, *ut rerum omnium potentem*, dicerent. Ægyptiorum BACCHUM etiam fortitudinis laude celebrem fuisse, is facile admittet qui Plutarchum audiet: Ὑπολαμβάνουσι γὰρ καὶ τοῦτον εἶναι τὸν Διόνυσον παρὰ Αἰγυπτίοις. οὐχ Ὄσιριν, ἀλλὰ Ἀρσαφῆν εἰσὶ τοῦ Ἄδωνιν μὲν ἐκείνῳ λέγοντες· δηλοῦσι δὲ τὸν ἀνδρεῖον τοῦτον. *Fertur etiam ab Ægyptiis Bacchus filius Isidis esse, qui non Osiris, sed Arsaphes* [voce *ab alpha litera inchoante*] *nomen gerat, quo fortis significatur.* In eadem laudis societatem & OSIRIN Ægyptium vocat Apuleius, quem ornavit titulo *Magni Dei Dominique, Summi Parentis, invicti Osiris.* Ægyptios antiquos hujusmodi titulis & elogiis Numina sua ornare solitos, eo facilius est creditu, quod & aliæ Gentes Deos suos titulis potentiam & fortitudinem notantibus honestarent. Nam inter Phœnicum Deos, CABIRIM, i. e. exponente Varrone, Θεοὶ δυνατοὶ, præcipue censebantur: & nominis rationem firmant Tertulliani verba, Lib. de Spectaculis; *Ante eas* [columnas] *tres aræ tribus Diis patent,* MAGNIS, POTENTIBUS, VALENTIBUS: *eosdem Samothracas existimant.* Syri numen coluere, cui Ἀζιζος, à עזין *fortis & robustus*, nomen fecerunt. Arabes antiqui Lunam, aut Venerem stellam, nomine כבר *Kabar*, quod lingua Hebræa & Phœnicia *potentem* sonat, in veneratione non vulgari habuerunt. Refert etiam AL FIrauzabadius eos aliud idolum coluisse [Mohammedis jussu perditum] cui ALUzza nomen. Hoc autem nomen, *illi à potentia inditum* (inquit Author ille) *formæ est fœminina ab* עזז *quod* robore supra alios excellentem *denotat, quasi summe potentem aut potentissimum dicas.* Hunc Gentium morem [Deos ob potentiam celebrandi, & inde nomina iis imponendi] perantiquum fuisse, è scriptis canonicis simul & apocryphis eluceſcit. Nam in scriptis canonicis eos nunc צורים *rupes*, nunc אלים *fortes*, nunc מעזים *robora*, dictos inveniamus. In scriptis apocryphis legimus, Ethnicos θεοὺς τὰ μαντεῖα *fortitudines idolorum*: Israelitas etiam *sacrificasse τῷ Βάαλ τῷ δυνάμει.* Ita nonnulla exemplaria legunt, & lectioni faveat Prophetæ verba de Vitulo Samariæ dicta; *Lugent super eum populus ejus & Sacerdotes ejus, qui exultaverunt super eum,* עַל־כְּבֹדוֹ *propter gloriam ejus,*

quia

Ιδρυμένον, λίτομαι, παναληθέα φημίξασαν

Firmatum, precor ut me plane vera locutam

Παῦλον

quia migravit ab eo: ibi enim per Vituli *gloriam*, illius opinata potentia & fortitudo, quæ cultoribus ejus exultandi materiam dedit intelligenda videtur. Neque novum est, ut *gloria* pro *fortitudine* in scripturis usurpetur; quod exemplis bene multis ostendi posset, si ab instituto sermone deflectere liceret. Cum itaque Ægyptii Gentesque aliæ, Deos suos titulis summam potentiam notantibus insignire, eosque fortitudinis nomine celebrare, solerent; par erat ut imagines Deo pro sede & solio positæ, CHERUBIM, *fortes* aut *potentes*, dicerentur; ut perpetua manerent potentiæ divinæ monimenta, & Israelitæ in Eo qui inter *Cherubim* habitavit, fiduciam suam reponerent; non in Gentium Numinibus, fallaci tantum *fortium* titulo decoratis. Deinde: cum seculo illo rudiori potentia & fortitudo præcipue Deos commendarent, multum ad religionem intererat, ut Deus Israëlis inter imagines à potentia denominatas habitaret, ut *fortitudo Jao* tantum *Sanctuario* inesse crederetur, & Ei uni כְּבוֹד וְעֹז *gloria & fortitudo* tribuerentur. Sacra simulacra quibus nomen à potentia datum, ætati & œconomiæ illi maxime consentanea fuisse videantur. Tunc enim Deus ipse Regis politici nomen & locum tenuit, & numero suo congruum erat ut solio è Cherubim [i. e. summæ potentiæ symbolis & monimentis] facto insideret. Nam ea de causa forte thronus leonibus sustentatus Salomoni placuit, quod animalium fortitudine præstantium simulacra, fortitudini & imperii sui præcellentis indices extarent & monimenta. Deinde: Sub Oeconomia Mosaica ita comparata erant omnia, ut homines potentiæ magis quam bonitatis divinæ sensu affigerentur, & Dei timor magis quam amor eorum pectoribus incuteretur. Hoc *S. Augustino* observatum, cum dixit, *Quantum differunt Lex & Evangelium? quantum timor & amor.* Præterea, in rudiore illa mundi ætate, homines intimiore potentiæ, quam sapientiæ, vel sanctitatis divinæ sensu tangebantur. Ideoque in Vet. T. tituli potentiam singularem & plane tremendam significantes Deo sæpe tribuuntur: appellatur enim אֲבִיר יַעֲקֹב δυνατὸς Ἰακώβ, Genes. 49. 24. אֵל כַּבִּיר δυνατὸς ἰσχύι, Job. 36. 5. Ἰαχὼβ Ἰακώβ, Jes. 49. 26. *Elohim* & *Shaddai*, quæ nomina, si Buxtorfio & Bochatto fidimus, à vocibus *fortitudinem* notantibus ortum petunt. Septies vocatur *petra Israëlis* Deut. 32. 18. titulo (uti docet Chaldæus) אֱלָהָא תְּקִיפָא *Deum fortem* denotante. Sæpius אֵל dicitur, quod Aquila, ἰσχυρὸν ejus exprimens, ἰσχυρὸν *fortem* interpretatur. Non raro etiam יְהוָה צְבָאוֹת *Deus exercituum* audit. Virgo *Maria* Deum signanter ὁ δυνατὸν, & Scriptor Apocryphus ὁ δυνάστης, vocat. Adeo ut Judæi & Gentiles antiquiores hac in re amice convenirent, quod ambo Deum quem colebant nominibus potentiam indicantibus insignirent. *Spencerus*.

Παῦσον ἐμοῦ μέλεος· κέκμηκα γὰρ ἔνδοθι ἦτορ.
Ἀλλὰ τί μοι κραδίη πάλιν ἅλλεται, ἠδέ γε θυμὸς
Τυπτόμενος μάστιγι, βιάζεται ἔνδοθεν αὐδὴν
Ἀγγέλλειν πᾶσιν; αὐτὰρ πάλιν πάντ' ἀγορεύσω,
Ὅσσα θεὸς κέλεταί μ' ἀγορεύεμεν ἀνθρώποισιν.
Ἄνθρωποι, θεόπλαστον ἔχοντες ἐν εἰκόνι μορφὴν,
Τίπτε μάτην πλάζεσθε, καὶ οὐκ ἀθέεσσαν ἀταρπὸν
Βαίνετε, ἀθανάτου κτίσεος μεμνημένοι αἰεί:
Εἷς θεός ἐστι μόναρχος, ἀθέσφατος, αἰθέρι ναίων,
Αὐτοφυὴς, ἀόρατος, ὁρῶν μόνος αὐτὸς ἅπαντα·

Pauliſper recrees: animo nam feſſa fatiſco.
Sed quid cor iterum quatitur mihi? menſque flagello
Icta, foras vocem prorumpere cogitur, omnes
Ut moneam? rurſus nimirum cuncta profabor,
Quæ Deus effari mortalibus imperat ægris,
O homines, quibus eſt divina in imagine forma,
Cur temere erratis, cur non per recta viarum
Vaditis, æterni memores patris omnibus horis?
Unus & immenſus Deus eſt, regnator & unus
Æthereus, ſeſe conſiſtens totus in uno,

Ov

3 Τυπτόμενος μάστιγι] In eodem cod. ut & Gallæi. eſt μάστιξι, & verſu ſequen. ἐξαγγέλλειν πᾶσιν; ἀντίς. uti & ſic legitur in *Gallæi* MS. ex *Opſopæo*.

4 Ἀόρατος] Heſychius: Ἀόρατον· μὴ δυνάμενον. Ἀόρατον, juxta Baſilium M. Orat. II. in Hexaëm. eſt, ὃ μὴ πέφυκεν ὀφθαλμοῖς σαρκικοῖς καθορᾶσθαι, ὡς ὁ τῶν ὁλκείτου.

πτὸν, *quod corporeis oculis cerni non potest, ut nostra mens.* Atque ita dicitur, I. de *Deo*, qui sua natura *invisibilis* est. Theodoret. Ἐρανιστ. Serm. II. pag. 502. 503. pluribus docet, nos τὴν θείαν φύσιν ἐ μόνον διὰ τῶν ὁρατῶν ἀνομάζειν, ἀλλὰ καὶ διὰ τῶν μὴ ὁρατῶν ἀναπλάττειν. Ad posteriorem classem refert, quod Deus vocatur ἄναρχος, ἀφθαρτος, ἀόρατος, ἄπειρος, ἀνώλεθρος, ἀόρατος, ἀνείδεος, &c. Cur vero ἀόρατος dicatur, hanc reddit rationem: Ἐπειδὴ ὁρατὸς ὅτι ὃ οὐκ ἔστι, ἀόρατος ἀνομάζεται καὶ ἀόρατος. *Quia videri non potest, invisibilis appellatur & inspectabilis.* Eandem distinctionem inculcat etiam Basilius M. lib. I. contra Eunomium, dicitque, Deus dicitur ἀόρατος, ἵνα μὴ ἐπελάβηται αὐτοῦ τῇ ἀπὸ τῶν ὄψεων ἀπάτῃ καταλαμβάνεσθαι, *ne existimes eum sensu oculorum comprehendi posse.* Cyrillus Jerosol. Catech. Illum. IX. pag. 81. Θείαν φύσιν ἰδεῖν σαρκὸς ὄμμασιν ἀδύνατον. *Fieri nequit, ut naturam divinam corporeis videamus oculis.* Et diserte quidem ἀόρατος vocatur ad Hebr. XI. 27. & 1 Timoth. I. 17. Alia Scripturæ loca id ipsum passim clamant. Interim *Angeli Deum dicuntur videre, Prophetæ dicuntur Deum vidisse*, sancti homines alii. Quo sensu Scriptura id factum dicat, ubique apud veteres reperias explicatum. Nos paucis erimus contenti. Theodoretus in Ἀνυχύτῳ dicit, *Prophetas non vidisse* τὴν Θεοῦ τὴν οὐσίαν, ἀλλ' ἄλλο τι διὰ τῆς αὐτῶν ὀπτασίας συμβαίνεσθαι, *Dei essentiam, sed visionem quandam captui eorum convenientem.* Chrysostomus ad Joh. I. 18. Homil. XV. in Joh. pag. 613. docet, *quomodo Johannes neget, Deum à quoquam visum esse, cum in V. T. sæpe visus dicatur.* Nempe πάλιν ἑκάστου συγκαταβάσεως ἦν, οὐκ αὐτῆς οὐσίας γυμνῆς ὀφθῆς. *Ista omnia condescensioni erant, non ipsius nudæ substantiæ visio.* Idem Homil. IV. οὐδὲ ἀναπλάττει, tom. VI. pag. 412. τὴ ἑκάστου φανὴς, quod Deus à Prophetis dicitur visus, Johannes vero I Epist. IV. 12. asserit, *Deum à nemine unquam fuisse visum*, ita solvit: ἵνα μάθῃς ὅτι τὴν ἀκρασίαν αὐτῆ καταλαβεῖν καὶ τὴν τετραπαθῆ γνῶσιν οὐδεὶς εἶχεν· ὅτι δὲ πάντα ἑκάστου συγκαταβάσεως ἦν, καὶ ἀκριβοῦς τὴν θείαν οὐσίαν οὐδὲν ἑκάστων ὄφθαι οὐδὲ ὁ Δεσπότης ἔφατον ὁμῶν. *Ut discas, neminem ejus accuratam cognitionem, & perspicuam habuisse notitiam: ista enim omnia ex condescensione quadam fuisse profecta, nec quenquam eorum veram ejus vidisse essentiam, inde patet, quia alii aliter viderunt.* Nam, ut idem Homil. XV. in Joh. pag. 613. Εἰ αὐτὴν εἶδεν τὴν φύσιν, οὐκ ἂν Δεσπότης αὐτὸν ἐπεκάλεσεν· ἀπλῆ γὰρ τίς ἐστι, καὶ ἀσχημάτιστος, καὶ ἀνείδεος, καὶ ἀπερίγραφος, &c. *Si ipsam in se naturam conspicati fuissent, utique non diversimode illam vidissent: simplex enim est, omnis figuræ, compositionis & circumscriptionis expers, &c.* Vide Observat. nostrarum cap. V. pag. 131, 132. Vide etiam inferius in verbo Θεὸς. Theophylactus in cap. I. Joh. pag. 570. Εἶδε μὲν ὁ προφήτης· nempe Jesajas, cap. VI. I. τὸν Κύριον, ἀλλ' οὐκ αὐτὴν τὴν οὐσίαν, ἀλλ' ὁμοιωμά τι τῆς φαντασίας τινὰ, ὡς ἐχώρει ἰδεῖν, *Vidit quidem Propheta Dominum, at non ipsam substantiam, sed similitudinem & apparentiam quandam, sicut capere poterat.* Consule imprimis Epiphanium Hæresi LX. pag. 349. & in Ancorato, pag. 491. Dionysium Areopag. cap. IV. de cœlesti Hierarchia, pag. 48. De *Angelis* dicit Chrysostomus Homil. XXI. t. V. *eos videre* οὐκ αὐτὴ οὐσίαν, ὅσῳ ἐστὶ τῇ φύσει, ἀλλ' ὅσον ἐγχωροῦσιν, ὅσον τῶν ἀκτίνων ἐκείνης ἰσχύσαι καταλάμπεσθαι, *non illud ipsum, quod Deus natura est, sed quantum capere possunt, quantum à radiis illis illuminantur.* Cyrillus Jerosol. Catechesi Illum. VI. pag. 59. Βλέπουσιν οἱ ἄγγελοι τὸν καθὼς ἐστὶν ὁ Θεὸς, ἀλλὰ τῇ αὐτοῦ κατὰ χωροῦσιν. *Angeli Deum vident, non ut Deus est, sed prout ipsi etiam capere possunt.* Theophylactus in cap. I. Joh. pag. 571. Ἀλλ' οὐδὲ οἱ ἄγγελοι βλέπουσι τὸν Θεὸν τὴν οὐσίαν· οὐ γὰρ λήγουσι τὸ σέβασμον τοῦ Θεοῦ ἔχοντες· ὅτι γὰρ συνεκτικόν ἐστι μόνος ὁ φαντάζων αὐτὸν Θεὸν. *Quin neque Angeli vident Dei substantiam, quamvis dicantur videre faciem ejus. Hoc enim indicat, eos semper Deum intellectu suo comprehendere, semper de Deo cogitare.* Atque hinc ἀόρατος de *attributis* Dei usur-

Οὐ χείρ γ' ἀθρήσασα λιθοξόος, οὐδ' ἀπὸ χρυσοῦ
Τέχνης ἀνθρώπου φαίνῃ τύπῳ, οὐδ' ἐλέφαντος·
Αλλ' αὐτὸς ἀνέδειξεν ᾽ αἰῶνος αὐτὸς ἑαυτὸν

Cuncta videns solus, non adspectabilis ipse:
Quem non humani saxo manus ulla, vel auro,
Aut ebore artificis fecit, retulitve figurans:

Ὅτα

usurpantur, quæ ipsa quoque invisibilia sunt, sed ex rebus creatis videri dicuntur ad Rom. I. 20. Nam, ut Origenes l.b. VII. contra Celsum, pag. 364. τὰ ἀόρατα τοῦ Θεοῦ διὰ τῆς τῶν ποιημάτων κτίσεως, τῇ νοήσει, τοῖς πεποιημένοις νοούμενα, τὰ τοῦ κόσμου καθορᾶται, *invisibilia Dei ex creatione mundi, hoc est, intelligibilia ex creaturis intelligendo, conspiciuntur.* Eleganter Theodoretus ad locum S. Pauli, per τὰ ἀόρατα αὐτοῦ, intelligit δημιουργίαν τὴν προνοιαν, τὴν δικαίαν ἑκάστου ψῆφον, τὴν τῶν παλαιῶν καὶ καινῶν οἰκονομίας, *creationem & providentiam, & justam in unoquoque sententiam, rerumque administrandarum multiplices ac varias rationes.* Et Theophylactus, ex Chrysostomo, τὰ ἀόρατα interpretatur Dei ἀγαθότητα, σοφίαν, δύναμιν, θειότητα, ὕψος μεγαλειότητα, *bonitatem, sapientiam, potentiam, divinitatem sive majestatem.* Alia longe est sententia Oecunomii, qui in Epist. ad Romanos, pag. 252. dicit, Apostolum, vocare ἀόρατα, ἀγγέλους, τὴν πᾶσαν τῶν ὑπερκοσμίων δύναμιν, *angelos, & omnem in cœlis potentiam.* At, judice Theophylacto, οὐκ ἀκόλουθος, *minus apposite.* II. De Creaturis, ut ad Colossenses I. 16. ubi per ἀόρατα & ὁρατὰ intelliguntur omnes creaturæ, quia sunt vel *invisibiles*, ut Angeli; vel *visibiles.* Ita interpretatur Greg. Nyssenus lib. I. contra Eunomium, tom. II. pag. 341. quando dicit, πάντων τῶν ὄντων τὴν αἰσθητὴν ἀφαίρεσιν εἰς τὸ νοητὸν, καὶ τὸ αἰσθητὸν τῷ νοητῷ ἔχειν, *omnium rerum maxime generalem divisionem esse in eas, quæ intellectu, & in eas, quæ sensu percipiuntur.* Et τῷ μὲν αἰσθητῷ φύσιν ῥητικῶς ab Apostolo ὁρατῶν vocari, τῆς δὲ νοητῆς φύσεως πάσης ὀνόμα κοινὸν εἶναι, τὸ ἀόρατον *sensibilem naturam generatim, visibilem: naturæ vero, quæ intellectu percipitur, commune nomen esse, invisibile.* Idem de iis, qui præmature abripiuntur, tom. III. pag. 325. ἀόρατον dicit esse τὸ νοητὸν καὶ ἀσωμάτων ὁρατὸν vero, τὸ αἰσθητὸν τε καὶ σωματοειδὲς, *invisibile esse, quod mente percipi potest, & incorporeum: visibile autem, sensibile & corporeum.* Et addit, Εἰς δύο πάντα διηρῆσθαι πάντα τὰ ὄντα, εἴς τε τὸ αἰσθητὸν, καὶ τὸ κατ' ἔννοιαν θεωρούμενον, *in hæc duo divisa esse omnia quæ sunt, insensibile, & in id, quod per mentis cogitationem consideratur & intelligitur.* Chrysostomus Homil. III. in Epist. ad Col. pag. 104. dicit Apostolum ἀόρατα dicere τὴν ψυχὴν, ὁρατὰ δὲ, πάντας ἀνθρώπους. Non sufficiens enarratio. Melius Nyssenus: & convenientius etiam Theophylactus ἀόρατα dicit esse ἀγγέλους, ἀγγέλους, καὶ τὰς ἀμιγεῖς ψυχάς. Vide Suidam in hac voce. *Suicerus.*

ς Λιῶνος] Placet scriptura regii codicis αἰώνιον pro αἰῶνος. *Opsopæus.*

6 Ὅτα

[6] Ὄντα τε, καὶ πρὶν ἐόντα, ἀτὰρ πάλι καὶ μετέπειτα.
Τίς γὰρ θνητὸς ἐὼν καλιδεῖν δύναται θεὸν ὄσσοις;
Ἢ πὺς χωρήσῃ καὶν τένομα μένον ἀκέσαι
Οὐρανίω μεγάλοιο θεῦ, κόσμον κρατέοντος:
Ος λόγῳ ἔκλισε πάντα, καὶ οὐρανὸν, ἠδὲ θάλασσαν,
Ἠέλιόν τ' ἀκάμαντα, σελήνην τε πλήθουσαν,
Ἄστρα τε λαμπετόωντα, κραταιὰν μητέρα [7] πόλων,
Πηγὰς, καὶ ποταμοὺς, πῦρ ἄφθιτον, ἤματα, νύκτας.
Αὐτὸς δὴ θεὸς ἔσκε πλάσας [8] τετραγράμματον
Ἀδάμ,

Ipſe ſed ipſum ſe ſeclo monſtravit ab omni,
Quique eſt, quique fuit, qui porro deinde futurus.
Cujus namque Deum mortalis lumina poſſunt
Cernere? quæve ferent vel vocem nominis auris?
Cœleſtis, magnique Dei, mundumque regentes,
Omnia qui dicto fecit, cœlumque, ſalumque,
Et rapidus ſolis curſum, lunamque tumentem,
Sidereos ignes, ſolidam magnamque parentem,
Fontes & fluvios, ignem, nocteſque, dieſque.
Nimirum Deus is finxit tetragrammaton Adam,

Τὸν

6 Ὄντα τε &c.] Omnia hæc quæ de Deo ſcribuntur non eſſe Sibyllæ, ex eo conſtat, quoniam poſt conſcripta Apoſtolorum oracula, ſunt prolata, imo etiam ipſiſſimis ſacræ Scripturæ verbis expoſſa. *Gallæus.*

7 Πόλων] Recte regius codex πόλω, terram communem omnium matrem, quemadmodum Homerus Iliad. ξ.

Ὠκεανόν τε θεῶν γένεσιν καὶ μητέρα πόλον.

Opſopæus.

8 Τετραγράμματον Ἀδάμ] Quæ à nonnullis viris doctis afferuntur argumenta ad infringendam horum oraculorum

Τὸν πρῶτον πλασθέντα, καὶ ὄνομα πληρώσαντα
Ἀνατολίων τε, δύσιν τε, μεσημβρίαν τε, καὶ ἄρκτον.
[9] Αὐτὸς σήμειξεν μεμφθὼν μορφήν τε τύπον τε,
Καὶ θῆρας ποίησε, καὶ ἑρπετὰ καὶ πετεινά.
Οὐ σέβετ', οὐδὲ φοβεῖσθε θεὸν, ματαίως δὲ πλανᾶσθε,
Προσκυνέοντες [10] ὄφεις τε, καὶ [11] αἰλούρισι θύοντες,

Qui primus fictus fuit, & qui nomine complet
Ortus, occasus, austrum, boreamque rigentem.
Ipse hominum solidam formam speciemque creavit,
Ipse feras fecit, serpentiaque, atque volucres.
Hunc vos non colitis, frustraque, errore pudendo,
Anguibus & feli reverenter sacrificatis,

Εἰδώ-

rum auctoritatem, nullius ea mihi vel pretii vel momenti videntur. Quid enim ad rem facit si homo Judæus scribens Græcis luserit in vocabulo Adami, & in nomine ejus quatuor mundi invenerit cardines? Nec tamen verum est quod dicunt, tribus tantum apud Hebræos hanc vocem constare literis, quia nempe compendii gratia unica vocalis in scribendo omittitur, secus enim id sese habet in pronuntiatione. *Isi Vossius.* Vide etiam de hoc *Gallei* dissertationes.

9 Αὐτὸς σήμειξεν] Uterque codex ita effert hunc versum,

Αὐτὸς δὲ ἰσήμειξε τύπον μορφὴν μείωσιν τε.

Nisi quod recentior transpositis vocibus habet μορφὴν τύπον. Citatur autem idem cum duobus aliis à Lactantio lib. 2. cap. 12. hoc ordine: *Sibylla hominem opus Dei esse testatur.*

Ὃς μόνος ἐκ πάντων ἀνθρώπους ὑπέσχεν.
Αὐτὸς δ' ἰσήμειξε τύπον μορφῆς μείωσίν τε,
Αὐτὸς ἔμιξε φύσιν πάντων ζώων βίοτόν τε.

Qui cum nullibi in his libris reperiantur, hic inserendos arbitror. Extant quidem in procemio sed id à Lactantii lectore congestum esse, & à vetusto codice abesse, supra significavi. *Opsopœus.*

10 Ὄφεις τε] Serpentes ab Ægyptiis cultos, testis est Herodotus in Euterpe, ubi ait, serpentes circa Thebas sacros fuisse, quod etiam defunctos in Jovis, cui Deo sacri erant, templo sepeliebant. Εἰσὶ δ', inquit, καὶ Θήβῃσι αἱροὶ ὄφιες, οἱ σμι-

ἀνθρώπων ὕδατι διλήμμεις· ὁ μεγαθὴς ἰοῦλος μικροὶ, δύο κέρατα φύουσι, πύρωπα ἐξ ἄκρης τ κεφαλῆς. τὺς δὲ πολιτικοὺς ζώπλουσι ὑπ τῷ ἱρῷ τ Διός. Aſpides vero præ aliis Ægyptiis vehementer in honore fuiſſe, ex Phylarcho teſtatur Ælianus lib. XVII. de Animal. cap. v. Φύλαρχος, inquit, ἐν τῇ ι. β. ὑπὲρ τ Αἰγυπτίων ἀσπίδων ταῦτα τοιαῦτα· πρεσβεύειν φησὶν αὐτὺς ἰσχυρῶς· καὶ ὑπ τούτης τ πρὸς ἡμερωτέρας τὴ χειροήθειαν μεταβαίνειν τὰς ὑπ τ πρόφης πεπαλαιωμένας· ὧν τοὺς μὲν ὑὸς σωτηρίαν μεγάλην ἀδικεῖν· καὶ πελλάκις δὲ, ἐξιέντων τ φυλακῶν, καὶ ἀφικνεῖσθαι κλῆσις ὑ αὐτῶν ὁ τ δικτάλων ἐπὶ κρότῳ. Vide etiam quæ ibidem ſequuntur. Idem Ælianus lib. X. cap. XXXI. ait, genus quoddam Aſpidis, quam Ægyptii Thermuthin vocabant, iis in ſumma veneratione fuiſſe, eaque tanquam regio quodam diademate Iſidos ſimulacra coronaſſe: Τὸν δ θερμούθιν, ſunt verba ejus, ἀσπίδων, ἣ ὄνομα ἔθηκε Αἰγύπτιοι τοῦτο, ἱερὸν εἶναί φασι, καὶ σέβουσιν αὐτὸν οἱ ἐπιχώριοι, καὶ τ Ἴσιδος τὸ ἀγάλματος ἀναδοῦσι τοῦτον, ὡς ἂν διαδήματι βασιλείῳ. Aſpidis cultus meminit & Cicero lib. V. Tuſcul. Quæſtion. Auctor item Hiſtoriæ Barlaami loco ſupra laudato. Non ſolum vero antiquis ſeculis Ægyptii ſerpentes venerati ſunt, ſed & multo recentioribus ab aliis etiam gentibus divinus honor ſerpentibus tributus. Sic Eraſmus Stella ſerpentes à Boruſſis pro Deo habitos ſcribit lib. I. de antiquitatibus Boruſſiæ in limine: *Nulla*, inquit, *eis ſacra aliquandiu fuere: tandem in eam deducti inſaniam, ut ſerpentes, feraſque, & arbores, religioſe colerent.* Sigiſmundus quoque L. Baro in Herberſtein idem refert de Samogitis, Comentariis Rer. Moſcoviticar. Ait enim, *Samogitiæ incolis ſerpentem eſſe pro Deo. Et, Siquid adverſi illis accideret ſerpentem, Deum domeſticum, male acceptum ac ſaturatum eſſe credunt.* De Samogitis item J. Cæſar Scaliger de *Subtilitate*, contra Cardanum Exercitat. CLXXXIII. Sect. II. *In Sarmatia*, inquit, *regio aut Rutenorum, aut Rutenis proxima eſt, Samogitia. In ea lacerti ſeſquipede majores, craſſi, nigri: quos incolæ pro laribus colunt familiaribus. Si quid accidit ſiniſtri: minus rite cultum numen ſuſpicantur, aut deterioribus, parcioribuſve acceptum epulis. Itaque curant eum opera attentiore: qua ſeſe ad res ſecundiores exiſtimant exoraturos.* De Lithuanis ſimiliter Alexander Guaginus in Sarmatia ſua Europæa tradit, iis ſerpentes pro diis fuiſſe; quibus & ſacra faciebant, & victimas immolabant. Verba ſunt: *Viperas atque ſerpentes Deos eſſe credebant, eiſque cultum præcipuum exhibebant, & ſinguli patres familias, cives, coloni, & nobiles, ſingulos ſerpentes domi adſervare ſolebant; quos pro Penatibus, & Laribus familiaribus, adorabant; lacque & gallos gallinaceos, eis immolabant: eratque inauſpicatum, & exitiabile toti familiæ, quempiam ex eis violaſſe, deboneraſſeve, aut domi non fovuiſſe. Tales enim, vel omnibus bonis privabantur, vel crudeliter lacerati interibant.* Poſteriora hæc verba non multum abeunt abeo, quod Sigiſmundus L. Baro in commentariis Rerum Moſcoviticarum, antea jam memoratis, refert contigiſſe in Lithuania cuidam, qui ſerpentis cultum dereliquiſſet: *Cum*, inquit, *priori ex Moſcovia itinere in Troki veniſſem; referebat hoſpes meus, ad quem forte diverteram, ſe eodem, quo ibi eram, anno ab ejuſmodi quodam ſerpentis cultore aliquot alvearia apum emiſſe: quem cum oratione ſua ad verum Chriſti cultum adduxiſſet; utque ſerpentem, quem colebat, occideret, perſuaſiſſet; aliquanto poſt, cum ad viſendas apes ſuas eo reverſus fuiſſet, hominem facie deformatum, ore aurium tenus miſerabilem in modum diducto, offendit. Tanti mali cauſſam interrogatus, reſpondit, ſe, quod ſerpenti, Deo ſuo, manus nefarias injeciſſet, ad piaculum expiandum, lucendamque pœnam, hac calamitate puniri: multaque graviora, ſi ad priores ritus ſuos non rediret, ſe pati oportere.* Quidnam de hujuſmodi relatione dicemus? pro figmento eam traducendam? Sed auctoritas narrantis obſtare videtur. Ego judicium meum hic ſuſpendere malo, quam præcipitanter aliquid effundere. Si tamen hujuſmodi quid con-

contigerit, & causſam ejus, ut illi existimant, ex rejecto serpentis cultu. & non potius aliunde, petendam esse, alicui non adeo absurdum videatur; dæmonem hic suas partes agere, minime dubitandum censeo. Interim his de cultu serpentum adde, quæ Eximius ac Celeberrimus Vir M. Z. Buxhornius, in nupera sua Historia Universali edita, de Lithuanis & Samogitis serpentes numinis instar colentibus, profert ex oculati gravissimique, ut eum vocat, testis, Joannis Meleti, Epistola ad Georgium Sabinum, ubi, præmissis quibusdam de ceterarum Sarmatiæ gentium dæmonum cultu ac idololatria, mox subdit: *Præterea Lithuani & Samogitæ in domibus sub fornace, vel angulo vaporarii, ubi mensa est, serpentes fovent, quos numinis instar colentes, certo anni tempore, precibus sacrificuli evocant ad mensam. Hi vero exeuntes per mundum limaeolum conscendunt, & super mensam assident. Ubi postquam singula fercula delibarunt, rursus descendunt, seque abdunt in cavernis. Serpentibus digressis, homines læti fercula illa prægustata comedunt, ac sperant illo anno omnia prospera sibi eventura. Quod si ad preces sacrificuli non exierint serpentes, aut fercula super mensam posita non delibaverint, tum credunt se anno illo subituros magnam calamitatem.* Hæc ille. Serpentes à Calecutensibus etiam cŏli tradit J. Cæsar Scaliger Comment. in lib. II Aristotelis de Historia Animalium cap. XVIII. Sect. CXXIII: *Lusitani*, inquit, *navigatores, serpentes prodidere in provinciis Calecuti vastissimo esse capite, porci maximi magnitudine; pro numine abrege coli.* Ouzelius.

11 Αἰλούρους] Subdit Strabo αἴλουρον sive felem. De quo & Herodotus in Euterpe, Plutarchus quoque in De Iside & Osiride. Item Cicero lib. 1. de Legib. & lib. v. Tuscul. Quæst. in verbis supra adductis, uti & lib. 1. de Natura Deorum: *Ne fando quidem auditum est, crocodilum, aut ibim, aut felem violatum ab Ægyptio.* Juvenalis quoque Satyra XV.

Illic aluros, hic piscem fluminis —— *venerantur.* ——

Sic enim ibi legendum, non *caruleos*, ut est in vulgatis, optime monuit Brodæus Miscellan. lib. VII. cap. 11. Diodorus etiam Siculus Biblioth. Hist. lib. 1. Περὶ δὲ τῶν ἀφιερωμένων ζώων καὶ Αἰγυπτίων εἰσὶν οἱ φάσκοντες πολλοῖς παραδόξοις τὸ χαίρειν, καὶ ζηλωτὰς εἶναι. σέβονται δὲ ἅπαντα τὰ ζῶνα Αἰγύπτιοι κατ' ἰσοτελῆ, καὶ ζῶντα μένει, ἀπὸ καὶ τελευτήσαντα. οἷον τύς τε αἰλούρους, καὶ τοὺς ἰχνεύμονας καὶ κύνας. ἔτι δὲ ἱέρακας, καὶ τοὺς κροκοδείλους καὶ ἰβεῖς. σπάνις δὲ τούτων τοὺς τε λύκους, καὶ τοὺς κροκοδείλους, καὶ ἑτέρους τοιούτους πλείω. Paullo post causſam hujus cultus Diodorus adducit; quia felis contra aspidum, aliorumque serpentium morsus utilis est. Καὶ τὸν μὲν αἴλουρον πρός τε τὰς ἀσπίδας ἀναπόφευκτος δύναμίν τινα ἔχειν, καὶ τὰλλα θηρία τὰ ἑρπετά. Felis quoque cultus meminit Plutarchus Symposiacon lib. IV. quæst. v. Et Clemens Pseudo-Romanus lib. v. Recognit. loco ex parte superius jam allato: *Alii Ægyptiorum bovem, qui Apis dicitur, colendum tradidere, alii Hircum, alii Gattas.* Per *gattas* enim plane feles, sive æluros designat. Sic enim tum temporis locuti sunt, & *gattas*, vel *cattas*, feles appellabant. Unde in Gloss. *Catta*, αἴλουρος. Et aliæ: Κάττα, *Catta*. Sic Callimachi Scholiastes ait αἴλουρος, sive feles, κάτταις ἰδιωτικῶς nominatas fuisse. Item Euagrius lib. VI. cap. XXIV. αἴλουρον κάτταν ἢ γαλῆν λέγε. *Catti* voce etiam utitur Auctor Historiæ Barlaami, ubi de Ægyptiorum superstitionibus agit: *Quidam*, inquit, *illorum coluerunt ovem, quidam hircum, alii vitulum & porcum, nonnulli corvum & accipitrem, & vulturem, & aquilam. Alii vero crocodilum, quidam cattum, & canem, & lupum, & simiam, & draconem, & aspidem: alii cepas, & allia, & spinas.* Porro apud Herodotum, libro dicto, legimus, Ægyptios ob felis mortem, non, ut in morte canis, totum rasisse corpus, sed tantum supercilia. Ἐν ὁπόσοισι δ' ἂν οἰκήσωσι αἴλουροι διαθοίνια διὰ ταῦτα ποιέεται, οἱ οἰκηιούμενοι πάντες ξυρέονται τὰς ὀφρύας μούνας. παρ' ὁτέοισι δ' ἂν κύων, πᾶν τὸ

Εἰδώλοις τ' ἄλλοις, [12] λιθίνοις θ' ἱδρύμασι φώτων,
Καὶ ναοῖς ἀθέοισι καθεζόμενοι περὶ τοίχων.
Τηρεῖτε τὸν ἐόντα θεὸν, ὃς πάντα φυλάσσει.
Τερπόμενοι κακότητι λίθων, κείσιν ἐκλαθέοντες
Ἀθανάτου σωτῆρος, ὃς οὐρανὸν ἔκτισε, καὶ γαῖαν.
Αἰ, γὰρ αἱμοχαρὲς, δόλιον, κακὸν, ἀσεβέων τε
Φυλὰ βροτῶν, διγλώσσων ἀνθρώπων, καὶ κακοηθῶν,
Λεπτοκλόπων, εἰδωλολατρῶν, δόλια φρονεόντων·
Οἷς κακὸν ἐν στέρνοισιν ἔνι μεμανημένον οἶστρον,

Et ſignis aliis hominum, ſaxiſque ſacratis,
Antè profanorum delubrorum oſtia ſtantes.
Obſervate Deum, quique eſt, quique omnia ſervat.
Qui dum ſaxorum ſpecie gaudetis inani,
Non venit in mentem judex æternus, & idem
Servator, cœlum qui telluremque creavit,
Heu ſtirps, effuſo quæ gaudes ſanguine, prava,
Impia, vafra, hominum mendax genus, atque bilingue,
Inſidians, dirum, mœchum, ſimulachricolarum:

Αὐτοῖς

τὸ σῶμα καὶ τὴν κεφαλὴν. Addit deinde, feles mortuas ſalire ſolitas, atque ita Bubaſtim deferri, ubi ſepelichantur: Ἀπάγονται δὲ οἱ αἴλουροι ἀποθανόντες εἰς ἱερὰς στέγας, ἔνθα δὲ τελευτήσαντα παρεκάθηντο οἱ Βούβαστι πόλει. Idem.

12 Λιθίνοις] Regius codex & Gallæi MS. λιθίνους καὶ ἱδρύμασι φώτων, & verſ. 20. Puteanus, αὐτοῖς ἀρπάζοντες, qui ſupra ἁρπακτικοῖς dicuntur Cui loco hic ſimilis eſt, ut alter ex altero formatus videatur. Ορφεως.

Αὐτοῖς ἁρπάζοντες, ἀναίδεα θυμὸν ἔχοντες.
Οὐδὲὶς γὰρ πλουτῶν καὶ ἔχων ἄλλῳ μεταδώσει,
Αλλ' ἔσεται κακίη δεινὴ πάντεσσι βροτοῖσι.
Πίστιν δ' οὐχήσουσιν ὅλως, χῆραί τε γυναῖκες,
Στέρξουσιν κρυφίως ἄλλους πολλοὶ διὰ κέρδος,
13 Οὐ παρὸν λαθόντες τὸν βίον ἀνδρῶν αἰὲν λαχόντας.
14 Αὐτὰρ ἐπεὶ Ρώμη καὶ Αἰγύπτου βασιλεύσει,

Quorum vesanus stimulus præcordia vexat,
Qui sibi prospiciunt rapiendo, proh pudor, unis.
Nam nemo locuples, & habens, impertiet ulli:
Humanum sed erit prorsum genus omne scelestum.
Non erit ulla fides penitus, viduæque frequentes
Furtivo, causa quæstus, utentur amore:
Sortitæque viros conventa jugalia frangent.
Sed postquam Roma Ægyptum reget, imperioque

15 Εἰς

13 Οὐ παρὸν λαθόντες] Dele articulum τὸν ex auctoritate regii codicis. *Idem.*

14 Αὐτὰρ ἐπεὶ] Licet ille rumor sub Herode multum increbuerit, altius tamen aliquanto est repetendus, ab eo nempe tempore quo Jerosolyma occupavit Pompejus, quinquaginta novem annis ante natum Christum, completa exacte sexagesima secunda Danielis hebdomade. Argumentum clarissimum quo id confici possit, exinde habemus, quod jam tum in vulgus spargi cœperint carmina sub Sibyllarum nomine a diversis toto orbe dispersis conscripta Judæis, quibus adventus magni regis nuntiaretur, cui, licet sine pompa & multitudine esset adfuturus, totus nihilominus esset subjiciendus terrarum orbis. Illo ipso enim anno quo capta à Pompejo fuere Jerosolyma, prodiit Sibyllinum ist ud oraculum, *Regem populo Romano*

Romano naturam parturire. Quantivis momenti visum sit gentibus hoc oraculum, vel inde colligas, quod Suetonius in Augusto scribat, *Senatum exterritum censuisse, nequis illo anno genitus educaretur; eos qui gravidas uxores haberent, quod ad se quisque spem traheret, curasse ne Senatus consultum ad ærarium deferretur.* Eodem anno idem hoc oraculum excitavit P. Cornelium Lentulum, qui illud ad se pertrahere conatus est, ut testantur non Appianus modo & Plutarchus, sed & Salustius & Cicero III. Catilinaria, cum alibi, tum quoque his verbis; *Lentulum autem sibi confirmasse ex fatis Sibyllinis aruspicumque responsis, se esse tertium illum Cornelium, ad quem regnum hujus urbis atque imperium pervenire esset necesse. Cinnam ante se & Sullam fuisse, eundemque dixisse fatalem hunc esse annum ad interitum hujus urbis atque imperii, qui esset decimus annus post virginum absolutionem, post Capitolii autem incensionem vicesimus.* Recte addit *aruspicumque responsis*: in fatalibus quippe Sibyllinis scriptis id tantum continebatur, si quando Ægyptus Romanis pareret, tum adventurum magnum regem, tumque tres futuros qui Romanam affligerent & perderent Rempublicam. Istos vero tres fore Cornelios, id ex aruspicum verisimile est accessisse interpretamento. Versus vero Sibyllini, quibus hæc continebantur, sunt illi ipsi, qui etiamnum hodie occurrunt, circa finem libri secundi;

Αὐτὰρ ἐπεὶ Ῥώμης τε καὶ Αἰγύπτου βασιλεία
Εἰς ἓν δηθύνουσα, τότε δὴ βασιλεὺς μεγάλοιο
Ἀθανάτου βασιλεῦσι καὶ ἀνθρώποισι φανεῖται
Ἠΐξ᾽ ἐς ἀγλαὸν ἦμαρ, πάσης γῆς σκῆπτρα κρατήσων
Εἰς αἰῶνας πάλιν ἐπιγηθήσει κρίσις.
Καὶ τότε Ματίνιαν ἀπερείσιτον χόλον ἀτρῶν,
Τρεῖς Ῥώμην εἰσὶν μοῖραι καὶ λαὸν λύσουσαι.

Vide quoque sequentia. Aptius vero hæc intelligas de triumviratu Augusti, Lepidi, & Antonii. Sed vero cum ex iis quæ diximus, manifeste pateat versus istos fatidicos jam exstitisse totis viginti annis ante triumviratum, si quis credere nolit hæc futura potuisse præsciri à scriptoribus Sibyllinorum, per me licet ut credat, quemadmodum ante Cornelius Lentulus, ita quoque hujus exemplo istos triumviros ad invadendam Rempublicam instigatos fuisse versibus illis Sibyllinis, quorum tanta apud Romanos esset auctoritas. Nec successu caruit tam speciosus prætextus, cum & tres simul oppresserint Rempublicam, idque tempore magis opportuno, capta jam quodammodo a Cæsare Ægypto. Quid autem moverit Ægyptios & Alexandrinos Judæos, ut Regis magni adventum minentur, si quando fasces Romani Ægyptum & Alexandriam intrent; ejus rei causam infra explicabimus. Per virginum absolutionem intellige Fabiam Vestalem, de qua vide Asconium Pedianum. Quare vero decimum & vicesimum annos vocet fatales mox dicemus. Aptatum deinceps hoc oraculum Ptolomæo Auletæ, quem cum Romani regno vellent restituere, reposuerunt Alexandrini sacerdotes, reducendum regem esse ex voluntate Sibyllæ sine pompa & multitudine, ut est apud Ciceronem lib. 1. Epist. ad Lentulum. Vide quoque Dionem. De Cæsare intelligendum esse hoc vaticinium multi postea credidere, uti docet Cicero, cum alibi, tum quoque libris de Divinatione editis statim post mortem Cæsaris: *Sibyllæ versus observamus, quos illa furens fudisse dicitur, quorum interpres nuper falsa quædam hominum fama dictitatus in Senatu putabatur, cum quem revera regem habebamus, appellandum quoque esse regem, si salvi esse velimus.* Vide quoque sequentia, ubi ex eo, quod versus illi crebras contineant acrostichidas, evincere conatur, eos non inspiratione divina, sed vero adhibita cura fuisse compositos: quod ipsum eodem tempore Ciceronis æqualis scripserat quoque Varro in libris rerum divinarum, regans acrostichidas istas esse Sibyllinas, uti

15 Εἰς ἓν δὲ ἰθυίσσα, τότε δὴ βασιλεια μεγίστη

Frenabit, ſummi tum ſumma potentia regni

Ada-

conſtat ex Dionyſio Halicarnaſſeo lib. 4. Pergit dem Cicero & concludit; *Cum antiſtitibus agamus, & quidvis potius ex illis libris, quam regem proferant: quem Roma poſthac nec dii, nec homines eſſe patientur.* Huc quoque facit L. Cottæ xv. viri ſententia apud Suetonium; *Quoniam libris fatalibus contineretur, Parthos niſi a rege non poſſe vinci, Cæſar Rex appellaretur.* Ad Auguſtum deinceps relatum idem oraculum. Cum enim eodem anno quo à Pompejo capta fuere Jeroſolyma, editum diximus, fuerit oraculum, Naturam orbi regem parturire, pauciſque poſtea menſibus natus fuerit Auguſtus Cæſar; ecquis dubitet aut neget, aſtrologos juſtam ſatis habuiſſe cauſam, ut quod de Chriſto intelligendum eſſet, poſt modum Auguſto rerum potienti attribueretur vaticinium? Satis itaque clarum, id quod toto orbe ſparſum erat oraculum de naſcituro è Judæis rege, qui univerſi orbis frueretur imperio, admodum fuiſſe veruſtum, utpote è ſacris ſacerdotum literis depromptum, ut Suetonius & Tacitus teſtantur. Fruſtra aliquis in illis, quæ Sullanis temporibus una cum Capitolio comſumta fuere, Sibyllinis ſcriptis, iſtiuſmodi quærat oracula. Si quis ea quæ ſuperſunt priorum Sibyllarum excutiat loca, longe alterius inveniet ea fuiſſe generis, & quidvis potius quam regis alicujus prænuntiaſſe adventum: ut manifeſtum ſit non potuiſſe hæc ab aliis, quam à Judæis vulgari, qui ſub nomine fatidicarum mulierum, & quarum apud gentes magna eſſet auctoritas, ea in lumen edidere, quæ ipſi è prophetarum ſuorum hauſiſſent oraculis. Nec ſuccellus horum defuit vaticinnis, & quidem tantus, ut cæterarum gentium protinus ceſſarint oracula. Quippe cum alia plurimum inter ſe diſcrepa-

rent, & qui illa dictarent, non fallerent tantum, ſed & fallerentur, ſoli Judæi unum omnes clamabant, prædicentes adventum regis ſervatoris orbis, & cujus imperium in omnes eſſet futurum gentes. Etiam illi qui vaticinia ridebant, cum videtent tot millium hominum in illis quæ edocti eſſent à ſuis prophetis unanimem conſenſum, non poterantnon exiſtimare aliquid ſubeſſe arcani & tamen divini, quo mentes ad tantam compellerentur concordiam, ac ſi uno ſpiritu, eodem numine, & iiſdem ſenſibus omnes inſpirarentur. Quod ſiquis ſcire deſideret, qualia præcipue ea fuerint, quæ in iſtius temporis Sibyllinis vulgarentur; adeat is ſacros libros, & ſciat quæcunque ibi de Servatore noſtro occurrunt oracula, ſimilia quoque illis contenta fuiſſe carminibus, finem regni Judaici, deſolationem templi, everſionem religionis gentilium, inſtaurationem templi ſed ſpiritualis, conſummationem & conflagrationem mundi, partum inſuper virginis, novam progeniem cœlo delapſam, abolitionem peccatorum primi parentis, aliaque qualia in quarta Ecloga canit Virgilius, ſecutus oracula quæ ſub nomine Cumææ vatis iſto paſſim legebantur tempore. *Iſ. Voſſius.*

15 Εἰς ἓν δὲ ἰθυίσσα] Gallæi MS. habet ἰθυίσσα. Legendum videtur ex eodem εἰ ἓν ἰθυίσσα, quamquam Puteani exemplar & manuſcriptus Ranconeti quaternio, qui ab hoc verſu incipit, vulgatam lectionem tueantur. Fuit autem Ægyptus in poteſtatem Romanorum redacta, & provinciæ formam accepit Cæſaris Auguſti imperii anno decimo quarto, victa cum Antonio Cleopatra Ægyptiorum regina. Feſtus, Rufus, & Euſebius in chronicis, inter alios. *Opſopœus.*

16 Καὶ

Αθανάτου βασιλῆος ἐπ' ἀνθρώποισι φανεῖται.
Ἥξει δ' ἁγνὸς ἄναξ πάσης γῆς σκῆπτρα κρατήσων,
Εἰς αἰῶνας πάντας ἐπειγομένοιο χρόνοιο.
[16] Καὶ τότε Λατίνων ἀπαραίτητος χόλος ἀνδρῶν
[17] Τρεῖς Ῥώμῃ οἰκτρῇ μοιρῆ καταδηλήσονται.
Πάντες δ' ἀνθρωποι μελάθροις ἰδίοισιν ὀλοῦνται,
Ὁππόταν οὐρανόθεν πῦρμος [18] ῥύσῃ καταρήκτης.
Οἴμοι δειλαίη, ποτ' ἐλεύσεται ἦμαρ ἐκεῖνο,
Καὶ κρίσις ἀθανάτοιο θεοῦ μεγάλου βασιλῆος.
[19] Ἀλλὰ σὺ πόλεις κτίζεσθε πόλεις, κοσμεῖσθέ τε πᾶσαι

Regis inextincti mortalibus exorietur.
Rex etenim ſanctus veniet: qui totius orbis
Omnia ſeclorum per tempora ſceptra tenebit.
Tuncque Latinorum non eluctabilis ira
Tres Romam triſti fatorum ſtamine perdent.
Atque ſuis homines perdentur in ædibus omnes,
Tum cum de cœlo torrens fluet igneus. Eheu
Me miſeram, quando veniet lux illa, dieſque
Judicis æterni, magni regiſque, Deique!
Nunc quid vos urbes ornatis, conſtruitiſque

Ναοῖς,

16 Καὶ τότε &c.] In eodem ut & Gallæi cod. ſcribitur χρόν. ſed proba videtur vulgata lectio. *Idem.*

17 Τρεῖς Ῥώμῃ] Idem uti & Gallæi refert τρεῖς pro τρεῖς. Utrumque tolerari poteſt, ſi τρεῖς malis, triumviratus Antonii, Lepidi, & Auguſti intelligendus veniet: ſin τρεῖς, de Auguſti & Antonii diſſidio ter renovato accipiendum erit. *Idem.*

18 Ῥύσῃ] Gallæi MS. legit ῥύσει.

19 Ἀλλὰ σὺ &c.] Tres ſcripti codices abſque interrogatione ἀλλ' σὺ τι ſic etiam habet Gallæi MS. Notare videtur ſequentibus

Ναοῖς, ἠ σταδίοις, ἀγοραῖς, χρύτοις ξοάνοις τε,
Αργυρέοις, λιθίνοις τε, ἵν' ἔλθητ' εἰς πικρὸν ἦμαρ.
Ηξέι γὰ, ὁπόταν θεία διαβήσεται ὁδμὴ
Πᾶσιν ἐν ἀνθρώποις. αὐτὰρ τὰ ἕκας' ἀγορεύσω,
Οσσαις ἐν πόλεσιν μέρμπες κακότητα φέρουσιν.

Templiſque, ſtadiiſque, foris, ſigniſque, vel auro
Si qua, vel argento fiunt, ſaxove: futura
Cum ſit acerba dies, ad quam veniatis oportet?
Nam veniet, cunctos homines cum nidor olentis
Sulphuris afflabit. Verum jam ſingula pandam,
Quæ mala ſint homines paſſuri, quaſque per urbes.

bus verſibus tempora Domitiani, quibus aureæ & argenteæ ſtatuæ Domitiano erigebantur, & ipſe urbem foro transitorio, illic, Serapis, ſtadio ornavit recenter exſtructis. *Idem.*

ΛΟΓΟΣ

ΛΟΓΟΣ ΤΡΙΤΟΣ.

ΜΕΤΑ ΤΑΔΕ ΠΡΟΒΑΙΝΟΥΣΑ ΤΟΙΣ

λόγοις, περὶ τῆ ἀπατεῶνος δαίμονος τῆ ἀντιχείστε φησὶν ὧδε πη.

LIBER TERTIUS.

POSTEA VERBIS PROGREDIENS,

de Impostore dæmone Antichristo hoc maxime modo loquitur.

[2]ΕΚ δὲ σεβαστηνῶν ἤξει [3]Βελίας μετόπιθεν,

EX Augustinis autem volventibus annis

Καὶ

1 Λόγος τρίτος.] Secuti sumus Castalionem in librorum distinctione. In reg. cod. & in Gillæi MS sine ullo interstitio ultimus prioris paginæ versus cum primo hujus ἐκ δὲ σε- continuatur. In Ranconeti & Intercei exemplaribus atque adeo in veteri editione habetur quidem lemma propositum, sed absque novi libri titulo. Oecumenius.

2 Ἐκ δὲ σεβαστηνῶν.] Augustinos vocat civitatem quæ paruit Augustis, quæ in Apocalypsi (ut & à Sibylla pag. 195.) septicollis appellatur. Ex hac venturus est Belial, qui à Sibylla Belias vocatur: sicut à Græcis Annibas dicitur, qui est Annibal. quanquam Belier paulo post appellatur. Sed nihil refert. Is est, qui in sacris literis vocatur Antichristus, & homo peccatus. Nam hoc significat Hebraico sermone Belial. Est autem diligenter animadvertendum, quemadmodum Christus, cum jam adesset, tamen expectabatur: idem etiam in Antichristo accidere, nequem forte illud fallat quod dicitur, Antichristus miracula facturus. Non enim vera erunt miracula: quæ res eos fallit, qui tales sunt in Jesum Christum, quales fuere Judæi in Jesum hominem. Hæc Castalio. Censet vero vir doctissimus Joh. Sanctandreanus σεβαστηνῶν portius de Samaritanis accipiendum: quod Herodes Samariam olim solo æquatam à fundamentis suscitans, in honorem Augusti, Sebasten, hoc est Augustam, appellaverit, interprete D Hieronymo in Eusebii Chronico: & Stephanus de urbibus gentile. σεβαστη-

Καὶ ϛήσϛ ὀρέων ὕψϴ, ϛήσϛ ϑ' ϑάλασσαν,
Ἥλιον πυρόεντα μέγαν, λαμπράντε σελήνην,
Καὶ νέκυας ϛήσει, καὶ σήματα πολλὰ ποιήσει
Ἀνθρώποις. ἀλλ' ἐχὶ τελεσφόρα ἔσσετ' ἐν ἀπῷ,

Adveniet Belial, qui celsa cacumina montes,
Qui mare, qui magni lucentem lampada solis,
Qui claram lunam, qui sistet lumine cassos,
Multaque signa quidem faciet mortalibus, at non

Αλλα

στάσεως λάβῃ τὴς στάσεως τῆς Σαμαρείας πόλεως derivaverit. Antichristum autem è Samaria verisimile est proditurum, cum olim ex illa impietas & idololatria in populum Israeliticum disseminata fuerit. Unde Deus per Prophetam ait: Propter impietatem Jacob omnia hæc, & propter peccatum domus Israel. Quæ impietas Jacob? nonne Samaria? Videtur tamen Castalionis interpretatio non male quadrare, cum στάσις secundum Pausaniam ἀπὸ τῶν ἰωμαίων γλώσσῃ αὐγυϛϴ dicatur: sed nollem στάσεως ad certam urbem restrinxisset, cum generaliter omnibus locis Augustorum sive Cæsarum imperio, tam in oriente, quam in occidente subjectis id interpretari liceat, quanquam Irenæus è Latina Ecclesia Antichristum oriundum arbitretur, quod literæ dictionis Λατεῖνϴ bestiæ numerum in Apocalypsi revelatum conficiant. Post ista literis mandata monuit me vir opt. P. Pithoeus ἐκ στάσεως simpliciter ex Augustis vertendum, & per Belial Neronem Augustum intelligendum esse, qui ultimus Cæsarum fuit, & Antichristus futurus putabatur, non modo à Sibyllinorum carminum auctore, sed etiam ab aliis, ut infra ex Augustino notavi. *Idem.* Sed Lactantius illum ex Syria venturum scribit lib. VII. cap. XVII. *Gallæus.*

3 Βελίας] Reg. cod. & Gallæi Βελίαρ, iterumque paulo post, ubi nunc Βελίης. *Opsopœus.* Nonnulli volentes hoc nomen *hominem inutilem* significare, derivant à בלי *absque* & יעל *profuit.* Alii contendentes eodem Dæmonem intelligi, derivant a בלי *absque* & על *altissimo.* Aquila vertit *Apostatam.* Sane B. Paulus Satanam *Belial* vocat. 2 Cor. 6. Suidas, Βελίαρ (lege Βελιὰλ) τῇ Ἑβραίων φωνῇ ὁ ἀποστάτης δηλοῖ. Ὁ Ἀπόστολϴ, τίς δὲ συμφώνησις Χριστοῦ πρὸς Βελίαρ. Chaldæus interpretatur *malignitatem.* Hieronymus retinet nomen Hebræum, ut cuique pro arbitrio interpretari liceret. Quanquam alias filios *Belial* idem filios intelligat Diaboli, homines quippe malignos. Quapropter παρανόμους reddiderunt LXX. Sed & idem Hieronymus alibi deducit à בלי & של quod sit *absque jugo. Hofmannus.*

4 Ἥλιον] Similis versus in Hesiodi Theogonia, Θεὰ δ' ἠέλιόν τε μέγαν, λαμπρήν τε σελήνην, *Opsopœus.*

5 Οἱ

Αλλὰ πλάνα. καὶ δὴ πολλὺς μέρπας πλανήσῃ,
Πιστούς τ' ἐκλεκτούς τ' Εβραίους, ἀνόμους τε καὶ ἄλλους
Ανέρας, [5] οἵ πνες ὔπω θεοῦ λόγον εἰσήκουσαν,
Αλλ' ὁπόταν μεγάλοιο θεοῦ πελάσωσιν ἀπειλαὶ,
Καὶ δυνάμις φλογέουσα δι' οἴδματος εἰς γαῖαν
ἥξει,
Καὶ [6] Βελίης φλέξει, καὶ ὑπερφιάλους ἀνθρώπους
Πάντας, ὅσοι τούτῳ πίστιν ἐνεποιήσαντο.
Καὶ τότε δὴ κόσμος ὑπὸ ταῖς παλάμῃσι γυναικὸς
Εσσεται ἀρχόμενος, καὶ [7] πειθόμενος θεοῖ παντός.
Ην δ' ὁπόταν κόσμου παντὸς [8] χήρη βασιλεύσῃ,

Vera, ſed error ibi ſuberit, falletque frequentes
Fidos, electos, Hebræos, lege carentes,
Atque alios, nondum quibus eſt audita Dei mens.
Verum quando Dei prædicta minacia magni
Advenient, terraſque petet flammata poteſtas
Inflata, exuret Belier, hominesque ſuperbos
Omnes, quotquot ei fuerint per fœdera juncti.
Tunc autem mundus manibus muliebribus omni
In rerum ſumma parebit, eiſque regetur.
Cum vero vidua in totum regnaverit orbem,

Καὶ

5 Οἵ πνε] Reg. cod. ὅπῃ' ἵνες ἠὲ λόγου. ſic etiam legit *Gallæi* MS.

6 Βελίης] Gallæi codex legit Βελίας. *Gallæus.*

7 Πειθόμενος] Gallæi codex legit πυθόμενος. *Idem.*

8 Χήρη] Gallæi codex aſſcriptum habet, Cleopatra. *Idem.*

Καὶ ῥίψῃ χρυσόν τε καὶ ἄργυρον εἰς ἅλα δῖαν,
Καὶ χαλκόν τε, σίδηρον ἐφημερίων τ' ἀνθρώπων
Εἰς πόντον ῥίψῃ, τότε δὴ στοιχεῖα πεφύκατα
Χηρώσει [9] κόσμῳ. ὁπόταν θεὸς αἰθέριος ναίων
Οὐρανὸν εἰλίσσει, καθάπερ βιβλίον εἰλεῖται,
[10] Πεσεῖται πολύμορφος ὅλος πόλος ἐν χθονὶ δίᾳ
Καὶ πελάγη ῥώσει δ' ἐπὶ γῆς μαλερὸν κατὰ ῥέεθρα
Ἀκάματος, φλέξει δ' ἐπὶ γαῖαν, φλέξει δ' ἐπὶ θάλασσαν,
Καὶ πόλον ἠέριον, καὶ ἤματα, καὶ κτίσιν αὐτὴν
Εἰς ἓν χωνεύσει, καὶ εἰς καθαρὸν διαλέξει.

Aurumque argentumque hominum, queis vita caduca est,
Ferrumque, æsque, maris salsas jactarit in undas:
Omnia tunc mundo viduata elementa jacebunt,
Cum Deus æthereus cœlum convolvet ad instar
Libri, labetur varius polus omnis ad imas
Terras & pelagus. rapidus fluet, igneus, ingens
Torrens: vretur tellus, pontusque, diesque,
Cœlestisque polus: rerum natura creata
Convertetur, & in molem purgabitur unam.
Non jam læta globi jactabunt lumina: non nox:

Κεχέπ

9 Κόσμῳ] Regius Codex & Gallæi legunt κόσμου. *Idem.*

10 Πεσεῖται] Reginæ & Rauconeti, uti & Gallæi exemplar πεσεῖται, Pithoei πεσεῖται, mox unum, ὅλος.

11 Αἰῶ-

Κἀκέτι φωσφόρων σφαιρώματα καγχαλόωντα,
Οὐ νύξ, οὐκ ἠὼς, οὐκ ἤματα πολλὰ μεμίμνης,
Οὐκ ἔαρ, οὐχὶ θέρος, οὐ χειμὼν, οὐ μετόπωρον.
Καὶ τότε δὴ μεγάλοιο θεοῦ κρίσις εἰς μέσον ἥξει,
[11] Αἰῶν☉ μεγάλοιο, ὅταν τάδε πάντα γένηται.
Ω, ὦ δὴ πλωτῆ ὑδάτων, ἠ χέρσος ἁπάσης,
Ηελίου [12] ἀνιόντ☉, ὅπου δὴ κ' πάλι δύῃ,
Πάνθ' ὑπακούσονται κόσμον πάλιν εἰς ἀνιόντα,
Τοὔνεκ' ἄρ' αὐτὸς πρῶτ☉ ἐπέγνωκε κρατ☉ αὐτός.

Nec matutinum: nec erunt, quos multa fatigat
Cura, dies: non ver, æstas, autumnus, hyemsve.
Judiciumque Dei magni, magnumque sub ævum,
In medium veniet, cunctis his denique factis.
O liquidas undas, ô totam denique terram,
Qua sol exoriens, qua labens adspicit orbem,
Omnia parebunt in mundum rursus eunti,
Propterea primus quod vires noverit ejus.
Sed cum dicta ad rem fuerint collata, minatus

[13] Αλλ'

11 Αἰῶν☉] Hunc versum cum sequentibus conjungit regius codex absque ulla defectus nota: at reliqui duo distiungunt non sine hac & vacui spatii interstitio. Ranconetus vir exquisitæ doctrinæ & judicii hic tertium librum claudit, & quartum inchoat, eumque Sibyllæ Erythrææ adscribit, ex multis Lactantii testimoniis. Principium autem libri quod deest, facit procœmium supra primo libro è Theophilo præmissum, quod ex illo à Lactantio aliquot versus sub nomine Erythrææ Sibyllæ referatur. *Opsopœus.*

12 Ἀνιόντ☉] Regius codex, ἀνιόντ☉. Alii duo stant à vulgata lectione. Ranconeti liber etiam monstrat explicationem vel potius constructionem, τῷ ἀνιόντι πάλιν εἰς τὸν κόσμον, *Venienti* (inquit) *in mundum hunc* sive Adamo, sive (quod potius duco) Christo omnia subjicientur. Quæ sententia è sacris literis petita est. *Idem.*

13 Ἀλλ' ὁπόταν μεγάλοιο θεοῦ τελέωνται ἀπειλαὶ,
Ἂς ποτ' ἐπιπείλησε βροτοῖς 14 οἱ πύργον ἔταυξαν,

Quæ magnus Deus est olim mortalibus illis,
Qui turrim Assyriis in finibus ædificarunt,

Χώρη

13 Ἀλλ' ὁπόταν &c.] Citat hos versus integriores & uno auctiores Theophilus lib. II. ad Autolycum sic scribens, Σίβυλλα μὲν οὖν τοιαῦτα τοῦ θεοῦ σημαίνει ὀργὴν τοῦ κόσμου μέλλειν ἐπάγειν ἔφη δι' ὕδατος. Restituitur autem mancus ille versus hoc modo, Ἀνέμῳ δ' ἀμήχανος μεγάλου ἐπίδημος ἀνάγκη. Quem sic vertit Castalio perficiens ultimum Latinæ paginæ, *Magna vi flatus Deus* immortalis in illam Impulit: at venti, &c. *Idem.*

14 Οἱ πύργον ἔταυξαν &c.] In hoc campo cum considerent, nata sunt infausta consilia, quæ mox consentiens populi vox firma & rata effecit. Nimirum inquiunt, נעשה לנו עיר ומגדל וראשו בשמים *ædificemus nobis civitatem & turrim, cujus altitudo ad Cœlum pertingat* Genes. XI. 1. Penetrandum ante omnia nobis in rationem hujus instituti. Abydenus hanc affert, quod homines illi antiqui viam sibi ad Cœlum planam munire voluerint. Tam stolidos autem & rerum ignaros fuisse minime nobis probabile sit. Reperti quidem sunt, quos stulta opinio dementavit, ut crederent adscensum talem in Cœlos parabilem esse. Quomodo apud Polyenum l.b. 17. Thraces quidam existimarunt, Ducem suum Cosingam, Junonis Sacerdotem, per scalas, quas paraverat, adscensurum in Cœlum, ut eos apud Junonem accusaret. Et de Imperatore Sinensium Hiaovo memorat Martinus Martinius Histor. Sin. Decad. I. pag. 365. ipsum accessum paraturum in Lunam ad Changoæ suæ complexus, quam ibi post decessum vivere & spirare ei Magus impostor persuaserat, turrim extruere conatum, per quam ad Lunam enitteretur. A quo insano consilio ipsum deducere potuit unus architectus, evidentissime demonstrans, id fieri non posse. Ingenti enim fundamento opus esse, ad quod ponendum otam, qua patet, Sinam non esse sufficturam. Sed antiquis illis hominibus nihil ejusmodi in mentem venire potuit. Cognoverant fatis, nuper aquas super altissimos montes exundantes, & in iis fluitantem arcam nihilo fuisse Cœlo propiorem. Deinde scientiæ sideralis haud inexperti fuerunt, quippe nepotes Sethi, qui ante diluvium Astrologiæ operam dedisse, & inventa sua columnis duabus inscripsisse posteris noscenda à Josepho perhibetur. X. Josephus ergo aliam pandit consilii hujus causam. Videlicet voluisse illos homines se munire adversus universale diluvium, si quo alio imposterum eos intestari contingeret. Hoc insolenter jactasse Nabrodum, posse etiam Divino fato humanam industriam obniti. Eandem rationem allegant Glycas, Manasses & Patricides. Atqui metu Diluvii vacare poterant propter dissertam Dei promissionem etiam iridis Sacramento firmatam. Si ejusmodi fuit illis hominibus consilium, cur ex montibus descenderunt, in plano turrim ædificaturi? Cur inter duos vastissimos amnes, Euphratem & Tigrim, quorum inundationibus est obnoxia Babylonia? Cur lateritiam turrim struxerunt contra vim aquarum, quam ne firmissimæ petræ sustinent? Nec multo proba-

probabilius, quod alii asserunt, ad Adami vaticinium, quod Josephus describit, haud dubie animo intenti, incendii metu de ejusmodi asylo cogitasse. Nam in universali futuro incendio, quod sane etiam Petrus præcecinit, in lateritia hac turri quæ fiducia illis percipi potuit? Si tale quid meditarentur, convenientius erat cubilia terræ abdita penetrare, quam turrim fabricari. XI. Aliorum etiam conjecturas recenset Benedictus Pererius ad Genes. xi. Disput. 3. Et peculiarem sententiam proponit Usserius Armachanus Annal. lib. 1. pag. 5. Puta enim, eos structura terris sibi providere voluisse adversus dispersionem à Noacho prædictam. Nobis clare satis Moses scopum istorum hominum edisserit, videlicet: *ut constituant sibi nomen, ne dispergantur, & non manerent populus unus, eosdem sermones loquens*, Genes. xi. 2, 3, 4. Nil utor hic Judæis, qui per שם intelligunt Deum, ut sensus sit, נעשה שם *faciamus Deum*, hoc est, idolum. Quasi animus fuerit templum facere, & Belo illud consecrare, cum tamen Belus necdum orbem salutaverat. Per nomen quod constituere parabant, commode intelligi potest celebris Senatus residens in civitate Babylone, qui custoditet depositum & traditionem verborum, quæ tum homines ut edocti à Noacho pariter omnes loquebantur. Sic fore tati, ut genus humanum concors maneret, si nemini liceret quidquam dicere nisi in nomine Senatus Babylonici, quippe νόμῳ γὰρ πάντα συνέχουσι βάρβαροι. Hujus enim futurum sermones antiquos custodire & tradere, ut sic retineatur doctrina παραπεμφθεῖσα. Si aliud consilium Antiquis adscribimus, & non hoc ipsum, quod speciem habet magnæ sapientiæ, pueros illos & fanuos faciemus; verba sunt Viri Summi. Neque enim res digna videbitur, ut Deus descenderet, & linguas eorum confunderet, si forte nihil spectarunt aliud, quam ut magno ædificio ostenderent posteris, quanto olim numero una fuerint. XII. Consilio huic exequendo ducatum haud dubie præbuit Nimrodus. Hinc & Josepho lib. 1. Antiq. cap. 5. ἀρχηγὸς vocatur hujus structuræ. Cum Josepho Augustinus facit, de Civ. D. xvi. 4. *Unde colligitur Gigantem illum Nimrod fuisse illius civitatis conditorem: qui propterea dictus est venator contra Dominum, quod erigere voluit cum suis popularibus turrim contra Dominum, quia est impia significata superbia.* Pertinuisse hoc etiam Constantino Manassi, cujus verba Annal. pag. 14. *Nebrodus author fuit hominibus rejiciendi Creatorem, primusque fremuit adversus Deum vivum. Dedit & consilium exstruendæ turris, ut contra Deum se defenderet, si rursum vellet humano generi diluvium immittere.* Nec alio fortassis jure dominationem Babylonis Nimrodus rapuit, & tantum imperium venatus est. Unde & tota regio *Terra Nimrodi* cognomentum accepit, Mich. v. 6. XIII. Constitutum illos habuisse & Urbem & Turrim condere innuunt verba illorum apud Mosen Genes. xi. 4. *Venite, faciamus nobis civitatem, & turrim.* Non desunt, qui de multis turribus hoc explicent, tanquam civitatem turritam moliti dicerentur per figuram usitatam ἀπὸ μέρους. Quibus obstat consentions authoritas Mosis, Abydeni, Eupolemi, Sibyllarum, Arabis Paraphrastæ, cui turris hæc est אלקצר Alcasar, seu Babylonis acropolis, quorum testimonia infra producemus. Babylonem quidem turritam fuisse nulli dubitamus. Præcipue tempore Semiramidis, quam Diodorus scribit ducentas & quinquaginta turres erexisse. Primi tamen conditores, inter multas fortassis alias, unam, eandemque celsissimam, tanquam illius urbis Capitolium, quomodo & Hieronymus vocat, exstitare voluerunt. XIV. Materiam vasto operi delegerunt להבנה לאבן והחמר להמר *lateres pro lapidibus, & bitumen pro cæmento.* Gen. xi. 3. Laterum ita major quam saxorum copia fuit.

erra enim Sennaar cum campestris fuerit, & plana, saxis abundare non potuit. *Neque omnibus locis*, inquit Vitruvius lib. 1. c. 5. *quas optamus copias, eas habere possumus. Sed ubi sunt saxa quadrata sive silex sive cæmentum, aut coctus later sive crudus, his erit utendum.* Græcorum idem consilium fuit apud Plinium lib. XXXV. 14. *Græci*, ait, *præterquam ubi è silice fieri potuit structura, parietes lateritios protulere. Sunt enim æterni, si ad perpendiculum fiant: ideo & in publica opera & in Regias domos adduntur. Sic exstruxere murum Athenis, qui ad montem Hymettum spectat. Sic Patris ædes Jovis & Herculis, quamvis lapideas columnas & epistylia circumdarent.* Quin & apud Babylonios septingentorum viginti annorum observationes Siderales coctilibus laterculis inscriptas & conservatas esse, teste locuplete Epigene, idem Plinius probat lib. VII. cap. 56. Beujamin Tudalensis in itenerario p. m. 77. turrim illam ædificatam dicit מלבנים חנק־אים לאגור *lateribus quos* Lagour *vocant*. Ubi erudite & vere notatum Bocharto, in לאגור Lamed esse particulam, & אגור vocem Arabicam, nempe qua laterem significant. Certe Arabs interpres ab Erpenio editus pro לבנה usurpat אגור. Non significat igitur *Lagour* nisi lateritiam turrim. XV. Vice cæmenti חמר seu *bitumen* lateribus est interstratum. Chaldæus & Arabs, ac communiter Hebræi hic חמר interpretantur טין *lutum*. Diodorus Tharsensis, cujus fragmenta nonnulla residua in Catena Patrum inserta sunt, negat vocem Hebraicam & Syram חמר in hoc loco significare bitumen. Ἀσφαλτῶδες, inquit, εἰς οἰκοδομὰς ἄχρηστος ἄσεισος ὢ ἀπαθὴς σηπεδόνος. *Bitumen ædificationi ineptum, aptissima calx viva.* Proinde tacite perstringitur à Theodoreto ante quæst. 59. in Genesin, allegante experientiam eorum, qui iis in locis fontes viderunt bitumen cum aqua fundentes, & in turris particula abrasa bitumen notarunt. Et sane cum ob penuriam lapidibus uti non potuerint, ex isdem qui potuerint vivam calcem conficere? Probanda igitur Versio LXX. Vitalis, Vulgata & Junio Tremelliana, quæ vocem originalem per bitumen explicat. Nam חומר quod cæmentum est, oportet distinctum aliquid sit à חמר.

Deinde campum Sennaar perpetua bituminis copia affluere, testimonio firmissimis comprobatur. Strabo lib. XVI. *In Babylonia bitumen multum nascitur, cujus duplex est genus auctore Eratosthene, liquidum & aridum. Liquidum vocant naphtam, in Susiano agro nascens. Aridum vero quod etiam congelascere potest, in Babylonia fonte, propinquo Naphtæ. Ex hoc arido bitumine glebæ maximæ concrescunt, perquam idoneæ ædificiis, quæ ex coctilibus lateribus fiunt.* De Semiramide perspicue Justinus Epit. lib. 1, 2. *Hæc Babyloniam condidit, murumque urbis cocto latere circumdedit, arenæ vice bitumine interstrato, qua materia in illis locis passim e terris exæstuat.* Consentanea scribit utroque antiquior Vitruvius lib. VIII. 3. *Babylone locus est amplissima magnitudine, habens supranatans liquidum bitumen: quo bitumine & latere testaceo structum murum Semiramis Babylonis circumdedit.* Sed Hebræis & Diodoro, opinor, imposuit, quod existimarent, non aliud esse bitumen, quam liquidum, quod sane ædificiis ferruminandis habile non est. Æqui & aridi bituminis genus, nobis Strabo authore Eratosthene aperuit. De Jordane lacu notus Taciti locus Hist. V. 6, 7. *Certo anni bitumen egerat. Alter suapte naturæ liquor, & sparso aceto concretus innatat. Gnari locorum tradunt, undantes bituminis moles pelli, manuque trahi ad litus; mox ubi vapore terræ vi Solis inarnerit, fecuribus, cuneisque ut trabes aut saxa discindi.* Confer, si lubet, Suidam in voce Ἀσφαλτώδη. XVI. Talis materia cum supperteret humanæ industriæ, condita principio

cipio est civitas. Exigua tantum initia urbis tum extiterunt, à quibus profecta procedente tempore eo crevit, ut magnitudine tandem sua laborare inciperet. Nec enim convenit opinari, eandem semper civitatis faciem manssisse, & talem fuisse à primis illis conditoribus structam, qualem prædicavere Herodotus, Diodorus, Aristoteles, Justinus, Curtius & alii. Nimrodus quidem opus affectum hactenus perfecit, & ad umbilicum perduxit. Semiramis vero integris pœne annis mille, juxta computum verissimum Armachani, Nimrodo posterior, struxit χώμωτα, aggeres, quibus Euphratem coërcuit, antehac frequentius restagnare solitum, sicut tradit Herodotus lib. 1. cap. 184. Proinde erroribus scatet narratio Justini: *Semiramidem condidisse Babylonam, murumque cocti lilio latere circumdedisse, arenæ vice bitumine interstrato.* Commentum sane est, à Semiramide conditam esse Babylonem, jam ante à Ctesia, Theocrito, Theodoro Siculo, Strabone & aliis venditatum. Omnibus illis antiquior Herodotus nihil ultra aggeres ei tribuit. Et Eupolemus in libro περὶ Ἰουδαίων Ἀσσυρίας apud Euseb. Præparat. Evangel. ab hys conditam primum fuisse retulit, qui à diluvio evaserunt. Quin & Erranius apud Stephanum Byzantinum & Eustathium, Babylonem annis 1002. Semiramide antiquiorem fuisse innuunt. Ctesiæ autem, cujus vetustissimi suffragium ὑπὲρ ἐναντίας allegant, Berosus obduci potest, Sacerdos Babylonius, Vir magni nominis, qui Ctesiam & fide & ingenio longe superat. Is apud Josephum lib. 1. contra Apion. culpat Græcos scriptores, *ut qui vane existimaverint ab Assyria Semiramide Babylonem esse conditam, & mirabilis fuisse ab eadem operibus exornatam falso scripserint.* Post Semiramidem septingentis pœne annis exactis Babylonem magnifice instauravit Nebucadnezar, extra urbem veterem novam aliam construens, triplicique muro lateritio & hanc & illam circumdans, addito in gratiam Medicæ suæ conjugis Amytis Filiæ Astyagis pensili illo horto celeberrimo, de quo apud Josephum Berosus: κατασκευάσαι τὸ καλούμενον κρεμαστὸν παράδεισον, διὰ τὸ τὴν γυναῖκα αὐτῷ ἐπιθυμεῖν ὀρέων διαίτης, ὡς τεθραμμένην ἐν τοῖς τῆς Μηδίας τόποις. *Construxit pensilem hortum, eo quod conjux in Media educata desiderio teneretur nemorum.* Adeo vere gloriari Nebucadnezar potuisset, urbem ab se lateritiam inventam, relictam esse marmoream. Demum Nitocris Evilmerodachi conjux, mulier solertissima, Medorum Babyloniæ imminentium potentiam & insidias verita, Euphratem, qui rectus & celer erat, depressis fossis flexuosum & lentum effecit. Aggerem deinde mitræ magnitudinis ad utramque fluminis ripam excitavit, tum vero ripam intra urbem, ac descensus qui ex portulis ad flumen ferebant, muris lateritiis munivit, juxta mœnium, quæ urbem ambiebant, rationem. Circa mediam etiam urbem exstruxit pontem lapideo opere, cujus mirandam fabricam describit Philostratus in vita Apollonii lib. 1. cap. 18. XVII. Hinc omnino liquet, ab istis hominibus civitatem Babel non nimis amplam & magnificam exstructam esse. Quæ causa est cur Moses non tam civitatem quam turrim celebrare videatur. Nec eam à posteris interpolatam esse constat, postquam semel Divina vi temeraria cœpta inhibita fuere. Inchoatam autem turrim quantæ magnitudinis & altitudinis reliquerint, non satis obvium & expositum est. Hieronymus lib. 5. Comment. in Esaiam, testatur, se accepisse ab iis, qui turrim illam propriis oculis curiose inspexere, altitudinem ejus quatuor millia tenere passuum. Addit: *Arcem illam paulatim ex lato in angustias coarctatam, ut pondus imminens facilius à latioribus sustineatur.* Adeo in Chronica etiam mirifice auget: *Altitudinem* videlicet *quinquies mille centum septuaginta quatuor tenere passuum.* Herodotus vero, qui turris meminit sub nomine Templi *Beli*, sua adhuc ætate, ut ipse loquitur, existentis, sic habet in sua Clio

Cap.

Χώρῃ ἐν Ἀσσυρίῃ, ὁμόφωνοι δ' ἦσαν ἅπαντες,
Καὶ βέλοντ' ἀναβῆναι εἰς οὐρανὸν ἀστερόεντα,
Αὐτίκα ἀθάνατος
Πνοιῇσιν. αὐτὰρ ἔπειτ' ἄνεμοι μέγαν ὕψοθι πύργον

Cum cunctis eadem vox esset, stelliferumque
In cœlum vellent adscendere, continuoque
Immortalis.
Flatibus: At venti magnam sublime ferentes
Ρίψαν,

Cap. 32. *In urbis parte opposita fuit Beli Templum æreis portis, id quod mea etiam nunc ætate exstitit, duorum undecunque stadiorum amplitudine, figura quadrata. In Sacri medio turris solida,* στάδιον τὸ μῆκος καὶ τὸ εὖρος, *crassitudine simul & altitudine stadii* (sic enim interpretatur Stephanus) *cui alia rursus imposita turris, & huic subinde alia ad octavam usque. His ferinlecus scalæ sunt in circuitu adhibitæ, per quas ad singulas conscenditur turres. In mediis gradibus ductus, sellaque: quæ in hoc fuêre, in quibus adscensuros iceat sedere ac quiescere.* Octo turres igitur Herodotus facit, paulatim ex lato in angustias coarctatas. Quomodo & Strabo eandem ob causam πυραμιδῶν vocat. Singulas porro turres tradit Herodotus fuisse στάδιον τὸ μῆκος καὶ τὸ εὖρος, quod Stephanus vertit, *crassitudine & altitudine stadii unius.* Quo sensu fallus profecto esset Herodotus. Sed liquet, in Stephani versione pro *altitudine* scribendum esse *latitudine.* Hoc enim sonat τὸ εὖρος, latitudinem & amplitudinem. Unde & hoc conjectu proclive, Herodotum non loqui nisi de unica eademque infima turri. Quî enim fieri potuit, ut singulæ turres arctius crescerent, & æquali tamen mensura crassitudine & latitudine stadii unius essent? Proinde res ex Herodoto confici nequit. Et qui ejus authoritate freti turris altitudinem octo stadiis definiverunt, adulterata lectione interpretis in fraudem sunt inducti. In hoc quidem conveniunt Herodotus, Diodorus, Strabo & Hieronymus, quod octo turribus altitudo increverit, & quod singulis in circuitu ἀναβάσεις adhæserit. Cæterum de altitudine, ad quam turris evecta, cum veteres minime consonent, præstabit rem in incerto ponere, quam vel parum firmis conjecturis roborata promere, vel prodigiosa loqui. Quomodo Hebræi in Tirke cap. XXIV. non verentur asserere, turrim constructam *septuaginta milliaribus*, ut sic mentura turris conveniat cum numero 70. Angelorum thronum gratiæ cingentium, cum 70. populis & 70. Linguis. Sic nugari Recutiti & tempus perdere in deliciis habent. *Heideggerus.*

15 Τῶν-

Ρίψαν, καὶ θνητοῖσιν ἐπ' ἀλλήλοις ἔριν ὦρσαν,
[15] Τὔνεκά τι [16] Βαβυλῶνα βροτοὶ πόλιν ὄνομ' ἔθεντο.
Αὐτὰρ ἐπεὶ πύργοιο τ' ἔπεσε, [17] γλῶσσαί τ' ἀνθρώπων

Turrim jecerunt, & litem conciliarunt
Inter eos, urbemque ideo Babylona vocarunt.
Sed postquam cecidit turris, linguæque fuerunt

Πολ-

15 Τὔνεκά τοι &c.] Hic deest apud Theophilum, sed post sequentem αὐτὰρ, inseritur alter talis, ὡς πολλὰς θνητῶν ἰμερόεσσα ἀλαλίκτους, id est, interprete Castalione, *Mutatæ, & vario discrimine dissonuerunt.* Repetitur autem hic versus cum proximo infra lib. 8. Atque horum versuum sensum de turri Babylonica legimus apud Josephum Antiquit. lib. 1. cap. 6. & Eusebium lib. 9. de præparat. Euang. cap. 4. his verbis: φασὶ δὲ ἅπαντες τότε, τὴν τῶν ἀνθρώπων μίμησιν τῆς Σιβύλλης, λέγουσαι ὅτι: πάντων ἐμφώνων ὄντων τῶν ἀνθρώπων πύργου οἰκοδόμησιν πρὸς ὕψος ἐπῆραν, ὡς ἐπὶ τὸν οὐρανὸν ἀναβησόμενοι δι' αὐτοῦ. οἱ δὲ θεοὶ ἀνέμους ἐπιπέμψαντες, αὐτοῦ τὸν πύργον, καὶ ἰδίαν ἑκάστῳ φωνὴν ἔδωκαν. καὶ διὰ τοῦτο Βαβυλὼν σωτὴρ κληθῆναι τὴν πόλιν. hoc est: *De turri autem & confusione linguarum etiam Sibylla meminit, dicens: Cum omnes uno uterentur sermone, turrim ædificare constituerunt, qua in cælum adscenderent. Eam Dii ventis diruerunt. Et lingua hominum mirabili varietate confusa effecit, ut Babylon ea civitas vocaretur.* Qui locus postea à quodam Sibyllarum auctore lectus ansam dedit ut iste insereretur; quem apud Theophil. deesse diximus. *Opsopœus.*

16 Βαβυλῶνα] *Bagdet*, Urbs Archiep. Babyloniæ Reg. maxima ad Euphratem fluvium, etiamnum Regionis caput & sedes Præfecti, à Seleucia magna ad Tigrim fluv: 90 Mill. pass. in Africum, à *Teredone* apud ostia Tigridis 412. à Sardibus 2300 in Ortum; à Damasco 480 ab Edessa 375 in ort. prima urbium circa Nohæ obitum condita. Ambitus mœnium illius erant stad. 385 quæ tam lata erant, ut quadrigæ obviæ sese non impedirent. Nunc omnino destructa ita ut vix ejus supersint rudera & ex ejus vicinis crevit Bagdatum (*Bagdet.*) urbs antiqua & probè munita, ad Tigrim quæ alias Seleucia magna 50 Mill. à Babylone antiqua in ortum, sub Turcis. *ex Ferrario.*

17 Γλῶσσαί τι] Poterat Deus θνητοῖς illos fulmine vibrato percellere, vel alio quovis modo officia operantium præpedire. Maluit linguas confundere, quia linguæ unitate in aliud usos confusione linguarum castigari convenebat. Præterea tanti miraculi gloriam perpetuam esse voluit. De modo autem confusionis Linguarum varie divinant. Benedictus Peretius in Gen. lib. 16. Disput. 9. ita sentit. Primo inducta[m] oblivionem pristinæ linguæ. Deinde pro diversitate gentium,

diversos linguarum habitus mentibus hominum insitos. Hinc secutam promptitudinem loquendi, prout quisquis habitu proprio imbutus fuit. Aliis ita videtur, prioris tantum Linguæ oblitos illos homines, ac deinceps in novos varioſque sermones sua sponte illos protupisse. Neutrum ego video necessaria ratione suffultum. Et disparata esse oblivionem & confusionem apparet. At Julius Cæsar Scaliger, quæ puer ab Hebræis de hac re didicerit, pulchre edisserit Exercit. CCLIX. Sect. 1. *Ita illi intellexerunt, nullam esse additam sive Arameæ sive Chaldeæ flexionem, aut craſſitudinem, aut tenuitatem, aut rectitudinem aut tempus. Quippe omnia momenta, quæ à natura possunt in explicatione vocis expediri, in sua continent linguajactant ipsi, nec temere. Sed deletas species priorum significationum, aliasque novas ac varias, alias alii mentibus ac recordationibus introductas atque impressas. Sic enim ajunt, quo impii propositi opus illud interciperetur atque prohiberetur, factum à Deo Opt. Maximo, ut lapidem petenti alius calcem, alius sabulum, alius malthan, alius bitumen, alius aquam ferret. Fortasse etiam non defuisse arbitror, qui sibi dictam putarent contumeliam, atque propterea manum conſererent. Ubi maxima intercedit occasio subtilitatis. Nam si lapidem petenti alius aliud, multi multa, diversa omnia afferebant, videretur unius soni modus in varias species diductus, diversis mentibus sese insinuasse. Una igitur prisca adhuc extaret Lingua: varii vero significatus.* Hactenus Scaliger. Sane fieri potuisse, ut Deo ita operante, turbata mente & confusis rerum notionibus, omnes Hebraice loquerentur, aut Hebraica saltem verba proferrent, nec quisquam tamen alterum intelligeret, haud secus, quam si diversis omnes Linguis locuti essent, dubitari non potest. An vero ita factum sit, sicut Judæus ille Scaligero persuasit, est τὸ κεφάλαιον. XX. Doctissimus & in omni cultiore literatura versatissimus Vir, Isacus Casaubonus negat se cum iis consentire posse, qui statuunt, Linguas toto genere diversas repente in Babel extitisse. Verba ejus, quia dignissima sunt, non pigebit hic exsignata dare. Sic igitur ille in adversariis titulo de *Linguarum confusione*: Repetentibus, *inquit*, aliarum linguarum originem, è fonte Hebraico, objicitur Moses, qui videtur dicere, Linguas toto genere diversas repente extitisse in Babel. Negantur enim sese intellexisse: & inde volunt, omnes alias linguas esse ortas in totum ab Hebraica diversas. Nobis aliter videtur: non enim tam novas rerum notiones esse tum inventas, quam novas veteris linguæ ἐγκλίσεις καὶ ἀποκλίσεις: ita tamen, ut & nova quædam vocabula tunc sint excogitata. Hoc eo probamus, quia certum est, eos populos, qui tum sparsi sunt per varias regiones, non in extremas Orbis partes repente transisse, verum in propiores veteri Patriæ suæ. Itaque ex illis sine dubio Assyrii, Syri, forte & Græci, sunt primo nati, deinde ex illis alii porro populi, qui paulatim ab ortus primi loco dilatati sunt ad quatuor Orbis cardines: donec progressu temporis πᾶσαν ἠ οἰκουμένην incolis frequentaretur. Igitur si in Babele linguæ in totum diversæ factæ essent, necesse erat Chaldæi, Assyrii, ἀλλογέτας illas linguas retinuisse. Atqui contrarium videmus accidisse. Est enim verissimum, linguas cæteras eo manifestiora & magis expressa originis Hebraicæ vestigia servasse, & nunc servare, quo propius ab antiqua & prima hominum sede abfuerint. Propinquitatem hanc duplicem facimus, loci, ac temporis: nam proximus quisque populus genti Hebraicæ, & situs & temporum ratione, proxime ad illius linguam accessit. Longinquitas vero, & locorum & temporum, alienationem subinde majorem intulit. Clarum hoc ex comparatione linguarum Syriacæ, Chaldaicæ, Arabicæ, Punicæ, &c. cum Hebraica. Clarissimum item, si Græcam linguam diligenter spectes. Græci primi in Asia habitarunt: inde Jones, vel, ut Æschylus vocat Hebraice,

Javo-

Javones in Europam trajecerunt. Nos autem observamus, in antiquissimis quibusque Græcorum scriptoribus, multa vocabula Hebraica, quæ postea vel desierunt esse in usu, vel admodum sunt mutata. Observamus etiam Asiaticos Græcos magis ἑλληνίζειν, quam Europæos. Hæc igitur sunt nobis demonstranda. Hactenus *Casaubonus*. Cum quo facit Filius *Mericus Casaubonus*, ingenii & doctrinæ gloria haud multum Parente inferior, in Commentatione de Quatuor Linguis parte 1. pag. 2, 3, 4. & seq. XXI. Nostrum nunc est, paucis ἐπιχείρησιν. Arbitramur igitur 1. Co fusionem illam, qualiscunque demum fuerit, saltem tra comparatam fuisse, ut invicem se intelligere non possent, atque hinc ultro sequeretur incepti operis, puta tum turris rum civitatis terminatio. Equidem hoc fuisse consilium Dei palam est. Sed & exsequutum fuisse Deum destinata, apparet ex verbis Mosis: *Et desierunt ædificare civitatem. Propterea vocavit nomen ejus Babel, quia ibi confudit linguam totius terræ.* Gen. xi 8, 9. Proinde falsa est Sibylla & Abydenus, qui apud Josephum & Eusebium tradidere: *Deos ventis immissis turrim evertisse, & propriam unicuique linguam attribuisse.* Nec eversam Turrim dicit Moses, nec ventis disturbatum opus. Sumptum hoc ex historia Chaldaica, in qua legebatur facta hæc dissipatio באו בין רוחי שמיא *per quatuor ventos Cœlorum.* Quod cum ambiguum sit, significare etiam potest, imo debet, dissipationem factam *in quatuor mundi plagas*, hoc est, ut Moses loquitur Gen. xi. 8. *in superficiem totius terræ.* Nec levem ansam errori dedit τὸ ὁμώνυμον verbi נפץ quod & *confringere* & *dispergere* significat. Cum igitur Moses eo verbo utatur in notione *dispergendi*, alii in *dissipandi* notione perperam intellexere. 2. Cum modus confusionis à Mose non sit indicatus, existimamus de illo rigide nihil definiendum esse. Proinde committendum, ut quisque sensu suo abundet, dum contra fidei regulam & ea, quæ sunt scripta, temere nihil designet. Cum enim hoc ambigue traditum sit, nihil obstat, quin plures sententiæ quæ veri aliquam similitudinem habent, proponantur, & ex pluribus eam quisque amplectatur, quam judicat naturæ rerum & experientiæ, quæ argumentum præbet non contemnendum, quam maxime consentaneam. 3. Non videri illam sententiam simpliciter recipiendam, quod variæ linguæ ab Hebraica dictinctæ plenæ & perfectæ subito per illam confusionem emerserint. Nam *primo* illam linguarum plane distinctarum varietatem non necessario significat בבל שבת *confusio Linguæ* ædificantium. Planum est, disparata esse hæc duo, *confusio linguæ* seu *sermonis & labii*, & *confusio Linguarum*, hoc est, divisio linguarum, seu loquendi generum, verbis & idiotismis discrepantium. Sic enim duo trevse loqui possent confuso sermone, neque ulli invicem intellecto. An iccirco duarum vel trium diversarum linguarum ritu? Pariter confundi potuit lingua seu labium ædificantium sine idiomatum diversorum multiplicatione. *Secundo.* Quis unquam confusionem linguæ vocare potuit introductionem novarum linguarum à priori specie distinctarum? Quod confunditur, jam est in rerum natura, tantum turbatur & miscetur in ordinatione & compositione. *Tertio.* Si diversæ Linguæ per confusionem sunt introductæ, eas retinuissent maxime illi, qui Babylone in Chaldæa, Syria ac Assyria vicina manserunt, & quos Turrim ædificasse magis quam quoscunque alios probabile est. Atqui in iis Dialectis quam sunt manifesta & expressa originis Hebraicæ vestigia? *Quarto.* Viri periti & Linguarum calleutes perspicue ostendunt, linguas cardinales à prima & Sancta Lingua in plerisque vocibus esse derivatas. Tametsi enim haud perinde obvia est derivatio iis, qui simpliciter spectant voces, prout in diversis linguis jacent, quarum convenientia cum

tua matre iis est ἀντίτυπος propter additionem terminationum, & aliorum, quæ cum heterogenea sint, ad radicis essentiam minime pertinent; propter metathesin literarum, mutationem gutturalium & quiescentium in vocales aut diphthongos vel literarum ejusdem instrumenti, inversionem literarum radicalium: attamen, qui sunt emunctiorum narium, gnariværa à lupinis discernere, præsidio regularum diacriticarum nullo negotio id præstant. Quo in genere exter invidendus labor Johannis Avenarii in eruditissimo suo Lexico. Cui successit Georgius Cruciger, qui convenientiam Græcæ, Latinæ & Germanicæ cum Hebræa matre feliciter ostendit. Ne quid dicam de Orientalium Linguarum, Syriacæ, Chaldaicæ, Samaritanæ; Arabicæ, Æthiopicæ cum Hebraica harmonia quam in Lexico Pentaglotto Schickhardus, & nuper admodum compendiosâ & facili methodo accurate & solide exposuit ὁ πανμίγας noster Præceptor D. Hottingerus. Addo Anglicanos Biblici operis ἐσχολιαστὰς, quos idem labos tenet in Apparatu Lexici Universalis, quod πανσοφοδοκεῖον. Colligimus hinc nullis fidiculis, Linguarum diversitatem non esse immediate per confusionem, ingeneratis novis habitibus, ut Pererius & Tornellus loquuntur, introductam, sed procedente tempore, divisis gentibus, notoriam illam linguarum mutationem & diversitatem ex uno principio, in quod per artem resolubilis est, obrepsisse. Nec quisquam vel tueri poterit, vel facile intelligere, quo pacto alias Hebraica Lingua אם כל הלשנות *matrix omnium linguarum* dici possit; si admittatur illa assertio de novis linguarum habitibus infusis. Denique experientia rerum magistra ipsa quoque lenocinari nobis videtur. Nulla enim ratio, cur aliter antiquitus linguarum varietatem obvenisse opinemur, quam hodieque linguarum mutationem contingere cernimus. Nimirum si populi seorsim habitent, si diversis imperiis contineantur, si diversis legibus, consuetudinibus & ritibus utantur, si peregrinis commerciis detineantur, si exoticorum populorum bellis & cladibus permisceantur, necessum est volventibus annis insigniter idioma mutari & variare. Eodem modo antiquitus unum idioma in varia, successu temporis divisum esse, proclive est divinatu, nisi miraculo intercedente aliter factum esse liquido probari possit. XXII. Quas hic expromipsi rationes, persuasionem vulgi de orta in confusione Linguæ idiomatum varietate, nisi me ratio fugit, ex animo nostro eximere possunt. Tamen non eo inficias, ab hoc principio, annorum sequentium fluxu Linguarum diversitatem profectam esse. Existimo igitur 4 varietatis Linguarum, confusionem hanc labi secuta est ilico dispersio ædificantium, sicut diserte à Mose traditum. Nihil autem est, quod necessitatem nobis injungat credendi, homines illos dispersos repente in extrema orbis climata transisse. Sed primo quidem vicinora loca appetierunt in Chaldæa, & Assyria. Hic natæ discrepantes ab Hebraica dialecti, puta Aramea, Chaldaica. Levis hactenus declinatio, quando constat, vix aliud majus discrimen quam terminationum intercedere. Nam vocabula quidem nova etiam excogitari potuere, sed ea oppido pauca sunt In eodem censu est Punica, veterum Phœnicum idioma, cujus cum Hebraico identitatem clarissime demonstrarunt Bochartus, Petitus, alii, & nos quondam persuadere pro virili laboravimus. Ex his alii populi sati, qui paulatim ab ortus primi loco dilatati, se protulerunt in remotiores plagas. Unde origo variarum Linguarum, Arabicæ, Æthiopicæ, Ægyptiacæ, Scythicæ, Græcæ, aliarum pro diversitate populorum scaturientium. Atque sic 5. concludo, in quavis alia re magis constitisse illam confusionem, quam in novarum Linguarum productione. Ipse autem modus confusionis quia à Mose non est expressus, & hic Divina potentia ac sapientia,

tia, cujus mille rationes nobis imperveſtigabiles, utramque paginam facit, niſi conjectando explanari nequit. Fieri igitur potuit, ut turbarentur ſolicitæ mentes Divinitus, & turbatæ ſermonem proximorum aliter atque aliter apprehenderent dijudicarentque. Prorſus ut appareret, inaſuetum ſermonis genus eſſe, quo utebantur. Hic noſter eſt de *confuſione labii* ſenſus, quem nec pruritus juvenilis, nec alia omnia ſentiendi libido elicuit, ſed veritatis enixum ſtudium, cui ſoli & libere canere ingenuos decet. Cæterum cui placitum eſt aliorum etiam de Confuſione linguarum ſententias comparare, evolvat eruditiſſimam de hac re Diatribam Celeberrimi noſtri Buxtorfii, Geographiam Sacram Bocharti, Authorem Phari V. T. Pererium in Geneſin, Mericum Caſaubonum de Sermonis ortu, & Comment. de quatuor Linguis, Schotanum in Tohu. De Diſperſione & Diviſione Gentium, qua Deus feroces & temerarios illos fabros punivit, quia verba facere, quantum neceſſum juſtumque eſt, non datur, proſediem uberius XXIII. Hiſtoriam de Turri Babel & Linguarum confuſione olim Gentiles fabuloſam reputaſſe ſcribit Philo Judæus libro peculiari περὶ Συγχύσεως Διαλέκτων. Exſcribemus locum Philonis, ſicut eum Gelenius ex Græco tranſtulit. *Quibus*, inquit, *majorum inſtituta diſplicent, homines impii, & tantum ad accuſandas leges diſerti, arreptis impietatis anſis talibus, ſic cavillantur: Etiam nunc extollitis præcepta veſtra ut veritatis regulas? Ecce Sacri, quos vocatis libri fabulas continent quales referentibus irridere ſoletis. Satis erit hujus præſentis vos commonefacere. Hæc una certe ſimillima eſt illi de Aloadis, quos optimus Poëtarum Homerus conatos narrat fuiſſe, tres maximos montes, alium ſuper alium aggerere, ſperantes ſe hoc modo facile ſibi viam munituros, qua ad ætheream ſublimitatem evaderent, de quibus extant hi verſus:*

Ter ſunt conati imponere Pelio Oſſam.
Scilicet atque Oſſæ frondoſum involvere Olympum.

Olympus, Oſſa, Pelius montium ſunt nomina, pro quibus Legiſlator in ducit Turrim exſtructam ab ejus Seculi hominibus, qui propter dementiam & vaſtum animum conati ſunt Cœlum attingere, conſilio longe ſtultiſſimo. Nam etſi univerſæ terræ partes ſuperſtruerentur fundamento modico, ut in unius columnæ formam attollerentur, tamen longiſſimo intervallo abeſſent à ſphæra æthereâ, præſertim juxta opinionem Philoſophorum, qui ſcrutantur talia, terram centrum eſſe mundi aſſeverantium. Ac deinceps prolixe perſequitur Philo cavillationes Gentilium, videlicet, quod Moſes dicit, homines unius fuiſſe labii, ſimile eſſe fabulæ de una lingua animalium, quæ in multas mutata ſit, cum animalia felicitatem ſuam pon ſuſtinentia, per legatos immortalitatem, χάριν ἱκέυον, καὶ τὸ εἰς ἀεὶ νεότητος ἄκμην, *immunitatem à ſenectute perpetuamque juventutem* ſibi poſcebant. Tum enim variatas animalium linguas. Denique cum hæc Φωνῆς εἰς μυρίας Διαλέκτων ἰδέας τμηθῆ, *Lingua in diverſas loquelæ ſpecies diſſectio*, exiſtimetur in remedium peccatorum adhibita, ne communicato conſilio crimen fiat publicum: ridiculum hoc eſſe. Manſiſſe enim inter homines malitiam poſt confuſionem. Cauſam communicatæ iniquitatis non linguam eſſe, ſed ὁμοφυῆ πως τῇ ψυχῇ σῶμα τὸ ἀμφοτέρων ζηλώσεως, *ſimilem animarum ad peccandum proclivitatem.* Etiam lingua mutilatus voluntatem ſuam exprimere poſſe. Sæpe unam gentem communi lingua utentem ad tantam pervenire malitiam, ut peccatis conferri poſſit cum reliquis omnibus hominibus. Imo nocere imperitiam linguarum, πολυγλώσσους approbari, ac in ſocietatem peritorum recipi. Non igitur malorum cauſam fuiſſe linguam, ſed confirmandam eam fuiſſe ut perutilem. Hæc ſunt Sophiſmata, & objectiones, quas illi κακοτεχνῶντες contra hiſtoriam Sacram de confuſione jam olim jactarunt. Platonicos autem Philoſophos ita argutatos, cum quibus Philoni conſuetudo interceſſit, veriſimile ſit. Hic Philo Judæus ita cum

argutiis illis gentilium congrediatur, ut tantum non causam bonam vel deteriorem vel prostituisse censeri debeat. Contendit enim, totam illam narrationem Mosis ἀλληγορικῶς interpretandam esse. Ergo labii unitas est ipsi κακῶν ἀμείκτων καὶ μεγάλων συμφωνία, *magnorum inefficabilumque malorum consentia*. Profectio ab Oriente in campum Sennaar ipsi est ὅτι πᾶν εἶδος τῆς κατὰ τὴν ψυχὴν ἀναβολῆς, τὸ μὲν ἄμεινον, τὸ δὲ χεῖρον, *in animo duæ species orientis, altera melior, altera deterior*. Consilium de coquendis lateribus est illi affectuum & vitiorum divisio usque in extremas qualitates & species, quo magis eorum usumfructum percipiamus. Hoc enim modo informes affectus formari. Civitatem quam condiderunt, tacit illam quam homines in animabus suis circumferunt, in qua κατοικοῦσιν ἡ ἀδικία καὶ ἀνομία. Turrim vero ἀκροπολιν καὶ βασίλειον ἐχυρώτατον τῇ κακίᾳ τυράννῳ, *arcem & regiam munitissimam pro vitio tyranno*, quæ properat etiam ad cœlestia per impios & Deo infestos sermones. Denique confudisse Deum linguas tum, cum disjecit τὸ κακίας σῶρον *vitiorum constipatum cuneum*, & imperium eorum maxima vi evertit. Talis est defensio Philonis contra Philosophos. Satis, uti liquet, jejuna. Quippe traditiones Historicas in ejusmodi allegorias qui convertit, fabulis quam simillimas eas efficit. Nam & Poëtas constat fabularum fœcundos Parentes, mendaciorum suorum involucris ejusmodi ἀλληγορήματα occulere solitos. Nos regia veritatis via incedentes offusas has nebulas dissipemus.

XXIV. Ergo narrationem Mosis comparant cum fabulis Poëtarum partim de gigantibus, qui montes montibus imponere parabant, ut Dis de sua felicitate litem moverent: partim de animalibus, quæ olim una communi voce inter se egerint. Si homines illi antiqui insaniæ plenæ talia agitarunt, qualia libertinis suis commentis Poëtæ traduxerunt, iccircone laborare debet fides Mosis, qui molimina illa & pœnam divinitus in insidiosam potentiæ noxendam tradidit? Polyenum supra de Thracibus, & Historicum Sinensium de Imperatore Haovo similia narrantem vidimus. Nemo sanus, nisi re aliter comperta, eorum fidem propterea lubricam fecerit. Insolens non est ingenio humano virilibus majora audere. Deinde apparet, importunos homines blasphemare, quæ non intelligunt. Ubi enim affectati in Cœlos itinens primos Morales insimulavit? Ubi tam solemnia insanivisse dixit? Credo ajens, turrim illos structutos fuisse, cujus רֹאשׁ בשמים *altitudo in Cœlum*. Ergo cum Græci Scriptores, & Homerus toties, quæ supra communem altitudinem attolluntur, ὑπερουράνια dixerunt, innuerunt, ea cœlos attingere debere? Nempe hyperbolica est locutio, plus significans, quam intelligi oporteat. Quo genere loquendi exploratores, & ipse Moses urbes Terræ Canaan vocant גדרות ובצרת בשמים *magnas & in Cœlum usque munitas*, Deut. I. 28. IX. 1. utique non quæ fastigio suo Olympum contigerunt, sed quæ insuitatæ non tamen prodigiosæ sunt altitudinis. Perspicuum igitur est discrimen inter Gigantomachiam Poëtarum, & historiam Turris. Nam montes quidem imponere montibus velle, est, quod dicitur, atlanticum more cotyla exsorbere conari. At turrim condere insolitæ altitudinis non superat industriam hominum. Jam ipsa Gigantomachia à gentilibus decantata, quatenus ex Chaldæorum monumentis repetita est, veri vestigia retinet. Et quæ superaddita sunt gigantes, eadem pendent à Sacro textu sed sinistre accepto. Abydeno sunt gigantes, qui Babylona condidere; quia Nimrod conditorum princeps גבור dicitur, hoc est, ut Græci volunt, gigas. Ovidio *terra feros partus, immania monstra gigantes, edidit*: quia Nimrodus ille dicitur יצא מן הארץ ההוא *exiens ex terra ea* Genes.

Παντοδαπαῖς φωναῖσι διέρεφον, αὐτὰρ ἅπασα
Γαῖα βεβρίθει πληρὲς μεριζομένων βασιλήων,
[18] Καὶ τότε δὴ δεκάτη γένεη μερόπων ἀνθρώπων,

Vocibus inter se diversis, terra deinceps
Tota replebatur divisis regibus. Inde
Exstitit in terris decimum mortalibus ævum,

Ex

Genes. x. 10. Eidem gigantes ausi, *in magnos bella movere Deos*; quia Nimrod legitur fuisse צַיִד לִפְנֵי יְהוָה *venator coram Domino*, seu, ut vertit R. Salomon & alii, *contra Dominum*. Gigantes etiam eidem *exstruere montes ad sidera summa parabant*, quia de illa Turri dicitur *& vertex ejus in Cœlum*. Denique Ovidio

Fulmina de Cœli jaculatus Jupiter arce,
Vertit in authores pondera vasta suos,

nempe quia נָפִין quo verbo utitur Moses, non solum *dissipare* sed & *confringere* significat: unde fulmen vocatur נֵפֶץ Esai. xxx. 30. Est igitur in ea fabula, quod verum ex scripturis antiquissimis petitum, quod falsum & supra fidem, per traditionem & fraudes Sathanæ detortum ac corruptum. Altera autem fabula animalium una lingua utentium quid simile habet narrationi Mosis? An igitur sicut hominibus ita etiam brutis natura impertiit loquendi facultatem, ut eodem modo illorum lingua, quo hominum vel confundi vel dividi potuerit? Sane si homines creatos esse, non sponte instar fungorum hinc inde natos dicimus, communem eis linguam à Creatore inditam esse fateamur oportet. At cum hodie innumerabilia pœne idiomata reperiantur, rem ipsam authorem perhibemus, aliquando ea multiplicari debuisse. Tametsi vero confusio Babylonica occasio fuerit multiplicationis hujus, præcise tamen eo tempore novas linguas consurrexisse non dicit Moses. Et si qui omnino ita Mosen interpretentur, credo impossibilia non jactarent. Nam videmus hodieque effici, ut quos Dæmon exercet, subito inassuetis sermonum generibus loquantur. XXV. Porro & illud, quam dilutum & vile est, linguas non datas in remedium peccati? Primum enim non multiplicavit Deus linguas sed confudit. Plane hic quidem convenienter animo nostro Philo Judæus ἐπὶ Συγχύσεως, *Confusionem hanc rem appellat, qui si voluisset ortum indicare linguarum, aptius divisionem appellasset quam confusionem.* Ὁ γὰρ συγχεῖται τὰ ποιούμενα, διανέμεται δ' ἁπλῶς, *non confunduntur enim quæ in partes distribuuntur, sed discernuntur potius.* Deinde apparet, hoc fine linguas confusas, ut sufflaminarentur impii conatus. In remedium peccati datas linguas nec Moses dixit, nec dicere ex Mose debemus. Linguarum multitudo est à miseria & φθορᾷ hominis. Cum Deo cordi fuerit nos æternum beare, simul αἱ γλῶσσαι παύσονται, linguæ quiescent. *Heideggerus.*

18 Καὶ τότε &c.] Athenagoras in Apologia pro Christianis sex deinceps sequentes versus paulo aliter legit & distinguit, scilicet, Δὴ τότε τὴ δίκτην γαῖη, &c. ἐξ οὗ δὴ, &c. ἀνδρῶν ἐῆ, &c. Et mox. γαῖαν

Ἐξ ὅτε καλυκλυσμὸς ἐπὶ πρώτερος ἦρετ' ἄνδρας.
Καὶ βασίλευσε [19] Κρόνος, καὶ [20] Τιτᾶν, [21] Ἰαπετός τε,
Γαίης τέκνα φέρεσα, καὶ οὐρανὸ ἔξεκάλεσσαν
Ἄνθρωποι, γαίης τε καὶ οὐρανοῦ οὔνομα θέντες,

Postquam diluviis homines periere priores.
Porro Saturnus, & Titan, Japetusque,
Regnarunt: Cœlo quos & Tellure creatos
Dixerunt homines, Terræ Cœlique vocantes

Οὔνε-

τε ἢ ὑγρὸν ὄνομα ἦτοι ὕπνος οἱ πρῶτοι. *Opserans.*

19 Κρόνος] A poëtis fingitur fuisse antiquissimum Deorum qui ex Ope conjuge genuit Jovem; à quo postea cœlo pulsus est. Græcis dicitur Κρόνος quasi Χρόνος h. e. tempus. Latinis autem Saturnus, quod annis saturetur, ut ait Cicero de Nat. Deor. vel quia sem devorandis filiis saturavit. Ex se enim natos comedisse fingitur, quia consumit ætas temporum spatia, annis præteritis insaturabiliter expletur. Sunt qui Saturnum à *Satu* deducant, quoniam peritiam rutis & satorum omnium primus edocuisse fertur. Quidam ab eo quod Græci σάθυν, membrum virile nominent; propterea quod Patris pudenda abscidisse atque in mare projecisse dicitur: unde Venerem procreatam ferunt, quæ à spuma, unde coaluit, Aphrodites nomen accepit. Fratrem habuit *Titanem* de quo vid. seqq.

20 Τιτᾶν] Saturni frater major natu, Cœli & Vestæ filius, qui quum Parenti ea credere vellet; tamen animadvertens Matrem sororesque Saturno magis favere regnum ipsi concessit, ea tamen lege, ne Saturnus prolem masculam tolleret, ut regnum ad suam prolem reduret. Verum detecta tandem fraude, quum Titan resciviſſet, fratri prolem masculam, suosque ea ratione regni successione pulsos esse, cum filiis, qui Titanes (inter quos Japetus de quo statim) à Patre cognominabantur, bellum adversus Saturnum suscepit, illum & Opem sororem captos, muro inclusit: sed à Jove filio, detectis Titanibus, liberati sunt. Tradunt Titanes sex Fratres fuisse & quinque sorores, à Titea matre dictos, ut autor est *Diodorus*.

21 Ἰαπετός τε] Cœli & Terræ Filius (ut inquit Hesiodus) vir quidam potens apud Thessalos, sed protervi ingenii, magisque filiorum quam sua virtute clarus. Ferunt hunc Asiam Nymphaam uxorem duxisse & ex ea Hesperum, Atlantem, Epimetheum (qui Pater fuit Pyrrhæ uxoris Deucalionis, quæ ab illo Epimethis dicitur) & Prometheum suscepisse. Ovid. 1. Metam. loquens de Prometheo, canit:

Sive recens tellus, seductaque nuper ab alto
Æthere cognati retinebat semina cœli,
Quam Satus Japeto, mistam fluvialibus undis,
Finxit in effigiem moderantum cuncta Deorum.

Ferrarius.

22 Τρί-

Οὕνεκα οἱ πρόφερεσοι ἔσαν μερόπων ἀνθρώπων.
Τρίσσαι δὴ μερίδες γαίης κὴ κλῆρον ἑκάστῳ,
Καὶ βασιλεύτεν ἕκαστος ἔχων μέρος, ἠδὲ μάχονθο.
Ὅρκοι γάρ τ' ἐγγύαλο πατρὸς, μερίδες τε δίκαιαι.
[22] Τιμὴν δὴ πατρὸς τέλεσθ χρόνῳ ἴκελο γήρως,
Καί ῥ' ἔθανεν, καὶ παῖδες ὑπερβασίῃ ὄρκοισι
Δεινὴ ποιήσαντες, ἐπ' ἀλλήλους ἔριν ὦρσαν,
Ὅς πάντεσι βροτοῖσιν ἔχων βασιλῆίδα τιμὴν
Ἀρξῇ. κὴ μαχέσαντο Κρόνος, Τιτῆνές τε, πρὸς αὐτούς.
Τοὺς δ' Ἥρη, κὴ Παῖα, φιλοστέφανός τ' Ἀφροδίτη,
Δημήτηρ τε, κὴ Ἑστίη, εὐπλόκαμός τε Διώνη,

Nomine, quod cunctos homines virtute præirent.
Tres terræ partes, ut ſors cujuſque ferebat,
Quiſque ſuam regnabat habens, certamine nullo.
Obteſtatus erat pater, & diviſerat æquas
Partes. Sed poſtquam ſenio confectus obivit
Mortem, tum natis (violata relligione,
Jureque jurando) contentio nata, quis omnes
Inter mortales regis dominetur honore.
Pugnaruntque inter ſeſe, Saturnus, & ipſe
Titan. At Juno, Telluſque, Venuſque coronis
Gaudens, cum Veſtaque Ceres, & pulchra Dione,

Hya-

22 Τιμὴν] Regius & Gallæi codex τίνα, & verſu 19. βασιλῆίδα. Simile eſt teleſtichium apud Heſiodum in Theogonia, ἀλλ' οὐ κλυτότητι ἴσχε βασιλῆίδα τιμὴν. Oppianus.

Ηγαγον ἐς φιλίλω συναγείραται βασιλῆας
Πάντας ἀδελφειούς τε, σωαίμους τ' ἠὲ καὶ ἄλλους
Ανθρώπους, οἵ τ' ἦσαν ἀφ' αἵματος ἠδὲ τοκήων.
Καί ῥ' ἔκειναν βασιλῆα Κρόνον πάντων βασιλεύειν,
Οὕνεκά τοι πρέσβισός τ' ἦν γε, καὶ ἐσθλὸς ἄριστος.
Ορκους δ' αὖτε Κρόνῳ μεγάλους Τιτᾶν ἐπέθηκε,
Μὴ θρέψ' ἄρσενα, καὶ παίδων γλίος, ὡς βασιλεύσῃ
Αὐτὸς, ὅταν γηραὶς τε Κρόνῳ καὶ μοῖρα [23] πέλησιν.
Οπποτε κεν ἢ Ρέη τίκτεν, ἅδε τινὸ' ἐκάθηλο
Τιτῆνες, καὶ τέκνα διέσπων ἄρρενα πάντα,
Θήλεα δ' ζῶντ' εἴων οἷ ἅδε μητερὶ τρέφεσθαι.

Inter eos litem sedarunt, conque vocarunt
Reges, & fratres omnes, consanguineosque,
Et reliquos ejus quoque sanguinis atque parentum.
Horum Saturno tribuit sententia regnum,
Utpote qui reliquis forma præstaret, & ævo.
Verum Saturnum Titan jurare coegit,
Ne marium natam sobolem nutriret, ut ipse
Regnaret, postquam Saturnum fata vocassent
Præ senio. Quod si quando Rhea parturiebat,
Titanes aderant, & mascula dilaniabant
Pignora cuncta feri: matrem nutrire sinentes

Αλλ'

23 Πίλνται] Ranconeti & Pithœi codex πίπλνται. *Idem.*

24 Ρέη]

Αλλ' ὅτε τῇ τελάτῃ γρηῒ τέκε πότνια Ρείη,
Τίκθ' Ηρίῳ πρώτῳ. ϗ ἐπεὶ ἴδον ὀφθαλμοῖσι
Θῆλυ γλύφ, ὤχοντο πρὸς αὐλὶς ἄγελοι ἄνδρες
Τιτῆνες. ϗ ἔπειτα [24] Ρέη τέκεν ἄρσενα παῖδα,
Τὸν ταχέως διέπεμψε, λαθρηδίῳ ἢ τρέφεσθαι,
[25] Ες Φρυγίην, τρεῖς ἄνδρας ἐνόχους [26] Κρῆτας ἐλάσσαι.

Fœmineos partus. Sed quando tertius ille
Adfuit enixus, Juno fuit edita prima.
Hic ubi fœmineam ſobolem videre feroces
Titanes, illa ad ſe diſceſſere relicta.
Inde marem peperit puerum Rhea, continuoque
In Phrygiam per tres furtim dimiſit alendum

Τὸν ἔνεκα

24 Ρέη] Recte autem *Scepſius* dixit, ὁ τῇ Κρήτῃ τὰς τῆς Ρέας τιμὰς καὶ νομίζεσθαι μηδὲ ἐπιχωριάζειν, ἀλλ' ὁ τῇ Φρυγίᾳ μόνον καὶ τῇ Τροάδι. τὰς δὲ λιγυΐλας μυθολογεῖν μόνον ἢ ἐκφέρειν, *In Creta, Rheæ cultum neque in uſu eſſe, neque ibi receptum; ſed in Phrygia tantum ac Troade: qui aliter affirmant, eos fabulam potius quam hiſtoriam tradere; adid ambiguis locorum nominibus inductos. Marsham.*

25 Ες Φρυγίην] In Phrygiam nutricationis cauſa miſſum eſſe Jovem, vix apud quemquam alium legeris. In Lyctum ablegatum eſſe ſcribit Heſiodus. Inſolens quoque videtur nominis Διὸς derivatio ἀπὸ τῆς Δαπάνης. Somnium potius anile, quam furorem divinum reſipit. Divinius multo Lactantius libro primo Inſtitutionum capite undecimo ſcripſit: *Jupiter furto ſervatus, furtimque nutritus*, Ζεὺς, *ſive Ζὴν appellatus eſt, non, ut iſti putant, à fervore cæleſti ignis, vel quod vitæ ſit dator, & animantibus inſpiret animas, quæ virtus ſolius Dei eſt (quam enim poſſit inſpirare animam, qui ipſe accipit aliunde?) ſed quod primus ex liberis Saturni moribus vixerit.* Porro ſcribe ἐπανόμασαν θ', ita ferentibus duobus cod cibus. *Opſopœus.*

26 Κρῆτας] Jupiter Infans *in antro* nutriri fingitur, quia αἱ περὶ τὰ Μυστήρια πάλαι initio ὁ ἀπόῤῥητος *in ſecreto* tradebantur; poſtea vero ὁ Κνωσσὸς νόμιμον ἐξ ἀρχαίων ὢν. φανερὰς πᾶσι πολιτείας τε τὰς πάσι παραδιδόναι, *in Gnoſſo antiquitus ſancitum erat, ritus illos in propatulo omnibus tradi*; cum tamen *ab Athenienſibus in Eleuſine, & in Samothracia, & in Ciconibus Thraciæ* (unde erat Orpheus harum inſtitutor) *Myſtice traderentur.* Κατὰ τὸν ἴδιον, ὁ μὲν σωτὴρ πρόφημι τὸν Θεὸν, τὸ πῦρ Κρῆτες, ὁ δὲ τὸν διάκτορον εἶχε. πρὸς ἐν, καὶ οἱ περὶ αὐτὸν Λιμένες ὁμοίως ἀπὸ τοῦ τὸν

Τέκνα δὲ Δί' ἐπωνομάσανθ', ὅτι οἱ διεπέμφθη.
Ὡς δ' αὖτως διέπεμψε Ποσειδάωνα λαθραίως.
Τὸ τρίτον αὖ Πλούτωνα Ρέη τέκε δῖα γυναικῶν,
[27] Δωδώνῃ παριοῦσα, ὅθεν ῥέεν ὑγρὰ κέλευθα

Jurisjurandi conſtrictos relligione,
Cretenſes: ideoque Jovem dixere, quod eſſet
Miſſus. Item furtim Neptunuum miſit eodem.
Tertius editus eſt Pluto illi, prætereunti

[28] Εὐρώ-

τῶν ἀκρώρειαν ὄντες, *In Ida, ubi Deus educatus eſt, non ſolum Antrum, in quo erat nutritus, conſecratum eſt, ſed etiam Portus vicini, qui ad promontorium ſunt, ſimiliter conſecrantur.* Ob Dei appulſum, Portus etiam conſecrari videntur. Cicero *Joves treis numerat; primum & ſecundum natos in Arcadia; tertium Cretenſem, Saturni filium, cujus in illa inſula ſepulcrum oſtenditur.* Jovis Ægyptii non meminit, neque Gazæi; niſi Cretenſis nomine eum intelligat. Γάζα πόλις Φοινίκης ἀπὸ τῆς Αἰγύπτου. ἐκλήθη δὲ ἡ Μινῴα, ὅτι Μίνως σὺν τοῖς ἀδελφοῖς Αἰακῷ καὶ Ῥαδαμάνθῃ ἐκεῖ, ἐξ αὐτῆς πόλεως ἐκάλεσεν. Ἔστι δὲ καὶ τὸ τοῦ Κρηταιέως Διὸς πηγὴ ἀνῃρῆς οὖσα, ἣν καὶ ὑμᾶς. Ἐκάλει Μαρνάν, ἑρμηνευόμενον Κρηταγενῆ, Gaza urbs Phœniciæ ante Ægyptum; quæ & Minoa vocata eſt, quia Minos, cum Æaco & Rhadamanto fratribus, eo profectus illam de ſuo nomine vocavit. Hinc & apud eos eſt idem Jovis Cretenſis cultus qui & apud nos: illi Marnan vocant; Cretagenem Græci. Marnas eſt *Dominus Hominum.* Hinc autem patet Orientalibus aliquid commune fuiſſe cum Cretenſibus: & longe veriſimilius eſt *Jovem Cretenſem* è Gaza, quam *Marnan* è Creta demigraſſe. Ætate demum S. Hieronymi, *erat Menois oppidum juxta civitatem Gazam*; & *Serapium Alexandriæ, & Marnæ templum Gazæ in Eccleſias Domini ſurrexerunt.* Cretenſes autem non tantum Jovis incunabula jactant; ſed etiam *pleroſque Deorum apud ſe natos perhibent; qui ob beneficia publica honores immortales obtinuerunt. Divinos etiam honores, & Sacrificia, & Myſteriorum ritus ex Creta ad homines alios perveniſſe dicunt*; Græcos intellige. Ex Oriente verſus Occidentem vela facientibus objicitur Creta. Neque eſt abſimile vero Crentenſes Græcorum primos *Cabirorum* cultum didiciſſe. Sane ex Marmore liquet, Myſteria Jovis in Creta prius edita fuiſſe, quam Cereris in Eleuſine. Ἐν τῇ Κρήτῃ τὰ τοῦ Διὸς ἱερὰ ἰδίως ἐπιτελεῖτο μετ' ὀργιάσμου. *In Creta Jovis ſacra peculiari modo peraguntur cum Orgiis.* Orgia celebrare Græcis dicitur διάζειν (ab Διοῦ & διὰν clamando) *Barbaris autem σαβάζειν; unde & Græcorum quidam* τὸν Διασμὸν, Σαβασμὸν vocant. Et *Jupiter* Cretenſibus *Sabazius* appellatur; ſicut Phrygibus, *Attis*; & Thracibus, *Bacchus.* Inſcriptiones ſunt Romanæ JOVI SABAZIO dicatæ: tametſi, C. *Corn. Hiſpallus prætor Jovis Sabazii cultum* ex Urbe ejecerit. *Marsham.*

27 Δωδώνῃ] Dodona ſeu Dodone urbs Græciæ in Epiro & in regiuncula *Moloſſia*,

[28] Εὐρώτα ποταμοῖο, καὶ εἰς ἅλα μοῖρα τὸ ὕδωρ
Ἀμιγὲς [29] Πηνειῷ, καί μιν [30] Στύγιον καλέουσιν.
[31] Ἡνίκα δ' ἤκουσαν Τιτῆνες, παῖδας ἑοῦσας
Λάθριον, ὃς ἔσπειρε Κρόνῳ τε Ῥέῃ τε σύνδυο,

Dodonam, unde liquens Eurotæ defluit amnis
Fluminis, inque maris falsas provolvitur undas
Mixtus Peneo Stygium quem nomine dicunt.
Postquam Titanes autem didicere creatos

Ἐξή-

sit, juxta fluvium *Dodone* (à quo nomen accepit) qui postea cadit in Acheloum 20 Mill. distat ab Ambracio sinu in ortum. Erat ibi ingens sylva & templum Jovis, & fons Jovis faces extinctas accendens, & accensas exstinguens. *Ferrarius*. Plurimum quoque errant, cum reprehendunt quod Eurotam prope Dodonam oriri & cum Peneo conjungi dixerit scriptor iste Sibyllinorum. Eurotas enim non tantum est apud Laconas, sed & apud Thessalos, quem Homerus Titaresion appellat, ut Strabo & alii testantur. Illum vero cum Peneo conjungi, notum ex omnibus. Dodonæ vero vicinum facit etiam Homerus. Ex Stygia palude profluere canit quoque Lucanus, Lib. VI. Orcum ea de causa vocari, testatur Vibius Sequester. *Is. Vossius.*

28 Εὐρώτα] Eurotas, *Basilgiotamo* h. e. fluvius regius fluvius Peloponnesi, per Laconicam in Meridiem fluens, Lacedæmonemque urbem alluens, lauris abundans, Oritur in Arcadia regione non procul ab Alpheo, in vico *Asea*, prope Megalopolim, longe à Stymphalo monte in Austrum. Dictus est etiam *Hymerus* & Marathon & Neris & in sinum Laconicum se exonerat. *Idem.*

29 Πηνειῷ] *Peneus*, *Salampria* teste Sophiano, *Pezia* Thereto, & aliis *Ababa*, fluvius Thessaliæ, à Poëtis maxime celebratus, omnia pene flumina regionis scil. *Jon*, *Pamessum*, *Phœnicem*, *Curalium* & *Apidanum* excipiens, ex Pindo monte oriens & per Thessalicam Tempe inter Olympum & Ossam montes in sinum Thermaicum se exonerans. Apud hunc fluvium Poëtæ Daphnem in laurum conversam fabulantur, unde ipsa Peneia tam Daphne quam laurus cognominatur. *Idem.*

30 Στύγιον] *Styx* fons Arcadiæ, ex Pheneo lacu & ex *Nonacri* monte manans ex saxo (cujus aquæ illico potæ non necant solum sed & pisciculos lethales generare dicitur auth. Plinio libr. 31. cap. 2.) & in fluvium evadens. Palus item Thessaliæ, teste Plinio, ex qua Titaresius fluvius egreditur. Styx apud Poëtas etiam inferorum fluvius. *Idem.*

31 Ἡνίκα] Horum versuum meminit Lactantius Institut. lib. 1. cap. XIV. vide Betulæium ad illum locum. *Gallæus.* Lactant. lib. 1. cap. 14. *Deinde Titan, postquam resciit Saturno filios procreatos atque educatos esse clam, seducit secum filios suos, qui Titanes vocantur, fratremque suum Saturnum atque Opem comprehendit, eosque muro circumegit & custodiam his apponit. Hæc historia quam vera sit, docet Sibylla Erythræa, eadem fere dicens, nisi quod in paucis quæ ad rem non attinent, discrepat.* Opsopæus.

Ἑξήκοντα δέ τοι παῖδας συναγείρατο Τιτᾶν,
Καί ῥ' εἴχ' ἐν δεσμοῖσι Κρόνον τε Ῥέην τε σύνδυον,
Κύψεν δ' ἐν γαίῃ, καὶ ἐν ζωσμοῖς ἐφύλαξε,
Καὶ τότε δή μιν ἄκουσαν ὑοὶ κραδίην ἐρέθοντο Κρόνοιο,
Καί οἱ ἐπήγειραν πόλεμον μέγαν, ἠδὲ κυδοιμόν.
Αὖτη δ' ἐς δ' ἀρχὴ πολέμου πάντεσσι βροτοῖσι.
Πρώτη γάρ τε βροτοῖς αὕτη πολέμοιο καταρχή.
Καὶ τότε Τιτάνεσσι θεὸς κακὸν ἐγκυκάλιξε,
Καὶ πᾶσαι γυναῖκες Τιτάνων ἠδὲ Κρόνοιο
Κάτθανον. αὐτὰρ ἔπειτα χρόνῳ φίλεπιμυθέοιο,
Αἰγύπτου βασίλειον ἐγείρατο· εἶτα τὸ [32] Περσῶν,

Saturno pueros, atque ejus conjuge furtim:
Titan collectis sexaginta undique natis,
Saturnum vinclis ejus cum conjuge strictum
Abdidit in terram, custodivitque tenebris.
Hoc ubi Saturni nati didicere, duello
Magno invaserunt illum, turbasque cierunt.
Hinc est principium belli mortalibus ortum
Omnibus: hæc belli mortalibus extat origo.
Tum Deus exitio Titanas misit, & omne
Titanum periit genus, & Saturnia proles.
Postea surrexit tandem volventibus annis

Μή-

32 Περσῶν] *Persæ* populi Asiæ in *Perside* olim *Chorasmiæ* tetæ Plinio, *Artæi* Herodoto, *Achemenii* Stephano & Poëtis, *Elymæi* Suidæ, qui Asiæ imperium diu usque ad Alexandrum Magnum post Medos tenuere. *Persiani* nostratibus, sub quibus tamen etiam Medi, Parthi & alii populi, qui Regi Persarum parent, comprehen-

Μήδων, [33] Αἰγύπτων τε, ἠ Ασσυρίης Βαβυλῶνος,
Εἶτα Μακεδονίων, πάλιν Αἰγύπτου, τότε Ρώμης.
Καὶ τότε μοι μεγάλοιο θεοῦ φάτις ἐν φρεσὶν
Ἴαλλε, καὶ μ' ἐκέλευσε προφητεῦσαι κῆ πᾶσαν
Γαῖαν, ἠ βασιλεῦσι τά τ' ἐσόμενα ἐν φρεσὶ θεῖναι.
Καί μοι ἔτο θεὸς πρῶτον μόνος ἐγγυάλιξεν,
Ὁσσαι ἀνθρώπων βασιληίδες ἠγερέθονται.
Οἷος μὲν γὰρ πρῶτος Σολομῶνι [34] ἄξει,

Ægypti regnum: Perſarum deinde ſecutum eſt,
Medumque, Æthiopumque, atque Aſſyriæ Babylonis:
Deinde Macedonicum regnum, Ægyptique renatum:
Poſtea Romanum. Tum magnus voce volucri
Pectora pulſavit mihi; præcepitque profari
Omnes per terras, & regibus inſinuare
Singula. Tum primum ſolus Deus inſinuavit
Hoc mihi, quot nam ſint hominum poſt regna futura.

[35] Φοι-

prehenduntur. à *Perſeo* Rege nomen habent. Iſtorum regnum eſt admodum amplum, inter mare Caſpium ad Boream & mare Indicum ad Meridiem, ubi alias fuit Parthorum ſeu Perſarum Imperium, cujus præcipuæ partes fuerint quinque nempe *Aria* ad Ortum, *Media* ad Occaſum, *Parthia* ad Boream, *Perſis* ad Auſtrum, & *Sogdiana*, quæ maxime ad ſeptentionem extenſa erat, inter Jaxartas & mare Caſpium. *Ferrarius.*

33 *Αἰγύπτων τε*] Operarum incuria irrepſit *αἰγύπτου* pro *αἰθιοπων*, quod publica & privata exemplaria agnoſcunt. Iterum habebis hanc monarchiarum enumerationem iisdem pæne verbis. *Opſopæus.*

34 *Ἄξει*] Videtur *ἴξῃ* legendum propter accuſativos ſequentes, Ranconeti exemplar habet *ἔξει*, quod idem ſit cum *ἀξει*. *Idem.*

35 Φοι-

[35] Φοινίκης τ' Ασίης ἐπιβήτορας, ἠδὲ καὶ ἄλλων
Νήσων, [36] Παμφύλων τε γένος, Περσῶν τε, [37] Φρυγῶν τε,
[38] Καρδῶν καὶ [39] Μυσῶν, [40] Λυδῶν τε γένος πολυχρύσων.

Namque domus regno primum Solomonia coget
Phœnices, Asiæque duces, aliasque marinis
Fluctibus ambitas gentes, Persasque, Phrygesque,

Αὐτὰρ

35 Φοινίκης] Sicut incolæ *Phœniciæ* seu *Pœnices*, quæ regio est Syriæ maritima, inter reliquam Syriam ad Boream Eleuthero fluvio disterminante & Palæstinam ad Meridiem, Chorseo fluvio ab ea divisa, *Syrophœnix* à Juvenali dicta. Ubi Tripolis, Byblus, Tyrus & Sidon urbes quondam claræ; quarum Tripolis & Berytus adhuc fulgent. Phœnices à Mari Rubro profecti, *Tyrum*, *Sidonem*, *Thebas*, *Uticam*, *Hipponem*, *Leptim*, *Massiliam*, *Emporias* & alias urbes in diversis Provinciis condidêre; litterarum inventores, ut & artis navigandi, teste Plinio. Lucanus lib. 3.

Phœnices *primi* (*famæ si creditur*) *ausi*
Manuram rudibus *vocem* signare figuris.

Phœnices, qui apud Poëtas etiam *Pygmalionei* & *Agenorida* dicuntur inter alia de nimio cauponandi studio, apud Pindarum notantur. Unde Adagium *Phœnicum more* de compensatione quæ fieri solet de manu in manum; quod fit ubi res est cum homine incertæ fidei; sic enim caupones faciunt, manu dantes simul & recipientes. Fuere & astuti, ac tosidioti, ut Adagium ab illis prodierit apud Diopenem & Suidam *Pœnicum pacta* in vafros & astutos quales fuere Phœnices, qui hospitio terræ per diem & noctem impetrato, jussi abire, respondêrunt illum diem & noctem nondum præterisse. *Phœnices* primi mercaturam exercuisse feruntur, uti ex Sophocle legitur; qui etiam in negotiatione mendacii notantur hoc adagio, *Phœnicum mendacium*. quod tamen ab aliis dicitur de fabuloso commento dentium Draconis à *Cadmo Phœnice* seminatorum, ut apud Stesichorum. Phœnicia inter alia, myrrhe, gypso & gentiana abundat, & liliis ac myrtis, & circa *Orontem* (maximum fluvium Syriæ, ex monte Libano profluentem) Myrrha: sed Ostro maxime Tyrio claret. Vid. plura apud *Ferrarium*.

36 Παμφύλων] Sunt populi *Pamphyliæ* (quæ & *Mopsopia*, teste Plinio, est Regio Asiæ, mari quod *Pamphylium* appellatur ad Austrum objecta, inter Lyciam ad Occidentem & Ciliciam ad Ortum, à Phrygia Magna, Tauro monte divisa. Nunc pars est Occidentalis Caramaniæ Provinciæ, & subest dominio Turcarum. *Idem*.

37 Φρυγῶν τε] Populi sunt Phrygiæ in Asia Minori, de qua supra. *Idem*.

38 Καρδῶν] Sunt populi Cariæ reg. Asiæ inter *Joniam* ad Bor. & *Lyciam* ad Ortum.

Αὐτὰρ ἔπειθ' Ἕλληνες ὑπερφίαλοι καὶ ἄναγνοι,

Auro. Post Græci venient diri atque superbi.

Αλλο

(porrigitur enim inter oram Occid. & Merid.) inari *Carpatio* ad Occid. *Rhodio* ad Austr. terminata, *Lautenelli* & *Menteschi* hinc dicta: in qua olim, *Miletus*, *Myndus*, *Italycarnassus* & *Gnydus* urbes in ora littorali claræ. Nunc Myndus omnibus præstat vocantur Cares & Leleges apud Ovid. lib. 9. Metam. Cares licet in rebus bellicis præcellerent, ut *arma Carica* & *Gorica Carica* ea Proverb. essent, viles tamen habiti sunt, quid mercede militarent, ac in prima acie locati, primos hostium impetus sustinentes, vitam suam nihili æstimarent. unde Adagium *in Care periculum facere.* apud Plat in Socrate. *Idem.*

39 Μυσῶν] Populi Mysiæ, quæ Asiæ proprie dictæ regio est, vulgo in *Majorem* & *Minorem* divisa. *Major Hellespontica* vocatur à Galeno & populi *Hellespontii* à Strabone, in qua Cyzicus & Lampsacus urbes præcipuæ in ora Propontidæ; *Minor* à Strabone *Olympica* à monte *Olympo* dicitur: in qua *Prusa* urbs Bithyniæ, ex qua ysia Regio *Barsia* nominatur (licet urbs sit in Bithynia.) Populi *Olympeus* Herodoto & Ptolomæo, *Mysi* Plinio & aliis. de Mysis Propertius lib. 1. carm. 20.

Et jam præteritis labentem Athamantidis undis
Mysorum *scopulis applicuisse ratem.*

Mysi inter alia maxime contemtibiles fuere, auct. Strabone lib. 12. ut propterea adagio causam dederint; cum enim aliquem valde despectum & humilem significare volumus, *Mysorum postremum* dicimus, ut apud Cic. in Orat. pro Lucio Planco. Erant & Mysi injuriatum ita patientes ut à finitimis populis varie vexati, se tueri non curarent: unde apud Aristot. lib. 1. Rhetor. in proverb. est *Mysorum præda*, de iis qui injuriis affecti, illas ulcisci non curant. Item *Mysorum & Phrygum termini discreti* prov. dicitur de rebus toto genere differentibus; vel de hominibus inter quos nihil conveniat. *ex eodem.*

40 Λυδῶν τε] Populi Asiæ quorum regio vocatur *Lydia*, inter *Jonam* ad Occasum, *Phrygiam Magnam* ad Ortum comprehensa, quæ & *Mæonia* teste Plinio, *Carasia* & *Carasceli* Turcis quibus subest teste Leonclavio. Cujus Regia Sardes fuere. *Lydi* mali & improbi fuisse apud Athenæum, referente Diogene, feruntur, post quos Ægypti, ac demum pessimi omnium *Cares* de quibus modo. Hi (Lydi) capita flammeis muliebribus ornare solebant: unde in effœminatos ortum est proverbium, *Lydio more*, apud Suidam, *Lydius lapis* (qui & *Heracleus* sic ab *Heraclea* urbe Lydiæ) in proverbio est apud Theophrastum lib. de natura lapidis, de homine acri ingenio prædito. Nam hic lapis aurum & argentum arguit quale sit. Lydorum currus in certaminibus erant adeo veloces, ut prov. sit *Currus Lydius*: & apud Plutarch. *juxta Lydium currum curru*, dicitur de eo qui longe cæteris in aliqua re inferior est: sicuti apud Gregor. Nazianz. *Pedes à curru Lydio abest.* Lydos quoque equitatu cæteris præfert Herodot. libr. 1. quos non aliter quam ex equo pugnare scribit. Hi libis opiparis & cupediis operam dabant, ut *Caryca Lydorum* in adagium abierit apud Athenæum lib. XII. Caryca enim erat apud illos genus cibi ex variis lautitiis sanguineque confectum. De quibus etiam in voluptuosos, *Lydus cauponatur* apud Herodotum legitur; in eodem sensu, quo *Moro Lydio*, dictum est. *ex eodem.*

Ἄλλο Μακεδονίης ἔθνος μέγα ποικίλον ἄρξει,
Οἵ φοβερὸν πολέμοιο νέφος ἥξουσι βροτοῖσιν.
Ἀλλά μιν ἐρέμνιος θεὸς ἐκ βυθοῦ ἐξαλαπάξει.
Αὐτὰρ ἔπειτ' ἄλλης βασιληίδος ἔσεται ἀρχή,
[41] Λευκὴ καὶ πολύκραν, ἀφ' ἑσπερίου τε θαλάσσης,
Ἣ πολλῆς γαίης ἄρξει, πολλοὺς δὲ σαλεύσει,
Καὶ πᾶσιν βασιλεῦσι φόβον μετόπιθε ποιήσει,
Πολλὸν δ' αὖ χρυσόν τε καὶ ἄργυρον ἐξαλαπάξει
Ἐκ πόλεων πολλῶν. πάλι δ' ἔσεται ἐν χθονὶ δῖα
Χρυσίον, αὐτὰρ ἔπειτα καὶ ἄργυρος, ἠδέ τε κόσμος.

Pamphylos, Cares, Myſos, Lydoſque ſcatentes
Deinde Macedoniæ populus dominabitur ingens,
Qui belli horrenda mortales nube laceſſet.
Cœleſtis ſed enim prorſum Deus eruet illum.
Poſt hæc imperium regni ſuccedet alius,
Excellens, ducibus multis, ex occiduique
Parte maris, multis quod terris imperitabit,
Et quatiet multos, & regibus omnibus olim
Terrorem faciet: multis ex urbibus auri
Diripiet multum, argentique. Deinde per orbem
Aurumque argentumque erit, ornamentaque rurſum.

Καὶ

41 Λευκὴ &c.] Puto probum epitheton λευκὴ, ſiquidem de Romano imperio loquitur: propter candidatos munera publica ambientes. Utuntur eo Latini quoque. Calpurnius Eclog. 7. *nivei loca denſavere Tribuni*. Uti etiam mox fortitan πολύκραν. mox præfert regius codex ἀφ' ἑσπερίου. uti & *Gallæi* MS.

41 Μιλὴ

Καὶ θλίψουσι βροτοὺς, [42] μῆ δ' ἔσσεται ἀνδράσι κείνοις
Πτώματ', ὅταν ἄρξωιθ' ὑπερφανίης ἀδίκοιο.
Αὐτίκα δ' ἐν τούτοις ἀσεβείας ἔσσετ' ἀνάγκη,
Ἀρσὶν δ' ἄρσενι πλησιάσῃ, στήσωσί τε παῖδας
Αἰσχρῆς ἐν [43] τέγεσι, καὶ ἔσται ἤμασι κείνοις
Θλῖψις ἐν ἀνθρώποις μεγάλη, καὶ πάντα ταράξῃ,
Πάντα δ' συγχύσῃ, καὶ πάντα κακῶν ἀναπλήσῃ,
Αἰσχροβίῳ φιλοχρημοσύνῃ, κακοκέρδει πλούτῳ,
Ἐν πολλαῖς χώρῃσι, Μακεδονίῃ δ' μάλιστα.
Μῖσος δ' ἐξεγέρει, καὶ πᾶς ὄλος ἔσσεται [44] αὐτοῖς,

Mortalesque prement: tandemque exiſtet eorum
Caſus, ut injuſto incipient turgeſcere faſtu:
Continuoque in eis ſcelerum vis magna vigebit,
Maſque mari ſeſe junget, ſtatuentque pudendis
In luſtris pueros: & erit tunc temporis ingens
Inter mortales anguſtia, cunctaque turbans,
Cunctaque contundens, & replens cuncta malorum,
Turpis avaritiæ, injuſtarum divitiarum,
In primiſque Macedoniis in finibus, atque
In multis aliis: odiumque ciebit, & omnis

Achei

42 Μητὲ &c.] In Gallæi MS. legitur μήτε.

43 Τέγεσι] Sic habet Regius codex. At reliqui πέλασι. Orpheus.

44 Αὐτοῖς] Regius codex legit αὐτῆς. forte legendum αὐδῆς.

Ἀχει ωεὸς ἑβδομάτῳ βασιληίδα, ἧς βασιλεύσῃ
Αἰγύπτε βασιλεὺς, ὃς ἀφ' Ἑλλήνων γένος ἔσαι.
Καὶ τότ' ἔθνος μεγάλοιο θεοῦ πάλι κάρτερον ἔσαι,
Οἳ πάντεσσι βροτοῖσι βίον καθοδηγοὶ ἔσονται.
Ἀλλά τί μοι καὶ δὴ τοῦτο θεὸς νόῳ ἔνθετο λέξειν;
Ἀΐ πρῶτον, τί δ' ἔπειτα, τί δ' ὑστάτιον κακὸν ἔσαι
Πάντας ἐπ' ἀνθρώπους,[46] τίς δ' ἀρχὴ ἴσσεται τούτων;
Πρῶτον Τιτᾶνεσσι θεὸς κακὸν ἐγκυαλίξει.
Υἱοὶ γὰρ κρείσσοιο Κρόνου πάσσι δίκας γε,
Οὕνεκά οἱ δῆσάν τε Κρόνον, καὶ μητέρα κέδνην.

Illis procedet fallacia: ſeptimum ad uſque
Donec ventum ſit regnum, vigeatque poteſtas
Ægypti regis, Græco de ſanguine nati.
Tum demum ſurget magni præclara Dei gens,
Qua duce mortales omnes bene vivere diſcent.
Sed mihi quid menti Deus injicit hoc quoque fari?
Quæ quibus anteibunt mala? quæ poſtrema ſequentur?
Primum ſupplicio Divinitus afficientur
Titanes, proleſque dabit Saturnia pœnas,
Saturnum quoniam vinxit, matremque pudicam.

ΔΟΥΤΕ-

46 Τίς δ' ἀρχή] Hic verſus agnoſcitur à tribus mannuſciptis: in omnibus tamen mancus: in regio eſt, τίς δ' ἀρχή, in aliis duobus, τίς δ' ἀρχὴ τούτων ἴσσεται forte, τίς δ' ἀρχὴ ἔσσεται αὐτῶν. Oρſopæus.

47 Τριῶν

Δεύτερον αὖθ Ἕλλησι τυραννίδες, ἠδ' ἀγέρωχοι
Ἔσονται βασιλῆες ὑπερφίαλοι καὶ ἄναγνοι,
Κλεψίγαμοι, καὶ πάντα κακοί. καὶ δὴ ἔπι θνητοῖς
Ἀμπαύσις πολέμοιο. Φεύγες δ' ἔκπαγλοι ὀλοῶνται
Πάντες, ἐς [47] Τρίῳ κακὸν ἔσσεται ἦμαρ ἐκείνῳ.
[48] Αὐτίκα καὶ Πέρσῃσι καὶ Ἀσσυρίοις κακὸν ἥξει,
Πάσῃ τ' Αἰγύπτῳ, [49] Λιβύῃ, ἠδ' [50] Αἰθιόπεσσι,

Deinde tyrannides in Græcis, regesque feroces.
Impuri, tumidi, qui jura jugalia frangent,
Omnino pravi: neque jam mortalibus ulla
A bello requies, Phryges autem funditus omnes
Perdentur, venietque malum illo tempore Troïæ.
Continuoque malum Persas manet, Assyriosque,
Omnemque Ægyptum, nec non Libyam, Æthiopesque.

[51] Κα-

47 Τρόῃ] Quæ & *Ilium* urbs Phrygiæ Minoris apud Idam montem & oram maritimam notissima, & quondam regia clarissima, bello decennali nobilitata, sed ita excisa, ut jam tempore Strabonis nullum ejus exstaret vestigium. Excidium porro hoc (de quo & hic Sibylla) Trojæ, Græcis illam obsidentibus, anno ante Christum natum 1282, accidit. Trojani luxus in conviviis taxantur; adeo ut *Poncus Trojanus* in prov: sit apud *Macrob. lib.* 3. *Saturnal.* de opiparis convivüis aut de homine variis delicus delectato. *Troja non producit Thracem* apud Græcos prov. dicitur, significaturque ex degenere prosapia non gigni generosum, sicuti nec Aquila ferox imbellem gignit columbam, *apud Flaccum. Trojanus equus* frequenter à Cicerone veluti Adagium usurpatur pro insidiis occultis & pro tacita impostura, ut *in Orat. pro Murœna*: *Intus*, inquit, *est equus Trojanus. Ferrarius.*

48 Αὐτίκα &c.] In Regio codice non exstat hic versus. *Opsopœus.*

49 Λιβύῃ] Sic à *Libe* vento, dicta, vel à *Lybia* Epaphi (Jovis filii ex Io) filia.

[51] Καρσίτε, [52] Παμφυλιοις τε κακὸν μεγακινηθῆναι,
Καὶ πάντεσι βροτῆσι. τί δὴ καθ' ἓν ἀγορεύω;
Αλλ' ὁπόταν τὰ πρῶτα τελῶ λάβῃ, αὐτίκα δ' ἕσαι

Pamphylioſque malum fuerit. Careſque moveri;
Mortaleſque omnes. Sed quorſum ſingula pando?
Finitis primis, naſcentur deinde ſecunda

Δευ-

Libya vero proprie (teſte Procopio) pars Africæ (quamvis latiſſime pro tota Africa aliquando ſumatur) intra *Æthiopiam* ad Ortum & Mare Atlanticum ad Occaſum: fuitque duplex, nempe *Libya Citerior* ſeu *Exterior* quæ magis in Boream protendebatur ſub qua nunc comprehenduntur Regio *Biledulgeridia*, Regna *Fezze* & *Maroci*, *Barbaria* late ſumta, & *Ægyptus*: & *Libya ulterior* ſeu *interior*, quæ in meridiem extenſa, verſus *Nigrum* fluvium ubi nunc deſertum, Regio *Nigritarum* & *Guinea*, inter *Nubiam* regionem ad Ortum & Oceanum Atlanticum ad Occaſum. *Ex Ferrario.*

50 Αιθίοπισι] Illi ſunt qui *Æthiopiam* inhabitant. Eſt autem *Æthiopia* regio Africæ ampliſſima cis & ultra Æquatorem circulum extenſa, gemina, una ſub *Ægypto* inter Nilum & ſinum Arabicum late patens, in qua Meroë inſula. Altera, ultra Æquatorem non ſatis Veteribus cognita. Hos *Æthiopes* D. Iſid. lib Orig. a Chus filio Cham ortos ſcribit. Ipſorum nigror adeo nativus eſt ex vicini ſideris ardore, ut Plinius ſcribit, ut ſit locus Adagio apud Lucian. in lib. contra indoctum, *Æthiopem lavas*, quoties aliquem fruſtra fatigare volumus. *Æthiops non albeſcit* adagium ex Luciano in eos qui nunquam mutarunt ingenium aut mores. *Idem.*

51 Καρσίτε] *Cares* pl. num. Populi ſub Minoë fuerunt, & tunc *Leleges* dicebantur, & inſulas habitabant, ſed ſua ditione parum contenti, magnam maritimæ oræ, & mediterraneæ partem occuparunt, eam prioribus habitatoribus adimentes, qui & ipſi magna ex parte Leleges Palaſgi erant: ſed Jones & Dores, a allatam injuriam ulciſcentur, eos rurſus, quamvis belli ſtudioſiſſimos, ſuis finibus expulerunt. Cares & Myſos ejuſdem fuiſſe cum Lydis originis, ex Herodoto diſcere eſt, qui *de Caribus* hæc habet *lib.* 1. Ἀποδεικνῦσι δὲ οὐ Μυλασσεῖσι Διὸς Καρίου ἱρὸν ἀρχαῖον, ἅ Μυσοῖσι μὲν τῷ Λυδίσι μετεῖσι, ὡς καταγήτοις, ἐοῦσι τοῖς Καρσί. Τὸν δὲ Λυδὸν καὶ τὸν Μυσὸν λέγουσι εἶναι Καρὸς ἀδελφεώ: *In Mylaſſis, Jovis Carii delubrum vetus oſtenditur, quod Myſis etiam & Lydis commune eſt, ut qui ſint Carum Germani. Quippe Lydum & Myſum Caris fratres eſſe dicitant.* Ovid. *Met.* 9.

Caras & armiferos Lelegas, Lyciamque pererrat.

Virgil. *Æneid.* 8.

Hic Caras, Lelegaſque ſagittiferoſque Gelonos. Hofmannus.

52 Παμφυλίας τε] Pamphyliæ populi. *Pamphylia regio eſt Aſiæ minoris ad auſtrum, & verſus oram litteralem maris Mediterranei ſeu Pamphylii ab ea dicti. Terminatur à ſeptentrione Piſidia & Licao-*

Δεύτερ' ἐπ' ἀνθρώπους. καί τοι πρώτιστα βοήσω.
Ἀνδράσιν εὐσεβέσιν ἥξει κακόν, οἳ θεὸν αὐτὸν
Οἰκήσιν μέγαν εἰς Σολομώνιον, οἵ τε δικαίων
Ἀνδρῶν ἔκγονοί εἰσιν. ὅμως καὶ τῷδε βοήσω
Φῦλον, καὶ γενεὴν πατέρων, καὶ δῆμον ἁπάντων·
Πάντα θεοφραδέως βροτὸς ποικιλόμητις, δολόφρον.
§§ Ἔσται πόλις κεῖ χθονὸς ἀχαλδίοις,
Ἐξ ὧν δὴ γένος ἐστὶ δικαιοτάτων ἀνθρώπων,
Οἵσιν ἀεὶ βουλὴ τ' ἀγαθὴ, καλά τ' ἔργα μέμηλεν.

Humano generi. Quæ tandem prima vocabo?
Sunt ventura piis mala, qui Solomonia circum
Templa colunt, hominum justorum sanguine creti,
Quorum progeniem celebrabo, genusque paternum,
Et cunctum populum: tu vero mente teneto
Omnia rite, vafer mortalis, callide mentem.
Urbs erit in terra Uchaldi
Ex quibus est hominum proles justissima, semper
Queis bona mens cordi est, & rerum cura probarum. Ou-

caonia provinciis, uti etiam tantisper Phrygia magna. Nunc pars est occidentalis Caramaniæ provinciæ, & subest dominio Turcarum. Ferrarius.

§§ Ἔσται πόλις] Hæc prorsus sunt mutila. In superioribus editionibus iteratur versus asteriscō notatus: in duobus scriptis codicib. tantum semel ponitur. at in regio prorsus dissimilis ita habet. ἔσται πόλις τις κεῖ χθονὸς εὐρυάγυια. Ἐξ ἧς μοι γένος, &c. Oppianus.

Οὔτε γὰρ ἠελίου κύκλιον δρόμον, ὔτε σελήνης,
Οὔτε πελώρια ἔργα μεριμνῶσιν γαίης,
Οὔτε βάθος χαρόποιο θαλάσσης Ὠκεανοῖο,
Οὐ πλαρμῶν σημά, οἰωνοπόλων τε πετεινά,

Nam nequc decurſum ſolis; lunæve rotantem,
Nec curant ea quæ per terras magna feruntur:
Nec magni Oceani rimando quærere fundum,
Non ſternutantum, non præpetis omnia pennæ.

Οὐ

54. Οὐ πλαρμῶν] Codex reg. παλμῶν pro πλαρμῶν. Utraque lectio fieri poteſt. E ſternutamentis enim juxta & palpitationibus omina & auguria captabantur. Scripſit Poſidonius quidam librum, teſte Suida, cui titulum fecit παλμικὸν ὀνόματος. veluti ſi dexter oculus palpitarit, hoc ſignificat. *Idem.* Socratis Genium quidem nihil aliud dicebant eſſe, quam ſternutationem cum ipſius, tum aliorum. Cum enim ſe ad quid agendum accingeret, ſi alius tum forte ſternutaſſet à dextra, ſive ante, ſive poſt ipſum, indicium id erat ut in actu pergeret; ſin vero à læva ſternutatio fieret, tum eum monitum ut à cœpto deſiſteret. De ipſius ſternutationibus, quæ fieret acturo aliquid, propoſitum ejus confirmabat; quæ vero fieret, cum agere jam occepiſſet, ipſum ab actione revocabat. Ita Plutarchus his verbis in de Socratis Genio: φησὶ, inquit, ὅτι τὸ Σωκράτους δαιμόνιον, πταρμὸς ἦν. ὅ τι παρ' αὐτῷ, καὶ ὁ παρ' ἄλλων ὅτιμεν μᾶλλον πταίοντος ἐν δεξιᾷ δὲ ὀπίσθιον ἀπ' ἰμισεσθαι, ἐρεμᾶν αὐτὸν ἐπὶ τὸ πρᾶξιν· εἰ δ' ἐξ ἀριστερᾶς, κωλύειν ἐπιόντα· δι αὐτῷ πλαρμὸν τὸ μὴ ὑπομένοντος βεβαίου, τὸ δ' ἐνεργάσοντος, ἐπίχειν τὸ κωλύειν τὸν ὁρμῶν. Sternutatio enim veteribus inter omina erat, ut ex eodem Plutarcho paulo poſt liquet: μαντείας ἐχρῶ ἐκ πλαρμῶν, καὶ κληδόνας, οἷς τὰ μὲν ἐκ τοῦ ἰδιώτου τοῖς μικροῖς συνέχεσθαι, καὶ παίζοντες. Unde caput ſacrum eſſe putabant, uti & ſternutamentum ipſum. Ariſtoteles Problemat. Sect. XXXIII. § IX: Matutina ſternutatio infauſta habebatur, meridiana vero bona & fauſta. Ariſtoteles ibidem §. XI. Maxime autem felix erat ſi à dextra fiebat. Plutarchus in Themiſtocle de tribus captivis Themiſtocli ſacrificanti oblatis ait: τότε ἰδὼν Εὐφραντίδης ὁ μάντις, ὡς ἅμα μὲν ἀνέλαμψεν αὐτῷ τὸ ἱερεῖον μέγα τὴν εὐφάνειν πῦρ, ἅμα δ' ὁ πλαρμὸς αὐτῷ τὸ δεξιὸν ἐσήμηνε, τὸ Θεμιστοκλέα δεξιωσάμενος. Catullus Epigr. XLV:

Hoc ut dixit, Amor, ſinuſtram ut ante,
Dextram ſternuit approbationem.

Ita hic locus legendus & diſtinguendus. In Cereris poteſtate ſternutamenta erant, eique ſacra. Heſychius: συμπόλοις, τὰς ἀφ' τῶν πλαρμῶν οἰωνισμούς. ἀπίπτετο δ' ὕτως δημητρι. Scholiaſtes Theocriti ad Thalyſia ad hæc verba:

Συμμαχίδιον μὲν ἔρωτες ἐπίπταρον,

notat: τὸ πλαρμῶν οἱ μὲν εἶσιν ὠφέλιμον, οἱ δὲ βλαβερόν. Unde & ſternutantibus bona verba dicebant adſtantes, ut ſi quid mali portenderetur, id fauſta precatione averte-

Οὐ μάντεις, [55] ὁ φαρμακὸς, ὁ μὴ σπαδὸς,

Non cantatores, vatesve, venenave dantes,

terent. Plinius lib. XXVIII. cap. 11: *Cur sternutamentis salutamur? Quod etiam Tiberium Cæsarem, tristissimum (ut constat) hominum, in vehiculo exegisse tradunt. Et aliqui nomine quoque consalutare religiosius putant.* Petronius: *Gnitoni collectione spiritus plenus ter continuo ita sternutavit, ut grabatum concuteret. Ad quem motum Eumolpus conversus, salvere Gnitona jubet.* Apulejus Milesiarum lib. IX: *Crebras ei sternutationes commovebat, & quod, cum putaret ab ea profectum, solito sermone salutem ei fuerat imprecatus.* Huc quoque facit lepidum istud Epigramma Ammiani, in Proclum, hominem insigniter nasutum, Antholog. lib. II. cap de Deformis:

Οὐ δυνατὸν τῇ χειρὶ Πρόκλῳ τὸν ῥῖνα κατασύσσειν,
Τῆς ῥινὸς γὰρ ἔχει τὸν χέρα μακροτέρην.
Οὐδὲ λέγω, Ζεῦ σῶσον, ἵνα πτύσῃ· ὁ γὰρ ἀκούει
Τῆς ῥινὸς, πολὺ γὰρ τ' ἄκρου τὸ κύτος.

Quod Henricus Stephanus ita vertit:

Haut manibus Proclus potis est emungere nasum;
Nam Procli nasus longior est manibus.
Invocat haut quæ Jovem, cum sternuit, auribus istum
Tam procul à naso non capit ille sonum.

Eadem quoque Ebræis consuetudo fuit, ut sternutantem salvere juberent, dicentes אסותא, id est, *Medicina, Salus sit tibi*, vel רפואה, quod idem. Quod inde ortum, quia Rabbini fingunt, morbum, quem vocant אסכרא, id est *Anginam*, (à verbo סכר *Claudere, Obturare*) primitus familiarem fuisse infantibus die quarto nativitatis ipsorum; unde eo die parentes jejunare solebant, ut morbum hunc ab infantibus deprecarentur. Hinc in Schabbas: ברביעי חין מתענין מפני האסכרה *Die quarto jejunabant propter anginam.* Postea volunt etiam adultos corripuisse, atque strangulasse, maxime in sternutatione: unde mos inolevit, ut sternutanti dicerent אסותא vel רפואה. Hinc etiam quidam illud quod de Achitophele II. Sam. cap. XVII. com. XXIII scriptum est, ויחנק *Et strangulatus est*, exponunt, *angina suffocatus est*, & volunt Achitophelem angina periisse. Vide Buxtorf. Lex. Talmud. voce אסכרא. Sed quo dilabor? Certe cum de Socratis Genio dicere quædam instituebam, minime ita desinere cogitabam. Redeamus igitur in viam. Plutarchus, licet hoc, quod de sternutamento dicebamus, de Genio Socratis referat, postea tamen refellit, aliasque rationes adducit, quas hic inferre nec lubet, nec otium est. Ipsum qui voles adi. De Socratis quoque Genio gemina est dissertatio apud Maximum Tyrium. Interim si & nos rogemur quidnam de illo adeo decantato Socratis Genio sentiamus? non dubitamus dicere. Omne quicquid tota de eo antiquitas notat, merum esse figmentum; idque vel ab ipso Socrate profectum, ut tanto magis in sui admirationem homines raperet, vel ab ejus amicis & fautoribus, quibus primo id ipse forte persuaserat, in vulgus sparsum. Scimus enim quam ingeniosa in fabulis confingendis fuerit antiquitas; neque ambigendum, quin Socrates plurimum auctoritatis, hoc de Genio suo commento, apud cæteros meruerit, qui eum quasi præ aliis divinitatis quid possidentem suspexere. Vide quidnam apud credulos etiam mera mapalia efficere possint. *Ouzelius.*

[55] Οὐ φαρμακὸς] Producit mediam in φαρμακὸς contra usum. *Opsopœus.*

Οὐμύθων μωρῶν ἀπάτας [56] ἐγγαστριμύθων,
Οὐδὲ τὰ Χαλδαίων τὰ πρεσμαντικὰ [57] ἀστρολογοῦσιν,

Non impoſturas fatuorum ventriloquorum:
Nec Chaldæorum prædicta per aſtra loquuntur,

Οὐ-

56 Ἐγγαστριμύθων] *Pythones* à Pythone dicti ſunt, *Python* autem fuit epitheton Apollinis, quod reſponſa daret petentibus ſeu conſulentibus, παρὰ τὸ πυνθάνεσθαι, id eſt, *à percontando* ſeu *conſulendo*, quemadmodum docet Strabo lib. 9. Hinc, *Apollo Pythius*, qui & *Delphicus*, à loco illo celebri, dicebatur, cui etiam nomen fuit *Pytho*, ſicut fœmina, in qua ibi Dæmonium illud conſulentibus de rebus futuris reſponſa dabat, *Pythia* dicta eſt. *Pythonem* autem Græci interpretes aliquoties in Bibliis, ut & Joſephus antiq. lib. 6. cap. 15. ἐγγαστρίμυθον, id eſt, *ventriloquum*, ſunt interpretati, quod ex obſeſſorum ventre oracula ſolerent edere, & Hebræi non prorſus diſſimili ratione videntur אוֹב (quæ vox *uterem* ſignificat) iſtud Dæmonium vocare, quod hominum eo correptorum ventres inſtar utris intumeſcerent, cum oracula ederent: quapropter *Pytho*, 1 Sam. 28. verſ. 7, 8. vel *ſpiritus Pythonis*: Act. 16. 16. nihil aliud fuit, quam virtus (hoc eſt, impoſtura) Dæmonis, & *Pythones* fuerunt homines ſpiritu iſto Dæmonis correpti ſeu à Dæmone iſto poſſeſſi, qui percontantibus de futuris reſpondebant, & manes etiam ſeu defunctorum animas (ſicut Joſephus loco citato loquitur) elicere callebant, ac per eas futura ſciſcitantibus prædicebant, (nam ab antiquiſſimo illo oraculo Delphico *Pythones* nominati ſunt tum omnes cujuſmodi ſpiritus divinatorii, tum omnes homines, qui illis correpti percontantibus de futuris reſponſa dabant, ſive eſſent viri, ſive eſſent fœminæ: vide Plutarchum in tractatu, cui titulum fecit, Cur oracula deſierint.) hoc ſenſu, 1. apud Iſraelitas *Pythones non* erant *inſtituendi*, unde reprehenditur Manaſſes, quod Pythones inſtituerit: 2. Reg. 21. 6. 2. Chron. 33. 6. *nec conſulendi*: Deuter. 18. 11. Levit. 19. 31. & 20. 6. Eſa. 8. 19. contra quod interdictum cum Saul mulierem Pythone præditam conſuluiſſet: 1. Sam. 28. verſ. 7. 8. ob hoc peccarum in prælio occubuit: 1. Chron. 10. 13. *nec tolerandi*, ſed excindendi & morte mulctandi: Levit. 20. 27. unde *Pythones amoverunt Saul*: 1. Sam. 28. verſ. 3. 9. & *Joſias*: 2. Reg. 23. 24. 2. *vox è terra quaſi Pythonis*: Eſa. 29. 4. ponitur pro voce ſubmiſſa, quæ vix auditur, atque adeo, pro voce humillima, qua utuntur qui in gravi opprobrio & calamitate verſantur. Sic autem appellatur vox ſubmiſſa & humillima, quia Pythones oracula reddebant ex demiſſo ſub terram ſpecu, quemadmodum Livius teſtatur Tarquinii filiis oraculum Delphicum conſulentibus vocem redditam fuiſſe *ex infimo ſpecu* (vide DIVINI) ſed & dici poteſt, Prophetam loco prædicto reſpicere ad id quod Pythones, cum oracula ederent, è ventre loquerentur, ut ſupra obſervatum eſt, nam qui ita loquebantur, eorum verba videbantur tanquam è terra prodire & ex interiori aliquo receſſu. *Ravanellus.*

57 Ἀστρολογοῦσιν] Lactant. lib. 2. cap. 17. *Dæmonum inventa ſunt aſtrologia, & aruſpicina, & auguratio, & ipſa quæ dicuntur*

Οὐδὲ μὴν ἀσεβήσουσι. τὰ γὰρ πλάνα πάντα πέφυκεν,
Οσσα κεν ἄφρονες ἄνδρες ἐρευνῶσιν κατὰ ἦμαρ,
Ψυχὰς γυμνάζοντες ἐς ἄδεν χρήσιμον ἔργον,
[58] Καίρια πλάνοις ἐδίδαξαν ἀεικελίους ἀνθρώπους.
Ἐξ ὧν δὴ κακὰ πολλὰ βροτοῖς πέλεται κατὰ γαῖαν,
Τὸ πεπλανῆσθαι ὁδοὺς τ' ἀγαθὰς, καὶ ἔργα δίκαια.
Οἱ δὲ μεμνῶσίν τε δικαιοσύνης τ' ἀρετῆς τε,
Καὶ [59] φιλοχρημοσύνης τις γ', ἢ κακὰ μυρία πάσχει

Aſtra nec obſervant, nam ſunt hæc omnia falſa,
Dementes homines quæ perſcrutantur in horas,
In re exercentes animos quæ non juvat hilum.
Quin miſeros homines errores edocuerunt,
Ex quo mortales agitant mala multa per orbem,
Ut rectiſque viis & juſtis rebus aberrent.
At ſunt virtutis cultores, juſtitiæque,
Non & avaritiæ, quæ triſtia plurima conflat

Θνη-

cuntur oracula, & necromantia, & ars magica, & quicquid præter ea malorum exercent homines vel palam, vel occulte: quæ omnia per ſe falſa ſunt, ut Sibylla Erythræa teſtatur.

Ἐντεῦθεν πλάνα πάντα πάλιν ἰὼν
Οσσαπερ ἄφρονες, &c.

Orſorcus.

58 Καίρια πλάνοις] Ranconeti quaternio manuſcriptus πλάνης. Regius codex πλάνοισι. bene. *Idem.*

59 Φιλοχρημοσύνη] Hic cum ſequenti non reperitur in vet. cod. regiæ bibliothecæ & ſuſpicio eſt ex aliquo gnomico ſcriptore huc tranſlatos eſſe. Theognis ſimiliter fere de paupertate:

Χρημοσύνη ἄνεστ', ἢ δὴ πανὺ πολλὰ διδάσκει,
Τεύδειν τ', ἐξαπάτας τ' ἀλοσυδνάς τ' ἰδέειν.

Idem.

Θνητοῖς ἀνθρώποις, πόλεμον καὶ λιμὸν ἄπειρον.
Τοῖσι δ' μέτρα δίκαια πέλει κατ' ἀγρούς τε, πόλεις τε,
Οὐδ' ἐ κατ' ἀλλήλων νυκτὸς κλοπίας τελέουσιν,
Οὐδ' ἀγέλας ἐλάουσι βοῶν, οἰῶν τε καὶ αἰγῶν·
Οὐδ' ἔρυς γαίης γείτων ἑ γείτονος ἄρῃ.
Οὐδ' ἐ πολυπλυστῶν τὶς ἀνὴρ τὸν ἐλάφονα λυπεῖ.
Οὐδ' ἐ γε χήρας θλίβῃ, μᾶλλον δ' αὖτε βοηθεῖ,
Αἰεὶ ἐπαρκέων ἐν σίτῳ, οἴνῳ, ἠ ἐλαίῳ·
Αἰεὶ δ' ὄλβιος ἐν δήμῳ, τοῖς μηδὲν ἔχουσιν,
Αλλὰ πενιχρομοίροισι θέρυς ἀπὸ μοῖραν ἰάλλῃ.
Πληρωῶτες μεγάλοιο θεοῦ φάτιν ἔννομον ὕμνον.

Mortali generi, bellumque, famemque vagantem.
His modus eſt juſtus demenſa per arva, per urbes,
Nec nocturna ſibi rapiunt per furta viciſſim,
Caprarumve greges abigunt, oviumve, boumve,
Nec terræ metas vicini ſummovet alter,
Nec locuples quiſquam divexat pauperiorem,
Nec viduas torquet, ſed eis magis auxiliatur,
Semper ſubveniens oleo, vinoque, ciboque:
Semper & in populo felix, & dives egenis
Pauperibuſque ſuæ partem largitur ariſtæ,
Ut fieri jubet & laudat Divina Dei lex,

Πᾶσι

Πᾶσι γὰρ ἀρχὴν κοινὴν ἐτελέσατο γαῖαν.
Ἡνίκα δ' Αἴγυπτον λείψει, καὶ τέρπνὸν ὁδεύσει
Λαὸς ὁδωδεκάφυλος ἐν ἡγεμόσιν θεοπέμποις,
[60] Ἐν στύλῳ πυρὸς ἐνὶ τὸν νυκτερινὸν διοδεύσων,
Καὶ στύλῳ νεφέλης παῦ [61] ἠὼς ἦμαρ ὁδεύσει,
Τούτῳ δ' ἡγητῆρα καλαισήσει μέγαν ἄνδρα

Qui terram fecit communis ut omnibus esset.
Cum vero Ægyptum linquet, desertaque vadet
Per loca bis sena populus de prole creatus,
Sub ducibus missis divinitus, isque columna
Ignita per iter noctis grădietur opacæ,
Per totumque diem nebulæ præeunte columna,

[62] Mo-

60 Ἐν στύλῳ &c.] Omnia hæc quæ Pseudo-Sibylla heic scribit sunt desumpta ex sacris literis, ut quivis facile videre potest, neque hæc à Sibylla prædici potuerunt, de Mose memorat, cum nullus Mose scriptor antiquior unquam extiterit. *Gallæus*. Explicatio nominis: *columna*, præter propriam & notam significationem, accipitur etiam quandoque *improprie*, idque, tum, metaphorice (de significationibus autem hujus vocis metaphoricis vide infra, nu. seqq) tum, metonymice, pro eo quod refert figuram columnæ. Sic. 1. *columna fumi*, adscendens ex civitate incensa: Judic. 20. 40. 2. *columna nubis & ignis*, quæ fuit Israëlitis præsentiæ Dei symbolum: nam Deus interdiu in columna nubis, qua operiebantur, noctu vero in columna ignis duxit Israëlitas, seu, itineris dux fuit illis: Exod. 13. v. 21, 22. & 14. 24. & 40. 38. Num. 9. v. 15, 16. &c. & 10. v. 11, 12, 13, 14. & 14. 14. Deut. 1. v. 33. Nehem. 9. v. 12, 19. Ps. 78. v. 14. atque adeo, protexit eos: ad quod alluditur, Esa. 4. 5. (ubi agitur de protectione & defensione Dei erga pios) specialiter autem per columnam ignis lucem eis præbuit noctu, Exod. 13. 21. Nehem. 9. v. 12, 19. Psam. 105. 39. per *columnam* vero *nubis* texit eos ab æstu, ibid. in qua etiam columna nubis alloquutus est Mosem & Aaronem: Psalm. 99. v. 7. *Ravanel.* Una eademque erat columna. Patet ex Num. 9. 15, 16. [Al. aliter.] Duplex fuit; una per diem, quæ in vespere recedebat peracto officio; & tunc columna ignis successit. Hæc columna & iter monstrabat, & æstum defendebat. Num. 10. 34 *nubes fuit obumbrans*, Me. In trajectione Jordanis defecit hæc columna, ut patet, quod non jubeantur (ut prius) columnam viæ ducem adspicere, sed Arcam. *Polus*.

61 Ἠὼς] In duobus codd. scribitur ἕως, & in altero notatur id idem valere atque τῆς ἕως. *Opsopæus*.

[62] Μωσῆι, [63] ὃν παρ' ἔλους βασιλιος' ἀιρούσ' ἐνόμιζε,

Huic populo ductor dabitur vir magnus ab illo

Θρε-

62 *Μωσῆι* &c.] Prodiit peculiaris de vita Mosis apud Hebræos liber, qui à doctissimo *Pellicano* in linguam Latinam translatus, Tiguri in Bibliotheca Carolina asservatur *מדרש*, cujus in secunda parte faciemus mentionem. Nunc instituti memores ea tantum eruemus, quæ authores hactenus citati commemorant de magnanimo populi Israëlitici *אגדה*. Duabus autem partibus generalibus tota hæc tractatio absolvitur, *Vita & Morte*. In *vita* habemus I. *Antecedentia* Nativitatem. Varia videlicet omina magni Principis & Imperatoris vere Augusti. *Schalsch. hakk.* pag. 11. b. אמר רמרש שבשנת כמו ק"ל לדדת ישראל למצרים פרעה חלם וראה זקן עמד נגדו ומאזנים בידו ויקח כל זקני מצרים ויקשרם יחד וישימם בכף א' של מאזנים ולקח טלה א' וישימהו בכף מאזנים האחר ויבריע הטלה כנגד כלם ויהי בבקר ויקרא כל חרטומיו ויפתרו שעתיד לילד מושיע לישראל נגד המצרים ואז צוה כל חכמי הילוד: *Habetur in Midrasch, anno quasi 130. à descensu in Ægyptum somniasse Pharaonem, & secundum quietem vidisse stantem hominem senem è regione sua, habentemque libram in manu sua: omnes autem Seniores Ægypti colligatos uni imposuisse lanci, alteri vero agnum, qui omnibus reliquis præponderarit. Mane autem Magos ad se vocavit, quorum interpretatio erat, nascisturum Redemtorem Israelis contra Ægyptios; Et tum præcepisse, ut omnes filii interficerentur.* Idem habet R. Eliez. c. 48. II. *Nativitatem* ipsam. Cujus observatur a. *Tempus* Schalsch. hakk. p. 11. b.

משה נולד ק"ן שנים אחרי מיתת לוי והיה שנת ב' אלפים שסח ליצירה ביום ד' ז' ימים לחדש אדר ג' שעות מהיום ו"א שחוא כן" ניסן *Moses natus est 37. anno post obitum Levi, qui fuit annus Mundi 2365. die Mercurii, quæ fuit 7. mensis Adar, diei hora tertia: Alii tamen dicunt, fuisse 27. Nisan.* Zem. Dav. P. 1. *Moses Magister noster, super quo pax, natus est anno* 368. Aliis tamen placet, natum esse Mosen anno 2373. quatuor annis post hoc tempus, sed nulla solida nituntur ratione; quo & referri potest conjectura *Aben Ezra* Ex. 2. v. 1. matrem Mosis Jochebed tum egisse annum ætatis 130. b. *Modus* miraculosus, tum ratione ætatis Jochebed jam expressæ: Sara nonagenaria puerpera fuit; hæc demum ætatis anno 130; tum ratione infusæ magnæ in ædes parentum lucis, quæ spectatoribus tantum non visum intercepit. III. *Concomitantia*. Difficilima tempora, quibus in hanc lucem Mosis fuit editus,

editus: de quibus Ex. c. 1. Quarum calamitatum compendium exhibet. *Patricid.* p. 25. فلما مات يوسف واخوته وكل من كان من ذلك الجيل وكثروا بني اسر ايل وتوالدوا وامتلئت مصر منهم وقام بمصر ملك لم يكن يعرف يوسف فقال لاصحابه ان بني اسر ايل قد كثروا واننا لانامن ان يخرج علينا خارجي فيعينوه فيخرجوا بامر مصر فسلط مصريين عليهم واشتعبدوهم واشتدوا عليهم في العبرية في الطين واللبن والحجارة ونحت الجبال والمغابر والحرث وامر فرعون القوابل ان يقتلوا كل مولود يولد من بني لسر ايل ذكرا ويغرق في البحر فقتل من الاطفال وغرق في البحر مالايحصي عددهم

Mortuo autem Josepho & fratribus ejus, cæterisque ejus coætaneis, multiplicati sunt filii Israelis, generationeque continua impleverunt Ægyptum. Surrexit autem Rex Ægypti, qui Josephum non noverat. Dixit ergo suis consiliariis: Ecce ut utique sunt filii Israël, neque fidimus ipsis, quia si hostis contra nos prodiret, ipsi suppetias ferrent, & Imperio Ægyptiaco se subducerent. Ægyptii igitur dominio in eos utentes, sibi subjecerunt, & gravi servitute eos presserunt, operam eorum occupantes in luto, latere, lapide, excisione montium, spelunearum, aratione. Mandavitque Pharao obstetricibus, ut interimerent omnem genitum ex filiis Israël masculum; eumque mari submergerent. Atque sic occisi & mari undis suffocati sunt infantes numero innumeri. Elmacinus p. 46. وقام ملك بمصر لم يكن عارف بيوسف ولا باخوته وقال لقومه ان شعب اسر ايل قد كثروا وصاروا اقوي منا نعمل الحيلة في امرهم ليلا يكثروا ولا ناامن ان يخرج علينا خارجي فيعينوه فيخرجوا من الارض وامر ان يستعملوا في اللبن والحجر فقال لقوابل العبر انتين اذا ولدت ذكرا فاقتلوا فخفن الله ولم يفعلن فانكر فرعون عليهن فقالوا ان نساء العبر انتين ليست كالمصريات لانهن يقتلن اولادهن قبل ان يدخلن القابلة وامر ان يكون من يرمي من الذكور يلقي في النهر

Surrexit autem Rex Ægypti, qui non noverat vel Josephum, vel fratres ejus. Dixitque populo suo. Natio utique Israëlitica, incrementis sumtis, prævalet nobis; astute igitur contra eos agemus, ne multiplicati faciant, quo minus securi simus, & si forte hostis contra nos moveat, eum juvent, atque territorio nostro egrediantur. Mandavit igitur, ut occupentur latere & lapidibus. Sed & obstetricibus Hebræorum dedit in mandatis; ut si nasceretur puerulus, occiderent eum. Illæ vero, Deum timentes, hoc non fecerant, eumque indignatus illis fuisset Pharao, responderunt ei; Non est ea ratio mulierum Hebraicarum, quæ Ægypticarum: Illæ enim occidunt (notorius, dubio procul, amanuensis error, leg. يقبلن *obstetricis officium faciunt*) *liberos suos, antequam ingrediantur obstetrices. Jussit igitur omnem prolem masculam recens natam in fluvium projici.* IV. Consequentia, ubi A. *Impositio nominis*; Varia Mosi tribuuntur nomina. In Vajikra Rabb. S. 1. referunt; *Decem nominibus fuisse insignitum Mosen*: Eadem repetuntur in *Schalsk.* & à nobis in *Hist. Orient.* p. 52. Syri duo alia supponunt nomina, ut ibidem, ex *Isa bar Ali* monuimus. Alias binominem faciunt. *Eliez.* c. 48. *R. Nathanael*

thanaël dicit: Viderunt parentes Moſis, formam Moſis eſſe velut Angeli Dei: & circumciderunt illum, nomenque ejus vocarunt Jekutiel. R. Simeon ait; Appellarunt eum טוב *juxta illud: Et vidit eum eſſe* טוב elegantem; Exod. 11. v. 2. Sit hæc ἐτυμολόγησις fictitia; illud tamen elucet, Judæorum teſtimonio pareutes Moſi nomen indidiſſe Hebraicum. Alterum ergo *Moſe*, Ægyptiacum eſt. Id conſtanter fatentur 1. *Judæi*; veteres etiam *Philo*, *Joſephus*; Intermedii *Aben Ezra*; qui tamen Moſen appellatum fuiſſe voce *Monios* Ægyptiace ex libro עבורת אדמה ex Lingua Ægyptiaca in לשון קדרים *Linguam Arabicam* (*Vorſt.* animad. in Pirke p. 246. cur *Armenicam*, & *Kircher.* T. 1. Oedip. Ægypt. *Æthiopicam* vertat; non video) *tranſlatæ*, obſervat. 11. Nomen à filia Pharaonis Ægyptiace loquente datum; largiuntur a. *Hebræi.* Schalſch. p. 11. b. ורבי מקן שנתים ימים הביאהו אמו לבתיה בת פרעה ויקרא שמו משה *Exacto autem biennio adduxit eum mater ejus Bithiæ, filiæ Pharaonis, & vocavit nomen ejus Moſche.* Bithiæ nomen filiæ Pharaonis etiam tribuitur ab *Eliez.* in Pirk. c. 48. Occurrit quidem 1 Chron. 4. v. 18. filia cujuſdam Pharaonis ברתיה dicta, alia tamen, procul dubio, eſt ab hac noſtra. Joſephus eam *Termuth* nuncupat: *Patricid.* pag. 25. سيعرث 6. *Arabes.* Elmac. ولما انقضا زمان رضاعته ادخلته امه الي ابنه فرعون فصيرته لها ابنا وسمته مرسي قايلة من الماء نشلته *Et cum tempus ablactationis terminum attigiſſet, adduxit eum mater ejus filiæ* (leg. enim بنته) *Pharaonis, quæ adoptatum illum in filium, vocavit Moſen, dicens: Ex aquis extraxi eum. b. Græci.* Clem. Alexand. Stromat. ſerm. 1. p. 129. εἶτα θυγατηρ τοῦ βασιλέως θεσμῷ υἱοποιεῖται, ὀνομάσας, ἀπὸ τῆς ἐξ ὕδατος ἀναιρέσεως αὐτόν. *Poſtea impoſuit Regina puerulo nomen Moſis, Etymologice, quia ex aquis extraxit eum.* 111. Ipſæ partes componentes compoſito reſpondent. Μω enim & υσης eſt, ex aqua *ſervatus.* Vide Oedip. *Kirch.* T. 1. p. 122. ubi inter verſus ex pentateucho Coptico in aſſertionis hujus adducitur ſubſidium. Confer *Exerc. Anti-Morin.* pag. 48. Plane Kabbaliſticum eſt, quod habet R. *Eliez.* c. 32. de illis, qui nomina ante Nativitatem ſuam acceperunt, quos inter Moſen etiam refert. *Moſes unde? Quia dicitur: Non contendet Spiritus meus cum homine in æternum,* בשגם eo quod etiam, Geneſ. 6. 3. בשגם *continet in Geometria* (Arithmetica) משה *Moſe* 345. *quia vita ejus fuit* 120. *annorum, juxta illud, Et erunt dies ejus* 120. *ann.* B. *Prænaturum exilium* ex ædibus paternis, ab ipſis parentibus, ut tenellum infantem ſervaret, neceſſario ſuſceptum. *Patric.* 25. فلما ولد مرسي خافت امه ان يقتل واخفته ثلاث اشهر ثم خافت بي فنسها واسم ام مرسي برخابل فعملت تابوتا من بردي وفي التربه حشب السرير وزفته من داخل ومن خارج فجعلت الصبي في التابوت وطرحته في شط النيل في الضحضاح في مدينة يقال لها ضاة من عمل مصر اقصر به امراج البحر ويقرب ولا تراه *Cum natus eſſet Moſes, metuit mater, ne occideretur: cumque eum tres menſes abſcondiſſet, ſibi timere cœpit. Erat autem nomen matris ejus Jocebed. Et fecit arcam papyraceam* (eandem vocem habet *Ibn-Sina* in ſua Tranſlatione;

tione; est autem papyrus herba) *In lege tamen dicitur, constructam fuisse ex subere; & pice eam oblivit intrinsecus & extrinsecus. Puerulum autem arcæ impositum, projecit ad Nili ripam, ubi minus profunda erat aqua in urbe Tzana, quæ* Metropolis *fuit* Nómu *sive ditionis* Taniticæ (de qua Ezech. 30.) *ut allisione fluctuum interficeretur, neque spectatrix mortu esse deberet.* Elmac. p. 46. brevior est; sensu tamen convenit. *Hottingerus.*

63 Οἱ περὶ ἴλας &c.] C. *Liberatio* ex undis; facta per filiam Pharaonis; ubi 1. *occasio*; Lotio, quam propter morbum, Pharaonis filia, necessario identidem instituerat. *Pirk. Eliez. c.* 48. *Filia Pharaonis, Bithia, percussa erat gravibus plagis, neque poterat se lavare in caudis aquis; sed descendit, ut lavaret in fluvio.* 2. Ejusdem, præsente Maria, *extractio & restitutio. Patricid. p.* 25. وجلست مريم اخت موسي من بعيد لتنظر ما يكون من امر الصبي فهبطت ابنة فرعون واسمها سبعون لتستحم في النيل فسمعت بكا الصبي في جوف التابوت وشفقت عليه وحنت واخذته وامرت ان يطلب لها مرضعة وتربيه فقلن لها قد جاءت اخت موسي فقالت لها ابنة فرعون ارضعي هذا الغلام وانا اعطيكي اجرتكي ولا تعلم انها امه *Anno* 80. (vitæ Mos. Amram) *genuit Mosen Prophetam; & occultarunt eum trimestre spatium; & cum diutius abscondere eum non possent, accepit mater ejus Jochebed arcam ligneam, eidemque illum impositum projecit in fluvium. Maria autem, soror ejus eminus prospiciebat, quid de eo esset futurum. Cumque filia Pharaonis ad locum, lotum, descendisset, arcamque vidisset, misit ancillas suas, ut tollerent eum ex aquis: & postquam vidisset ipsum lacrymari, miserta ejus dixit; Hic puerulus est ex Hebræis: An (inquit) sitendes mihi, quæ eum lactet? Imo, respondit. Abiit igitur & vocavit matrem suam, cui dixit filia Pharaonis, Lacta hunc puerulum, & dabo tibi mercedem tuam. Illa vero nesciebat, esse matrem.* 3. *Effecta.* Volunt

dixit ei: *Ego faciam, nutricem habeas, ex filiabus Israel, quæ eum lactet, & enutriat. Properans igitur venit ad matrem suam, quæ & Mosis mater erat; quod tamen Pharaonis filia ignoravit, traditumque ei puellum lactandum & educandum. Elmacinus* Scripturæ verbis tenacius insistit. ويعد ثمانين سنة اولد موسي النبي فاخفوه ثلاثة لشهر ولم يقدروا ان يخفوه اكثر من ذلك واخذت امه يرخابت تابوتا من خشب ورضعه فيه والقته في النهر وكانت اخته مريم تنظر اليه من بعد لتعلم ما يكون من امره وذلك ان ابنة فرعون اتي اليم لتغتسل فرات التابوت فرجعت خدمها لشبله من اليم فلما راته يبكي رحمته وقالت هذا من اولاد العبرانيين فقالت اترين من يرضعه قالت نعم فمضت وبعثت امه فقالت لها ابنة فرعون ارضعي هذا الغلام وانا اعطيكي اجرتكي ولا تعلم انها امه

Sedit Maria, soror Mosis eminus, ut spectaret quid de puerulo illo fieret: Accessit autem filia Pharaonis, cui nomen Sithhoun, ut lavaret in Nilo; auditoque fletu pueruli in medio arcæ, misserta est ejus, cumque accepisset eum, jussit prospici ei de nutrice, quæ lactaret eum & educaret. Accessit autem ad ipsam Miriam, soror Mosis, quæ

meritum esse hac ipsius misericordiæ filiam Pharaonis, ut non modo à lepra sanaretur; sed & לידבק תחת כנפי השכינה *haereret sub alis Majestatis divinæ*, i. e. ut Paganismo valere jusso Judæis accederet. *Eliez. c. 48. Filia Pharaonis vidit puellum lachrymantem, atque extendit manum suam, eumque apprehendit, & sanata fuit, dixitque: Puer hic justus est, & conservabo illum invita. Quicunque autem servat animam unam ex Israële, is quasi totum mundum conservat, & qui perdit unicam animam Israëlitarum, is veluti universum mundum perdit. Hinc promerita fuit filia Pharaonis adhaerere alis Majestatis Divinæ, & fuit vocata filia Dei.* C. *Educatio* in Pharaonis aula, ubi notandum I. Eum ibi vixisse *honoratum. Eliez. c. 48. Omnes aulici Pharaonis ipsum honorabant, hinc dicitur: Et crevit & exivit ad fratres suos* Exod. 2. 11. Ita *Schalsch.* p. 11. b. 11. Literatura Ægyptiaca fuisse imbutum. *Rhnecinus* p. 47. وثم ربي في قصر فرعون وتعلم جميع العلوم والحكم وعرف الاخبار والتواريخ وتاديب بكل ادب وحكمة المصريين *Et educatus est in Castro Pharaonis, institutus in omnibus scientiis & disciplinis, peritus omnium rerum gestarum & Annalium, eruditus in omni eruditione & sapientia Ægyptiorum.* 111. Omnibus in ipsa infantia Ægyptiis terribilem. *Schalsch. hakk.* p. 11. b. אומר המדרש כי בהיותו בן ג' שנים על ברכי בתיח אציל פרעה וישימה על ראשו ותמהו כלם ופרעה פחד ובליעם יעץ להרגו והית' שלח מלאך גבריאל בצורת א' מהחרטומים ויען לקחת מרגלנות ולשימם בכלי

א' ואש בכלי אחר ולהביא שניהם לפני הנער והיה אם הנער יקח מהמרגלית יהיה סימן שבחכמת לקח הכתר וחיב מיתה ואם יקח אש יהיה פטור וכן יד משה ולקח אש וישיתהו על פיו ותבער קצת שפתיו ונעשה כבד פה וכבד לשון ויצא חפשי ונתגדל בבית בתית ופרעה אביו עד היות לו י"ה שנים ויש אומרים כ"ט שנים *Habetur in Midrasch; quod cum ageret 3. annos Moses, super genua Bithiæ: praesentibus Pharaone & Magis ejus, abstulerit de capite Pharaonis coronam, eandemque capiti suo imposuerit; quam rem omnes mirabantur. Cumque Pharao pavore esset percussus, author ipsi fuit Bileam; ut eum occideret. Misit autem Deus benedictus Angelum Gabrielem, figura unius ex Magorum numero, qui consilium suggessit, ut acciperet margaritam, eamque imponeret vasi uni, & ignem vasi alteri, utrumque autem puero apponeretur; Si puer acciperet margaritam, signum esse, quod coronam prudens abstulisset, adeoque dignus esset morte: si autem ignem, liberari. Secuti sunt hoc consilium. Angelus autem spectator, qui non videbatur, manum Mosis sustentavit, igneque accepto & ori ingesto, partem labiorum ambussit, factiusque est & gravis ore, & impeditus lingua, ipse vero, indemnitatem consecutus, crevit authoritate in domo Bithiæ; Pharao autem pater ejus fuit ad annum ætatis 18. vel, ut alii dicunt 29. 1v. Specimina* in Ægypto dedit *futuri regiminis* ex instinctu Spiritus Sancti. *Majm.* More Hannev. lib. 2. cap. 45.

البرتبة الاولي النبرة ان تصحب
الشخص معرفة الاهية تحر كه
وتنشطه لعمل اوصلاح عظيم ذي
قدر مثل تخلص جماعة فضل
من جماعة اشرار او تخليص
فاضل كبير او افاضة خير في
قوم كثير بين ويجد من
نفسه لذلك محركا وداعيا للعمل
وهو تسمي روح يהוה والشخص
الذي تصحبه هذه الحالة يقال
عنه انه يצלחה עליו روח יהוה

Primus gradus Prophetiæ est, cum quis auxilio divino instructus movetur, & excitatus redditur ad opus aut facinus aliquod insigne, cum virtute conjunctum, ut est liberatio Ecclesiæ, à multis malis; aut liberatio præclari alicujus viri, aut effusio beneficii in multos; eumque reperit se moveri & vocari ad illud opus; Talis (motus) dicitur spiritus sanctus; De homine vero, qui eo est ornatus, dicitur; Irruit in ipsum spiritus Domini. Hac virtute (pergit Maimonides) *quoque præditus fuit Moses inde ab eo tempore, quo virilem ætatem assecutus est. Ideoque illius vi impulsus fuit, ut Ægyptium interficeret, & duorum illorum litigantium alterum, injustam causam habentem, reprimeret. Hæc virtus adeo fortis & robusta fuit in ipso, ut eo quoque tempore, cum timeret, & fuga sibi consuleret, atque ut peregrinus & exul in terra Midian habitaret, tamen iniquitatem aliquam committi videns, ab ea vindicanda, & amovenda temperare sibi non potuerit, eamque ferre nequiverit, sicut dicitur; Tum surrexit Moses, & servavit eos*, Exod. 2. 17. De litigantibus istis incerta sunt Hebræorum judicia. *Pirke Eliez.* cap. 48. *Exiverat Mojes ad castra Israëlitarum, & vidit Ægyptium percutere quendam ex filiis Kahati, qui erat ex fratribus ejus ex tribu Levi, juxta illud:* Et vidit virum Ægyptium percutientem quendam Hebræum ex fratribus suis. *Cæpit illum execrari, & sustulit gladium labiorum suorum*, & trucidavit eum, atque occultavit in castris Israëlitarum, sicut dicitur: Et abscondidit eum in arena. Non in arena, *sed Israele*: Hinc illud: Et numerus Israëlitarum veluti arenæ maris. *Egressus est die secundo, & vidit duos Hebræos rixantes, qui erant Dathan & Abiram, juxta illud:* Et dixit violento, quare tu percutis proximum tuum? *Respondit illi Dathan:* Tu conatus es me interimere gladio oris tui, sicuti interfecisti Ægyptium: *sicuti dicitur:* Quis constituit te principem, & judicem super nos? *Num, ut me interficias, hoc dixisti, sicuti trucidasti Ægyptium. Schalsch.*

p. 11. b. ואז יצא אל אהיו וירא
איש מצרי מכה איש עברי שהיה
דתן ויכרח העברי המוכה אל
משה ויאמר לו המצרי הזה נכנס
בביתי באמש ויאסרני ובא על
אשתי בפני ועתה מבקש להרגני
ויך משה את המצרי בשם
המפורש וטמנהו בתוך בני
ישראל הנמשלים לחול וילך
העברי לביתו לגרש אשתו
שנטמאה ותברח האשה ויגד
הדבר לאבירם אחי אשה ויהי
בבקר שב משה שנית לכחנה
העבריה ומצא דתן ואבירם
ניצים על דעת זה הגט ויצעק
אליהם והשיבו לו הלהרגני
אתה

אתה אומר וכו' והודיעו אל
המלך רציחת המצרי והשם
בבית האסורים ונפסק דינו
להתיז ראשו ובשעת הנחיטה
נעשה צוארו כמו שיש ונהפך
הרב על צואר הקוסטנר וימת

Postea (exactis videlicet ætatis annis 18. vel 29.) *egressus ad fratres vidit virum Ægyptium percutientem Hebræum, qui Dathan erat: fugit autem Hebræus percussus ad Mosen, eique dixit; Ægyptius iste heri domum meam ingressus, me vincit, postea que, me inspectante, uxorem meam vitiavit. Jam autem ad necem me quærit. Interfecit igitur Moses Ægyptium, nomine explicito, (Tetragrammato) eumdemque abscondit inter Israelitas, qui similes sunt arenæ. Hebræus autem domum abiit, ut uxorem suam repudiaret contaminatam: Illa vero aufugit, remque notam fecit Abiram fratri suo. Secundo igitur, postridie, exiit Moses in castra Hebraica, reperitque Dathan & Abiram contendentes de libello repudii: inclamavit igitur illis: Hi vero respondérunt: Anetiam me interficere conaris? &c. Regi igitur cædem Ægyptii indicarunt. Unde in carcerem (Moses) conjectus est; sententia autem de eo lata, ut decollaretur; sed tempore subeundi supplicii caput ejus instar eboris induruit; gladius vero versus in collum carnificis.* Petitum est hoc commentum ex *Schem. Rabba* S. 1. & 5. Simile quid de Jacobo ineptiunt: vide *Pirk. Eliez.* c. 37. Reliqui scriptores Orientales plerique Scripturæ simplicitatem secuti, nomina contendentium non exprimunt. *Elmac.* p. 47. فلما كبر وخرج
الي اخوته فنظر مصريا يضرب
عبرانيا فالتفت يمنة ويسرة

فلم يري احدا فقتل المصري
ودفنه في الرمل وخرج من الغد
فرجد عبرانيين يختصمان
فقال المظالم لم تضرب فريبك
فقال له اتريد ان تقتلني كما
قتلت المصري بالامس فخاف
فسمع فرعون واراد قتله فهرب
Cumque adolevisset, prodiit مرسي
ad fratres suos, vidítque Ægyptium percutientem Hebræum. Respexit igitur dextrorsum & sinistrorsum, nec quemquam vidit. Interfecit ergo Ægyptium, eumque in arena sepelivit. Postridie iterum egressus invenit Hebræos contendentes, dixit itaque injuriam inferenti: Cur percutis propinquum tuum? cui ille. Num & me occides, quemadmodum occidisti heri Ægyptium. Metuit igitur, & quia res gesta Pharaonis innotuit, fuga se subduxit. Idem fere habet *Patric.* p. 25. D. Fuga, ubi 1. *Locus.* Elmac. سكن ارض مدين *Habitavit in terra Midian.* Pacric. p. 26. هرب
الي ارض الحجاز وسكن
في مدينة مدين
Fugit in terram Hijhaz, habitavitque in urbe Midian. In Schalsch. hakk. p. 11. b.

dicitur fugisse, אל מלך כוש *ad Regem Æthiopiæ.* 2. *Conditio.* Tribuitur autem ei a. *axioma consiliarii & Regis.* b. *Captivi.* c. A Zippora *in carcere sustentatur.* d. *Baculo* ἀναμνηστικῷ *donatur, quæ* continua serie hoc modo à *R. Gedalia* recensentur, pag. 11. & 12. ומשה ברח
וילך לו אל מלך כוש אשר היה
נגרש חוץ מעירו לזאת הסיבה
היינו כי להות קורקנום מלך
כוש יוצא מעירו כדי ללכת
להלחם

ובריח התחתון ומשה וצבאותיו
נכנסו בעיר ובלעם ובניו ברחו
והלכו להם ויקם העם וימליכו
את משה והשיאו לו אלמנת
המלך וימלוך עליהם ארבעים
שנה אחרי הימים נתרעמה
האלמנה עם השרים נגד משה
באמרה שלעולם משה לא נגע
בח ולא דבר לא מאומה ושאלה
מהם שימלכו עליהם בן המלך
אשר מת הנקרא מונחם ולא
איש זר פוה ובן עשו ויתנו מתנות
למשה וישלחוהו בכבוד ומשה
בן סב' שנים בצאתו משם וילך
לו אל רעואל ויספר לו כל
המאורעות לו ויחשוב ירתרו
שמשה בח ממלך כוש כמו
שעשה מפרעה וישימהו בבית
האסורים ושם עמד עשרה
שנים ויתרו שכח ממנו אמנם
ה"ית הש' בלב צפורה וכלכלה
אותו לעולם אחר זה הכירה
לאביה לראות את משה האסור
ויתמה יתרו ואמר איך אפשר
שיעדין הוא חי ותאמר לו הלא

להלחם נגד אדם ובני קדם הניה
בלעם ושני בניו לשטירת העיר
וזה כי בהתגדל משה בבית
פרעה ואז היה שם בלעם א'
מחרטומיו ויוגד לבלעם כי משה
שונא לו ומבקש רעתו ואז בהר
לברוח מלפניו וילך לו עם ב'
בניו לכוש ובהיותו בלעם ובניו
תוך עיר כוש ויועץ בלעם למרוד
במלך וישמע אליו המון העם
והוא הגביה הומות העיר
והחזיקה עם כשופים החזיק
עצמו בה ובשוב המלך לא רצו
שיכנס ואפי' שנלחמו הרבה יחד
לשלם היה יד המלך על
התחתונה והיה כי הגיע אליו משה
ומצא חן בעיניו נתייעץ משה
להיות בעוריו נגד בלעם ובסוף
ט' חדשים חלה המלך וימת
ויקומו שרי צבאותיו וימליכו
משה עליהם ונדרו לו לאשה
אלמנת המלך ולחיות בלעם
מעמיד בכשופיו נחשים ושרפים
סביב העיר למשמרת לקח משה
בני החסידה ועם תהבולות וע"א

ירעת

ידעה כי אלהי העברים הציל
אברהם מאור כשדים ויצחק
מהעקידה ויעקב מחמלאך
וה משה מן היאור ומחרב פרעה
כן נתן לו חיים ויצלהי מן
האסורים האלה ושלח בעדו
וישרתחו משה לפני יתרו וילך
משה אל הגן לתת הודאה
לאלהיו וראה שם מטה ספיר
נטוע בגן והביר שם המפירש
חקוק עליו ויתלשהו ויהי למטה
בכפו כי זה המטה בראו ח"ת
בששת ימי בראשית ויהי ביד
אדם ואחר בך ביד נח ואברהם
יצחק יעקב ויוסף מלך מצרים
ולבסוף ביד פרעה ואחר כך ביד
רשאל ראש החרטומים ובהיותו
יועץ המלך להועלת היהודים
נגד כונת בלעם היועץ השני קצף
המלך נגד יתרו ולכן ברח יתרו
לעירו והביא המט' לביתו ויטעהו
בגן ביתו וה"ת חשים בו כח
שלא יוכל שום איש לנתשו משם
עד ביאת משה איש האלהים

Fugiens autem Moses, ad Regem Æthiopiæ proficiscitur, qui urbe sua hac occasione erat ejectus. Kurkunus, Rex Æthiopiæ, cum urbe sua ad oppugnandos Syros & filios Orientis, exiret, reliquit Bileamum, cum duobus filiis, ut urbem custodirent. Nam postquam Moses eveheretur in aula Pharaonis, erat tum Belianus unus è Magis ejus, indicatumque illi fuit, quod Moses ipsum odisset, & mala intentaret. Maluit igitur fuga sibi consulere; abiitque cum duobus filiis suis Kuscham; Cum autem Bileam cum filiis suis ibi haereret, author fuit rebellionis contra Regem; quam plebs probavit. Muris itaque urbis elevatis, & urbe magia sua, qua & ipse se roboravit, munita, noluerunt Regi redeuti ingressum concedere. Et quanquam continuis agerent praeliis, semper tamen Rex inferior decessit. Cum autem Moses accessisset, gratiamque in ejus oculis reperisset, in consiliarium adoptatus fuit Moses, ut se contra Bileamum juvaret. Elapsis interea novem mensibus, aegrotavit Rex, & mortuus est. Surgentes igitur Duces exercitus regem constituerunt suum Mosen, simulque ei viduam defuncti Regis destinarunt conjugem. Cumque Magia sua Bileamus effecisset, ut circa urbem ubique, defensionis ergo, essent serpentes & Tresteres, Moses assumtis pullis ciconiarum, & viris solertibus, rebusque aliis, serpentes fugavit, posteaque cum exercitu suo urbem fuit ingressus. Bileam vero filiique aufugientes abiverunt. Surgens ergo populus, Mosi & regnum & viduam defuncti Regis locarunt; quibus etiam praefuit 40. annos. Postea vero vidua exacerbata fuit cum Principibus, contra Mosen, quod eam nunquam attigisset, neque ullum cum ea verbum locutus fuisset. Petiit igitur ab illis, ut substituerent filium Regis defuncti, cui nomen Monchem, non autem hominem extraneum, qualis hic esset. Et paruerunt ei, muneribusque Mosen affectum honorifice dimiserunt. Habebat autem Moses, cum exiret, annos 62. abiitque ad Reguel, cui omnia, quae evenerant sibi, recensuit. Jethro autem existimans, Mosen eadem de causa,

qua

Θρεψαμένη δ' ὑόν τ' ἐναλέσατο. ἰώκα δ' ἦλθε
Λαὸν ὃν ἡγεμονῆα, ἀπ' [64] Αἰγύπτου [65] θεὸς ἦγε,

Moſes; quem inventum propter regina paludem
Suſtulit, & nati nutritum nomine dixit.
Hic igitur poſtquam populi dux, quem Deus extra
Ægyptum perduxit, eo pervenit, ubi mons

[03] Εἰς

que antea à Pharaone; à Cuſchiæ Rege ſe fuga ſubduxiſſe, in vincula eum conjecit, ubi per decennium integrum eras detentus; Jethro enim illius erat oblitus. Sed Deus benedictus indidit cordi Zipporæ, ut eum ſuſtentaret: poſtea mentionem ejus injecit apud patrem, monens ut Moſen vinctum videret. Ille vero miratus dixit, qui fieri poteſt, ut adhuc vivat? Cui illa: neſcis tu, Deum Hebræorum eripuiſſe Abraham ex Ur Chaldæorum; Iſaacum à ligatione, Jacobum ab Angelo: & hunc Moſen à flumine & gladio Pharaonis? Ita & jam vitam ei dedit, eumque ex carceris periculo liberavit. Accerſivit igitur eum, qui poſtquam veniens procidendo ei honorem detuliſſet, in hortum abiit, ut Deo gratias ageret. Vidit autem ibi virgam ſapphirinam, plantatam in horto; & agnovit illi inſculptum nomen explicatum, & evulſit eam, fuitque ei in ſcipionem, quem manu ſua tenuit. Creavit autem Deus benedictus hunc baculum intra ſex dies Creationis. Fuitque primo in manu Adami; poſtea Noachi, Abrahami, Iſaaci, Jacobi, Joſephi, Regis Ægypti; Deinceps in manu Pharaonis, tandemque Reguelis, Principis Magorum, cumque eſſet conſiliarius Regis, magno Judæorum bono, contra intentionem Bileami, conſiliarii ſecundi, ſuccenſuit Rex Jethroni: Propterea fugit Jethro in urbem ſuam, baculumque domum ſuam allatum plantavit in horto ſuo domeſtico: Deus autem benedictus indidit ei virtutem, ne quis eum poſſet evellere inde, uſque ad Moſis, viri Dei, adventum: Alia de hac virga occurrunt in Pirk. *Eliez.* c. 40. Hoc poſtea baculo volunt Moſen omnia miracula patraſſe. Vide *Bartenor.* in Avoth. cap. 4. Not. *Verſ.* in Pirk. Eliez. p. 232. *Idem.*

64 Ἀπ' Αἰγύπτου θεὸς ἦγε, &c.] Annus agebatur à *Diluvio* 857; à ſuſcepta Abrahami *Peregrinatione* 430. ab *ingreſſu* Jacobi in Ægyptum 215. ab incurſione *Paſtorum*, & Iſraëlitarum *ſervitute*, 157. à *Joſepho* Patriarcha mortuo 143. à nato *Moſe* 80. & Per. Jul. 3227. cum jam *Stamenemes* eſſet 32 Rex Thebanorum; in Inferiore autem Ægypto *Aphophis* Paſtorum rex quartus regnaſſet annos 60. quando decimo quinto die *Abib*, menſis *Septimi*, qui mox *primi* nomen habuit, (Poſt X plagas Ægypto illatas, 1. Sanguinis, 2. Ranarum, 3. Pediculorum, 4. Muſcarum, 5. Peſtis, 6. Ulcerum, 7. Grandinis, 8. Locuſtarum, 9. Tenebrarum, 10. Cædis primogenitorum) Iſraëlitæ omnes, celebrato Paſchate, convaſatis rebus, ſpoliſque onuſti, ad ſexcenta millia virorum, præter parvulos, convenerunt in *Ramaſſe*, ubi initio collocati fuerant: inde militari ordine profecti ſunt in *Succoth*, ſive tentoria; inde in *Etham* & Araboth deſertum; antecedente eos interdiu nube, & noctu igne. Exitus ex Ægypto inſignioſſima eſt hiſtoriæ Sacræ epocha; cui innititur Judæorum, Chriſtianorumque chronographia, rerumque Ægyptiacarum diſpoſitio: non

tamen

tamen à Veteribus eâ recte instituta. Josephus, ut ex Judaicarum rerum comparatione cum Ægyptiacis suæ gentis antiquitatem, contra Apionem, vendicaret, colligit *Egressum tam antiquum esse, ut pene mille annis præcedat bellum Trojanum.* Verum computatio ista magno peccat ἀσυμφωνίᾳ, neque est satis candida, sed multis modis fallax & falsa. Supponit Reges *Pastores* fuisse Ebræos, Οἱ καλούμενοι Ποιμένες ἀμήτορες ἀσέμνοις, *Qui Pastores dicti progenitores nostri fuerunt*; & expulsionem *Pastorum* fuisse exodum Israelitarum. De errore isto satis dictum. Ex Manethone didicit *Pastores* ejectos fuisse à *Thutmose Thebanorum rege.* Ex eodem itaque recitat Thebanorum regum XVII seriem, qui regnarunt annos 333. quos in Canone exhibuimus. Horum primus est *Amosis*; sextus *Misphragmuthosis*, qui Pastores debellavit; septimus *Tuthmosis*, qui illos expulit, & qui regnare cœpit annis 120 post initium primi Regis. Josephus autem, ut tot annos in lucro suo haberet, non à Septimo, sed à Primo rege calculum ponit; eamque ob causam illius nomen mutat. Nam qui Porphyrio, ex ipso Manethone, Christianisque omnibus scriptoribus vocatur *Amosis* vel *Amos*, is Josepho subdesta fide nuncupatur *Tethmosis*, & rex septimus per aphæresin *Thmosis*, Regibus istis XVII adjicitur, sive annis, *Setnosis*; *cujus frater Armais vocabatur Danaus.* Græco hoc parapegmate instructus Josephus, XVII regum seriem ad hunc modum ordinat: Μετὰ τὸ ἐξελθεῖν ἐξ Αἰγύπτου τὸν λαὸν τῶν Ποιμένων εἰς Ἱεροσόλυμα, ὁ συμβαλὼν πολέμῳ τοῖς ἐξ Αἰγύπτου βασιλεῦσι Τέθμωσις ἐβασίλευσεν ἔτη κε', *Postquam Pastorum populus egressus est ex Ægypto in Hierosolymam, eorum ejector Rex Tethmosis regnavit annos 25.* dein numeratis ordine regum reliquorum temporibus; ex omnium annis colligit, Progenitores suos ex Ægypto egressos esse annos 393 antequam Danaus in Græciam venerit; adjectis scilicet 60 *Sethoseos* annis. Neque hoc illi satis est. Cum Eusebius (ex Castore) & Marmor Arundellianum statuerint annos tantum 302 inter appulsum Danai & casum Trojæ, Josephus intra terminos istos tacite numerat annos 600 & sic demum concludit Israëlitarum ἀνωτάτω adeo antiquam esse, ὡς ἴσως καὶ πρότερον αὐτοῦ τὸν Ἰλιακὸν γενέσθαι χρόνον, *ut annis pene mille præcedat bellum Trojanum.* Sane Josephus in hoc computo non tam Veritatem, quam Antiquitatis gloriam, respexisse videtur. Qualiscunque vero sit hæc Josephi chronologia, illa quidem summo studio à veteribus Christianis admissa est. Ante adventum Danai regnarum est *Argi*, annos 382, si 50 *Inachi* annos adjeceris: Numerus iste quam proxime accedit ad annos istos 393. quos ex Regum Thebanorum temporibus collegerat Josephus. Hinc Justinus Martyr collocat *Mosem Judæorum ducem in temporibus Ogygis & Inachi.* Josephum etiam secutus est Theophilus: Justinum Tatianus, Tertullianus, Africanus: Tatianum, ut solet, Clemens Alexandrinus: Africanum Epiphanius, atque Georgius Syncellus. Nec quisquam repertus est ante Eusebium qui de vetustate Mosis detrahere, & errorem veterem castigare ausus sit. Syncellus Eusebium acriter increpat, quod adversus ptiscorum sententiam Mosem faciat recentiorem quam illis visum fuit: immerito quidem, cum Auctoritas præponderare non debeat Veritati. Sane Eusebius laudatissimo proposito de veteri Mosaicæ ætatis ἀσυμφωνίᾳ detraxit annos 284. unde illi necesse fuit ab Africano cæterisque dissentire. Hinc Exodus Eusebio, non sub primo, sed sub decimo tertio rege *Acherre* ponitur: neque illi opus fuit duas alias anonymorum *Pastorum* Dynastias huic intervallo intercire, quod fecit Africanus. Alioquin in rebus horum temporum Ægyptiacis Africani exscriptor est Eusebius. Etsi Josepho non bene cesserit temporum comparatio, ille tamen Exodi epocham rectissime posuit. *Reliquerunt*, inquit, Israelitæ *Ægyptum mense Xantico, luna quintadecima, annis quadringentis & triginta postquam* proge-

progenitor noster Abrahamus in Chananæam venit: post migrationem vero Iacobi in Ægyptum annis ducentis & quindecim. Ex genealogia sacra stabilitur prius illud 215 annorum intervallum; non item posterius. Neque æquales familiarum successiones: in tribu *Iudæ* recensentur *Phares*, *Hesron*, *Aram*, *Aminadab*, *Naasson*; in tribu *Levi*, *Caath*, *Amram & Moses*. Demetrius (non *Phalereus*, sed qui *Ptolemæi Quarti* tempus attigit) *παιδαγώγιον* hanc conjectaneis annorum numeris definivit, quos ex Alex. Polyhistore refert Eusebius. *Caath*, natus anno 17 post adventum Jacobi in Ægyptum. an. ætatis suæ 40 genuit *Amram*, qui an ætatis 78 genuit *Mosem*, cujus an. 80 contigit Exodus. Sub mortem Jacobi non recte ponitur ortus Caathi, qui in migrante Patriarchæ familia recensetur. Alii in statuendo Ebræorum Exitu *μετεμψυχωσιν* immani deliquerunt. Quæ ad hanc rem, ex *Manethone*, & ex *Chæremone*, narrat Josephus, de *Pastorum* reditu intelligenda sunt. *Lysimachus* vero tradidit, *ἐπὶ Βοκχόριος τῶν Αἰγυπτίων βασιλέως τὸν λαὸν τῶν Ἰουδαίων λεπρᾶς ὄντας καὶ ψώρας, Iudæorum populum lepra & scabie infectum sub Bocchore Ægypti rege, consilio ductuque Mosis, per desertum venisse in eam regionem quæ nunc vocatur Iudæa.* Neque fuit hæc unius Lysimachi sententia. Tacitus de Judæis, *Plurimi*, inquit, *auctores consentiunt, orta per Ægyptum tabe, regem Bocchorim adito Hammonis oraculo id genus hominum aliis in terras avehere jussum.* Neque discrepat Apion Grammaticus, qui sub Tiberio scripsit. *Ὁ δὲ Ἀπίων ἀριθμῷ τὴν Ἔξοδον ἀκριβῶς, καὶ τὴν ἐβδόμην Ὀλυμπιάδα, καὶ ταύτης ἔτος ἕνατον ἄγοντα, ἐν ᾧ, φησὶ, Καρχηδόνα Φοίνικες ἔκτισαν, Apion Exodum exacte definivit ad annum primum Olympiadis VII, quo Phœnices condiderunt Carthaginem.* Annus iste in Eusebii canone est 29 regni *Bocchoreos*; quo etiam *Roma condita*. Est autem *Ἀναγραφικὸς* annorum 736. *Marsham.*

65 Θεὸς ἦλθε] H. *Exitus* ex Ægypto, ubi i. *Tempus* servitutis Ægyptiacæ de qua septem, pluresve circumferuntur senten-

tiæ. Prima statuit, Israëlitas 500. ann. vel 501. afflictos fuisse. Nam Exodi XII. 40. numerantur 430. anni: his si addas 70. vel 71. Josephi, quibus vixit post descensum in Ægyptum, erunt 500. ann. 11. Supputat 470. vel 471. annos afflictionis. Servierunt enim 400. annis, quibus si jungantur 71. Josephi post descensum Jacobi in Ægyptum, conficient 471. anni. Atque hæc videtur niti loco Genes. XV. 13. coll. cum Jud. v. 9. 111. Existimat Israëlitas 430. annis egisse in Ægypto, juxta numerum Exod. XII. 15. Jud. v. 9. v. Est Epiphanii in Ancyrato, numerantis 200. annos servitutis. VI. Ferme omnium Hebræorum 210. annos ponentium. Causa diversitatis pendet ab exordio supputationis, unde nempe initium illius fieri debeat. Ultima paucioribus difficultatibus obnoxia censetur. Arabes Christiani commorationis Ægyptiacæ annos ponunt 217. *Patric.* p. 26. وكان عدد بني اسرايل في وقت دخولهم الي مصر سبعين نفسا وسكنوا بمصر مايتين وسبعة عشر سنة تستعبدهم الفرعنة فرعون بعد فرعون فان قال قايل ان في التوراة مكتوب ان بني ابرهيم يستعبدون اربعماية سنة وفي نسخة اخري بني اسرايل فكيف يقول انهما استعبدوا مايتين وسبعة عشر سنة قلنا له انك لم تعلم من اي وقت ينبغي ان تحسب حتي اربعماية سنة اعلم انه مكتوب في السفر الاول من التوراة ان الله جل ثناؤه قال لابرهيم انظر الي السماء ومن دونك الرقد الي قال الله لابرهيم ان ذريتك يستعبدون اربعماية سنة يحسب الي وقت خروج بني اسرايل من مصر فانهم

Numerus autem filiorum Israelis, cum ingrederentur Ægyptum, erat 70. qui habitarunt in Ægypto 217. annos; & servituti eos subjecerunt Pharaones, alius post alium. Quod si vero quis dixerit: Scriptum est in Lege: Filios Abrahami (in alio exemplari habetur: filios Israëlis) servituros annos quadringentos: quomodo ergo dicitur; eos servivisse annos 217? Respondemus. Nescis, unde oporteat facere initium supputationis, ut conficiantur 400. anni? Observa igitur, scriptum esse l. Gen. c 15. Deum, cujus excelsa est laus, dixisse Abrahamo: Intuere cœlum, & numera stellas, si potes &c. Ab hoc ergo tempore, quo dixit Deus Abrahamo: Semen tuum serviet 400. annos, numerabitur ad tempus egressus filiorum Israelis ex Ægypto. Atque hoc diligenter attende. Vide Thesaur. Philol. pag. 148. Hoc supputandi principium plerique etiam probant Hebræi. Zem. Dav. P. 1. Supputamus autem 430. annos ab anno 70. (quo visio illa facta fuit: vide sup. p. 298.) Abraham, quorum 30. sunt usque ad nativitatem Isaaci, & ab illo sunt 400 anni, usque ad exitum ex Ægypto. Atque omne hoc factum est anno 2448. & hoc ex communi sententia Seder Olam Rabba, c. 3. Mechiltha, Rabba, El Pharao, Schemoth Rabba, & Tanchuma Schemoth. At vero author מאור עינים cap. 35. adfert opinionem Interpretum posteriorum, ex quorum verbis alium calculum nobis elicit. R. Moses filius Nachman enim scribit sect. בא initium 430. annorum esse à nativitate Isaaci, anno 100. Abrahami, & productam fuisse captivitatem Ægyptiacam per annos 30. propter peccatum Israelis. Sic quoque scribit Magister noster R. Bechai, sect. בא / nomine excelsi Magistri nostri Chananelis, cujus hæc sunt verba: Omnes isti 430. anni numerandi sunt ab ipsa hora, qua natus est Isaacus. Eodem quoque modo scribit Sapiens, Don Isaac Abarbinel in commentario suo, ad sect. בין הבתרים, & sect. בא, ubi & in lib. זבח חפסה / Tract. Benedictus, qui servat fiduciam in eum: Ait autem, annos 400. incipere à nativitate Isaaci, iisque additos esse 30. annos, forsan propter peccatum Israelis, ubi etiam detenti, aut in deserto, propter iniquitatem exploratorum. Sic quoque R. Isaac Karo, in lib. suo Toledoth Isaac adfert verba Ramban, prout ipse loquitur. Itaque juxta verba quinque Excellentium orbis, quos recensuimus, omnes illi consentiunt, 430. annos supputandos esse à nativitate Isaaci ab anno 48. millenarii tertii, ut fuerit exitus ex Ægypto juxta ipsorum verba annis 30. post computum 448. hoc est, anno 478. II. Dimissio Pharaonis: de qua Elmac. 48. & Patric. p. 27. Historiam breviter enarrant, & à contextu sacro, quo ad summam rerum gestarum, nihil recedunt. III. Numerus eorum qui Ægypto sunt egressi. Schalsch. pag. 13. b. במדרש שיר השירים אומר כשיצאו ישראל הו ששים רבוא מבן עשרים שנה ומעלה ומשם ולמטה הו שמנים אלף ותמה אני ממספר מועט כזה לבן אמרתי טעות סופר הוא וכבר הרחבתי הדיבור בהקדמת חבורי הנקרא ספר עין המנין והזכרתי שם עם קצת אסכמתיה שהיו יותר ממך רתקצו אלפים ותתיץ רבוא וכבר ראיתי מהשאמרו ח"ל כב"ב פ' יש נוחלים וסנהדרין פ' חלק שלא יצאו ממצרים אלא שנים אנשים מכל ס' רבוא והשאר מתו במצרים בג' ימים מהחשך

מהחשך למען לא יראו מצריים
במפלתן של ישראל ויש ראיה
מפסוקים ולכן ראוי להאמין
שנולד זה הספר ויותר במדבר
ולא נמנו בפרש' פנחס לפי
שבאולי עדין לא היו בני כ'
שנים וגם כי בירושת הארץ היו
נגררים אחרי אבותם שיצאו
ממצרים ואם כן נוכל לדון
שבכניסת ישראל בארץ היו
המיוחסים סך בחול הים וככבי
השמים ארש לא תוכל להמנות
וכן אמרו ח"ל שמדבר הר סיני
נקרא מדבר פארן לפי ש"ישראל
פרו ורבו שם וכן אמרו על פסוק
כי אתם המעט מכל העמים ר"ל
לפי שאין אומה שלא תהיה
מיערבת בה מאומות אחרות
אבל ישראל המיוחסים ובלי
תערובת הם יותר מכל אומה
כשתהיה לברה והפשט חידוע
הוא כי כל האומות הם ע'
וישראל הם סה משפחות
ואם כן הם ה פחות מכלם

In Midrasch Cantici Canticorum habetur, quod, cum egressi essent Israëlitæ, fuerint 60. myriades à nato viginti annos & supra; inde vero & infra fuisse 8000. Miror autem paucitatem hujus summæ. Existimo proinde esse sphalma scribæ; profixior igitur fui in præfatione tractatus mei, appellati ספר עין הסנין */ ibique rationibus nonnullis demonstravi, majorem fuisse summam 996000. & 876. myriadibus. Observavi etiam, quod dicunt sapientes nostri; in Bava bathra, c.* יש נוחלין */ & in Sanhedrin, c.* הלק */ Duos tantum viros fuisse egressos ex 60. myriadibus; cæteros mortuos in Ægypto tridui spatio, propter tenebras, eo tempore Ægypto infusas; ne viderent Ægyptii casum Israëlitarum. Cujus quidem assertionis ratio apparet in Textu. Credibile igitur est, hanc summam natam esse, & majorem etiam, in deserto: non autem numerari in sect.* פנחס */ quia forte nondum erant assecuti vigesimum annum; & quia in possidenda terra sequebantur, rationem parentum, qui Ægypto erant egressi. Id si sit, judicare possumus, summam Patriciorum, qui terram (Canaan) suos ingressi, fuisse instar arenæ maris & stellarum cœli, quarum numerus iniri non potest. Unde & Rabbini dicunt; Desertum montis Sinai, vocari desertum Paran, quia Israelitæ ita creverunt & multiplicati sunt. Ita etiam in versum: Quia vos minores omnibus populis, &c. observant; quod nulla alia reperiatur natio, quæ ex aliis gentibus commixta non sit; Israëlitas autem patricios; sine ulla commixtione, plures esse gentibus omnibus sigillatim consideratis. Id quod clare satis patet. Omnes enim gentes sunt 70. Israëlitarum autem familiæ 65. Quod si sic se habeat, quinario tantum numero omnibus sunt minores. 17. Israëlitarum miraculosa liberatio. Eliez. cap. 42. fuse enarrat angustiam Israëlitarum, auxilium Michaëlis Archangeli, præsentiam ipsius Dei, mare duodecim semitis distinctum,*

66 Εἰς τὸ ὄρ(Θ) Σινᾶ, ϗ τὸν νόμον ἐφανόθεν 67 πρὸς·
68 Δῶκε θεὸς γράψας πλαξιν δυσὶ πάντα δίκαια.

Sinâ fuit, legem de cœlo tradidit illi,
Omnia cum tabulis scripsisset justa duabus:

Καὶ

ctum, ingressum populi Mosis in mare, submersionem Pharaonis, quæ, brevitatis gratia, attingere tantum voluimus. Illud R. Azia nostro maxime convenit proposito. *Hoc omne factum est cum mensura vel justa relatione. Sicut enim Ægyptii elati vel superbi erant; atque abjiciebant pueros in fluvium; ita quoque Sanctus Benedictus abjecit illos in mare: Hinc dicitur; Cantabo Domino, quia valde magnifice se gessit, equum & fossorem dejecit in mare.* Hottingerus.

66 Εἰς τὸ (Θ)] Situs est iste mons satis excelsus in *Arabia Petræa*, dicitur etiam *Sinaï* seu *Sinay*, *Sinem* Trogo & Justino, *Sinæum* Josepho. Ibi Deus Mosi legem dedit: & (ut ajunt) corpus Divæ Catharinæ virginis & Martyris ab Angelis conditum est. A Turcis, *Gibel Mousa* h. e. *mons Mosis*, vocatur. Putant quidam hunc montem Sina, Oreb &c. eosdem esse quos alii *Melanos* vocant, describuntur enim à Ptolomæo eo loco quo Moses in sacris, *Sinai* qui *Oreb* dicitur D. Hieronymo teste.

67 Πρὸς] Regius Codex πρὸς pro πρὸς, ut infra ὑφηνιόθι πρὸ. Gallæi MS. habet ἐξηνιόθι πρὸ. ex *Opsopœo*.

68 Δῶκε θεὸς &c.] Josephus, Apionem redarguens, Mosem Legesque Mosaicas, tum ab Antiquitate, tum à Præstantia summopere collaudat. Παρελογισατο Josephi animadvertimus. Legis præstantia inde colligitur, quod, tanquam fons Omnis Sapientiæ, à populis universis in Exemplum ducta sit. Cujus sententiæ sectatores habet Christianos magni nominis, tam Veteres, quam Recentiores. *Pythagoras*, inquit, *Samius, qui & antiquus erat, & Sapientia divinaque pietate philosophis omnibus præstantior, non solum τὰ παρ' ἡμῖν res nostras manifesto cognovit, sed etiam ζηλωτὴς αὐτῶν earum æmulator ut plurimum exstitit. Ejus quidem nulla reperiuntur scripta;* sed ex *Hermippo* Smyrnæo (qui sub Ptolemæo Energete vitam Pythagoræ composuit) doctrinam recitat Pythagoricam de *Anima*, de *Munditie*, de *Blasphemia interdicta*: *dein adjicitur, Hæc autem fecit dixitque tum Judæorum tum Thracum imitatus doctrinas, quas & sibi assumpsit. Vere enim dicitur vir ille* παρὰ τ' ἄλλοις Ἰουδαίοις νομίμοις εἰς τὸν αὐτὸν μετενηνεγκὼς φιλοσοφίαν, *multa eorum quæ Judæis recepta sunt in suam transtulisse philosophiam*; Judæos etiam *Herodoto* cognitos fuisse; affirmat. Fuit is Pythagora aliquantum junior: verum cum Herodotus *circumcisos* illic appellet Σύρους τοὺς ἐν τῇ Παλαιστίνῃ *Syros in Palæstina*, verisimile est non satis agnitum illi fuisse nomen *Judæorum*; qui ex Babylone non ita pridem reversi fuerant. Neque de Judæis intelligendus est *Chœrilus antiquus poeta*, in eandem rem à Josepho laudatus, sed de *Solymis* juxta Pisidiam. Mitto allata de Judæis Testimonia quæ sunt Alexandri M. temporibus recentiora. In epilogo tandem operis, Qui, inquit, *apud Græcos philosophati sunt Jura patria observare quidem visi sunt, verum in ipsis vitæ actionibus atque inter philosophandum, illum* (Mosem) *secuti sunt; similia sentientes de Deo, & Vitæ perfectionem mutuamque Communionem*

nionem edocentes. Quin etiam Cultus noſtri amulatio non exiguâ populos jam olim inceſſit: neque ulla eſt civitas, aut gens, ſive Græca, ſive Barbara, ad quam non pervenerit conſuetudo Diei Septimi (quem Nos Laborum vacatione celebramus; & Jejunia; & Lumina accenſa: obſervantur etiam multa circa ea quæ nobis comedere non licet. Imitari etiam conantur mutuam, quæ inter nos eſt, Concordiam; Æquam rerum diſtributionem; Induſtriam in artibus; &, quoties ad neceſſitatem aliquam pro Legibus adacti ſimus, Conſtantiam. Ὥσπερ ὁ Θεὸς ἀφ' ἑνὸς πάντὸς τοῦ κόσμου πεφύτευκεν, οὕτως ὁ νόμος ἀφ' ἑνὸς τοῦ τῶν ἀνθρώπων βασιλεύεται, *Sicut Deus conſtitit in univerſo mundo, ita Lex tranſit ad omnes homines.* Ex Joſepho Origenes, Δίκην ἡ τῶν Ἑβραίων ἱστορία, Πυθαγόραν τὴν τοῦδε φιλοσοφίαν ἀπὸ Ἰουδαίων εἰς Ἕλληνας ἀγαγεῖν, *Fertur & Hermippus prodidiſſe, Pythagoram philoſophiam ſuam à Judæis in Græciam traduxiſſe.* Joſephus citat ἀπὸ τῶν περὶ Πυθαγόραν. Origenes ἀπὸ τῶν περὶ Νομηνίου. Juſtinus Martyr Platonem etiam doctrinam ſuam à Moſe mutuatum eſſe contendit; ἡ παῦλα ἔσται τῶν ἀθυμούντων ψυχῶν, ἡ τιμωρία τῶν μὴ πειθομένων, ἡ ἀπολογία τῶν ἀδίκων, ἡ τῶν ὁμοίων δογμάτων τῶν φιλοσόφων τῶν παρ' ἡμῖν φάσκουσιν, ἀπόδειξις τῶν προφητῶν τοῖς ἀφορμὴν λαβοῦσιν, τῶν νεωτέρων διδυμίων, τῶν ἐξηγητῶν, *Quicquid Philoſophi & poëtæ de immortalitate Animæ, aut Suppliciis poſt mortem, aut Cœleſtium rerum contemplatione, aut doctrinis ſimilibus dixerunt, à Prophetis argumento ſumpto, & intelligere ea & exponere potuerunt.* Clemens Alexandrinus (ex Ariſtobulo quodam, qui ad Ptol. *Philometora* ſcripſiſſe dicitur) refert, non tantum *Pythagoram* πολλὰ τῶν παρ' ἡμῖν, *multa quæ ſunt à nobis recepta, in ſuæ Sectæ dogmata tranſtuliſſe*: ſed etiam *Platonem Leges & inſtituta noſtra ſectatum eſſe, & ſingulas earum partes ab illo curioſe & diligenter inſpectas & excuſſas eſſe.* Alibi etiam aſſerit *Peripateticam philoſophiam ex Lege Moſaica aliiſque pendere Prophetis*, ex Ariſtobulo *qui fuit Ptolemæi Philadelphi tempore; cujus meminit Epitomator Maccabaicorum.* Ille autem, Seleucidarum anno 188, διδύμοις ἔτεσι *Ptolemæi* Phyſconis. Alibi Clemens *Ariſtobulum Peripateticum* nominat, id eſt, Sectæ Ariſtotelicæ. Eadem Euſebius ex eodem recitat. Et mirum eſt Joſephum in ſuas partes Ariſtobulum hunc non adduxiſſe. Ut autem vetuſtis Pythagoræ temporibus aliqua Græcorum conſuetudo cum Judæis videri poſſet, commentum adjicit Ariſtobulus, quod aſſertionis ſuæ veritatem labefactare videtur. *Ante Demetrium*, inquit, *Phalereum* (ſive LXX Interpretes Græcos) *ab Aliis priuſquam Alexander aut Perſæ rerum potirentur* (Græce) *verſa ſunt quæ in Ebræorum Exitu ex Ægypto geſta fuerunt, Regioniſque acquiſitio, & totius Legis expoſitio. Adeo ut clarum ſit Philoſophos ex eis multa ſumpſiſſe.* Non diſſimilis eſt apud Talmudicos fabula de *Lege in Linguis Septuaginta conſcripta*, ut Gentes illam intelligerent: Judæi exules vivebant Babylone uſque ad initium imperii Perſici: & *Hiſtoricorum Græcorum vetuſtiſſimi paululum præceſſerunt Perſarum expeditionem contra Græcos.* Huic itaque fabulæ non male competit id quod de Ariſtea ſuppoſititio dixit Scaliger; *Vides quanta licentia Ἕλληνες illi Alexandrini uſi ſint in aſſingendis iis, quæ neque hiſtoria, neque rerum natura patitur.* S. Ambroſius aliam reddit Sententiæ cauſam: *Cum*, inquit, *ex populo Judæorum (ut plerique arbitrantur) genus Pythagoras duxerit, ex ejus diſciplina derivavit etiam magiſterii præcepta.* Sane non ſatis perſpecta eſt Judaica hæc Pythagoræ profapia. Ab his omnibus diſſentit Lactantius: *Equidem*, ait, *mirari ſoleo, quod cum Pythagoras, & poſtea Plato, amore indagandæ Veritatis, ad Ægyptios & Magos & Perſas uſque penetraſſent, ut eorum gentium ritus & ſacra cognoſcerent (ſuſpicabantur enim Sapientiam in Religione verſari) ad Judæos tamen non acceſſerint, penes quos tum ſolos fuit, & quo facilius ire potuiſſent.* Neque veriſimile videbitur Philoſophiam Platonicam aut Pythagoricam ex fonte Judaico

cerivatam fuisse; si vel Judæorum Rempublicam, vel illorum Mores examinemus. Objiciebant quidam, apud Josephum, Νεαν ἡμῶν καταβαίνειν τὴν κατάστασιν, οὐκ ἐξ μακρὸν ἀφ' ἡμῶν λελῦσθαι τὴν τῶν Ἑλλήνων συνήθειαν, Judaicæ reipub. *constitutionem videri novellam, eo quod nihil de ea dictum sit à Scriptoribus Græcis.* Ante Captivitatem Babylonicam, sive VII Sapientum ætatem, Græci non solum Philosophiæ, sed & rerum suarum, magis Exteratum, incuriosi fuerunt. Post reditum è Babylone, Judæorum Respublica sub Persis adeo obscura fuit, ut vel Nomen eorum (ætate Herodoti) Græcis inauditum fuerit. *Dum Assyrios penes Medosque & Persas Orientis fuit, vilissima pars servientium.* Ab expeditione Alexandri Græcis primum (ni fallor) innotuerunt Judæi; sub Seleucidis demum inclaruerunt. Post Alexandri victorias obvia erat Judæorum memoria. Si mores Judæorum inspiciamus; nulla fuit iis consuetudo cum Exteris; neque visebant eos, neque ab iis visebantur. *Nos* (inquit Josephus) *neque terram habitamus maritimam, neque negotiationibus gaudemus, neque earum causa cum aliis consuetudinem habemus, sed urbes nostræ procul sunt à mari: nos autem terram fertilem incolentes, in ejus cultura laboramus. Præterea, cum sit nobis Propria vivendi ratio, nihil fuit antiquis temporibus quod nobis conversationem faceret cum Græcis.* Alibi Josephus non negat, quod objicit Molo, Judæos *neminem ex aliis gentibus recipere diversa de Numine sentientem, neque communicare cum iis qui aliam sequuntur vitæ rationem* præter Judaicam. Sane Judæi, ex decreto Sapientum, Gentiles omnes pro immundis habebant, adeo ut ex eorum contactu contraheretur immundities. Hinc Judæi, *ut non contaminarentur, sed ut manducarent Pascha, non introierunt in Prætorium* Pilati. Et S. Petrus: *Vos*, inquit, *scitis quomodo abominatum sit viro Judæo conjungi aut accedere ad alienigenam.* Aliam causam commiscitur Justinus: *Quonam metu contagionis pulsos se ab Ægypto meminerant, ne eadem causa invisi apud incolas forent, caverunt ne cum peregrinis communicarent: quod ex causa factum paulatim in disciplinam religionemque convertit.* Quod autem ad Legis Mosaicæ communicationem attinet, Gloriabantur Judæi *Legem fuisse hæreditatem ac peculium Ecclesiæ Jacob*; adeoque sibi propriam, neque Gentibus aliis, per versionem aliquam in profanum sermonem, communicandam. Miranti Ptolemæo Philadelpho, cur Legum Mosaicarum *nec Historicorum nec Poetarum quisquam meminisset*, respondit Demetrius, *Devinitus pœnas dedisse quosdam, qui eas sollicitassent: Theopompum mente, Theodecten visu orbatum fuisse.* Etiam Romanis libri Mosaici arcani fuerunt, & inaccessi: Juvenal. sat. 14.

Judaicum ediscunt, & servant, & metuunt jus,
Tradidit Arcano quodcunque volumine Moses.

Quantum displicuerit Judæis Hierosolymitanis Alexandrina Pentateuchi translatio, satis constat ex Calendario Judaico, ad VIII diem mensis Tebeth. *Jejunium. Scripta est Lex Græce, diebus Ptolemæi Regis: Tenebræ triduo, per totum Orbem.* Ex detestatione, *tenebræ* fabulantur; ex *Jejunii* autem institutione, liquet illos istam Bibliorum versionem inter calamitates lugendas posuisse. Judæis autem Ægyptiensibus gratissima fuerunt Biblia Græca, eaque in Synagogis legebant; atque inde Ἑλληνισταὶ dicti sunt: *Mixes*, inquit Philo, ἀνὰ πᾶν ἔτος ἑορτὴν ἄγουσι πανήγυριν ἄγαστα καὶ πάνυ φαιδρὰν τόπον, εἰς ὃν οὐκ Ἰουδαῖοι μόνοι, ἀλλὰ καὶ πανταχόθεν ἕτεροι ἀφικνοῦνται, τὸ χαρίεν σεμνύνοντες, ὃ ἀπ' ἀρχῆς τοῖς ἱερωσύνης ἐξελάμψει. *Usque hodie in Pharo insula celebratur quotannis festum & panegyris, eoque trajiciunt non solum Judæi, sed etiam alii plurimi, locum venerantes in quo primum effulsit Translatio illa.* In Kalendario Rustico, mensi Aprili tribuitur SACRUM PHARIÆ. ITEM. SARAPIA, id est, Festa Ægyptia,

Καὶ προσέταξε ποιεῖν. καὶ ἦν ἄρα τὶς προσκύσῃ,
Ἢ νόμῳ πιστεύσειε λίνῳ, ἢ χερσὶ βροτείαις,
Ἢ λαθὼν φύντες πάσῃ δίκῃ ἐξαπολεῖται.

Et jussit fieri Deus. & forte quis esset,
Qui non pareret, pœnas is solveret ipsa
Lege, vel humanis manibus: si forte lateret

Παῦ

ptia, à Romanis admissa: Et in nummo, ISIS FARIA. Philo Isidis festum, quod in Pharo insula celebrari solitum Deæ nomen dederit, intellexisse videtur. Nam Gentiles etiam idem festum celebrasse asserit. Idololatriam elevat prætextu Legis ibi Græcæ versæ. Neque magis mirum est ab omnibus diversæ religionis hominibus Isidem coli in Pharo, quam Serapidem in Alexandria; cujus rei testis satis idoneus est Adrianus Aug. in epistola ad Servianum Cos. *Illi*, ait, *qui Serapin colunt, Christiani sunt, & devoti sunt Serapi, qui se Christi Episcopos dicunt. Nemo illic Archisynagogus Judæorum, nemo Samarites, nemo Christianorum Presbyter, non Mathematicus, non Aruspex, non Aliptes* (qui non Serapin colat.) *Ipse ille Patriarcha* (Judæorum) *quum Ægyptum venerit, ab aliis Serapidem adorare, ab aliis cogitur Christum.* Paulo post, *Unus illis Deus est* (Serapis:) *Hunc Christiani, hunc Judæi, hunc omnes veneranter & gentes*, cujuscunque essent religionis aut professionis. Adeo *tepida* fuit, imminente Persecutione, Ægyptiensium tam Judæorum quam Christianorum Religio. *Patriarcha* autem titulum in Ecclesia Christiana nondum, Adriani temporibus, obtinuisse alibi docuimus. Cum igitur non sit verisimile Græcos, vetustioribus Persarum temporibus, à Judæis edoctos fuisse; nihilominus tanta sit Philosophiæ Græcæ Judaicæque congruentia, ut Josephus, Clemens, alii illam ex hac prognatam esse arbitrati fuerint. Videamus an non utraque ita conveniat in Tertia aliqua disciplina, ut ex illa propagationis ratio elucescere possit. Lactantius dixit *Pythagoram & Platonem, amore indagandæ Veritatis, ad Ægyptios penetrasse.* Est enim extra omnem controversiam Græcorum veteres, doctrina maxime insignes, discendi gratia in Ægyptum profectos esse, atque tam Sacram quam Moralem suam disciplinam inde deduxisse. Ex Sacris etiam Literis cognoscimus Ebræos diutinos fuisse Ægyti incolas: Illos autem mores Ægyptios non penitus exuisse, sed mansisse aliquas disciplinæ Ægyptiacæ reliquias non immerito suspicari possumus. Multæ Mosis Leges ex antiquis moribus. Quicquid verum Numinis Cultum impediret, stricte interdicitur. Moses pleroque Ægyptiorum ritus abrogavit, quosdam immutavit, quosdam pro indifferentibus habuit, quosdam permisit, imo & jussit. Ista rerum Ægyptiacarum ἀλληφορία in iis maxime cernitur quæ ad Ebraicas propius accedunt; cujusmodi occurrunt non paucæ, tametsi de rebus istis magna sit auctorum penuria. *Marsham.*

69 Ἀχῶν.

Πᾶσι γὰρ ἐφάνεσ κοινὴν ἐτελέσσατο γαῖαν,
Καὶ πᾶσιν, καὶ ἄφενσον ἐνὶ φρέσι νόημα.
Τοῖσι μόνοις καρπὸν τελέθει ζείδωρος ἄρουρα,
Ἐξ ἑνὸς εἰς ἑκατόν· τελέτονταί τε μέτρα θεοῖο.
Ἀλλ' ἄρα καὶ τοῖς κακὸν ἔσσεται ὀδ' ἐφύγονται
Λοιμόν. καὶ σὺ γ' καταλιπὼν εὐκαλλέα σηκὸν
Φεύξῃ, ἐπεί σοι μοῖρα λιπεῖν πέδον ἁγνὸν ἰὼ ἀρχά.
69 Ἀχθήσῃ γὰρ ἐς Ἀσσυρίους, καὶ νήπια τέκνα

Mortales, tamen hic omni ratione periret.
Fecit enim terram communis ut omnibus esset,
Omnibus atque bonam mentem Deus insinuavit.
His solis fruges tellus creat alma, remittens
Ex uno centum, divinumque uber adæquans.
Sed tamen his etiam veniet mala pestis, eamque
Non fugient: & tu delubra decora relinquens,
Et fugies, (etenim sanctum tibi linquere campum

69 Ἀχθήσῃ γὰρ ἐς Ἀσσυρίους &c.] *Terminus ad quem*, id est; locus, quo deportati sunt Judæi, nempe, ultra Damascum: Amos 5. 27. sive, ut exponit Stephanus: Act. 7. 43. ἐπέκεινα Βαβυλῶνος, id est, *ad Babylonis fines* [sicut vertit Beza] vel, *trans Babylonem*: & verum quidem est in loco illo Prophetæ specialiter agi de captivitate Israelitarum decem tribuum, qui propter peccata deportati sunt ultra Damascum, hoc est, ultra Syriam, (cujus caput erat Damascus, civitas vicina regno Israelitarum) nempe, in regionem Assyriorum, à quibus Israelitæ debellati fuerant, atque adeo, in Persida & Mediam: sed & de Judæorum captivitate intelligi quoque possunt verba illa Amoz & Stephani: certe Judæos ipsos ultra Babylonem, nempe, in ipsam regionem Caspiorum deportatos fuisse constat ex Esdr. 8. 17. & abductos fuisse in Persida testantur Ambros. Offic. l. 3. c. 14. & Chrysost. homil. 19. ad pop. Antioch. [quamquam soleat Chrysostomus Persidis nomine intelligere Chaldæam, ut patet ex lib. 2. de Providentia Dei, & ex serm de eleemosyna] vide Damascen. *Ravanellus*. Notandum autem nullo modo me credere, Sibyl-

Οψὲ δ' ἀλώσῃ παρ' ἀνδράσι δυσμενέεσσιν,
Ἠδ' ἀλόχους. καὶ πᾶς βίοτος καὶ πλοῦτος ὀλεῖται.
Πᾶσα δὲ γαῖα σέθεν πλήσει, καὶ πᾶσα θάλασσα,
Πᾶς δὲ περισχίζων ἔσται τοῖς ἐθνεσιν.
Γαῖα δ' ἔρημος ἅπασα σέθεν, καὶ βωμὸς ἐρυμνὸς,
Καὶ ναὸς μεγάλοιο θεοῦ, καὶ τείχεα μακρὰ,
Πάντα χαμαὶ πεσέονται, ὅτι φρεσὶν οὐκ ἐπέθηκας
Ἀθανάτοιο θεοῦ ἀγνὸν νόμον· ἀλλὰ πλανηθεὶς,
Εἰδώλοις ἐλάτρευσας ἀεικέσιν, ἠδ' ἐφοβήθης
Ἀθανάτου μητέρα θεῶν, πάντων τ' ἀνθρώπων,
Οὐκ ἔθελες τιμᾶν, θνητοῖς εἴδωλα δ' ἔτιμας.

Fatale eſt) & ad Aſſyrios duceris, apudque
Immites homines natos ſervire videbis,
Uxoreſque, omniſque peribit victus, opeſque:
Omnis plena tui regio terræque, mariſque.
Nullus erit mores quin iſtos oderit: omnis
Terra tibi deſerta jacebit, & ara relicta,
Et magni delubra Dei, murique patentes,
Omnia conſident in humum: ſanctiſſima quando
Æterni præcepta Dei de mente repellens,
Fœdis ſerviſti ſimulachris: depoſitoque
Æterni divumque hominumque ſatoris honore

Ανθ'

Sibyllam quæ ſe diluvio interfuiſſe gloriatur, de hac captivitate prædicere potuiſſe. omnia hæc uti & præcedentia tota quanta ex ſacris Scriptoribus eſſe deſumpta mea eſt opinio. *Gallæus.*

70 Τιμᾶ] Corrige τιμῶν. *Opſopœus.*

Ανθ' ὧν ἑπτὰ χρόνων δεκάδας γῆ καρποδότειρα
Εσαι ἔρημος ἅπασα σέθεν, καὶ θαύματα σηκῶ.
Αλλὰ μὴν εἰς ἀγαθοῖο τέλος, καὶ δόξα μεγίστη,
Ως ἐπέχραινε θεός σοι, καὶ βροτός· ἀλλὰ σὺ μίμνε,
Πιστεύων μεγάλοιο θεοῦ ἀγνοῖσι νόμοισι,
Οπποτε σεῖο καμὸν ὀρθὸν γόνυ πρὸς φάος ἄρῃ.
Καὶ τότε δὴ θεὸς οὐρανόθεν πέμψει βασιλῆα,
Κείνει δ' ἄνδρα ἕκαστον ἐν αἵματι καὶ πυρὸς αὐγῇ.
Εσι δέ τις φυλὴ βασιληίη, ἧς γλῶς ἔσαι
Απαυστον, καὶ ἔτος χρόνοις ἐπιτελομένοισι
Αρξει, καὶ καινὸν σηκὸν θεοῦ ἄρξετ' ἐγείρειν.

Atque metu, generis mortalis signa colebas.
Propterea decies septem per tempora terra
Omnis erit deserta tua, & mirabile fanum.
Sed bonus exitus hinc & gloria maxima surget,
Hoc curante Deo tibi, mortalique. Sed ipse
Legibus augustis Divinis crede manendo,
Dum tibi genua Deus defessa attollat in auras.
Tum Deus è cœlo regem demittit, is autem
Sanguine quosque homines, igniſque probabit in æstu.
Regalis quædam tribus est: genus hujus ab omni
Peccato plane vacuum dominabitur olim,
Incipietque Dei renovatam constructe ædem:

Καὶ

Καὶ πάντες Περσῶν βασιλεῖς ἐπικυρήσουσι;
Χρυσόν τε, χαλκόν τε, πολύκμητόν τε σίδηρον.
Αὐτὸς γὰρ δώσει θεὸς ἔννυχον ἀγνὸν ὄνειρον·
Καὶ τότε δὴ ναὸς πάλιν ἔσσεται, ὡς[71] πάρ(ϑ)ιν ἰῶπις.
Ἡνίκα δή μοι θυμὸς ἐπαύσατο ἔνθεον ὕμνον,
Καὶ λιτέμην ἠρετῆρα μέγαν παύσασθαι ἀνάγκης·
Καὶ πάλιν μοι μεγάλοιο θεοῦ φάτις ἐν φρεσὶν ἦσται
Ἴσατο, καί μ' ἐκέλευσε σοφὴν διὰ πᾶσαν ἐπ' αἶαν
Γαῖαν, καὶ βασιλεῦσι τὰ τ' ἐσσόμενα φρεσὶ θεῖναι.
Καί μοι ἔτι θεὸς πρῶτον νόῳ ἔνθετο λέξαι,
Ὁσσα κε τῇ Βαβυλῶνι ἐμήσατο ἄλγεα λυγρὰ

Huc quoque Perſarum rex conferet omnis, & auro
Æreque ſuccurret, ferroque ferente laborum.
Nam Deus ipſe dabit per noctem ſomnia ſancta:
Et recidiva, velut fuerant, delubra reſurgent.
Ut mihi Divino requieta à carmine mens eſt,
Orabam magnum Genitorem, vis ut abeſſet.
Sed mihi ſuggeſſit vocem ſub pectora rurſum,
Perque omnes terras præcepit vaticinari,
Mentibus & Regum res inſinuare futuras.
Hocque mihi primum mentem dat dicere numen,
Quanta immortalis Babyloni funera conflet,

[72] Αθά-

71 Πάρ(ϑ)ιν ἰῶπις] Regius Codex ἰῶ, πις pro ἰῶ. Forte ſcriptum erat ἴν. *Idem.*

72 Αθάνατος θ', ὅτι οἱ ναὸν μέγαν ἐξαλάπαξεν.
Αἰ, αἰ σοι Βαβυλὼν, πολὶ Ασυρίων ἡρώων ἀνδρῶν,
Πᾶσαν ἁμαρτωλῶν γαῖαν ροῖζος πόθ' ἱκνεῖται,
Καὶ πᾶσαν χώραν μερόπων ἀλαλαγμὸς ὀλέσσῃ.
Καὶ πληγὴ μεγαλοιο θεοῦ ἡγήτορος ὕμνων.
Ἀέριος γάρ σοι Βαβυλὼν ἥξῃ πότ' ἄνωθεν,
Αὐτὰρ ὑπουρανόθεν καταβήσεται ἐξ ἁγίων ἕδρων,
Καὶ θυμὸς τέκνοις αἰώνιος ἐξολοθρεύσῃ.
Καὶ τότ' ἔσῃ ὡς ἤδη ἀφθής, ὡς μὴ γεγονυῖα.
Καὶ τότε πλησθήσῃ ὑπὸ αἵματος, ὡς πάρος αὐτὴ

Illa Dei quoniam magnam populaverit ædem.
Heu Babylon, eheu hominum genus Assyriorum
Totam pervadet sceleratam maxima terram
Clades, & clamor vincentum perniciosus,
Insultusque Dei magni, qui carminis auctor.
Aërius veniet Babylon tibi namque superne,
Descendet sacris cœli de sedibus inquam
Æternus furor, & pervertet teque tuosque.
Tunc eris ut fueras, ceu nunquam nata fuisses.
Sanguine tum multo replebere, sicut & ipsa

Ἐξέ-

72 Ἀθάνατος] Ita correxi è regio cod. nam male procedebat priorum editionum lectio, ἀθάνατος, in θεῷ, &c. Atque hic desinit manuscriptus quaternio Ranconeti. *Idem.*

Ἐξέχεας ἀνδρῶν τ' ἀγαθῶν τε δικαίων αἷμα,
Ὧν ἔτι καὶ νῦν αἷμα βοᾷ εἰς αἰθέρα μακρόν.
Ἦξ σοι πληγὴ μεγάλη Αἴγυπτε σοῖς οἴκοις,
Δεινὴ, ἣν ὀπότ' ἐπάλπισας ἐρχομένην σοι.
Ῥομφαία γὰρ διελεύσεται διὰ μέσον σεῖο.
Σκορπισμός δέ τε καὶ θάνατος καὶ λιμὸς ἑφέξει,
Ἑβδομάτῃ γενεῇ βασιλήων· καὶ τότε παύσῃ,
Αἰ, αἴ σοι χώσει[73] Γὼγ, ὃς Μαγὼγ, μέσον ὕδατα

Sanguine fundendo juſtoſque bonoſque necaſti,
Sanguis adhuc quorum nunc clamat ad æthera magnum
Te quoque magna manet clades Ægypte domorum,
Quam tibi venturam nunquam ſperaveris eſſe.
Nam te per mediam gladius penetrabit acutus,
Evenietque tibi diſperſio, morſque, fameſque,
Septena regum ſub ſtirpe: deinde jacebis.
Heu tibi Gog, tractuſque Magog, qui dividis amnes

Ai ſto-

73 Γὼγ ὃς Μαγὼγ] Suidas Magog interpretatur Perſam. Vide Auguſt. de civitate Dei, ubi de Gog & Magog. Pro μέσον ὕδωρ habet reg. cod. ἢ ὕδωρ ἀνὰ μέσον. forte legendum ἀνὰ μέσον. Oroſius. Magog Ambroſio Gothorum, Euſebio Celtarum & Galatarum, authori Chronici Alexandrini Aquitanorum, Chaldæis Germanorum, Arabibus Tartarorum, Joſepho, Euſtathio, Hieronymo & Theodoreto Scytharum pater fuit, quod veriſſimum. Colligitur id ex verbis Ezechielis cap. 38. v. 2. *Pone faciem tuam contra Gog interra Magog* נשיא ראש משך ותובל *Principem capitis Meſech & Thubal*, vel *principem Rhos, Meſech & Thubal*. Utramque verſionem verba

Hebræa ferre possunt. Priorem sequuntur Chaldæus interpres, Aquila Hieronymus. Posteriorem (ἀρχοντα Ρὼς Μοσὸχ καὶ Θοβὲλ) Septuaginta interpretes, Symmachus, Theodotion & Proclus Episcopus apud Socratem histor. lib. 7. cap. 43. Utramvis sequaris nostra nil refert, Quia ex utraque videtur sequi terram Magog esse in Scythia. Quippe si stamus priori interpretationi, verborum Ezechielis hic erit sensus, Gog incolam terræ Magog in illis imperare locis unde incipit terra Mesech & Tubal. Notum enim ראש *caput* passim apud Hebræos pro initio sumi. Sic 1. Paralip. 14, 15. cum audieris incessum בראשי הבכאים *in capitibus mororum*, id est in initiis, non in cacuminibus ut volunt. Neque enim in mororum cacumine quisquam incedit. Et in Esaia & Nahumo בראש כל חוצות *in capite omnium platearum*, id est in principio. Et in ipso Ezechiele toties ראש דרך *caput viæ* est initium viæ. In Jeremia denique Galaad vocatur ראש הלבנון *caput Libani*, quia Libanus inde incipit unde desinit Galaad. Hieronymus de locis: *Galaad mons, &c. est ad tergum Phœnicis & Arabiæ, collibus Libani copulatus.* Brocardus in descriptione terræ Sanctæ: *Ultra Jordanem sunt varii montes, nempe mons Seir, mons Hermon, mons Libani, & mons Galaad, qui tamen omnes sunt unius mons continuus, nisi quod in diversis locis diversa fortitur nomina.* Itaque ut mons Galaad vocatur Libani caput aut initium, quia Libanus ex eo incipit, pari ratione terra Gog, vel quod idem est, terra Magog poterit appellari ראש משך caput seu initium *Mesech*, quia terræ continuæ sunt, & terra *Mesech* incipit à terra Magog. Sic terra Gog vel Magog erit Scythiæ pars circa Caucasum quam Colchi & Armeni. quorum dialectus erat semichaldæa, גוג חסן *Gog-han* vocaverint, id est Gogi munimentum, atque inde Græci Κωίγειον, sono molliore, ut cum pro גמל *gamel* καμηλος dicunt.

Sed & ipsissimum nomen Gog integrum Græci servarunt in Γωγαρήνη *Gogarene* Iberiæ parte trans Cyrum quam Iberis Armenii ademerunt, ut testatur Strabo libro undecimo. In Stephano *Gogarene* est χωρίον μεταξὺ Κόλχων καὶ Ἰβήρων τῶν ἀνατολικῶν *locus inter Colchos & Iberos Orientales.* Res eodem recidet, si cum Lxx. senioribus ראש *Rhos* sumamus pro nomine populi vel regionis. Quod quidem negat Hieronymus, sed argumento non satis certo: *Nec in Genesi*, inquit, *nec in alio Scripturæ loco, nec in Josepho quidem, qui omnia Hebraicarum* (malim Hebraica) *gentium in primo antiquitatum libro exponit nomina, hanc gentem potuimus invenire. Ex quo manifestum est Rhos non gentem significare, sed caput.* Nempe vir tantus, cum hæc scripsit, non cogitabat in illo ipso Ezechiele multa locorum esse nomina quæ alibi nusquam occurrunt, puta *Chebar, Gammadim, Chelmad, Chub, Chetlon, Sibraim*, &c. Itaque etiamsi *Rhos* nec in Josepho, nec in aliis extet Scripturæ locis, tamen nihil obstat quo minus possit esse loci nomen. Et mihi quidem *Rhos* videtur esse Armeniæ fluvius Araxes & Araxene regio. Arabice saltem constat in Geogr. Nub. *Rhos* vocari Araxem: *In Armenia*, inquit, *duo sunt fluvii magni nominis, nempe* נהר ארס ונהר אלכר *fluvius Rhos & fluvius Kor* (id est Araxes & Cyrus) *ambo ex occasu ad ortum labentes, & quidem fluvius Kor* (Cyrus) *qui magnus est & naviger, oritur prope montem* (Caucasum) *Et excurrens ad Tiflis* (Zaliffam Ptolom.) *indeque tendens ad fines Hanua &* סמכון *Samcun* (uno puncto addito quo Arabice N. & T. differunt, legerim *Samcut* potius, ut sit Ptolemæi Σαγγὼς *Sanguta*) *confluit cum flumine Rhos* (Araxe)

(Araxe) *& exit in mare* אֶת־חֹזָר *Chozar* (Caſpium) *Similiter flumen Rhos* (Araxes) *eſt magnum valde: Egreditur ex partibus* אַרְמִנְיָה אֶלְרָאחֹלָה *Armeniæ interioris* (non *minoris*, ut habet Latina verſio) *è Calicala* (Turcis Carachala, id eſt nigrum caſtellum) Cætera ibi vide & confer cum Itinerario Guillielmi de Rubruquis cap. 49. Ex his cum conſtet plus ſatis *Rhos* eſſe fluviorum Araxem, eſt & cur putem accolas eodem nomine appellari. In Joſepho Beugorjon hæc legere eſt capite primo Venetæ editionis: הַשּׁוֹפֵב בִּים גּוּרְגָאן (lege כִּירָא) רוֹסִי חוֹנִים עַל נְהַר בִּירָא *Rhoſſi habitant ad fluvium Cyrum qui deſluit in mare Georgian, id eſt Caſpium.* Cyrum pro Araxe dixit, quia ſunt vicini amnes, quique adeo confluentes uno, & eodem oſtio in mare Caſpium exeunt. Et ad utrumque Rhoſſi habitant in regione interamni quæ Græcorum eſt Araxene. Ex iſta interpretatione, verborum Ezechielis, hæc eſt paraphraſis: *pone faciem tuam contra Gog*, obfirma vultum tuum ad prophetandum contra Regem Scytharum, *in terra Magog*, qui regni ſedem habet in Scythia prope Caucaſum: *Principem Rhos, Meſech & Tubal*, principem Armeniæ, Araxenæ, Moſchicæ, & Tibarenix, regionum contignarum quæ tum erant Scythici juris. Scythas enim vel Sacas, quod idem eſt, imperii ſui limites eo uſque promoviſſe diſertis verbis teſtatur Strabo lib. 11. Σάκαι, inquit, τὴν Ἀρμενίας κρατίστην τῶν ἀρείων γῆν, ἣν καὶ ἐπωνύμην ἑαυτῶν κατέλιπον τῶν Σακασηνῶν καὶ μᾶλλον Καππαδοκῶν, καὶ μέχρι τοῦ ἔξω Εὐξείνου, ὃς Ποντικὸς νῦν καλεῖται, ἐπεκράτησαν *Sacæ optimam Armeniæ regionem occuparunt, quam à ſe Sacaſenam denominarunt, & uſque ad Cappadoces, eos maxime qui Pontici dicuntur, ad mare Euxinum progreſſi ſunt.* Quin Scythæ in Tregō ſeguntur juxta Thermodonta conſediſſe. Et Thermodon in Plutarcho de fluviis ποταμὸς ἐν Σκυθίᾳ *fluvius eſt Scythiæ*, in Philoſtrato Scythārum limes. Nec deſunt qui Scytharum circa Araxem ſedem antiquiſſimam fuiſſe volunt. Ita habetur in Herodoto: Σκύθας τοὺς Νομάδας εἰσιόντας ἐς τὴν Ἀσίην πολέμῳ παυσάντων τῶν Μασσαγετέων, οἰχομένους διαβάντας ποταμὸν Ἀράξεα ἐς γῆν Κιμμερίην *Scythas Nomades qui Aſiam incolunt, cum à Maſſagetis bello vexarentur, Araxe trajecto in Cimmeriam abiiſſe.* Cimmeriam id eſt Scythiam. Scythia enim dici cœpit poſtquam Cimmeris pulſis Scythæ illam occupaverunt. Idipſum multo expreſſius docet Diodorus libro ſecundo: τὸ μὲν οὖν πρῶτον (οἱ Σκύθαι) περὶ τὸν Ἀράξην ποταμὸν ὀλίγοι κατῴκησαν πανταπάσιν ὑπὸ τῆς αἰδείας καταφρονούμενοι *Scythæ primum juxta Araxem amnem pauci habitarunt, & propter ignobilitatem deſpecti.* Sequitur montanos Scythas inde uſque ad Caucaſum eſſe progreſſos: Campeſtres vero uſque ad Mæotidem paludem, & Tanaim, & Septentrionalem Oceanum. Credibile eſt ex רֹאשׁ *Rhos* & מֶשֶׁךְ *Meſech*, id eſt Rhoſſis & Moſchis, vicinis populis circa Araxem de quibus Ezechiel, deſcendiſſe Ruſſos & Moſcovitas, gentes in Europæa Scythia celeberrimas, quæque latiſſime patent. Ruſſi transmiſſo Araxe videntur primo occupaſſe Tauricam Cherſoneſum, & de ſuo nomine *Rhos* appellaſſe. Tauri enim ſic nominantur apud Tzetzem, Cedrenum, Curopalatem. Tzetze nihil eſt expreſſius;

> Ταῦροι, ἤγουν βοῶν οἱ ἄρρενες καλοῦνται.
> Ἔστι γὰρ ἔθνος Σκυθικὸν, ἐπεὶ δ' ἄδηλον ἦν
> Σαφέστερον δήλωσον Ταύρους τοὺς Ῥῶς καλεῖσθαι.

Tauri generis boum maſculi vocantur. Eſt & genus Scythicum. Quia autem hoc obſcurum eſt, clarius indicavi, Tauros vocari gentes Rhos. Tzetzis ævo ſcilicet notius erat nomen *Rhos* quam Taurorum. Unde eſt quod Ταυροσκυθῶν ibidem exponit Ῥωσσογλω-

σκυλυφὴς. Itaque in Scytharum censu ab eodem alibi ponuntur οἱ Ῥῶς: Et ex anonymo Poëta citatur hist. 396.

Τέτταρτο δ' Ῥῶς ἄλλα τε φῦλ' Μυσῶν.

Quarto è Mysorum gentibus Rhos non erat.

Geographi quidam veteres Tauros nusquam ita nominant. Tamen hoc nomen non esse hodie & heri natum docet vox composita *Rhoxalani* apud Plinium. *Hamaxobii*, inquit, *aut Aorsi, alii Scythæ degeneres & à servis orti, aut Troglodytæ, nec Alani & Rhoxalani.* Rhoxalanorum enim nomen conflatum esse nemo non videt ex ראש *Rhos* vel *Rhox* & *Alanis*. Tanquam ex utroque mixtis populis, quod vel ex situ patet. Nam inter Tauros & Alanos medii sunt Rhoxalani circa paludem Mæotidem. Ptolomæus lib. 3. cap. 5. Καὶ παρ' ὅλον τὸν πλευρὸν τῆ Μαιώτιδι, Γάζυγες, οἱ Ῥωξολανοὶ, οἱ ἐνδοτέρω τέτταρα ἔθνη Ἀμαξόβιοι, καὶ οἱ Ἀλανοὶ Σκύθαι, *Et per totum Mæotidis latus, Jazyges & Rhoxolani* (Rhoxalani) *& iis interiores Hamaxobii & Alauni* (Alani) *Scythæ.* Plura de illorum situ vide apud Jornandem c. 36. A Rhoxalania Russiam dici asserit Matthias à Michou de Sarmatia Europæa lib. 2. cap. 1. Circa eadem loca Magynorum fuit sedes, quos inter Scythiæ populos versus Thraciam & Tanaim Tibullus ita recenset in Panegyrico ad Messalam:

Quaque Hebrus Tanaisque Getas rigat atque Magynos.

Porro ut ex *Ros & Mesech Russi & Moscovitæ*: Ita *Magyni* à *Magog* videntur traxisse nomen. Pergit Propheta vers. 3. & 4. ejusdem c. 38. *Ecce me contra te ô Gog &c. Educam te & omnes copias tuas, equos & equites &c.* Et vers. 15. *Nonne venies e loco tuo, à partibus Aquilonis, tu & populi multi tecum insidentes equis omnes &c.* Nempe Scythis etiam in plena pace id in more fuit ut semper equis vectarentur. Hippocrates libro de aquis & locis de Scythis ita loquitur: νοῦσοι τῶν ἵππων διὰ τοιάδε μάλιστα γίγνονται· εἰς τὸν μίξιν, *ex equitatione semper defessi imbecilli fiunt ad coitum.* Item: νοῦσοι δὲ ἱππεῦσιν ἀνιαραὶ γίγνονται διὰ τοιάδε μάλιστα· ἀπὸ τῶν ἵππων ἐς τὰς ἰσχίας καὶ τὰ γόνατα καὶ τὰ σφυρὰ καὶ τοὺς πόδας, *ab equitatione ipsos corripiunt articularum dolores, quia pedes ipsorum semper ab equis propendent.* Nec temere id prætereundum ex ejusdem Prophetæ cap. 39. vers. 3. *Excutiam arcum tuum è manu sinistra tua, & sagittas è dextra tua deficiam.* Nam Scytharum arma perpetua sagittæ & arcus. Ideo Scytharum equites vocantur ἱπποτοξόται *hippotoxotæ* ab Herodoto & Luciano. Nempe à teneris jaculari assueverant etiam κινούμενοι ἀφ' ἵππων, *dum ab equis movebantur*: Idque tanta peritia, ut raro à scopo aberrarent. Unde est quod in Plutarchi Symposio dicit Anacharsis animalia Deî motionibus non minus obsequi ἢ Σκύθας τόξα, λύρᾳ δ' Ἕλληνες καὶ αὐλοὶ συμπαθοῦσιν, *quam Scythis arcus, lyraque Græcis & tibiæ obsequuntur.* Et apud Herodotum Mediæ rex Cyaxares filium suum Scythis committit, ut ab iis addiscat τὴν τέχνην τῶν τόξων supp. χρεμίσαι, *artem arcu jaculandi.* Et in Cresiæ Persicis Darius & Scytharces, hic Scytharum rex, ille Persarum, ἀντίπαιπτον ἀλλήλοις τόξα, ἐπικρατέστερον δὲ ἦν τὸ τῶν Σκυθῶν, *arcus sibi misere mutuo, sed Scythicus prævalebat*, quod Darium ita percuht ut fuga sibi consuluerit. Eo Scytharum nomen multi revocant, quia Germanis *scutten* sunt jaculatores. Quomodo Scytharum pars Scythica voce Arimaspi, id est coclites vel unoculi dicuntur, διὸν τοξεύματος ὄντες ἐπιμύουσι τὸ ἕτερον ὀφθαλμὸν, ἵνα τὸ σκοπὸς βολῇ εὐτυχῶν, *quia cum sint jaculandi peritissimi, altero oculo connivent: ut colliment rectius.* Et Amazonum nomen tractum est ab alterius mammæ jactura: ἐπιμαίουσι γὰρ βρέφεσιν τὸ δεξιὸν μαζὸν, ἵνα ἂν μὴ ἐπικωλύῃ τὸν τόξευσιν, *dexteram quippe mammam ab infantia inurebant, ne sagittarum jactum impediret.* Quod fabulosum non esse prorsus colligere est ex Platone cujus verba sunt de legibus lib. 7. οἶδα ὅτι μυρίαδες ἀνυμνήσουσι γυναῖκες τῶν ἐκεῖ τὸν Πόντον τὰς Σαυρομάτιδας καλουμένας, αἷς τὰς ἵππους μέσας, ἄλλα τὸ τόξευ-

τὴν τῶν ἄλλων ὕστλον κοινωνίαν τοῖς ἀνδράσι ἴσην ἀφυτιζομένην, ἴσας ἀσκεῖν, *novi circa Pontum innumeras esse mulierum myriadas, Sauromatidas dictas; quibus non equorum modo; sed & arcuum & reliquorum armorum communis cum viris exercitatio sit instituta*: Sed & de iisdem hæc habet Hippocrates ubi supra: τοιῦτον αἱ γυναῖκες ἱππάζονταί τε καὶ τοξεύουσι, καὶ ἀκοντίζουσιν ἀπὸ τῶν ἵππων, καὶ μάχονται τοῖς πολεμίοις, ἕως ἂν παρθένοι ὦσιν. οὐκ ἀπὸ τοιουτουτρόπου δὲ μίσγεται αὐτῇσι οἱ πολεμίοι τρόπῳ ἀλλοιοτέρῳ, *horum autem mulieres equitant & arcu utuntur, & jaculantur ex equis, & cum hostibus congrediuntur; quandiu sunt virgines, neque viris copulantur, priusquam tres ex hostibus confecerint*. Et paulo post: τὸν δεξιὸν δὲ μαζὸν σφισὶν ἔχουσιν, παιδίοις δὲ ἐοῦσιν, ἵνα ῥηΐτεροι, αἱ μητέρες χάλκεον τετεχνημένον ἐπ' αὐτῷ τοιοῦτον ἀφίκτυπον ποιέουσαι, ὠδὸς τὸν μαζὸν πρήσασαι τὸν δεξιὸν, καὶ ἐπικαίουσαι *deteram autem mammam non habent; Puellis enim adhuc infantibus matres æneum instrumentum in hunc usum paratum igne candefacientes, dextræ mammæ applicant, & exurunt*. Hæc Plato & Hippocrates in re seria de Scythis sui temporis. Neque aliter Nicolaus Damascenus in libro de moribus gentium, ubi de Galactophagis: Μάχιμοι δ' εἰσὶ καὶ αὐταὶ αἱ γυναῖκες ἢ οἱ ἄνδρες, καὶ συμπολεμοῦσιν αὐτοῖς ὅταν δέῃ, *non minus pugnaces viris sunt eorum mulieres, & cum viris bellum ineunt, si res postulat*. Et ubi de Sauromatis: Παρθένον δὲ οὐδεμίαν συνοικίζουσι πρὶν ἂν πολέμιον ἄνδρα κτείνῃ, *virginem ad nuptias non admittunt, antequam aliquem ex hostibus interfecerit*. Et Ælianus Var. lib. 12. cap. 38. Cum apud Sacas quis puellam ducturus est, μονομαχεῖ τῇ παιδίσκῃ, ut penes victorem sit imperium. Sed & apud Tzetzem chil. 13. hist. 451. Sacarum mulieres συμμάχονται τοῖς ἀνδράσι. Et Massagetides.

Σὺν τοῖς ἀνδράσι τοῖς αὐτῶν ταῖς μάχαις ὁμαρτοῦσι.

Et ut de Thomiri taceam, Turgatæus Mæotidis & Amages Sauromatidis ἀνδραγαθήματα nota sunt ex Polyæno lib. 8. Strateg. Mela etiam consulendus lib. 1. cap. 21. & lib. 3. cap. 4. ubi de Sarmatia. Etiam id observandum in exercitu Magog censeri equites לבושי מכלל *indutos perfectione*, vel ut Chaldæus לבושי נמיר *vestitos penitus*. Kimchius interpretatur *instructos omni genere armorum*. LXX, ἐνδεδυκότας ὅπλα ἁρμάτων; & vulgatus, *vestitos loricis*. Non male: Nam intelligitur lorica cataphractorum, quæ à collo ad genua usque demittitur. Atque ita ἡ καθ' ὅλου μάχη, ἀλλὰ καὶ σῶμα τὸ ἄλλο ἅπαν πανοπλίσασθαι, ut habetur in Heliodoro. An hi sunt Scytharum equites quos apud Lucianum Toxaris appellat ἱππέας αὐτοσκευεῖς, ubi interpres vir doctissimus *equites ad plenum instructos*? Non deerunt qui sic accipiant. Tamen iis accedo potius quibus equites αὐτοσκευεῖς ii dicuntur qui suo sumptu vivunt, quales *voluntarii* quos vocant, qui sponte dant militiæ nomen nullo stipendio adstricti. Libet hic docere obiter, quod doctissimos fugit hactenus, absit invidia dicto, cur cataphracti Persarum equites dicti sint *clibanarii*. Sunt qui vocem peregrinam Romana civitate donant, ut author Glossarii nomici: Κλιβανάριοι, inquit, ἱππεῖς. Κλίβανα γὰρ οἱ Ῥωμαῖοι τὰ σιδηρᾶ καλύμματα καλοῦσι, *Clibanarii, planè ferrei: Romani enim clibana vocant ferrea integumenta*. Alii ex Græco sermone *citbanarios* quasi thoracatos dici volunt, quia κλιβάνιον vel κλιβάνιον apud Græcos recentiores prothorace sumitur. Sic in Achmete κλιβάνιον μονοπλῆ thorax simplex, κλιβάνιον πολυπλῆ καὶ πολύπτυχον thorax multiplex & multisidus. Et in Codino de officiis aulæ Constantinop. Φορεῖς καὶ ἱππεῖς κλιβάνια ἡμφιεσμένοι *ferentes etiam superne loricas colatu aerii*. Et in Leonis Tactic. is: Εἰ δυνατὸν ἦν καὶ θώρακας ἔχειν οἱ νῦν καλοῦντες τοὺς κλιβάνια. *Si fieri potest ut etiam thoracas habeant qui nunc vocantur clibania*. Et quod maxime ad rem facit, his clibaniis veteres armasse dicit equitem cataphractum. Verba sunt: ἁπλοῦν τὸ μὲν καθοπλισμὸν καβαλλάριον

λαμίοις πανοπλίην, αὐτόν τι, καὶ τὸ ἵππον αὐτῶ, καὶ τὸ μὲν σῶμα λαμπρίοις καὶ χλιβανίοις ἢ σιδηροῖς, ἢ ὅπλοις κεκρυμμένους, *armabant quidem equitem cataphractum undique, & ipsum & equum illius, & virum quidem loricis & clibaniis aut ferreis aut ex cornibus intextis.* Et paulo post: καὶ τὰς τραχήλους τῶν ἵππων λαμπρίοις καὶ χλιβανίοις, ἢ λαμελλίοις, ἢ ὅπλοις ὅλοις κατέκλειστον, *& colla equorum clibaniis aut loricis, aut alia materia integebant.* Itaque ab illis clibanis vel clibaniis clibanarios dici cataphractos equites valde verisimile est. Nondum tamen res est confecta: cum χλιβάνιον vel χλιβάνιος sit vox barbara, quam ignoraruntGræci veteres. Itaque Romani agnoscunt *clibanarii* vocabulum à Persis se accepisse. Alexander Severus apud Lampridium: *Cataphractarios, quos Persæ clibanarios vocant, decem millia in bello interemimus.* Ammianus lib. 16. *Sparsique cataphracti equites, quos clibanarios dicitant Persæ.* Nempe Chaldæis qui tum erant sub imperio Persarum גלבא *galba* est ferri squama seu lamina. Hinc 1 Sam. 17. 5. ubi textus Hebræus habet שריון קשקשים Græci θώρηκα ἁλυσιδωτὸν, Vulgatus *loricam squamatam*, egitur in versione Chaldaica שרין גלבין *sirjan galbin.* Baal Aruch & Elias perperam legunt גלכין *galcin.* His imposuit similitudo literarum ב *Beth* & כ *Caph.* Kimchius item in notis ait גלכין legi per *Caph*; sed monet continuo post, se reperisse גלבין *galbin* in quibusdam exemplaribus. Quæ scriptura hodie obtinet, & haud dubie vera est. Quia mutatis literis homogeneis גלבא *galba* idem est quod כלפא *kalpha*, qua voce pro squama passim utuntur Chaldæi & Syri scriptores. Unde magistri Hebræorum שריון קליפא *sirjon kelipha* est lorica squamata. Ita citantur apud Kimchium. Itaque id ipsum significabit שריך גליבה *sirjon geliba* vel גלבנה *gilbana*; unde גלבנר *galbanar* (formæ פיילר *phialar* vel שנדלר *sandalar*) erit *clibanarius.* Nihil verius hac conjectura. Veteres enim disserte scribunt clibanariorum loricas fuisse ex squamis vel laminis consertas, ne motus impediretur. Ammianus ubi supra: *Cataphracti equites quos clibanarios dicitant Persæ, thoracum muniti tegminibus, & limbis ferreis cincti, ut Praxitelis manu polita crederes simulachra, non viros quos laminarum circuli tenues apti corporis flexibus ambiebant.* Nota hæc verba. *laminarum circuli tenues*, id est גלבין *galbin.* Sed Heliodorus multo expressius in elegantissima illa descriptione Persarum cataphractorum: ἱεχασία ἦ τῷ θώρακι τοιάδε. σκυτάλας χαλκᾶς τε καὶ σιδηρᾶς ὅσον ἀντιμαίας πλάθει εἰς κύκλα περάσαντες ἐλάσαντες, καὶ ἄλλα ἐπ' ἄλλοις κατ' ἄκρας τῶν πλευρῶν ἁρμόζοντες (ὡς τῇ ἑτεροτάτῃ τοῦ ὑπερκειμένου ἀεὶ, καὶ τῇ πλαγίᾳ τοῦ ὑποκειμένου καὶ τὸ σταυροῦ ἐπιβαίνειν) καὶ ῥαφαῖς ὑπὸ ταῖς ἐπιπλοκαῖς τοῦ συμπλοκίου ἀγκυροειδέσιν χιτῶνα τινὰ φολιδωτὸν ἀπεργάζονται, *Loricæ autem opificium tale est: Laminas æneas & ferreas fere palmares undiquaque in quadrangulam formam ducentes & aliam super aliam ad extrema laterum adaptantes (ita ut inferiorem superior, & transversam adjacens continua serie semper transcendat) & futuris subter commissuras texturam connectentes, tunicam quandam squamatam efficiunt.* *Squamatam* id est גליבה *geliba* vel גלבנה *gilbana*, unde clibanarius. Itaque has laminas Poeta *squamas* appellat Æn. lib. 11.

Spumantemque agitat equum, quem pellis aheneis

In.

In plumam squamis auroque inserta tegebat.

In quem locum Servius: *Cataphractum eum fuisse significat.* Et paulo post: *aeneas squamas, aeneas laminas intelligimus.* Non possum non addere clibanariorum equitum insignem descriptionem ex lib. 2. Claudiani in Rufinum.

Quos operit formatque chalybs, conjuncta per artem
Flexilis inductis hamatur lamina membris
(Horribilis visu) credas simulachra moveri
Ferrea, cognatoque viros spirare metallo.
Par vestitus equis; ferrata fronte minantur,
Ferratosque movent securi vulneris armos.

Sed ut è diverticulo redeamus in viam; cum vix ex historiis possit colligi, quando impleta fuerint Ezechielis vaticinia de excidio gentium Gog & Magog: Hac omissa disputatione, ne cogar divagari extra limites, solum id observabo, prædixisse Prophetam vers. 11, 15. & 16. capitis 39. fore ut copiis Gog ad orientem maris exciſis, & multis Gogæorum seu Scytharum ibi sepultis, vallis & urbs proxima nomen ab illis sortiantur. Nunquid ea est Scythopolis, urbs in Aulone seu Scythopolitana valle nobilis; ad orientem lacus Tiberialis, quem Syri vocant *mare Ginnosar.* Huic certe conjecturæ plurimum favet Chaldæus interpres, qui sic habet v. 11.

Dabo לגוג *τοῖς Gog locum commodum in cœmeterium, in valle transeuntium, ad orientem maris Ginnosar.* Et cum Scythopoleos vetus nomen fuerit *Bethsan*, ut ex Josepho constat, non alia occurrit ratio cur prisco nomine antiquato novum istud sit substitutum. Nisi malis credere Scythas à Libero Patre eo fuisse deductos, ut ex Plinio perperam colligit Solinus. *Liber pater,* inquit, *condidit hoc oppidum &c. Incolæ decerant, è comitibus suis Scythas delegit.* Me parum fugerat Eusebii locus Græci Chron. lib. 1. p. 40. qui videtur ad hanc rem maxime pertinere: Σκύθαι τὴν Παλαιστίνην κατέδραμον, καὶ τὴν Βασὰν (lege Βαισὰν) κατέσχον τὴν ἐξ αὐτῶν κληθεῖσαν Σκυθόπολιν *Scythæ Palæstinam percurrerunt & Basan* (id est Bethsan) *occuparunt, quam de suo nomine vocarunt Scythopolim.* Sed unum hic me male habet, quod Scytharum excursio sub Cyaxare, de qua ibi Eusebius, videtur Ezechielis vaticinium præcessisse aliquot annis. Scytharum in Syriam expeditionis aliud vestigium id sunt, quod Syriæ urbem Bambycen vel Hierapolim (Alep hodie ut multi putant) Syri appellabant *Magog.* Plinius lib. 5. cap. 23. *Cœle habet Apamiam, &c. Bambycen, quæ alio nomine Hierapolis vocatur, Syris vero Magog.* Sed origo hujus nominis mihi quidem videtur altius repetenda; nempe ab illo ipso Magog filio Japheth à quo Scythæ sunt oriundi. Magog scilicet Hebræorum idem est qui Græcorum Prometheus, à cujus filio Deucalione consecratum fuisse Hierapolitanum templum docet Lucianus in libro de Dea Syria. Proinde urbi nomen inditum vel ab ipso conditore, vel à Syris in conditoris memoriam, qui filius fuisse Magog, & è terra Magog in Syriam venisse credebatur. Plura de hoc argumento habentur capite secundo libri primi, quæ non necesse est hic repetere. Urbis vel regionis *Magog* in Syria meminit etiam Rabbi Moses filius Mamon in *Halicoth therumoth* cap. 1. §. 9. ubi inter Syriæ loca memorantur דמשק ואחלב וחרן ומגוג. Legendum דמשק וחלב וחרן ומגוג / *Damascus & Alep & Haran* seu Carrhæ *& Magog.* Unde videtur colligi Magog seu Hierapolin & Alep esse diversa oppida. *Bochartus.*

Αἰθιόπων πολλαμῶν, πόσον αἵματος ἔκχυμα δέξῃ
Καὶ κείσεως οἴκησις ἐν ἀνθρώποισι κεκλήσῃ,
Καὶ πίεαι σὺ γαῖα πολύδροσον αἷμα κελαινόν.
74 Αἰ, αἴ σοι Λιβύη· αἰ αἰ δὲ θάλασσά τε καὶ γᾶ,
Θυγατέρες δυσμῶν ὡς ἥξετε πικρὸν ἐς ἦμαρ,
Ἥξει δὴ χαλεποῖο διωπόμφαιον ἀγῶνος
Δεινοῦ καὶ χαλεποῦ. δεινὴ κείσεται αὖθις,
Καὶ κατ' ἀνάγκην πάντες ἐλεύσεσθ' ἐς ὄλεθρον,
Ἀνθ' ὧν ἀθανάτοιο μέγαν διεδηλήσασθε
Οἶκον, ὀδοῦσι σιδηρείοις τ' ἐμασήσατε δεινῶς.
Τοὔνεκα δὴ νεκρῶν πλήρη σὴν γαῖαν ἐπόψῃ,

Æthiopum medius: quantas tu ſanguinis undas
Accipies, pœnæque domus diceris in orbe,
Potabitque nigrum tua roſcida terra cruorem.
Heu Libyæ tellus: eheu mare, terraque, gentes
Occiduæ, vobis orietur tempus acerbum.
Vobis luctandum magni certaminis æſtu,
Et gravis & duri: vobis eſt pœna luenda
Omnibus, & rigida pereundum ſorte, quod ædem
Æterni magnam graviter violaſtis, eamque
Ferratis graviter mandiſtis dentibus. Ergo
Terram iſtam plenam defunctis eſſe videbis,

Τὰς

74 Αἰ Αἰ σοι] Priores editiones αἰ αἰ δὲ ſine. Oppoſuere.

75 Manſi-

Τὰς μὲν ὑπὸ πολέμου καὶ πάσης δαίμονος ὁρμῆς,
Λιμοῦ καὶ λοιμοῦ, ὑπὸ δ' ἐχθρῶν βαρβαροθύμων.
Γαῖα ἔρημος ἅπασα σέθεν, καὶ ἔρημα πόληος.
Ἐν δ' ὀψὲ ἀρχῆς λάμψει, ὃν ἐρέουσι κομήτην,
Ῥομφαίας, λιμοῦ, θανάτοιό τε σῆμα βεβῶτα,
Ἡγεμόνων τε φθορᾶς ἀνδρῶν μεγάλων τ' ἐπισήμων.
Σήματα δ' ἔστεται αὖθις ἐν ἀνθρώποισι μέγιστα.
Καὶ γὰρ [75] Μαιῶτις λίμνη, [76] Τάναϊς βαθυδίνης,

Quos peſtiſve, fameſve, & numinis impetus omnis
Bellave ſuſtulerint, atque implacabilis hoſtis.
Omnis terra tibi deſerta, urbeſque relictæ.
Sole ſub occiduo vero vocitata cometa
Stella relucebit, gladii mortalibus index,
Et famis & mortis, præclarorumque virorum
Atque Ducum interitus magnorum, Nobiliumque.
Maxima præterea mortales ſigna monebunt:

Λείψει

75 Μαιῶτις] *Maiotis Stagnum* vel *palus*, *Mœotis* Herodoto *Mœotius lacus* Plinio, *Scythica Stagna* Columbono, *Cimmeriæ paludes* Claudiano, palus maxima Sarmatiæ, Ponti Euxini Mater, teſte Dionyſio, in eam fluvius Tanaïs à Septentrionibus influit. Cauſa autem quod *Palus* dicitur, eſt quia adeo humilis eſt, ut plurimis in locis non niſi ſcaphis & minoribus navigiis navigari poſſit, & vix naves opportunitatem habent figendi anchoras in mari cum 40 Mill. paſſ. diſtent abora littorali pleriſque in locis, ut mihi narrarunt nautæ periti, qui illas partes luſtrarunt, hiſce ultimis temporibus: & uſque in hodiernum diem nulla majora admittit navigia. *Ferrar. & Baudrand in Lex.*

76 Τάναϊς] Fluvius Sarmatiæ Europæ notiſſimus & maximus, illam ab Aſia diſterminans, in Moſchorum finibus oriens ac in Meridiem oblique decurrens, ac tandem aliis aliquot amnibus auctus in *Mœoticam paludem* prope urbem *Tanaïm* magna vi aquarum influens. *Ferrarius.*

Λείψει καὶ δ' ἐρόον βαθὺ, αὖλακα ἔστελαι ὁλκὸς
Καρποφόρα· τὸ δ' ἐρᾶμα τὸν μυελὸν αὐχένι ἐφέξει·
Χάσματα, ἠδὲ βάραθρα ἀχανῆ, πολλαὶ δ', πόλιες
Αὐτανδροι πεσέονται· [77] ἐν Ασσίδι μὲν Ιασσὶς,
Κέρβερη, Παυδονίη, [78] Κολοφὼν, [79] Εφεσος, [80] Νίκαια,

Altus enim Tanais Mæotica ſtagna relinquet,
Liraque depreſſo ſulcos infindet in alveo
Frugifero. At fluctus curſum cohibebit abundans:
Vaſta barathra labeſque: ruent hinc oppida multa
Plena viris: atque hæc Aſiæ labentur, Iaſſis,
Cerbre, Pandonie, Colophon, Epheſus, Nicæa,

[81] Αντιό-

77 Ἐν Ασσίδι] Regius Codex ἡ Ασσὶς pro Ιασσὶς. *Opſopæus.*

78 Κολοφὼν] *Colophon*, urbs Joniæ, nobilis oraculo Apollinis. Patria Homeri quibuſdam. Hodie *Belvedere*. Videre *Colophonii*. *Colophonii*, navales opes ſatis amplas habuere, & in equeſtribus certaminibus tantum excelluere, ut victoriam ſibi certam pollicerentur, quibus Colophonius acceſſiſſet equitatus. Unde Prov. *Colophonem addere*, cum ſumma manus operi imponitur. Ex hac urbe nonnulli Homerum ortum volunt. Unde & *Colophoniacus* vocatur à Virg. *in Ciri*,

Qua Colophoniaco Scyllæ dicuntur Homero.

Cic. pro *Archia* poëta, *Homerum Colophonii civem ſuum eſſe dicunt.* Fuit & Nicandri poëtæ patria, ut patet ex *epigram. lib.* 1. *Anthologiæ*:

Καὶ Κολοφὼν, ἀρίδηλος· ἐὼν πολίεσσι τέκνοις,
Δοίης ἡνίκα πᾶσι δικαιοσύνης.
Πρωτίστοις μὲν Ὅμηρον, ἀνὴρ Νικάνδρον ἔπειτα,
Ἀμφοτέροις Μοῦσαι ἀφθιτον ἁ φίλυς.
Hofmannus.

79 Ἔφεσος] Epheſus, *Epheſo* Sophiano, & *Figeus* Turcis, urbs Joniæ maritima, archiepiſcopalis & metropolis, ampliſſima, ſub qua 26. urbes epiſcopales ſunt, ab Amazonibus anno 40. à capta Troja condita, cujus Templum Dianæ ſacrum anno ab urbe condita 385. incenſum eſt, quo die Alexander Magnus natus eſt, ab Heroſtrato, ut hoc facinore famam ſibi compararet. Strabone lib. 14. auctore, olim clariſſima, & conventus juridicus Joniæ ac Lydiæ, nunc vilis effecta, inter Smyrnam ad Boream & Miletum ad meridiem 30. mill. paſſ. circiter diſtans. Hinc Epheſius, & Epheſinus nomen gentis. De hac Lucanus libro 8.

Ipſe

[81] Ἀντιόχεια, Τάναγρα, [82] Σινώπη, [83] Σμύρνη, [84] Μᾶρος.

Antiochia, Tanagra, Sinope, Smyrne, Marus, Εὐρώ-

Ipſe per Icariæ ſcopulos, Epheſumque relinquens
Et placidi Colophona maris.

Epheſios notis quibuſdam magicis ſeu litteris uſos, eiſdem quibus Crœſus uſus eſt, quod vellent ſolitos conſequi, tradit Euſtathius. Unde adagium natum apud Diogenianum, *Epheſia litteræ*, de iis qui mira felicitate gaudent, quæcunque optant conſequentes. Hic templum Dianæ fuit toto orbe celebertimum. [*Epheſus*, Eſeſo, *Gallis* Epheſe, *adhuc urbs Aſiæ minoris, in Ionia, in ora littorali maris Ægæi & ſinus Ionii; verſus oſtia Cayſtri fluvii. Portu gaudet commodo & arce munita. 25. milliaribus diſtat à Samo inſula in ortum, 20. à Colophonte in meridiem, & 40. à Smirna in auſtrum; ſubeſtque nunc dominio Turcarum. Ibi celebratum fuit Concilium generale tertium anno 431. ſub S. Cœleſtino primo Pontifice Maximo contra Neſtorium.*] *Ferrarius.*

80 Νίκαια] Nicæa, urbs gemina: una urbs archiepiſcopalis Bithyniæ, in Aſia, ad Aſcaniam paludem, prius Antigonia, teſte Strabone, Olbia Plinio, & Ancore, teſte Stephano, dicta, *Iſnich*, de nomine lacus Aſcanii, & *Nichea*, teſte Leunclavio, ſed Sophiano *Nichea*, inter Nicomediam ad Boream 44. & Pruſam in Eurum 25. mill. paſſ. diſſita. Hinc exercitum Turcarum 54. caſtris Artaxata urbem majoris Armeniæ (*Teſtis* ea nunc dicitur) perveniſſe tradunt. Nicææ Philiſtion comicus Socratis contemporaneus nimio riſu repente exſpiraſſe traditur, quod & Sophroni contigit teſte Politiano in Nutricia. In hac urbe Concilium adverſus Arrii ſectam anno ſalutis humanæ 324. celebratum. Altera Liguriæ, apud oſtia Vari fluvii Liguriam à Gallia Narbonenſi ſeparantis, *Nizza di Provenza*, Gallis *Nice en Provence*, (nunc enim in Provincia & Gallia Narbonenſi, ob idioma Gallicum quo utitur, ſub Duce Sabaudo, cenſetur) epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Ebredunenſi, inter Genuam ad ortum & Maſſiliam ad occaſum ſupra 100. mill. paſſ. à Taurinis ſupra 84. à Maſſilienſibus condita. *Idem.*

81 Ἀντιόχεια] *Antiochia* urbs Syriæ, de qua ſic Græcus Geographus ſub Conſtantio & Conſtante Impp. à Jacobo Gothofredo editus: Ἔστι πόλις ἡ Ἀντιόχεια, πρώτη πόλις, βασίλισσα, τῆ ἀγαθῆ τὸ πᾶσι, ὅπως τῷ Κύρῳ τῆς εἰκυμένης ἔζησε. Idem fere habet Ammianus Marcellinus: *Hanc*, inquit, *nobilitat Antiochia, mundo cognita civitas, cui non certaverit alia advectitiis ita fluere copiis, & internis.* Ab Antigono & Seleuco Nicanore in ſuorum memoriam condita, quorum ille inchoavit, hic perfecit. Eunapius *in Libanio*: Ἀντιόχεια τῆς Κοίλης Συρίας, πρώτη πόλεων, Στελλόντων δὲ Νικάνορος ἐπωνυμίαν ἔχουσι. Ab Antiocho vero ſic dicta, teſte Dionyſio Periegeta, verſ. 917.

Ἦχί πε Ἀντιόχου ἐπώνυμος Ἀντιόχεια.

Quod vero πολὺ περὶ τίμπια Δάφνης, uti loquitur Dionyſius, *juxta Daphnen* Antiochia hæc condita eſſet, hinc Ἀντιόχεια ἡ ἐπὶ Δάφνῃ vulgo vocata eſt, diſtinctionis cauſa, cum plures eſſent huic cognomines urbes. Laudes ejus non vulgares recitat D. Chryſoſtomus, ὁ ἐγκωμίων τῆς Ἀντιοχείας, ac Dio Chryſoſtomus *Orat.* 47. Libanius *in Baſilico*, & *alibi*. Maxima vero Antiochiæ laus eſt, χριστιανὴ πρώτη ὁμοῦ καὶ αὐ-

τὴ τῆς

τῆ τῶν μαθητῶν Χριστιανός, uti loquitur D. Lucas Act. 11. 26. Æra Antiochena, ab hac urbe dicta, qua Euagrius aliquot utentur, incipit ult. an. Olympiadis 182. U.C. 705. A.M. 4005. ante C.N. 49. Hic synodus ab Apostolis habita, V. Concil. 2. Nic. Act. 1. Dein Concilium, contra Novatianos, An. 255. Contra P. Samosatenum, Anno 266. & 272. Euseb. *hist. lib.* 6. cap. 35. & 7. cap. 22. Aliaque partim ab Arrianis, partim ab Orthodoxis. Vid Athanas. *de Synodis.* Socr l. 2. c. 15. & 5. 5. Sozom. lib. 3. cap. 5. & 10. & 3. 7. Hier. *in Chron.* Theodoret. lib 5. c. 3. long. 68. 10. lat. 36. 20. Nunc *Antachia* dicitur. Sedet partim in clivo, partim in plano, juxta Orontem fluv. qui ibi ponte jungitur lapideo. Muri urbis fere integri manent. Ipsa autem semi diruta in ruinis jacet. Patriarchali tamen dignitate gaudet, Turcisque paret. *Hofmannus.*

82 Σινώπη] Sinope, *Sinabe* Turcis, teste Leunclavio, *Pordapas* Chalcocondylæ, & aliis *Sinopi*, colonia & urbs maritima Paphlagoniæ, episcopalis sub Archiepiscopo Amaseno, Diogenis Cynici patria, anno quo Lipara condita à Macritio Coo, inter Cytorum ad occasum 164. & Amisum in ortum 139. mill. pass. olim Mithridatis regia. Valerius Flaccus libro 5. Argonauticarum:

Assyrios complexa sinus flat opima Sinope.

Hinc Sinopis rubrica ibi primum inventa, teste Plinio libro 35. capite 6. Populi Sinopenses Polybio. Sinopeus nomen gentis. Ovidius libro 1. de Ponto elegia 4.

Non doluit patria Cynicus procul esse Sinopeus.

Plautus in Curcul. act. 3. Sinopeas appellat populos, ubi etiam Paphlagonas nominat, & Caras. Hinc & Sinopicus, a, um, adjectivum. [*Sinope*, Sinopi, *urbs Asiæ minoris, in Paphlagonia, cum portu in ora Ponti Euxini, inter Cytorum ad occasum 110. mill. pass. & Amisum ad Eurum paulo minus, prope sinum Amisenum. Ei adjacet fluvius etiam Sinope dictus, teste Eustathio. Ferrarius.*

83 Σμύρνη] *Smyrna*, vel *Samorna*, Amazon, Ephesum condidit, unde & ipsa Ephesus aliquando *Smyrna* dicta est. Stephanus, ἐκαλεῖτο δὲ Σμύρνα, ἀπὸ Σμύρνης Ἀμαζόνος. Mela non urbem ipsam, sed Templum tantum Dianæ ab Amazonibus conditum, significat. Sed Plinius Stephano suffragatur, Epheson *Amazonum* opus vocans. Et Callinus Σμυρναίους vocavit Ἐφεσίους, teste Strabone; qui & locum quendam Ephesi, *Smyrnam* Hipponacti vocatum, notat, versus hos asserens,

Ὡς δ' ὑπαθὼν τῆς πόλιος ἐν Σμύρνῃ,
Μίξοὺ τραχείης τε καὶ λειπῆς Ἀκτῆς.

Sicut Σμύρναν vel Σμύρνον, portum Ephesi proprie dictum esse, observat Salmasius *ad Solinum* pag. 808. & *seqq.* Sed & *Smyrna* Amazon fuit, à qua urbi alteri Joniæ, quæ hodieque *Smyrna* appellatur, nomen; cujus rei fidem facit tum bustum ejus ex marmore, cujus hodieque reliquiæ visuntur, in arcis ingressu; tum nummi antiqui, in quibus Amazon hæc expressa, cum bipenni & pelta. Cujusmodi nummum fœderis inter Smyrnæos & Thyatirenses initi memoriam servantem, in cujus una parte figura modo descripta, in altera, caput turritum, utriusque urbis symbolum, exhibet Jac. Sponius *Itinerar. Græciæ Part.* 3. pag. 172. Sic Succiæ Regina, inter sua cimelia, Romæ servat nummum, fœderis inter Smyrnæos, Pergamenos & Ephesios indicem; in cujus antica parte imago Antonini Pii Imp. in postica, Diana expressa, inter Æsculapium & *Smyrnam* Amazone in media, cum verbis. ΣΜΥΡΝΑΙΩΝ ΠΕΡΓ. ΕΦΕΣΙΩΝ ΟΜΟΝΟΙΑ. Cujusmodi *inscr.* in priori quoque numismate est, addito nomine Præfecti tum Urbis, ΕΠΙ ΑΠΟΛΙΝΑΡΙΟΥ, qui principatu Caracalli vixit. Extat quoque nummus Tranquillinæ, cum *Inscr.* ΣΜΥΡΝΑΙΩΝ Γ. ΝΕΩΚΟΡΩΝ ΡΟΥΦΙΝΟΥ ΣΟΦΙ. & imagine iterum prætatæ Amazonis, quæ, capite turrigero insignis, dextra manu ædiculam sacram, læva bipennem cum pelta, tenet,

Εὐρώπης ἠ Κυάγρα, Κλίτος, Βασιλὶς, Μεροπεία,
Ἀντιγόνη, [85] Μαγνησία, Μυκλώη, Πανθεῖα,
Γάζα πανολβίστη, [86] Ἱεροπόλις [87] Ἀσπαλθίο.

Europæque Cyagra, Clitus, Basilis, Meropæa,
Antigone, Magnesia, Mycene, Pantheia,
Gaza nimis fœlix, Hierapolis Astypalœi.

Ioh

tenet, apud eund. pag. 184. &c. *Smyrna*, Urbs: recentioribus Græcis Σμυρνέα, inde Μυρνέα & Μυρρίνα; unde Agathias, qui Smyrnæus fuit in Græcis codd. sæpe appellatur Μυρναῖος vel Μυρραῖος; Salmasius *ad Solinum* p. 863. Sub Imp. Romanis, cum variis Asiæ min. urbibus, fœdera iniit, ut ex nummis supradictis videre est. Præter quos etiam nummi fœderis, inter Smyrnenses & Perinthios; alius inter Hierapolitanos & Smyrnenses; alius inter Laodicenses & eosdem; item inter Nicomedienses & Smyrnenses; inter Magnesios quoque, & eosdem, contracti, indicis meminit, Sponius, ubi supra. Hodie extra urbem visuntur rudera templi Jano dicati; item ædis S. Polycarpo sacræ, & vestigia Diauli: intra urbem, templi Cybeles olim celeberrimi, & *Inscriptiones* variæ. Civium numerus ingens est, inter quos 30000. Turcarum, 12000. Judæorum, & 9000. Græcorum, quorum hi duo ibi templa habent. Commercio serici inprimis, quod ab Armenis eo affertur, nobilis est &c. V. laudatum sæpius Auctorem *Itinerarii Part.* 1. pag. 302. & *segq.* ubi hodiernam urbis faciem vivis coloribus depingit. *Hofmannus.*

84 Μᾶρ] Pro Μᾶρ Μυρσίνη habet codex Regius. *Opsopœus.* MS. Gallæi putat legendum esse ὑγιερμ. Macris, *Magri* ex tabulis recentioribus, insula Cariæ, in mari Rhodensi, apud Caunum urbem maritimam. [*Macris sinus*, Golfe de Macre, *sinus est maris Mediterranei, in ora Lyciæ, prope Macram urbem, & inter Lyciam & Rhodum insulam. Dicitur aliter Glaucus sinus. Vide ibi.* Macris etiam ob ejus longitudinem dicta est Euboea insula, teste Strabone & Plinio, sicuti & Chios. *Ferrarius.*

85 Μαγνησία] Magnesia, urbs Asiæ, in Ionia, teste Plinio, vel in Caria, apud Mæandrum fluvium & Thoracem montem, teste Diodoro, media inter Ephesum & Tralles 15. mill. pass. seu inter Tralles 140. & Ephesum 120. stadiis ex Strabone. Error deprehenditur insignis Thesauri Linguæ Latinæ, ubi auctor loquens de Magnesia regione Thessalica, ait illam ab Epheso 16. mill. pass. distare. Hic Themistocles Athenienſis patria pulsus, interiit, cum Rex Persarum hanc ei urbem in panem dono dedisset. *Manegresia* vulgo, episcopalis sub Archiepiscopo Ephesino; nunc caput regionis. Hic Antiochus Rex à Scipione victus, magna clade affectus est: unde Scipio Asiaticus cognominatus Stephano libro de urbibus. [*Magnesia, urbs Cariæ, in Asia numeri, 30. mill. pass. distat ab Epheso in ortum, 25 à Tralle in austrum, & 80. à Smyrna in Eurum, teste Petro à Via; uno autem aut altero milliari distat à Mæandro fluvio.*] *Idem.*

86 Ἱεροπόλις] Hierapolis, quæ & Bambyca, urbs Syriæ archiepiscopalis sub Pa-

Ἰδὶ τότ' Αἰγύπτῳ ὀλοὸν γῆρ ἐγγὺς ὀλέθρε.
Καὶ τότ' [88] Ἀλεξανδρεῦσιν ἔτος τὸ παρελθὸν ἄμεινον,

Tum scito Ægypti morti genus esse propinquum.
Tum melior qui transiit annus Alexandrinis,

Οπωότε

triarcha Antiocheno, in Cyrrestica regione, quæ *Haleppo*, teste Bellonio cum aliis, dicitur, urbs maxima, ex primis Turcici Imperii, à Damasco itinere 10. dierum distans in Boream, ab Edessa 50. mill. pass. De Haleppo diversa est sententia. Alii enim Hierapolim esse scribunt: alii Berrhœam, inter Antiochiam & Hierapolim 30. mill. pass. dissitam; quæ sententia Cedreni & Zonaræ testimonio nititur: alii Chalybonem, vocis allusione ducti, in quibus Postellus & Rawolfius, esse putant: quam urbem Ptolemæus Berrhœa superiorem facit Hierapoli & Berrhœa, ac aliquanto orientaliorem. Quod si Haleppum triduo ab Antiochia in ortum recedit ut Bellonius testatur, potius Chalybon erit quam Hierapolis, aut Berrhœa, quæ Antiochiæ propior est. Sed Cedreni & Zonaræ, qui sub Imperatoribus Græcis scripsere, auctoritas me movet. Si distantiarum numeri apud Antonium Augustum in Itinerario certi essent, facile lis hæc habita distantiæ ratione tolleretur. [*Hierapolis, quæ & Bambyce, nunc* Alep *dicitur, Italis* Aleppo, *Sanson & Brietio testibus; est que urbs Syriæ maxima & emporium celeberrimum, in quod quotidie confluunt mercatores ex tota Europa; quanquam multi credant Aleppum esse ubi alias Berrhœa ad Marsyam fluvium, & Hierapolim fuisse ubi nunc* Tedi h, *oppidum illius tractus. Sed de his non est facile statuere.*] Hierapolis altera, Phrygiæ magnæ urbs archiepiscopalis sub Patriarcha Constantinopolitano, proxima Laodiceæ, ab ea 6. mill. pass. Tripolim versus 12. distans, à Philadelphia urbe Lydiæ 45. in meridiem, quæ *Seidelscheher* à Turcis, teste Crusio cum Leunclavio, nominatur. Ibi puteus amplus nebulas noxias exhalans, teste Strabone. Populi Hierapolitæ Plinio. Hujus meminit Venantius Fortunatus libro 8.

Læta suis votis Hierapolis alma Philippum
Produxit.
Idem.

87 Ἀστυπαλαίᾳ] Astypalæa, *Stampalia*, insula maris Carpathii, cum urbe ejusdem nominis episc. sub Archiep. Rhodiensi, in longum extensa, circuitu 88. mill. pass. ab Icaria 80. in austrum, à Delo 100. in Eurum, à Cadisco prom. Cretæ 125. in Cæc. & Bor. Ejus mem. Ovid. lib. 2. de arte amandi:

Cinctaque piscosis Astypalæa vadis.

Astypalæa quoque opp. Coi insulæ teste Steph. [*Astypalæa insula vix 70. milliaribus distat à proximiori ora Cretæ insulæ. à Gnido autem urbe Asiæ minoris 60. tantum. Ei adjacent ad ortum aliquot insulæ, seu veritus scopuli.*] *Idem.*

88 Ἀλεξανδρεῦσιν] Ab Alexandria quæ urbs multiplex. *Prima* Ægypti in ora ab ostio Canopico 12. m. pag. in occid. opus Alexandri M. Caput urbium, Am. Marcellino lib. 2. Herodian. lib. 7. *Scanderia* Turcis, & *Alessandria* Italis, urbs Patriarcha l. & emporium celebre, quo ex India merces, præsertim aromata, per universam

Ὁπωότε δασμοφόρυς Ασίης ὑπεδέξατο Ρώμη.

Ex Asia quando susceptit Roma tributum.

Χήματα

sam Europam distribuenda advehuntur. Olim ante Cairi erectionem (à quo itinere quatridui distat) clarior. Ipsa deficit in dies. Ad ostium portus Insula Pharos est, quæ jam injecta mole terræ adjacet, ubi turris Pharos nunc destructa: Super cujus rudera arx est Turcarum, qui juxta portum alteram arcem habent. V. Curt. l. 4. Strab. l. 17. Plin. 5. 10. Belon. lib. 2. 19. Sanut. l. 9. Leon. p. 8. P. de Valle. Hinc *Alexandrinus*. Prop. lib. 3.

Noxia Alexandrina, dolis aptissima tellus.

Ob cœli clementiam, incolæ passim apud scriptores luxus maxime notati sunt, velut apud Quinctilianum, l. 1. & Ammian. lib. 22. Et ante utrumque *Alexandrina vita, atque licentiæ* apud Cæsar. lib. 3. *de B. C.* cap. 110. Inde Ovid. *Trist.* 1. 2.

Non ut Alexandri claram delatus in urbem,
Delicias videam, Nile jocose, tuas.

Aër illic adeo temperatus est, ut quolibet die solem videant; unde, ob delicias, per excellentiam πόλις dicitur, ut ἄστυ Athenæ, & *urbs* Roma. long. 58. 20. lat. 31. 25. Varia hic Concilia. Vid. 1, 2, 3. *tom. Concil.* Athanas. Cyrill. Evagr. *Hist. trip.* Baron. Godeau. *Secunda*, Albaniæ, ad Caucasi radices, & oram Caspii maris urbs, & emporium regionis præcipuum, *Demircapi* Turcis, quasi portæ ferreæ, & incolis *Derbent*, à Taurestio, seu Ecbatanis, regia Persarum, itinere 20. dierum distans in Bor. ubi ex Asia in Scythiam per angustias transitus est. *Tertia*, Arachosiæ, *Cabul* hodie, teste Castaldo, regionis metropolis ad Arachotum fluvium à Prophthasia regia Drangarum 515. m. p. distans in Ort. Indiam versus. long. 117. 30. lat. 32. 30. Aliis est *Candahar*, urbs munita Indiæ cis Gangem. sub dominio magni-Mogolis. *Quarta*, Ariæ, *Herri* Castaldo & aliis (quod nomen est etiam ipsi provinciæ) urbs primaria, & regia ad Arium flu. inter Hecatompylon, regiam Parthiæ ad occ. 565. m. p. & Bactra, regiam Bactrianæ in ort. 484. m. pag. Sunt qui *Burgian* dici velint. long. 111. 30. lat. 38. 40. *Quinta* Carmaniæ, *Serent*, teste Castaldo, urbs regia, & regionis primaria, inter Armuziam, & Arium long. 100. 00. lat. 39. 30. *Sexta*, Ciliciæ, seu Syriæ in confinio, urbs Episcopalis ad sinum Issicum, *Scanderoon* Turcis, teste Leunclavio, *Alexandrete* Gallis. Emporium celebre, long. 68. 00. lat. 38. 10. *Septima, Margianæ, Indion* hodie dici putarur in tabb. recentt. urbs præcipua, & emporium earum regionum. *Octava*, Stattellorum, Anno 1178. à Mediolanensibus, Placentinis & Cremonensibus condita, urbs Liguriæ non obscura ad Tanarum fluv. illam interfluentem, ampla & permunita, episc. sub archiep. Mediolan. inde 52. m. p. in Austro-Libycum, media fere inter Genuam ad ort. & August. Taurinorum ad occ. Ab Alexandro tert. Pontifice episcopalis effecta, à quo & nomen habet, cum prius Cæsarea diceretur. Ibi pons lapideus, & longitudinis admirandæ. vulgo *Alessandria della Paglia*, sic per contemptum dicta, à Frider. I. Imper. In Duc. Mediol. long. 30. 30. lat. 43. 54. *Nona*, Troadis, quæ & Troas, quod nomen etiam regionis est, quæ & Phrygia minor, urbs archiep. sub arch. Cyzicено. Nunc locus S. *Mariæ* dicitur, ac Turcis *Carafia*, teste Leunclavio. Plures Alexandrias si velit lector, consulat Curt. lib. 7. Plin. 6. 16. 23. & 25. ut & Stephanum. *Hofmannus.*

Χρήματα κεντηὶς τόσσα δεδέξεται ἔμπαλιν Ασσὶς
Ἐκ Ρώμης, ὁλολὼ δ' ἀποτίσεται ὕβριν ἐς αὐτὼ.
Ὅσσοι δ' ἐξ Ασίης Ιταλῶν δόμον ἀμφεπόλευσαν,
Εἰκοσάκις τοσσῆτον ἐν Ασσίδι πηλεύσουσιν
89 Οἱ Ιταλοὶ, πενίην ἀνὰ μυρίαν ὀφλήσουσιν.
Ω χλιδανὲ, ζάκρυσε, Λατινίδ' ἔκγονε Ρώμης
90 Παρθένε, πολλάκι σοῖσι πολυμνήστοισι γάμοισιν
Οἰνωθεῖσα, λάτρις νυμφεύσεαι οὐκ ἐνὶ κόσμῳ.
Πολλάκι δ' ἀβρὴν σεῖο κόμην δέσποινά τε κείρει,
Ηδὲ δίκην διέπουσα τὰ ἐρανόθεν ποτὶ γαῖαν

Verum Aſiæ veniet vel tripla pecunia rurſum
A Roma pendetque atrox injuria pœnas:
Ac quot ſunt Italis Aſianorum famulati,
Viceni toties Aſiæ cogentur in oris
Pro mercede graves Itali tolerare labores,
Innumeraſque pati victu cum paupere mulctas.
O auro locuples, Roma prognata Latina
Virgo tenella, procis multis optata frequenter
Ebria non ullo cum mundo ſervaque nubes.
Sæpe tibi vellet teneros hera dura capillos,
Et pœnas repetens ad terram ſternet ab alto,

Ρίψει,

89 Οἱ Ιταλοὶ] Expreſſi hunc verſum ut erat in regio codice. In vulgatis editionibus ſic legitur, Ιταλοὶ ἐν πενίῃ, αἰνὰ μυρία δ' ὀφλήσουσιν. *Oppoſuit.*

90 Παρθένε] MS. Gallæi ſcribit heic intelligendam eſſe Juliam, Auguſti filiam.

91 Αὖτε

Ρίψει, ἐκ γαίης πάλιν οὐρανὸν εἰς [91] ἀνεγείρει.
Θνητὸν βεβῶτ φαῦλον ζωῆς ἀδίκητ' ἐνέχοντ.
[92] Ἔσαι καὶ [93] Σάμος ἄμμος, ἐσεῖται δ' [94] Δῆλος ἄδηλος,

Rursus & à terra sublimem tollet in altum.
Mortalis quod erat vitiosa, injustaque vita.
Fiet arena Samus: Delus deleta latebit:

[95] Καὶ

91 Ἀνεγείρ.] Defectum nota arguit, cujus vicem supplebunt forte Lactantiana ista è cap. 15. lib. 7. *Sibyllæ aperte interitum Romam loquuntur, & quidem judicio Dei, quod nomen ejus habuerit invisum, & inimica justitiæ, alumnum veritatis populum trucidarit. Opsopœus.*

92 Ἔσαι δὲ &c.] Eadem paronomasia est infra lib. 8. pag. 375. Lactantius etiam hujus meminit lib. 7. cap. 25. *Cum caput illud orbis occidet, & ῥώμη esse cæperit, quod Sibyllæ fore ajunt, quis dubitet venisse jam finem rebus humanis orbique terrarum.* Dele particulam δὲ in hoc versu metro obstantem. *Idem.* Sic Tertullianus, *cum inter insulas nulla jam Delos, harena Samos, & Sibylla non mendax.* Hæc est plane libri nostri veteris scriptura, & priorum editionum, quam jam ante hos decem plus minus annos asserueram, & cui firmandæ notaveram illam Sibyllini oraculi versum:

— δὲ Δῆλος ἄδηλος,
Καὶ ψάμμος Σάμος ἐσί.

ad quæ Sibyllæ verba nullum dubium est, quin respexerit auctor cum hæc scripsit de Delo deque Samo insulis. Sed ain tu Tertullliane nullam tuis temporibus jam tum inter insulas extitisse Delon, & harenas fuisse Samon? Atqui Delos & Samos hodieque sub imperio Turcico. aliqua igitur etiam nunc Delos & Samos. quomodo hinc nosque teque expediemus? Posteriores interpretes difficultatis hujus, quam & moverunt, emovendæ præclaram rationem commenti sunt. cum enim sequatur, *& Sibulla non mendax*, pro facto volunt Tertullianum accepisse, quod fieri aliquando habebat ex vaticinio Sibyllæ: immo quod necessario futurum erat, & cur non futurum, cum de veritate Sibyllini oraculi dubitare sit nefas? Sedeamus igitur & exspectemus illud tempus, quod fidem Sibyllinæ de Delo ac Samo prophetiæ comprobaturum sit. Egregium & ingeniosum commentum. Hoc vel uno poterant videri superjecisse omnes retro hujus auctoris commentatores. Et lepidum sane ratiocinandi genus huic Afro adfingunt, cui nimirum sic lubeat argumentari: Sibyllam prædixisse nullam aliquando futuram Delon, Sibyllam autem non solere esse mendaciloquam, ergo tam verum esse quod Sibylla eventurum dixit, quam quod jam evenit. Inde Tertullianum, cui certa & explorata Sibyllæ fides, de veriloquis ejus, quæ numquam frustrari soleant, securum, audacter pronunciasse, nullam jam Delon inter insulas, & harenas esse Samon. Adhuc igitur pendent Sibyllæ vaticinia, quorum eventum nos nondum vidimus, sed fortasse videbit posteritas, in

extrema illa ἐσχατιᾷ scilicet. Sed Sibyllinos istos interpretes aut ariolos potius, missos faciamus. Profecto plusquam certum est & compertum, quo tempore hæc auctor scribebat, jam pridem, quantum ad Delon & Samon attinet. Sibyllæ oracula effectum suum fuisse sortita. Nam Delos & Samos motu terræ maxima sui parte conciderant & penitus habitatoribus desertæ ac desolatæ fuerant, ut & Rhodos & Coos, & Hierapolis: idque acciderat imperante Augusto. Harum insularum desolationem Poetæ illorum temporum Græci passim deflent. Antipater Thessalonicensis, Deli vastitatem hoc epigrammate deplorat:

Εἴθε με παυσίλυπον ἐπ' ἠλιζοίατο αὖραι,
Ἢ Λητοῦς σὺν μητρὶ κλεινοτόκῳ.
Οὐκ ἂν χθιζοτέρων κλαίων τόσσον· οἱ ἐμὲ δειλὸν,
Ὅσσους ἐνθάδε νυὸν ἀμφιπλόμαν;
Δῆλος ἐρημαίη, τὸ πάλαι σεῖο, νῦν σὺ Ἥρη
Λητοῦς, ἀλλ' αἰκὴν τλὰς δ' ἐπίθησο δίκην.

clarius etiam Alpheus, poëta item Epigrammatarius, Delon non amplius extare scripsit Epigrammate quodam, quod adscribam:

Κλειτὴν οὐκ ἀλίφημι, σὺ γὰρ πάρος ἦσθα τοιαύτα
Κλῄζεσθαι πάντοι, Τηΐη, Βορηϊάδαι.
Ἀλλὰ νῦν Ὀρτυγίην σε καλεῦσι, σιωπᾶται δ' αὐτῆς
Ἡχὼ Ῥιπαίων ἄμμες ὑπεξερέομεν.
Νεῦ δ' οὐ μᾶλλον ζώεις, ἀτὰρ οὐδ' ἐπὶ πᾶσι νέμεσθαι
Οἶσθα Τηΐη Δῆλος ἐρημοτέρη;

Postremis duobus versibus hoc dicit, Tenon adhuc extare, & incolis frequentari, licet non eadem gloria famaque præditam, qua quondam fuerat, Delon vero non esse amplius, οὐκέτι ζώειν. & sane jam inde à Mithridatis temporibus deserta & vasta Delos, scribit Pausanias in Arcadicis, Δῆλον εἰς ἔδαφος κατεσκάφη, ad solum dirutam fuisse, à Menophane Mithridatis legato. De illa ἐρημίᾳ intelligendum est Antipatri Epigramma, qui Mithridatis contemporaneus fuit & Pisonis illius contubernalis, adversus quem extant Ciceronis orationes. Annon hæc satis evincunt de Delo potuisse vere dicere Tertullianum, nullam jam esse, & Sibyllam non videri mendacem quæ nullam aliquando futuram vaticinata fuerat? quibus verbis non παυσιλύπῳ ejus ἀφανισμὸν designare voluit, sed vastitatem tantum, & desolationem. Nam Deli quidem solum, ut & Sami adhuc extabat Tertulliani ætate, sed ædificia & urbes non amplius supererant. si insulæ illæ arenæ tantum erant, cultoribus & incolis vacuæ. adde quod maxima quoque ex parte insulæ suprascriptæ tertæ motibus pessum abierant. Tertullianus in Apologetico: *Legimus Hierapolim, & Delon & Rhodon, & Coon insulas multis cum millibus hominum pessum abiisse.* Sed, inquiunt, cum Afer ibi dicit, *legimus*, intelligi vult in oraculis Sibyllæ illud se legisse. in pictura igitur & in scriptura, hoc est in oraculis Sibyllæ pessum abierant insulæ illæ. quis talium interpretum stuporem ferre posset? Vulgo tum jactabant gentiles, omnium cladium, & calamitatum quibus eo tempore vexabatur orbis, causam Christianis adtribui debere. Tertullianus, ut hoc revinceret, & falsum esse probaret, eo loco ostendit multas ejusmodi clades urbium & insularum jam ante Christi adventum accidisse. *Oro vos*, inquit, *ante Tiberium, id est ante Christi adventum, quanta clades orbem & urbem ceciderunt? legimus Hierapolim, & Delon, & Rhodon, & Coon insulas cum multis millibus hominum pessum abiisse.* Ostendere volens Gentilibus multarum urbium & insularum labes & clades ante Christum contigisse, earum proinde, quæ post Christi adventum acciderunt, culpam in Christianos conferri non debere, quam ridiculus meritoque deridendus fuisset auctor, si clades illæ quas ibi dicit ante quam Christus nasceretur, evenisse, nondum evenissent, sed in oraculis Sibyllæ tantum legerentur, eventuræ utique sed post Christi

Christi adventum? Verum hæc refelli non merentur, in tantum prodigiosè absurda sunt. *Legimus* igitur, non in Sibyllinis oraculis, quod futile & nugatorium est, sed apud rerum conditores, qui de illis cladibus scripsere. De Rhodi terræ motu & de Hierapoli videndus Eusebius. De Rhodo etiam extat Antiphili Epigramma κολακευτικὸν ad Tiberium, quo ipsum & solem paria beneficia Rhodo insulæ contulisse scribit. Solem enim ἐξ ἀφανοῦς eam insulam produxisse, Tiberium jam pœne extinctam, atque iterum εἰς ἀφανὲς redactam, restituisse atque instaurasse. Epigramma ipsum apponam, testimonio utique futurum non tantum in oraculis Sibyllæ legisse Tertullianum, quæ de Rhodi pessumdatione in Apologetico scribit. ita habet Epigramma:

Ὡς πάρος ἠελίου, τοῦ Κυθερηΐδος ἠδὲ Ῥόδου εἰμὶ
Νᾶσος, ἴσον δ' αὐχῶ φέγγος ἀπ' ἀμφοτέρων.
Ἢν σφετερισάμενον με τὸ κηλεφάτοιο μετ' ἀκτῖς,
Ἄλλοτε, τὴν πρὶν ἐὸν φέγγος ἐλαμψα Νέρων.
Πῶς εἴπω; τίνι μᾶλλον ἐφειλόμην; ὅς μὲν ἔδωκεν
Ἐξ ἀλὸς, ὃς δ' ἐκ νηὸς ἐρυσσάμενος.

Salmasius.

93 Σάμος] Samos, Samus Ciceroni, quæ & Parthenia olim à Parthenio fluvio, teste Strabone, cui & Anthemus, Melamphylos, Dryusa Aristoteli, Cyparissia, Parthenoarusa, & Stephane Plinio, Imbrisos Stephano, Imbrasia Hygino, à fluvio *Samo* adhuc vulgo dicta, insula maris Icarii, Ioniæ adjacens, contra Ephesum urbem, inter Icariam ad occasum 20. & Trogilium promontorium Ioniæ ad ortum 5. mill. pass. ipsa circuitu 87. teste Plinio (sed majore apud recentes;) licet Thesaurus linguæ Latinæ modicam vocet. Hic primum vasa fictilia fabricata, teste Aulo Gellio libro 7. de ea Horatius libro primo epistola undecima:

Romæ laudetur Samos, & Chios, & Rhodos absens.

Populi Samii Ciceroni, Plinio ibi urbs ejusdem nominis episcopalis sub Rhodiensi Archiepiscopo. Samios Plutarchus in vita Periclis valde litteratos esse tradit ex Aristophane. Sed Suidas ex Aristotele Samios *literatos* vocat, hoc est, stigmate notatos; quod deficientibus civibus, coacti fuerint servos, notis stigmaticis insignitos, ad Reipublicæ administrationem admittere. Unde *Samii literati* per ignominiam dicti, quod in iis essent stigmate notati. Samo ortus est Chœrilus Poëta, qui 75. Olympiade victoriam Atheniensem contra Xerxem versibus singulos stateres aureos recipiens: quem tamen Horatius inculcum Poëtam appellat, ejusque meminit libro de arte poëtica:

Sic mihi qui multum cessat, fit Chœrilus ille.

Contra, Callimachus Cyrenæus, qui sub Ptolemæo Philadelpho Regiæ Bibliothecæ præfuit, Poëta delicatus fuit: cujus meminit Propertius libro 2. carmine 25.

Et non inflati somnia Callimachi.

Et Ovidius 2. tristium:

Nil tibi Battiadæ nocuit, quod sæpe legenti
Delicias versu fassus es esse tuas.

In Samo insula Juno colebatur; unde Samos *Junonia* dicta est. Ovidius libro 8. Metamorphoseon:

— & jam Junonia læva
Parte Samos fuerat.

Samos altera, insula maris Ægæi, Thraciæ adjacens, quæ Samothrace Ptolemæo & Melæ, Samothracia Plinio dicitur, vulgo *Samandrachi*, teste Sophiano & aliis, inter Lemnum ad occasum 22. & Imbrum in ortum 32. mill. pass. circuitu 20. Dardania olim, teste Plinio. Samos item Plinio, Livio, & aliis, quæ & Same Strabonis, & Thebosa Pausaniæ, Melæna Plinio,

Καὶ Ῥώμη ῥύμη. τὰ δ' ἔσφατα πάντα τελεῖται.
Σμύρνης δ' ὀλυμβίης οὐδεὶς λόγος ἔνδικος ἔσται,
Ἀλλὰ κακαῖς βουλαῖσι καὶ ἡγεμόνων κατόπλοι.
Εἰρήνη δ' ἁλιωὸς ἐν Ἀσίδι γαῖα ὁδεύσει.
Εὐρώπη δ' μάκαιρα τότ' ἔσσεται, εὔβολα αἰθὴρ,

Fiet Roma ruina: ita digerit omnia fatum.
Nullaque erit Smyrnæ pereuntis mentio vindex,
Sed vitiisque ducum, & parvorum consiliorum.
Pax autem tranquilla Asiæ gradietur in oris.
Tunc & erit fœlix Europa, & fertilis æther,

Πυλυε-

nio, eadem Cephaleniæ, cum oppido cognomine. Vide ibi. *Porto Guiscardo* oppidum excisum appellatur. Ovidius libro 1. tristium, elegia 4.

Nec mihi Dulichium domus est, Ithaceve Sameve.

Hinc una ex Sibyllis fuit, cognomento Samia; quæ & Python appellatur. [*Samos, seu Samothracia, insula est Thraciæ, in mari Ægæo, contra ostia Hebri. Vix 10. milliaribus distat ab ora littorali Thraciæ in meridiem, & 25. ab Imbro in Borcam, uti & 32. à Lemno insula. Ferrarius.*

94 Δῆλ-] Delos, *Sdiles*, teste Sophiano, insula maris Ægæi notissima & clarissima, ac prima inter Cyclades, oraculo Apollinis quondam frequens, multis olim nominibus appellata, Asteria, Ortygia, Midia, & Cynthon, teste Plinio. Sic à manifestatione dicta, quod in diluvio Ogygis tempore (quod Deucalionis 600. annis præcessit) prima inter alias aquis emerserit. In ea erat ædes Providentiæ sacra, teste Macrobio lib. 1. Saturnal. In Delo, nec parere, nec defunctos sepelire, neque canem alere fas erat, teste Thucydide lib. 4. Hinc Delius, & Deliacus, nomen gentis. Abest ab Eubœa 30. mill. pass. in orum. Ejus meminit Ovidius lib. 2. de arte amandi:

Jam Samos à læva fuerant Naxosque relictæ,
Et Paros, & Clario Delos amata Deo.

Virgilius lib. 6. Æneidos:

Delius inspirat vates, aperitque futura.

[*Delos, hodie* Sdille, *totius Græciæ emporium erat, & erarium Græcorum. Ibi oppidum præcipuum Delos, postea nova Athenæ Hadrianæ, nunc* Sdilles. *Insula nihil habet celebre præter antiquum nomen. Videtur hodie gemina, ob Rheniam ei conjunctam, & pars quæ olim Rhenia erat,* Fermene *vocatur ab indigenis. Insula est parvi circuitus, sub dominio Turcarum; & 60. milliaribus distat ab Eubœa insula in ortum. Sed fere deserta manet.*] *Idem.*

96 Ἅλ μα-

Πυλυετὴς, εὔρωσος, ἀχείμαθος, ἠδ' ἀχάλαζος,
Πάντα φέρων, ἠ πῶλα ἠ ἑρπετὰ θηεία γαίης.
[96] Ὦ μακάρεισος, ἐκεῖνον ὃς ἐς χρόνον ἔσσεται ἀνὴρ,
Ἠὲ γυνὴ, μακάρων κενεήφατος ὅσσον ἄγραυλος.
Εὐνομίη γὰρ πᾶσα ἀπ' ἠέρος ἀστερόεντος
Ἥξει ἐπ' ἀνθρώπους, ἡ δ' εὐδικίη, μεθ' ἑ αὐτοῖς
Ἡ πάντων ἀγαθὸν φέρτατα βροτοῖς ὁμόνοια σαόφρων,
Καὶ σαρκὸς, πίστις, φιλίη ξείνων τ' ἀπὸ δ' αὐτῆς
Ἠδέτε δυσνομίη, μῶμος, φθόνος, ὀργὴ, ἄνοια·
Φεύσεται ἀπ' ἀνθρώπων πενίη, καὶ φεύξεται ἀνάγκη,
Καὶ φόνος, ἀλόμφαί τ' ἔριδες, καὶ νείκεα λυγρὰ,

Annoſus, firmus (tempeſtas grandoque nulla)
Cuncta ferens, volucres, reptiliaque omnia terræ.
O felix, ſeu vir, veniet qui tempus ad illud,
Seu mulier, fœlix ſecuræ munere vitæ.
Nam bona lex omnis cœli ſtellantis ab oris,
Juſtitia comitante, homines inviſet, & una
(Qua nihil eſt homini utilius) concordia ſana,
Atque amor, atque fides, & amoris in hoſpite vincla
At mala lex, mordax livor, dementia, & ira
Mortales fugient: fugiet vis, pauperieſque,
Cædes, letifero lites, & jurgia dira,

Καὶ

96 Ὦ μακάρεισος] Scribe μακαρτὴ. Opſopœus.

Καὶ νυκτηλοπίας, ἢ πᾶν κακὸν ἤμασι κείνοις.
Ἀλλὰ Μακεδονίη βαρὺ τεξεῖ Ἀσσίδι πῆμα,
Εὐρώπης τε μέγιστον ἀναστρωφᾶσθαι ἄλγος,
Ἐκ γυιῆς Κρονίδαο, [97] νόθον δ' ὀλοόν τε γυιεθλῆς.
Κείνη καὶ Βαβυλῶνα πόλιν δεδομήσετ' ἐρυμνὴν,
Καὶ πάσης ὁπόσης ἐπιδέρκεται ἠλιος αἴης
Δεσπότις αὐθηεῖσα, κακαῖς ἄτῃσιν ὀλεῖται,
Οὐ νόμον ὀψιγόνοισι πολυπλάγκτοισιν ἔχουσα.
Ἦξει καί ποτ' ἄπις εἰς Ἀσσίδος ὄλβιον ἦδας
Αὖθι πορφυρέῳ λώπην ἐπιμιξόμενος ὤμοις,
Ἄγριος, ἀλλοδίκης, φλογόεις. ἴσκε γὰρ αὐτὸν

Furtaque nocturna, atque malum tunc temporis omne.
Detrimentum Asiæ sed grande Macedonia edet,
Europæque nimis magnus dolor exorietur,
Saturni de gente notha, serviſque creata.
Illa etiam firmam Babylona domabit, & omnis
Quantum sol luſtrat, terræ regina vocata,
Triſtibus, infelix, fatis everſa peribit,
Nec jam deinde vagos compeſcet lege nepotes.
Quin olim veniet non expectatus in agros
Felices Asiæ, humeros indutus amictu
Purpureo, crudelis homo, importunus, & ardens.
Πεῴδε

97 Νόθον δ' ὀλοόν τε γυιεθλῆς] Forte legendum esse νόθον δ' ὀλοῦντι existimat. *Idem.*

98 Κακα-

Πρόσθε περαιωνὸς φῶτα. καχὸν δ' Ἀσίη ζυγὸν ἔξει
Πᾶσα, πολλὼ ὑ χθὼν πίειαν φόνον ὁμβρηθεῖσα.
Ἐξ ἧς δὲ γλωχῖς κείνε γλώσσ ἐξαπολέσσαι,
Ὧν δή πε γλωχὶν αὐτὸς θέλῃ ἐξαπολέσσαι,
Ῥίζαν ἴαν γε διδὰς, λιὼ κ' κόψῃ βεβλοιγὸς,
Κόψῃ ποφυρέης γλωχῖνος γλωχεῖνα μαχήτεω.
Ἐκ δ' ἑνὰ δὴ κεφάτων ἄλλα δὴ φυτὸν ἄλλο φυλεύσῃ.
Ἀλλὰ κ' ὡς πανάϊσον [98] ἅπαντα ἴδης θεραπεύσῃ.

Fulmine quippe citus fuit ille vir ante. jugumque
Durum Asiam totam premet, & madefacta cruorem
Terra bibet multum, facta de cæde fluentem,
Radicem unam dans, quam Mars excindet & ipsam:
Ipse genus quorum conatur perdere totum,
Purpureæ stirpis patrem excindendo ferocem
Sed tamen prorsus eversum omnem Idæ curaverit.
Cornibus ex denis: aliam plantam seret inde.
Illius inde genus à stirpe peribit eorum,

Καὶ τὸς

98 *Κωπῆς ἴδης*] Vix concipias mentem versuum hujus paginæ. Quæ in regio codice diversa reperi, ora apposui, ut promptius in conspectu essent. Habuimus autem ex illis aliquot supra lib. 1. Atque in primo puto recte scribi è ver. codice, *ἅπαντ' ἄϊδης θησαύσῃ*, *cum Pluto omnem curaverit seu sibi conciliaverit*: hoc est, omnes funditus absumtos ad se receperit, quemadmodum postea, *ἐπίσσας νεμφίδιον' ἄϊδης*. *Idem. Idas*, Apharei filius nomine, re autem ipsa Neptuni, qui, acceptis à patre velocissimis equis, Marpessam filiam formosissimam Eveni regis Ætoliæ, Martis filii, in Diana loco saltantem rapuit: (Hic nulli procerum filiam suam nuptum dare voluerat, nisi certamine cursus fuisset victus: à se autem victos

Καὐτὸς ἀφ' υἱῶν, ὧν ἐς ὁμόφρονα αἶσιον ἀρρὴς
Φθεῖται. ἡ τότε δὴ σὺν φυόμενον κέρας ἄξει.
Ἔσται καὶ Φρυγίη ὄφρα φερεβίῳ αὐτίκα τέκμαρ,
Ὁππότε κε Ῥείης μιαρὸν γλῶ ἐν χθονὶ ῥεῦμα,
Ἀέναον ῥίζῃσιν ἀδιψήτοισι τεθηλὸς,
Αὐτόπτεμνον παναίσιον ἐν νυκτὶ γλήνται,
Ἐν πόλει ἀντάνδρῳ ἀτίσεις χθόνος ἐννοσιγαίου.

Atque ipse à filiis quorum in unanimem fatalem
mas
Corrumpitur, At tunc quidem agnascens cornu
regnabit.
Erit etiam Phrygiæ frugiferæ protinus signum,
Cum Rheæ pravum gnus in terra fluctus
Æternum radicibus numquam sitientibus germi-
nans,
Funditus prorsum perditum una in nocte fuerit,
In urbe Antandro atiseis terra Neptuni,

Hv

decollare, eorumque capita in aliorum terrorem de muris ædium suarum suspendere solebat.) Qui dolore commotus, interemtis, quos habebat, equis, se in fluvium Lycormam, qui postea ab ipso Evenus dictus est, præcipitavit. Cæterum fugienti cum puella, Apollo in itinere obvius factus est, qui cum Marpessam & ipse præripere Idæ vellet, ventum utrinque ad certamen est. Sed à Jove missus Mercurius arbitrium Marpessæ commisit, ut ipsa, utrum vellet, eligeret: illa autem Idam elegit, veritæ ne sæ ætate provectam Apollo relinqueret. *Hofmannus.*

99 Ἀντάνδρῳ] *Antandros*, nunc *S. Dimitri*, teste Sophiano, Phrygiæ urbs ad meridiem posita, quam habitavere Leleges finitimi Cilicibus. *Edonis* prius vocabatur, deinde *Cimmeris*, & *Assos*, & *Apollonia*. Virgil. 3. *Æn.*

—— *Classemque sub ipsa*
Antandro, & Phrygiæ molimur montibus Idæ.

Nomen ejus quod attinet, audi Melam *lib.* 1. *cap.* 18. *Duplex causa nominis fuerat. Alii Ascanium Æneæ filium, cum ibi regna-*

[100] Ην τότε φημίζουσιν ἐπωνυμίην δ' ὀρελάων
Ἀρχαίης Φρυγίης πολυδακρύτοιο [101] κελαινῆς.
Ἐς δ' ἄρα καιρὸς ἐκεῖνος ἐπωνυμίην ἐνοσίχθων,
Καθμήσας γαίης σκεδάσει, καὶ τείχεα λύσει.
Σήματα δ' οὐκ ἀγαθοῖο, κακοῖο δ' ἔφυσεται ἀρχή.
Πάμφυλα πολέμοιο δ' ἀνήνορας ἔξετ' ἀνάγκας.
[102] Αἰνεάδας δ' ἀδίδους αὐτόχθονος, ἐγγενὲς αἷμα.
Ἀλλάτε καὶ δὴ ἔλωρ ἔσσῃ ἀνθρώποισιν ἐρατεινοῖς.

Quam tum dictabunt cognomen Dorelaon,
Antiquæ Phrygiæ lachrymosæ nigræ.
Erit igitur tempus illud cognomen Neptunus
Antra terræ dissipabit, & mœnia solvet.
Signa autem non boni, sed mali nascetur initium,
Civilis belli tristes habebitis angustias.
Aeneadas autem dans indignæ cognatum sanguinem,
Quamquam rursus præda hominibus amatoribus

[103] Ιωιον

regnáret, captum à Pelasgis, ea se vendidisse commemorant: *Alii ab iis putant conditam, quos ex Andro insula vis & seditio exegerat. Hi Antandrum, quasi pro Andro; illi quasi pro viro accipi volunt.* Vide de la Cerda, & Servium, *ad prædictum Virgilii locum. Idem.*

100 Ην τότε &c.] Veteres editiones φημίζουσιν. mox recte regius codex δορύλαιον. Est oppidum Phrygiæ nomine Dorylæum teste Plinio & Eustathio in comm. ad Dionysii periegesin, quod etiam δορυλάειον vel δορύλειον dicitur. *Opsopœus.*

101 Κελαινῆς] Puto hic legendum esse μελαινῆς *nigræ* ob rationes quas supra allegavimus p. 153. &c. sic etiam puto sensisse Castalionem hoc loco, quoniam in versione sua habet *nigræ*. Gallæus.

102 Αἰνεάδ@·] In reg. cod. scribitur Αἰνεάδ@· δίδους. Sequens versus integrior est infra. *Idem.*

103 Ἰλιον οἰκτείρωτε. κὴ Σπάρτῃ γὰ Ἐριννὺς
Βλαφὴς φυὴ καλλὲς ἀείφατον ἔρνος ἄειστον,
Ἀσίδος Εὐρώπης τε πολυστερὲς οἶδμα λιποῦσα.
Σοὶ δ' μάλιστα γόους, μόχθους, στοναχάς τε φέρουσα
Θήσῃ. ἀγήραστον δ' ἔξῃ κλέος ἐστομόροισι.
104 Καί τις ψευδογράφος πρεσβὺς βροτὸς ἔσσεται αὖθις,

Ilion, heu miſereſco tui: nam creſcet Erinnys
In Sparta, ſpecie eximia, famaque perenni,
Egregium germen, divexaturaque gentes
Europæ atque Aſiæ populoſas: præcipueque
Plangores, æſtuſque tibi, gemituſque datura
Semper, & æterna fama celebranda nepotum.
Quidam deinde ſenex falſorum ſcriptor, & ipſam

105 Ψευδό-

103 Ἰλιον &c.] Opinatur Betulejus Lactantium lib. 1. cap. 6. ubi de Sibylla Erythræa ſcribit alludere ad hunc locum, verba ſunt: *Quintam Erythræam, quam Apollodorus Erythræus affirmat ſuam fuiſſe civem, eamque Græs Ilium petentibus vaticinatam & perituram eſſe Trojam, & Homerum mendacia ſcripturum.* Sed & ante Lactantium Pauſanias hos verſus vidit, eoſque Herophile adſcripſit. Verba Pauſaniæ habes ſupra. Solinus quoque ſcribit ex Boechi judicio, Delphicam Sibyllam ante Trojana bella vaticinatam, ejuſque verſus plurimos operi ſuo Homerum inſeruiſſe. *Idem.*

104 Καί τις ψευδογράφος &c.] Daphidas quoque Grammaticus Homer. poëſin mendacii arguit, Suida teſte. Theophilus orat. 3. *Quid Homero profuit Iliaci belli conſcriptio & multorum deceptio. Idem.* De his autem quæ pſeudo-Sibylla heic dicit ample egimus in diſſertationibus noſtris p. 431. &c. vix tamen unus, in Homeri ſcriptis exſtat verſus Sibyllinus, provocamus illos quarum intereſt, hoc illud ut oſtendant. Tuemur ſententiam Doctiſſ. D. du Porti in Gnomolog. Homeric. ridendos eſſe illos qui Homerum à Sibylla verſus eſſe mutuarum, ſtatuunt. Sibylla enim Homero longe poſterior ut in diſſertationibus fuit oſtenſum. *Gallæus.*

105 Ου-

Ψευδόπατρις. δυσειδέα φάος [105] ὀνοπῆσιν ἐν σίν,
Νοωῖ ἢ πολλὰ ἢ ἔπ', ἢ ἔξοχ' ἔμμαπτον διανοίας,
Οὐ ὁμαπν δυσὶ μιγόμφων. Χῖον ἢ καλέσσ',
Αὐτὸν, ἢ γράψ' τὰ κατ' Ιλιον, ὐμῖ ἀληθῶς,
Αλλὰ σαφῶς ἔπεσιν ἢδ' ἐμοῖς, μέτρων τε χρατήσ'.
Πρῶτ' ἢ χείρεσιν ἐμὰς βίβλους ὀνομήν.
Αὐτὸς δ' αὖ μάλα κοσμήσει πολεμοῖο κορυσὰς,
[106] Εκτορα Πριαμίδην, ἢ [107] Αχιλέα Πηλείωνα,

Mentitus patriam, naſcetur, lumine captus
Ille quidem, verum præclara mente vigebit,
Aſtringetque modis carmen prædulce, duobus
Mixtum nominibus: Chion quoque ſe ipſe vocabit.
Hic res Iliacas ſcribet, non ſicut habebunt,
Sed clare, verbiſque meis utendo, modiſque:
Primus enim volvet librorum ſcripta meorum.
Iſque vel in primis ornabit belligerantes,
Hectora Priamiden, & Achillea Peliona,

Τὰς

105 Ὀνοπῆσιν &c.] Regius codex habet ἰονοπῆσιν ἰούλ. Opſopæus.

106 Ἕκτορα &c.] *Hectori*, Priami fil. adde: Ilienſibus cultum olim eſſe, una cum Helena, Athenagoras ait *Legat. pro Chriſt.* Ὁ μὲν γὰρ Ἕκτορα λέγει καὶ τὴν Ἑλένην Ἀθηναῖοι ἱστάμενοι σεβασμοῦ, *Ilienſes Deum* Hectorem *prædicant & Helenam, velut Adraſtiam, ſcientes adorant.* Atque idem de *Hectore* tradit Clemens Rom. *Recognition. lib.* 10. V. Gerh. Joh. Voſſium *de orig. & progr. Idolol. lib.* 1. cap. 21. Sed & Hectoris locum in agro Thebano, memorat Strabo lib. 13. in loco, qui Διὸς γονὰ dicebatur, quod ibi natus à quibuſdam crederetur Jupiter. Huc enim ex oraculo oſſa *Hectoris* è Phrygia tranſportata eſſe, in remedium variarum calamitatum, Thebanis (qui ſoli Bœotorum ad Ilium non militaverant, teſte Artemidoro lib. 4. cap. 65.) incumbentium, tradit Scholiaſtes Homeri *ad l.* v.

Cæte-

Cæterum quæ de duobus his Heroibus Dio Chrysostomus in *Troica* narrat, verisimiliora Homericis figmentis habent Eruditi. Fuerunt autem ei inter se similes admodum, fato & virtute, ut & prosapia; qua de re festivam narrationem reperies, apud Aphthonium Sophistam V. Casp. Barthium *Animadversion. ad Statium Tom. II.* p. 1680. De *Hectorea* vero *tonsura*, memorata Anaxilao, apud Pollucem. versu,

Τὴν ἐκζεσεν τὴν ἐφιππον κόμην,

V. Eustathium *Il.* ψ. Helychium, Meursium *ad Lycophronem* &c. *Hofmannus.*

107 Ἀχιλλέα &c] *Achilles*, Pelei & Thetidis filius. quem adhuc infantem mater Stygiis undis immersit: quamobrem invulnerabilis toto corpore factus est, præterquam in ea pedis parte, qua comprehensus ab ipsa fuerat dum ablueretur. Traditus est educandus Chironi Thessalo, sub quo bellicis artibus, ac Musices exercitio proficeret, unde postmodum iram ejus, quæ tot negotia Trojanis exhibuit, citharæ cantu mirabiliter sæpe permulsam, Athen. l. 14. Post Theopompum, lib. 46. annotavit, Stat. Achil. lib. 1.

Quo rapis ingentem magni Chironis alumnum?

Juven. *Sat.* 7.

—— *Metuens virgæ jam grandis Achilles*
Cantabat patriis in montibus. Et cui non tunc
Eliceret risum Citharœdi cauda Magistri?

Quod autem dixit *metuens virgæ*, idem ante illum cecinit Ovid. 1. de Arte.

Qui toties socios, toties perterruit hostes,
Dicitur annosum pertimuisse senem.
Quas Hector sensurus erat, puscente magistro
Verberibus jussas præbuit ille manus.

Per *patrios* autem *montes*, Pelion intellexit Satyricus. Is enim mons Thessaliæ, & illic nutritus Thetidis filius. Ita enim mater ipsa apud Stat.

—— *Quid enim cunabula parva*
Pelion, & torvi commissimus antra magistri?

Hunc autem cum mater ex oraculo didicisset in expeditione Trojani periturum, si eo cum cæteris ducibus proficisceretur, jam adultum inter Lycomedis regis filias furtim occuluit; & ne proderetur, muliebri habitu eum induit: ubi cum aliquandiu delituisset, Deidamiam regis filiam vitiavit, ex qua Pyrrhum suscepit, Ovid. *Met.* 13.

Prascia venturi genitrix Nereia leti
Dissimulat cultu natum, & deceperat omnes,
In quibus Æacem, sumpta fallacia vestis.

Hor. *Carm. Od.* 8.

—— *Quid latet? ut marinæ*
Filium dicunt Thetidis sub lacrymosæ Trojæ
Funera: ne virilis
Cultus in cædem, & Lycias proriperet catervas.

Postremo tamen ab Ulysse astu compertus, ad bellum ductus est. Troja enim absente Achille expugnari non potuit. Arma, quæ nulla humana vi penetrari possent, à Vulcano, Thetidis rogatu, illi fabricata sunt. Porro, in bello post multas res præclarissime gestas, adeo obreptam sibi ab Agamemnone Briseida indignatus est, aliquandiu bello abstinuerit, neque ullis precibus reduci potuerit. Verum Patrocli amici conjunctissimi morte permotus, denuo ad bellum profectus, Hectorem interfecit, quem mortuum, & currui alligatum, ter circum urbis muros raptavit (& hæc omnia in Patrocli ultionem) ac demum Priamo corpus vendidit. Virgil. *Æn.* 1.

Ter circum Iliacos raptaverat Hectora muros,
Exanimumque auro corpus vendebat Achilles.

Meminit Propert. 2. 8.

Fortem illum Æmoniis Hectora traxit equis.

Ovid.

Ovid. *Amorum.* 2. 1.

Raptus & Æmoniis flebilis Hector equis.

Vetus Poëta, apud Tullium Tuscul. 1.

Vidi, videre quod me passa egerrime,
Hectorem curru quadrijugo raptarier.

De redemptione cadaveris Hectorei Tragœdiam scripsit Ennius, quam *Hectoris Lustra* sive *Lytra*, inscripsit, quæ sic dicta à luendo, i. e. solvendo pretio, cujus rei argumentum tractasse adolescentem Lucanum ex Statio apparet in Sylvis.

Ac primum teneris adhuc in annis
Ludes Hectora Thessalosque curros,
Et supplex Priami potentis aurum.

Magno pretio redemptum esse innuunt Homeri ἀπερείσια ἄποινα, hoc est, infinita redemptionis pretia. Cedrenus ait, portata à Priamo ad redimendum Hectorem χρυσὸν τε, καὶ ἄργυρον, καὶ ἱδάτινα πολυτελῆ, *aurum, argentum, pretiosam vestem.* Inde Hor. lib. 1. *Od.* 10. de hac re loquens, *dives Priamus*, inique à Scaligero laceratus Cassiodorus,

Priamus quanto pretio sepeliendum Hectorem redemit.

Dissidet tamen Plut. Nam *orat.* 2. *de Alex.* ὁ μὲν γὰρ (loquitur de Achille) χρυσίων ὀλίγων τὸν Ἕκτορα νεκρὸν ἀπελύτρωσεν. h. e. *hic autem parvo pretio cadaver Hectoris redemptum reddidit.* Occisus tandem à Paride, dum conjugium Polyxenæ speraret, icta telo ea pedis parte, quæ Styge tincta non erat, & in Sigæo sepultus est. Plin. 4 12. Tantæ fortitudinis fuisse fertur, ut (teste Gellio l. 2. c. 11.) insigni fortitudine duces *Achilles*, sicut L. Sicinius Dentatus, & Q. Cotius, apud Val. M. lib. 3. cap. 23. appellentur, & argentum vocetur *Achilleum*, quod sit insuperabile. Mythologi *Achillem* imperatoris præstantissimi effigiem esse demonstrant, fortes autem viri voluptatum illecebris potius, quam vi externa sæpissime obruuntur. *Achillem* scribit Euphorion videri nuncuparum, quod non chilo, i. e. Cerealibus cibis primum sit connutritus, verum ex infantia, medullis animalium, Leonum inprimis, mox & carnibus venatu comparatis. Versus Euphorionis hi sunt, quemadmodum citantur ab Etymologo:

Ἐς Φθίην χαλεῖο κρατὺν πάμπαν ἄπαντες:
Τοὔνεκα Μυρμιδόνες μιν Ἀχιλλέα φαμίξαθ.

Sunt qui, Eust. tradente, dici *Achillem* opinentur, quod bello victis tristitiam immitteret. Alii quod Ilienses mœrore consecerit. Non desunt, qui ab ἄχος *dolor*, & λύω, *solvo*, nuncuparum eum contendant, quia medicus fuit. Sed hæc trita forsan, & ridicula. Illud autem non perinde vulgatum, alios comminisci Thetidem interdiu filium ambrosia ungere solitam, & noctu sub igne occultare, quo quicquid in eo mortale foret, eximeret, donec, à Peleo deprehensa, irata se subduxit. Apollonius 4. *Argonaut. vers.* 869.

Ἦ μὲν γὰρ βρετέας αἰεὶ θεὸν εἴσιεν ἴδεσθαι
Νύκτας μὲν μέσον φλογμῷ πυρὸς, ἤματα δ' αὖτε
Ἀμβροσίῃ χείουσα τέρεν δέμας, ὄφρα πιλοιὸ
Ἀθανάτου, τό οἱ συγχὸν ἀπὸ χροὸς ἠλάλκοι.
Αὐτὰρ ὅγ' ἐξ ἀδόκητος ἀναπλήμενος αἰνῶς
Παῖδα φίλον κατέμαιμε· μέγα δ' ἔφλεγε· θῆκε δ' ἀΰτην
Σμερδαλέην· ἐνδοῦν μέγα νήπιος, ἠδ' ἀΐοντα
Τὸν μὲν ἄρ' ἀρπάξασα χαμαιδὲς βάλε κεκληγῶτα.

Dictus hinc fuit *Pyrosous*, quasi ab igne servatus, & postea *Achilles*, ab exusto labro, quod, dum lingeret infans, ambrosia non fuisse perunctum fingitur. Agamestor *Thetidis Epithalamio*;

Παιδὸς δ' ὔπερθε γένυς Πυρίσοοιο, καὶ Ἀχιλλεύς
Πυλάδης κλυτόπωλος χαλεῷ ὑπένερθε μιν
Κείμενον εἰν κόνει κατέδῃ ἐπὶ πῦρ ἀπεπάμησεν
Χείλεῳ αἰθομένῳ ἀθανάτου φάτνης ἐπίεμεν.

Vide Tertull. *de Pallio* lib. 4. & lib. *de Anima*, cap. 46. *Idem.*

Τύς τ' ἄλλυς ὁπόσοις πολεμήια ἔργα μέμηλε,
Καί γε θεὸς τύτοισι παρίσαται γε ποιήσει,
Ψευδογραφῶν κ) πάντα τρέπων, μέρπας κενοκρέανυς·
Καὶ θανέειν μᾶλλον τοῖσι κλέος ἔσσεται ἠὲ
Ἰλιον. ἀλλὰ κ) αὖτὲς ἀμοιβαῖα λέξεται ἔργα.
Καὶ Λυκίη Λοκρῶ κ) κακὰ πολλὰ φυτεύσει.
108 Χαλκηδὼν σενοῖο πόρυ πόντοιο λαχοῦσα,

Et reliquos etiam, quibus & res bellica cordi.
Quin faciet divos illis assistere, falsa
Omnino scribens: homines cum morte caduci
Ii fuerint, quorum tantum nuda ossa supersunt,
Et quibus ingentem famam dabit Ilion amplum.
Sed tamen alterno res gestas carmine dicet,
Et Lyciæ Locri proles mala multa creabit.
Te quoque Chalcedon ponti sortita meatum

Καὶ

108 Χαλκηδὼν] *Chalcedon*, *Chalcedonia* Livio, urbs antiqua, an. post Romam 148. condita, Archiepiscopalis, cujus Ecclesia Metropolis, Concilio ibi habito, de quo infra, dicta est: Bithyniæ in ora ex adverso Byzantii, minus milliario distans: Bosporo intercedente, septemdecim annis condita ante Byzantium à Megarensibus. Oraculi ambage *Cæcorum urbs* Plin. dicta, quod priores illuc advecti, parum visa locorum utilitate, pejora elegissent. Strabo l. 7. Ammianus Marcellinus, l. 26. Tacit. 12. 63. Vide infra. Turcis *Calcetin*, Rinio teste. Marsius Niger tradit, interius rexdificatam, & à Junioribus *Cacelina* nuncupari. *Scutari* ex ea facit hodie Alphon. Adrian. Sed Davity hanc, Turcis *Iscodar*, Chrysopolim vult esse: *in descr. Asiæ part.* 1. p. 13. Petrus Gyllius prodit hodie exiguum vicum esse, sine mœnium vestigiis. Steph. Hanc, ut dictum, Magarenses condidere, *Cæci* appellati, quod non potius oppositum litus elegere, in quo sita est Constantinopolis optimo loco. Hic olim magna Synodus 630. episc. celebrata est, Anno 451. quæ quarto loco inter octo numeratur, quibus Romana Ecclesia præcipuum honorem impe-

Καί σε μολὼν ποτε παῖς Αἰτώλιος ἐξενανείξει.
109 Κύζικε σοὶ πόντος ἀποῤῥήξει βαρυὼ ὄλβον.

Angusti, Ætolæ gentis populabit alumnus.
Et tibi franget opes onerosas Cyzice pontus.

Καὶ

impertitur. Huic Martianus, cum Pulcheria Augusta, præerat; ubi Eutyches & Dioscurus damnati, decretumque Mariam θεοτόκον appellandam. Porro Clericis prohibitum, ne secularibus negotiis se immiscerent; aut in duabus Ecclesiis ministrarent. Porro Sedes Urbis Antiochenæ & Alexandrinæ prælata, & ut secundas à Romana obtineret, statutum, cui decreto Leo Episc. R. restitit, orto inde infelici, *de Titulo Universalis*, certamine, &c. Evagr. lib. 2. cap. 18. Zonar. tom. 3. Niceph lib. 15. cap. 2. Acta Concilii tom. 4. Liberatus, Prosper, &c. Claud. *de 4. Consul. Honorii*:

Bosporus adversam palitur Chalcedona cerni.

Idem lib. 2. *in Ruff.*

Et Chalcedonias contra despectat arenas.
Idem.

109 Κύζικε &c.] *Cyzicus*, à Thessalis oriundus. Fuit enim ex Æneo Apollinis & Stilbes filio natus, qui, relicta Thessalia, ubi fuerat ortus, in Hellespontum se contulit atque ibi regnavit, & *Æsetem*, Eusori Thraciæ regis filiam, uxorem duxit, ex qua Cyzicum genuit, qui Dolionum tenuit imperium in Isthmo & Chersoneso, quæ est in Propontide, juxta quam mons est *Arctos* nomine. Cycicus cum adventantes Argonautas sibi cognatione conjunctos didicisset, eos benignissime suscepit hospitio. Cumque à Cyzico digressi essent, quos Cyziceni hostes cum crederent; adversus eos egressi, pene internecione sublati sunt, inter quos ipse Cyzicus ab Jasone est interemptus, ut & Apollonius & Valerius scribunt. Orpheus ab Hercule, alii ab Dioscuris. *Cyzicus*, urbs Mysiæ ad Propontidem, *Cyzico* Sophiano, cui nomen indidit *Cyzicus*, rex, quem Jason per imprudentiam interemit. Fuit hæc civitas & magnitudine, & pulchritudine cum primis Asiæ urbibus comparanda, paci & bello apta, tribus armamentariis inclyta, quorum aliud armorum, aliud instrumentorum, aliud frumenti erat receptaculum. Propert. 3. 22.

Frigida tam multos placuit tibi Cyzicus annos,
Tulle, Propontiaca qua fluit Isthmos aqua.

Ovid. *Trist.* 1. *Eleg.* 9.

Inde Propontiacis hærentem Cyzicon oris,
Cyzicon Æmoniæ nobile gentis opus.

Ubi vir κεφαλαιῶδης Nic. Heinsius *surgentem* legere mavult, nam in edito colle sita hæc urbs. Val. Flac. lib. 2.

Nec procul ad tenuis surgit confinia Ponti
Urbs placidis demissa jugis, rex dives agri
Cyzicus. ———

Sed & Apollonius Rhodius; in ejusdem descriptione,

Ἔστι δὲ τις νῆσος Προποντίδος ἐν δὲ οἱ αὐτῶι
Τυνδὶς λὰξ Φρυγίης σταλίηισι ἠπείροιο,
Ἔστι δ' ἄλα κεκλιμένη, &c.

Vide Casaub. *ad* lib. 12. *Strabonis*. *Cyziceni* apud Veteres timiditatis ac mollitiei notantur, unde *tinctura Cyzicena*, proverb. apud Zenodotum & alios in eos, qui aliquid indecorum metu faciunt. *Cyziceni*

Καὶ σὺ τότ' ἄρη [110] Βυζάντιον Ἀσίδι τέρξῃ,
Καὶ δὴ καὶ σοναχὰς λήψῃ, καὶ ἀνήνεθμον αἷμα,
Καὶ κορύφ' ὑψηλὸν Λυκίης ὄρεος ἐκ κορυφαίων,
Χάσματ' ἀνοιγομένης πέτρης κελαρύξεται ὕδωρ,

Tu quoque tunc Asiæ Byzantion arma fovebis,
Et gemitus etiam accipies, multumque cruorem,
Altumque imperium Lyciæ de vertice montis,
Undaque recluſæ petræ reſonabit hiatu,

Μέχει

quoque *ſtateres* apud Suidam in proverb. ſunt, pro re ſculpta diligenter, ſicuti fuere *nummi* Cyzicen. long. 54. 50. lat. 42. 15. *Idem.*

110 Βυζάντιον] *Byzantium*, urbs Thraciæ. Hanc pleraque hiſtoria Spartanis adſcribit conditam. Juſtinus lib. 4. & Iſidorus à Pauſania rege: Claudianus à Byzante quodam non obſcure exſtructam, vel ſaltem reſtauratam vult: in Eutropium l. 2. *hoc Byzas Conſtantinuſque videbunt?* Circa annum 97. U.C. In Johanne Sarisburienſi, *de nugis Curialium* legitur: *Chilon Lacedæmonius jungendæ ſocietatis cauſa miſſus Corinthum, duces & ſeniores populi ludentes invenit in alea. Infecto itaque negotio reverſus eſt, dicens ſe nolle gloriam Spartanorum, quorum virtus conſtructo Byzantio clareſcebat, hac maculare infamia, ut dicerentur cum aleatoribus contraxiſſe ſocietatem.* Secundum Euſtathium vero à *Byze*, Megarenſium claſſis præfecto, extructa eſt. Liberæ olim conditionis, & *Ligos* ante dicta. Plin. 4. 1. Hodie à *Conſtantino* Magno Conſtantinopolis, antea *Nova Roma*. Mox empore Severi munita, & nomine filii ſui Antonini *Antonia* vocata. Expugnata à Mahumete Turca, A. D. 1453. magna prorſus Chriſtianæ religionis jactura. Nunc ſedes eſt Imperii Ottomannici. Ejus meminit Ovid. *Triſt.* lib. 1.

Quaque tenent Ponti Byzantia littora fauces,
Hic locus eſt gemini janua vaſta maris.

Tacitus *Annalium libro duodecimo*: *Byzantium fertili ſolo, fœcundoque mari. Stamboli* hodie Turcis dicitur. Vide Petrum Gyllium, *de Topographia Conſtantinopoleos.* Hinc *Byzantiacus*, Statius 4. *Sylv.*

Aut Byzantiacos colunt lacertos.

Porro Urbis deſcriptionem habes apud Dionem *in Severo*, (à quo duriter admodum habita fuit an. 198. Dion. lib. 42.) quam Zonaras in ſuam hiſtoriam de Conſtantino Magno deſcripſit; quamque *Tom.* 3. *initio* dedit. Urbs eſt innumeris referta incolis, & omnium Europæorum maxima, (una tantum Lutetia excepta) cum portu commodiſſimo & percapaci. Juxta Boſphorum Thracium inter Pontum Euxinum & Propontidem, è regione Aſiæ min. Eſtque triangularis, & perſæpe incendiis deformata. Sed ab aliquot annis multum defecit, licet ſitu & adſpectu pulcherrima ſit totius Orbis. Vide etiam *Conſtantinopolis.* Eſt etiam Indiæ intra Gangem urbs. Ptol. *Idem.*

111 Παῖδα-

Μέχρι τε τὰ πατέρων μαντήια σήματα παύσῃ.
Κύζικε ὦ οἰκήτειρα ποντίδος οἰνοπόλοιο,
[111] Ρυνδάκος ἀμφὶ σὲ κῦμα κορυσσόμενον σμαραγήσῃ.
Καὶ σὺ [112] Ῥόδος πουλυὼ μὲν ἀδούλωτος χρόνον ἔσσῃ,

Donec signa patrum jam cessent fatidicorum.
O Cyzice, accola Propontidos viniferæ.
Circum te tumida resonabit Rhyndacus unda.
Tu quoque diu nulli Rhode subdita, filia Solis,

Hæc-

111 Ρυνδάκος] *Rhyndacus*, fluv. & oppid. Stephano) Mysiæ Asianæ magnus, qui *Lycus* Plinio, ex Artynia stagno ad Olympum mont. effluens, & in Propontidem inter Ascanium fluv. & Cyzicum urbem prolabens, varie indigitatur: *Lico* Moletio, *Lartacho* Nigro, *Lupadi* Castaldo, *Ulubat* Turcis, teste Leunclavio. Apud illum angues immanes nascuntur, qui aves prætervolantes absorbent. Mela & Plin. 8. 14. Valer. Flacc. l. 3. *Argon.*

Et te jam medio flaventem Rhyndace Ponto.

Idem.

112 Ῥόδος] Rhodus Solis filia dicitur, propter solis colossum inter septem mundi miracula relatum, qui postea terræmotu corruit. Aliud Sibyllæ vaticinium de Rhodo videtur innuere Pausanias, quod in his libris non extat. *Rhodus* (inquit) *insula tam vehementer concussa est, ut Sibyllæ vaticinatio Rhodi sit exitio comprobata.* Opsopœus. Rhodus, *Rodi*, vel *Rhodi*, & *Rhodus*, insula maris Carpathii, Cariæ ad meridiem ajacens, prius Ophiusa, deinde Telchinis, teste Strabone, Æthræa, Trinacris, Corymbia, Pœessa, & Arabyria, teste Plinio, à littore Cariæ 20. mill. pass. inter Cretam ad occasum 134. & Chelidonias in ortum 185. ab Alexandria Ægypti 500. in Boream Byzantium versus, à Cypro 160. in Corum, ipsa circuitu 130. cum urbe cognomine archiepiscopali, à Cecrope condita. Populi Rhodii Straboni, Plinio, & aliis. Anno salutis 1522. urbe à Turcis occupata, inde Hierosolymitanis ejectis Equitibus, qui Melitam migrarunt; ubi dono Caroli V. Augusti consedere. De ea Horatius libro 1. carminum ode 7.

Laudabunt alii claram Rhodon, aut Mitylenen,
Aut Ephesum.

Hinc Rhodius nomen gentis. Ovidius lib. 12. Metamorphoseon:

Herculis O Rhodiæ ductor pulcherrime classis.

Rhodi mira ætris salubritas, sicuti Mitylenæ. Pergami, Smyrnæ, & Syracusis; ubi se Romani diutius morari consueve-

Ημερίη δυγάτηρ, πυλὺς δ' τι ὄλβῳ ὄπιθεν
Εσσεῖαι, ἐν πόντῳ δ' ἔξὶς κρατῷ ἔξοχον ἄλλων.
Αλλὰ μεῖ' αὖθις ἔλωρ ἔσῃ ἀνθρώποισιν ἐραστῆς
Κάλλεσιν, ἠδ' ὄλβῳ· δεινὸν ζυγὸν αὐχένι θήσῃ.

Durabis, multaque olim pollebis opum vi,
Imperioque maris primas evecta tenebis.
Præda tamen ſtudio tandem rapieris amantum,
Cervicemque jugo, dives, formoſaque ſubdes.

Λύδιος

rant ob aquarum copiam, & frigiditatem, aliaſque delicias. *Hic* Apollo præcipue cultus, cui Coloſſum, unum ex 7. orbis miraculis, dedicarunt. Rhodii, ut Diogenianus refert, cum Minervæ Lindiæ ſacrificarent, & ibi plures dies agerent, oraculum conſuluerunt, an matulam liceret inferre: quo licere reſpondente, rurſus quæſierunt, in æream vel teſtaceam: quibus Deus indignatus, neutram, reſpondit. Hinc proverbium manavit, *Rhodiorum oraculum*, in ſcrupuloſos, nimiſque de re minuta ſciſcitantes. *Rhodus hic, hic ſaltus*, ſpecie adagii effertur apud Diogenianum in eos qui ſe jactant alibi grandia feciſſe; quibus dici poteſt: *Hic Rhodus, hic ſaltus*, hoc eſt, quod alibi te feciſſe ais, & hic præſtare potes, ut is qui ſe ſaltus Rhodi ingentes feciſſe jactabat. In hac inſula nullam reperiri aquilam ferunt. Rhodi Diagoras, cum tres filios athletas eodem die in certamine omnes viciſſe, & coronari vidiſſet, præ gaudio, populo inſpectante, exſpiravit, teſte Gellio libr. 3. cap. 15. Sicuti in Romana matrona, viſo filio, quem falſo nuncio in clade Cannarum mortuum acceperat, puæ nimio gaudio illico mortua eſt. Rhodi 3000. ſignorum, teſte Mutiano apud Plinium lib. 34. capite 7. Apud Rhodios Timocreon gulæ valde notatur: cui hoc epitaphium poſitum fuit.

Multa bibens, & multa verans, male denique dicens,
Multis hic jaceo Timocreon Rhodius.

Xenarchus item Rhodius ob nimiam bibacitatem *Metretes* appellatus eſt. [*Rhodus*, Rhodi *Italis*, Rhodes *Gallis*, *inſula eſt Aſiæ minoris, in ora Cariæ, 180. mill. paſſ. à Cypro inſula oceaſum, uti & ab Alexandria Ægypti in Boream, Conſtantinopolim verſus 500. circiter, ſuntque qui credant ejus circuitum eſſe tantum 100. mill. paſſ. Urbem habet archiepiſcopalem cognominem & permunitam in parte orientali inſulæ, cum portu & emporio celeberrimo, ubi Coloſſus ſeu ſtatua Solis, quam fecerat Chares Lydius 70. cubitorum altitudinis, ita ut inter orbis miracula cenſeretur. Capta fuerat circa annum 1300. à Guillelmo Villaretio Gallo Magno Magiſtro Equitum S. Joannis Hieroſolymitani, qui ab ea Rhodii dicti ſunt, & qui eam fortiter ſervarunt uſque ad annum 1522. quo expugnata fuit à Solimanno Turcarum Imperatore poſt obſidionem ſex menſium, & etiamnum Turcis ſubeſt.*] *Ferrarius.*

Λύδιος αὖ σεισμὸς ἢ τὰ Περσίδος ἐξεναρίξει,
Εὐρώπης τ' Ασίης τε λεὼς ῥίγιστά κε κλαγξῃ.
Σιδονίων δ' ὀλοὸς βασιλεύς, ἠὲ φύλοπις ἄλλων,
Πουντοφόρῳ Σαμίοις ὀλοὸν δείξουσιν ὄλεθρον.
Αἵματι μὲν δάπεδον κελαρύζεται εἰς ἅλα φωτῶν
Ολλυμένων, ἄλοχοι δ' αὖν ἀγλαοφάρεσι κούραις
Υβριν ἀεικελίην ἰδίην ἀποθρήξουσι,
[113] Τὰς μὲν ὑπὲρ νεκύων, τὰς δ' ὀλλυμένων ὑπὲρ υἱῶν.
Σημεῖον [114] Κύπροιο σεισμῷ φθίσει δ' φάλαγγας,

Lydius at motus res Perſidis exſpoliabit,
Europæque Aſiæque genus pertriſte dolebit.
At rex Sidonius, aliorumque agmina pugnæ
Exitium Samiis conflabunt triſte per æquor:
Sanguine terra fluens reſonabit in æquora rauca
Cæde virum. uxores autem, lepidæque puellæ,
Ah lamentantes ſua triſtia damna querentur,
Propter & occiſos, & natos morte cadentes.
Signum Cypri, terræ motu vero perdet phalangas,

Καὶ

113 Τὰς μὲν] Puto ſcribendum, ταὶ μὲν, ταὶ δὲ vel αἱ μὲν, αἱ δὲ. *Opſopœus.*

114 Κύπροιο] Sub Aug. Cypri urbes terræ motu periiſſe teſtantur hiſtoriæ. *Gallæus. Cyprus*, inſula ex maximis maris Mediterranei, notiſſima in ſinu Iſſico inter mare Cilicium & Syriacum, ab Ortu in Occaſum extenſa, vix 60. mill. ab ora Syriæ, & circuitus 550. m. p. circiter fertilitatis tam eximiæ, & metallorum adeo ferax, ut *Macaria* olim, h. e. *Beata* dicta ſit. Unde Virgil. lib. *Æn.*

——— *Gentor tum Belus opimam*
Vaſtabat Cyprum. ———

Et propius ad etymon Horat. *Carm.* l. 3.

O *quæ beatam Diva tenes Cyprum.*

Am. Marcellinus lib. 14. *Cyprum inſulam procul à continente diſcretam & portuſam, inter*

inter municipia crebra urbes duæ faciunt claram Salamis & Paphos, altera Jovis delubris, altera Veneris templo insignis. Tanta autem, tamque multiplici fertilitate abundat rerum omnium, ut nullius externi indigens adminiculi, indigenis viribus à fundamento ipso carinæ ad supremos usque carbasos ædificet onerariam navem, omnibusque ornamentis instructam mari committat. Mirum de hac Insula referunt Historiæ, nullum ibi tam accurate unquam sepeliri potuisse, quin altero die indignabunda quasi terra sponte rejiceret cadaver; durasseque id, donec Ericus II. Daniæ Rex, cum Hierosolymam peteret, morbo ibi priùs, mox morte interceptus voluit ibidem sepeliri. Zevecotius *Notis in Florum* lib. 3. cap. 9. Christianam fidem hic primus D. Paulus docuit, cum Barnaba; cujus hîc tandem occisi corpus Anno 385. sub Zenone, repertum. Concilium ibi An. 399. contra Origenistas, Socr. lib. 6. cap. 9. Sozom. lib. 8. cap. 14. An. 643. contra Monotheletas. Baron. Multis nominibus olim appellabatur, teste Plinio, *Acamantis*, *Cerastis*, *Amathusa*, *Aspelia*, *Crypros*, & *Colinia*; qui illam insuper in 9 Regna divisam refert, V. infra. Item *Sphecia*, ut Eust. docet *ex Lycophrone*. Festus *Ærosam* dici scribit, quod in ea plurimum æris nascatur. Ital. *Cypro*. Turc. *Cupros* hodie. In ea Venus colebatur, unde *Cypria*, *Cypris*, & *Cyprigena* dicta. Horat. *ad Venerem*.

Sic te Diva potens Cypri.

Factum autem id propterea monet Camers, quod mos esset Cypriis, virgines ante nuptias prostituere, ut dotalem pecuniam quærerent, Justin. *Hist.* lib. 18. cap. 5. quem ab ipsa Venere institutum asserit Lactantius lib. 1. c. 17. A *Cypro* Cinyræ filia nominari volunt, Steph. Κύπρος· πόλις μεγάλη ἐν τῇ Παμφυλίᾳ κόλπῳ λεγομένῳ Κύπρῳ ἀπὸ Κύπρου τῆς Κινύρου. Ita etiam Constantinus ex Philo Stephano ἀπὸ νόσου, & Ister ἀπὸ Δημητρίας Λιγυπτίου. Melius quam Eust. *in Dionys.* cui Cyprus est filius Cinyræ. Nam muliebre nomen est Κύπρος, quod in usu fuit apud Phœnices, uti docet Scal. *ad Euseb.* pag. 149. Lucan. lib. 8.

Quæstor ab Icario Cinyræa littore Cypri.

Tamen, quia Cyprus Cinyræ filia, neque in fabulis, neque in historia celebratur; quod sequitur apud Stephanum & Eustathium, arridet magis, dici Cyprum insulam διὰ τὴν ἐπιφυομένην αὐτοῖς κύπρον, à *Cypri flore*, qui ibi nascitur. Cyprus est Arabum אלחנא *Alhenna*, non ligustrum, ut multi volunt. Ebræis dicitur כופר *copher*. Cant. 1. 14. & 4. 13. Neque vero est absimile, inde vocari *Cyprum*, insulam, cum rara alioqui planta, & eximia, ibi plurima proveniat. Plin. 12. 24. ubi de Cypri generibus: *Optimum habetur è Canopica in ripis Nili nata; secundum Ascalone Judææ: tertium Cypro insula suderis suavitate. Inde fragrans* Homero *in Hymnis*:

Ἔδριν ἐπὶ Τροίην, προλιπὼν ἐριώδεα Κύπρον.

Divisa fuit alias in quatuor partes: *Salaminiam* ad Ortum. *Paphiam* ad Occ. *Lapithiam* in Bor. & *Amathusiam*, ad Austr. hodie in duodecim partes dividitur, quarum nomina sunt, *Nicosia*, *Famagusta*, olim *Tamassus*, *Paphia*, *Audima*, *Limissum*, *Masetum*, *Salinæ*, *Messaria*, seu *Sivori*, *Crusocus*, *Pentalia*, *Cerinæ*, & *Carpassus*. Pagi in universum sunt, 850. Primo sub propriis Regibus, quorum ultimus Ptolomæus, sentiens Catonem contra se venire, mortem sponte sumsit. Sic cum immensis opibus in Romanorum potestatem Insula venit, quibus hæc unica belli causa erat, quamvis excusent alii & in Ptolomæum Clodiumque rejiciant, ut Strabo lib. 14. Vellejus lib. 2. c. 45. Dio l. 38. Neminem enim latet Romanorum eo tempore avaritia, quam exprimit Galgacus, apud Tacitum *Agric.* 30. 10. *Romani, si locuples hostis est, avari: si pauper, ambitiosi.* Et improbant factum hoc summopere Cicero *pro Domo* cap. 8. Marcellinus lib. 14. cap. 27. Ruffus cap. 13.

Sic

Καὶ πολλὰς ψυχὰς ἀίδης ὁμοδυμαδὶν ἔξει.
115 Τρῶλις δ' ἡ γείτων Ἐφέσῳ, σεισμῷ καταλύσει

Et multas animas hominum simul Orcus habebit.
At Trallis vicina Epheso succussa, tremente

Τείχεα

Sic ergo, mandata Publio Clodio Tribuno duce, socii vivique Regis confiscatione, Canisium familiarem suum in Cyprum præmisit Cato, qui Ptolomæo, ut sponte legi Clodiæ cederet, persuaderet: daturum ipsi Populum Romanum Veneris Paphiæ sacerdotium, quod ut opulentissimum, ita præcipuæ dignitatis apud Cypricos, habebatur. Sed Rex, hausto veneno, ab ea contumelia sese liberavit. Confectam pecuniam septem millium talentorum scribit Plutarchus: quam prædam dignam judicarunt Romani, propter quam unius Insulæ Rex regno expelleretur. Vid. Florum lib. 3. cap. 9. Postea Cyprus à Julio Cæsare Cleopatræ Ægypti Reginæ concessa est, sed post mortem ejus ad Romanos rediit. Post divisum Imper. R. Græcis paruit, quibus illa erepta est, à Muhavia Saracenorum ductore, cum Arado & Rhodo, An. Christi 656. Guil. Tyrius l. 19. cap. 20. Aaron postea Saracenus, hic templis diſtructis, Christianos expulit, Anno Christi 807. seqq. temporibus sub imperium Græcorum rediit. Verum post hæc Richardus Anglæ R. cum contra Saracenos ducens, anno 1191. tempestate ad Insulam dejectus, ab Insulanis non admitteretur, vi eam occupavit, Isaco devicto, & cuidam Gallo Guidoni de Lusignano in regn. dedit. Hunc reges successerunt continua serie, (è quibus Hugo ab Hospitalariis depositus est, Anno Christi 1306.) donec in Genuensium clientelam pervenit. Dein Veneti, ex dono Catharinæ Corneliæ, uxoris Jacobi usurpatoris, Carlota exclusa, paruit ab an. 1472. ad an. 1560. quo Turca Selimus bello Venetos aggressus, Cyprum ipsis eripuit sequenti anno. A quibus in 11. partes dividitur. Caput regni *Nicosia*, in medio Insulæ fere rotunda; secunda *Famagusta*, urbs permunita, in ora Or. cum portu capaci; tertia Caraunia, *Cerines*; Quarta Paphos, *Baffo*, in Ora Occident. Reliquæ sunt parvi momenti. Baudr. Olim 9. Reges Insulæ præfuerunt, qui tamen omnes in Regis Persarum clientela erant, Diod. lib. 16. In Cyprum exilium missi à Constantino Copronymo Monachi Icoſſolatræ. Prope Cyprum Hugo ultimus Hierosol. R. Sultani victoris arma fugiens naufragio periit, Anno Christi 1291.

Urbes Cypri Episcopales olim.

Amathus.	Leuca.
Araus	Leucosia metrop. Latin.
Carpasium.	Paphos vetus & nova.
Ceraunia.	Salamis Græc. metrop.
Curium.	Soli, nunc pagus ut cæteræ asterismo carentes. &c. V. Ferrar.

Fama Augusta, olim Hamacostos, & Ammochostus. *Idem.*

115 Τρῶλις.] Trallis terræ consederunt sub imperio Augusti, teste Eusebio in Chronicis. *Opsopœus.* Tralles, & Trallis numero singulari Plinio & Ptolemæo, quæ prius Evanthia, Seleucia, & Antiochia dicta est, teste Plinio, *Cluv.* Nigro & aliis, urbs Lydiæ episcopalis sub Archiepiscopo Ephesino, inde ad 30 mill. pass. in Eurum, vel sub Archiepiscopo Sardiano, ut aliis videtur, pene extincta, inter Magnesiam ad Boream 140. & Mæandrum fluvium ad austrum 80. stadiis, ab

Τείχεα τ' ἄπτοίητ' ἀνδρῶν τ' ὀλοῶν βαρυθύμων.
Ὀμβρήσει δέ τε γαῖα ὕδωρ ζεστὸν, ποτὶ δ' αὐτὰς
Γαῖα βαρυνομένη πίεται, ὀσμὴ δέ τε θείη.
Καὶ [116] Σάμος ἐν καιρῷ βασιλήια δώματα τεύξει.

Terra, compositos muros, hominumque labores
Diruet, & latices ferventes terra refundet:
Terra gravata illos, & sulphuris hauriet æstus,
Regalesque struet Samus ædes tempore certo.

Παλίη

Epheso 260. stadiis, Laodiceæ proxima, ad 10 mill. pass. recedens. Populi Tralenses Plinio & aliis. Juvenalis satyra 3.

Hic Andros, ille Samo, hic Trallibus, aut Alabandis.

Trallibus palma viridis in æde Victoriæ sub statua Cæsaris enata traditur, quo tempore is Pompejum in Macedonia devicit: quo etiam tempore Pergami sonus tympanorum in delubris exauditus est. [*Tralles urbs est Asiæ minoris, in Lydia, episcopalis sub Archiepiscopo Ephesio, inter Magnesiam & Meandrum fluvium ad meridiem, ac Caystrum fluvium ad Boream, & 36. mill. pass. ab Epheso in Cæciam.*] *Ferrarius.*

116 Σάμος] Samos, Samus Ciceroni, quæ & Parthenia olim à Parthenio fluvio, teste Strabone, cui & Athemus, Melamphylos, Dryusa Aristoteli, Cyparissia, Parthenoarusa, & Stephane Plinio, Imbrisos Stephano, Imbrasia Hygino, à fluvio *Samo* adhuc vulgo dicta, insula maris Icarii, Ioniæ adjacens, contra Ephesum urbem, inter Icariam ad occasum 20. & Trogilium promontorium Ioniæ ad ortum 5. mill. pass. ipsa circuitu 87. teste Plinio (sed majore apud recentes;) licet Thesaurus Linguæ Latinæ modicam vocet. Hic primum vasa fictilia fabricata, teste Aulo Gellio libro 7. De ea Horatius libro primo epistola undecima:

Roma laudetur Samos, & Chios, & Rhodos absens.

Populi Samii Ciceroni, Plinio ubi urbs ejusdem nominis episcopalis sub Rhodiensi Archiepiscopo. Samios Plutarchus in vita Periclis valde litteratos esse tradit ex Aristophane. Sed Suidas ex Aristotele Samios literaros vocat, hoc est, stigmate notatos; quod deficientibus civibus, coacti fuerint servos, notis stigmaticis insignitos, ad Reipublicæ administrationem admittere. Unde *Samii literati* per ignominiam dicti, quod in iis essent stigmate notati. Samo ortus est Chœrilus Poëta, qui 75. Olympiade victoriam Athenienſem contra Xerxem versibus scripsit, pro singulis versibus singulos stateres aureos recipiens: quem tamen Horatius incultum Poëtam appellat, ejusque meminit libro de arte poëtica:

Sic mihi qui multum cessat, fit Chœrilus ille.

Contra, Callimachus Cyrenæus, qui sub Ptolemæo Philadelpho Regiæ Bibliothecæ præfuit, Poëta delicatus fuit: cujus meminit Propertius lib. 2. carmine 25.

Et

Ιταλίη σοί δ' ἔπις ἄρης ἀλλότριος ἥξει,
Αλλ' ἐμφύλιον αἷμα πολύσονον ὄχ' ἀλαπαδνὸν,
Πελυθρύλλητόν τε, ἀναιδέα τε κερδίξει.
[117] Καὶ δ' αὐτὴ θέρμηστι σὺν ἀσπαδὸν ἦσι τεθεῖσα,
Α προφὶ δὴ ςήθεσσιν ἑοῖς, ὀναείξεται αὐτῷ.
Εσσι δ' οὐκ ἀγαθῶν μήτηρ, θηρῶν ὣ πτολίη.
Αλλ' ἀπ' Ιταλίης [118] λυμήτης πάλιν ἥξει τ' ἀνήρ.

Italia haud tibi res cum externo Marte futura eſt.
Sed te civilis (dictu miſerabile) ſanguis
Affliget, celebrem nimium, poſitique pudoris.
Fervida quin etiam recubans libamina propter
Quæ prævidit animo ſuo, interimet ſeipſam.
Nec tu blanda bonos mater, ſed lacte fovebis
Altrix ſæva feras, iterum vir perniciosus

Τῆμ'

Et non inflati Somnia Callimachi.

Et Ovidius 2. triſtium:

Nil tibi Battiade nocuit, quod ſæpe legenti
Delicias verſu faſſus es eſſe tuas.

In Samo inſula Iuno colebatur; unde Samos Iunonia dicta eſt. Ovidius libro 8. Metamorphoſeon:

——— *& jam Iunonia læva*
Parte Samos fuerat.

Samosaltera, inſula maris Ægæi, Thraciæ adjacens, quæ Samothrace Ptolemæo & Melæ, Samothracia Plinio dicitur, vulgo *Samandrachi*, teſte Sophiano & aliis, inter Lemnum ad occaſum 22. & Imbrum in ortum 32. mill. paſſ. circuitu 20. Dardania olim, teſte Plinio. Samos item Plinio, Livio, & aliis, quæ & Same Straboni, & Theoboas Pauſaniæ, Melæna Plinio, eadem Cephaleniæ, cum oppido cognomine. Vide ibi. *Porto Guiſcardo* oppidum exciſum appellatur. Ovidius libro 1. triſtium, elegia 4.

Nec mihi Dulichium domus eſt, Ithaceve Sameve.

Hinc una ex Sibyllis fuit, cognomento *Samia*; quæ & *Phytho* appellatur. *Ferrarius.*

117 Καὶ δ' αὐτὴ] Ita concipitur hic verſus in reg. cod. καὶ δ' αὐτὴ θερμῆσι σὺν ἀσπαδὸν ἦσι τεθεῖσα, æque mendoſus atque excuſus. Sequentem ſupplevi ex cod. reg. *Opſopœus.*

118 Λυμήτης] In codice regio ſcribitur λιμήτης. Redundat autem vox πάλιν. *Idem.*

Τῆμος [119] Λαοδίκεια καταπλωὴς ἔρπυσα
Καρῶν ἀγλαὸν ἄστυ Λύκου ποτὰ θεσπέλον ὕδωρ,
Σιγήσεις μεγάλαυχον ἀποιμώξασα τοκῆα.
[120] Θρῆκες ἀκροβύζοι ἄλλων ἐπὶ σπορὰν ἀνέμων.

Surget ab Italia tunc diruta Laodicea,
Urbs Carum præclara, Lyci splendentis ad undas,
Magnanimi patris luctu defuncta filebis.
Thraces acrobyzi alios collocabuntur ad ventos

Καμ-

119 *Λαοδίκεια*] *Laodicea* plures fuere in Syria, Lydia, Media Plinio. Natur. histor. lib. 5. cap. 20. & lib. 6. c. 26. 34. & Strabone lib. 11. Geograph. testibus. Hæc *Laodicea*, ad quam Joannes jussu Christi scripsit, fuit *urbs regionis Cariæ in Asia minori, Lyco flumine imposita. Primo appellata fuit Diospolis, deinde Rhoas, postremo Laodicea*, à conditore Antiocho Theo III. rege Syriæ, qui uxoris suæ Lodices nomen ei imposuit. Plin. l. 5. c. 29. Strabo libro 12. Geograph. Initio exile & & parvum fuit oppidum: postea vero, auctis civium fortunis, præsertim à soli fertilitate, facta est opulentissima Asiæ civitas. Habuit enim ex vellere & lanificio ubertimum quæstum. Venundabatur ibi lana mollitie præstans, & lorvina nigredine, quo nomine multum à vicinis expetebatur. Hæc urbs, præ cæteris Asiæ urbibus, multis clarissimis civibus est nobilitata. Ex quibus fuit Hiero, qui hæreditatem populo divisit supra duo millia talentorum, hoc est, nummorum aureorum duodecies centena millia, & multis donis civitatem exornavit. Postea Zeno orator, & Polemo ejus filius, qui ob res fortiter gestas prius ab Antonio, postea ab Augusto, ad regiæ dignitatis fastigium evectus est. Hæc civitas, ut & vicinæ, Philadelphia, Sardes, Magnesia, terræ motibus crebris fuit obnoxia, ortis ex conflictu & impulsu halituum, spirituum, & ventorum, cavitatibus terræ inclusorum, ex obstructis meatibus & poris vi erumpere conantium. Anno sexagesimo quinto à nato Christo, seu anno decimo imperii Neronis, una cum Hierapoli & Colossis, vicinis civitatibus, terræ motu concidit, teste Eutropio. *Sibellius.*

120 *Θρῆκες*] Malem *ἀέρων* pro *ἀνέμων* quanquam ne sic quidem vel versus vel syntaxis constet. Sensus tamen patet: fore ut Thraces Byziam arcem vel Byzantium incolentes (id enim puto denotare epitheton *ἀκροβύζοι*) solum vertant, & alio transitu aliis ventis afflentur. *Opsopœus. Thracia*, sic à sævitia incolarum, teste Isidoro dicta, olim *Perea*, teste Stephan. & *Sithon*, teste A. Gellio, regio max. Europæ, mari Ægæo ad Austr. Propontide, qua ab Asia separatur ad Ort. & mari Euxino definita, à Mysia super. & infer. ad Occid. & Bor. Hæmo monte divisa: A Macedonia partter ad Occid. Nesto fluv. discriminata. Olim sub propriis Regibus, postea Macedonibus paruit: a Cajo Scribonio Curione Proconsule Romanis subdita, postmodum eadem cum Græcia vices experta, capta à Mahemete

II. Con-

II. Constantinopoli, Turcicum jugum subiit; postquam a Bulgaris, imperante Basilio, qui ab illis victus erat, vastata est, Ann. Ch. 978. Nicephorus Briennius hic imperium arripuit, à Nicephoro Botoniate mox excæcatus, an. Ch. 1078. Scythas inde pepulit Calo-Johannes Imper. Ann. Chr. 1118. Valachis prædæ fuit, regnante Balduino, Ann. Chr. 1206. Andronicus illa, uti mox toto imperio avum Michaëlem exuit, An. Chr. 1326. Sed & Kotaci, Ann. Chr. 1616. usque ad Byzantina mœnia illam depopulati sunt. Dicitur *Romania* Sophiano. In ea Mars ubique colebatur; erant enim gens bellicosa. Unde Horatius:

——— *Bello furiosa Thrace.*

Et alibi:

Natis in usum lætitiæ scyphis
Pugnare Thracum est.

Ut & apud Ovidium *Epist.* 2. *Armiferam Thracen* legas. Quæ proinde forsan *horrida* Catullo, & *fera* Statio dicitur. Eidem Statio *Tumidi Thraces*. Virgil. *Georg.* 3.

Terra procul vastis colitur Mavortia campis,
Thraces arant. ———

Porro de virtute Martia Thracum sunt illa Euripidis *in Hecuba*:

——— Θρῄσσης
Λογχοφόροι, ἱππόται, δίστομοι, ἀρεῖ κεκτημένοι χθόνα.

Et in eadem Tragœdia de eadem gente, φίλιπποι λαοὶ. Minutius *in Octavio*: *Mars Thracius*. Virgil. *Georg.* 4.

——— *Rhesi Mavortia tellus.*

Huc pertinet dicti ab Arnobio libro 4. ex sententia Sophoclis Martem *in Thraciæ finibus procreatum*, & ab Homer. *Odyss.* 8. Deum hunc ablelutum à Vulcani vinculis abisse in Thraciam. Datum locum credit Lud. de la Cerda huic natalitio à moribus Thracum bellicosissimis. Plinius libro 4. capite 11. *Thracia inter validissimas Europæ gentes*. Plutarchus libro 1. *de LL.* Καρχηδόνιοι δὲ Μήδοις καὶ Γόηταις καὶ Θρᾳξὶ, πολεμικοῖς ἔθνεσι καὶ τότε χρῶντο. Ob hanc causam fortasse Pomponius Thracibus fœcunditatem negat, & solum fertile. Verba ejus apponam; *Regio nec cœlo læta, nec solo: & nisi qua mari propior est, infœcunda, frigida, eorumque quæ seruntur, maligne admodum patiens. Raro uspiam pomiferam arborem, vitem frequentius tolerat: sed nec ejus quidem fructus maturat ac mitigat, nisi ubi frigora objectu frondium cultores arcuere. Viros benignius aiunt, non ad speciem tamen: nam & illis a pera atque indecens corporum habitus est: cæterum ad ferociam & numerum, ut multi immitesque sint, maxime ferax.* Hæc ille. Interim voces illæ *colitur*, & *arant* apud Poëtam aliud plane præ se ferunt. Hinc fertilitatem ei dat Euripides *in Hecuba*, cujus hæc sunt ex versione Erasmi:

——— *Thraico emilit solo*
Ad hospitalem Polymestoris Thraciæ donum,
Qui Chersonesi fertilem glebam colens
Armis ferocem Martiis gentem regit.

Ubi verba Græca signata sunt, ἀρίστῳ πλάτῃ. Quin & Plato lib. 7. *Leg.* loquens de Thracia, illi attribuit γαῖαν βαθεῖαν, πουλφόρον. Ammianus dat Thraciæ *immensam camporum planitiem*. Idem clare lib. 31. loquens de Thracia, *cespitis*, inquit, *est feracissimi*. Iterum: *Vicos uberes*. Apud Cedrenum orientales homines frumenti inopiam passi migrant in Thraciam, non facturi, nisi hæc fertilis. Vites vero quod attinet, Hippocrates *in Epp.* locum quendam Abderæ urbis (quod opp. Thraciæ est) ornatum exhibet αὐτοφύτοις ἀμπέλοις. Unde Athen. libr. 1. Ἐπιεικῶς δὲ ἡ Θρᾴκη ἐπαμᾶται ὡς ἀξίως. Verum enim vero recte Pomponius ait, infœcundam esse Thraciam, nisi qua mari vicina est. Universum enim hujus reg. litus Græcis erat refertum colonis; vinaque hic nascebantur generosissima, Maronem, Biblinum, alhaque, vixque in ulla reg. major erat cultus Bacchi, quam in litoralibus illis Thraciæ oppidis, adeo illa passim erant πολύοινα. At vero interior tractus, qui proprie Thracia erat, altior & frigidior ora illa, quam Græci inhabitarant,

Καμπανοῖς ἀχαιὼν πέλεται διὰ τὸν πολύκαρπον
Λιμὸν, [121] πελυετὴς δ' ἀποιμώξασα τεκνᾶ
[122] Κύρν⊙ καὶ [123] Σαρδὼ μεγάλαις χειμῶ⊙ ἀέλ-
λαις,

Æstus Campanis ingens impendet ad urbes
Depopulante fame, & longævæ morte parentis
Defleta. Cyrnus, Sardoque, furente procella

Καὶ

vel nullum omnino, vel malignum satis producebant vinum. Neque id tam regionis, quam incolentium vitio imputandum esse videtur. Barbari enim & bellatores erant plerique Thraces, agriculturæ ignari, lacte tantum & pecoribus viventes, aut raptu vicinorum. Vitam illorum breviter sic descripsit Herodotus: Ἄριστοι εἶναι κάλλιστοι, γῆς δὲ ἐκτὸς ἀπημότατοι, τὸ ζῷον δὲν πολεμικὸν καὶ λιστὸν, καὶ πιστόν. Apud Zenodotum perfidiæ notantur, unde pactis cum Bœotis induciis noctu populati sunt agros, hinc *Thracium commentum*. Poëtis *Bistonii*, *Ismarii*, *Mantini*, *Odrysii*, *Oeagrii*, *Pangæi*, *Rhodopæi* dicuntur. Fuit hæc regio, quæ hodie *Romania* dicitur, alias divisa in *Thraciam cis & trans Rhodopen*. Postea in IV. prov. Nempe in Thraciam propr. ad Occid. Hæmimontum ad Bor. Rhodopon ad Merid. & Europam ad Ort. Ejus primar. Constantinopolis. Vide ibi. Etiam *Rumelia* persæpe tota regio dicitur; sub Turcis, quibus *Icella* vocatur. Terminatur à Septentr. Bulgaria, ut & ab Occid. à Merid. mari Ægæo, ab Ortu Ponto Euxino, Bosphoro Thracio, Propontide & Hellesponto. Baudrandus. Hinc *Thracius*. Ovidius *Epistol.* 1.

Thracia nocturno tangere castra dolo.
Hofmannus.

121 Πελυετὴς] Reg. cod. πελυετῆ δὲ χρόνοι ἀπ'. sequentes ex eodem emendavimus. *Opsopœus.*

122 Κύρν⊙] *Cyrnus*, filius Aquitis, quem, dum immixtum aciei Colchicæ perquirit Pater, à Gesandro occisus est, ut habet Flaccus libro 6. versic. 298. *Cyrnus*, insula in mari Ligustico, à *Cyrno* Herculis filio sic dicta, cum prius Therapne diceretur. Pl. *Cyrnii* qui longissimo ævo utuntur, propter mellis usum, quod apud eos copiosum nascitur. Hinc *Cyrnæus*. Virg. *Eccl.* 9.

Sic tua Cyrnæos fugent examina taxos.

Vide *Corsica*. *Cyrnum* etiam insulam Japygiæ, versus Bor. habet Stephanus. Item, maris Ægæi Insul. inter Sporades, 80. m. p. à Gyaro in Austr. Plin. *Sirna* ex tab. Geogr. recent. *Hofmannus.*

123 Σαρδὼ] Græcis Σαρδὼ, Σαρδοῦς. Item Σαρδὼν Σαρδόν⊙. Hesych. Σαρδὼν, νῆσο⊙ μεγάλη πλησίον Ἀφρικῆς, ἡ νῦν Σαρδώνη, vel potius Σαρδινία. Dion. Perieg.

Σαρδώ τ' ἀμύτιμα νῆ ἀπείριτο⊙ οἶν ἀλὶ Κύρν⊙.

Incolæ Græcis plerumque Σαρδῶοι, & nonnunquam Σαρδόνιοι ac Σαρδῆνες. Romanis vero *Sardi*. Nomen id unde originem traxerit, plane incertum est; quippe Græcorum talibus sequi piget. Sic Martianus Capella, libr. 6. *Sardinia à Sardo, filio*

Καὶ πλαγαῖς ἁγίοιο θεοῦ κτυπέοντος βένθεα πόντου
Δύσονται κτύπα θαλασσείοις τεκέεσσιν.
Αἰ αἰ παρθενικὰς ὁπόσας νυμφεύσετ' ἄϊδης,
Καὶ κούρους τοὺς ἀκμηρέας βυθὸς ἀμφιπολεύσει.
Αἰ αἰ νήπια τέκνα ἁλινηχέα κὴ βαρυὼ ὄλεθον.
Μυσῶν γαῖα μακαίρα, γένος βασιλήϊον ἄφνω

Magnæ hyemis, ſanctoque Deo feriente, profundo
Mergentur, tectis ſub gurgite nantibus alto.
Eheu quam multas ſponſabit Pluto puellas
Intactas, juveneſque impubes æquore merſos.
Eheu infantes oppreſſos gurgite falſo!
Myſorum terra felix, genus regium ſubito

Τάξε-

filio Herculis, appellata. Idem habet Solinus cum Iſidoro. Eadem Græcis Σαρδινὶς & Ἰχνοῦσα à figura fuit appellata. Stephanus. Ἐκλήθη δὲ Ἰχνοῦσα διὰ τὴν ὁμοιότητα τοῦ σχήματος. Plin. libr. 3. cap. 7. *Sardiniam Timæus Sandaliotin appellavit, ab effigie ſoleæ, Myrſilus Ichnuſam, à ſimilitudine veſtigii.* Claudianus *de bello Gildonico*:

Humanæ ſpeciem plantæ ſimuloſa figurat
Inſula: Sardiniam veteres dixere coloni.

Silius Italicus hb. 12:

Inſula fluctiſono circumvallata profundo
Caſtigatur aquis, compreſſaque gurgite, terras
Enormes cohibet nudæ ſub imagine plantæ.
Inde Ichnuſa prius Grajis memorata colonis.

Pauſanias *in Phocicis*: Ὄνομα δὲ τῇ Σαρδοῖ τὸ ἀρχαῖον ἦν μὲν ἀπὸ τῆς ἐπιχωρίου ἰχνοῦς, ἔστι δὲ οὐδέν. Ἐκλιπεῖν δὲ αἱ κατ' ἰμπορίαν ἐπαλλάττουσαι Ἰχνοῦσαν ὠνόμασαν, ὅτι τὸ σχῆμα τῇ γῇ κατ' ἴχνος μάλιστά ἐστιν ἀνθρώπου. Magnitudinem ejus quod attinet, Hiſtiæus Mileſius apud Herodotum libro 5. νῆσον μεγίστην vocat. Scylax *in Periplo*: Μεγίστη Σαρδὼ, δευτέρα Σικελία. Diodorus lib. 5. Ἐχομένη δὲ τῆς Κύρνου νῆσός ἐστιν ἡ καλουμένη Σαρδὼ, τῷ μεγέθει παραπλησίως τῇ Σικελίᾳ. Pauſanias ubi ſupra: Ἡ δὲ Σαρδὼ μεγέθει μὲν καὶ εὐδαιμονίαι δευτέρα ἐστὶν ὁμοίως πασῶν μάλιστα ἐπαινουμένων. Polybius libr. 1. Ἡ μὲν Σαρδὼ ἐστὶ καὶ τῷ μεγέθει, καὶ τῇ πολυανθρωπίᾳ καὶ τοῖς χρωμένοις ἀφθόνοις. *Idem.*

124 Μυσῶν] *Myſia*, regio min. Aſiæ ad Helleſpontum, Troadi contermina: cujus incolæ *Myſi*, abjectiſſimæ conditionis homines, ſortiſque adeo contemptæ, ut ceſſerint in proverbium. Quoties enim hominem nullius petii volebant denotare, *Myſorum ultimum* eſſe dicebant. Cic. *pro L. Flacco.* Et quia erant injuriarum patientes, hinc *Myſorum præda*, Prov. Item *Myſorum & Phrygum termini diſcreti*, Prov. de rebus toto cœlo diverſis. Strabo etiam

Myſos

Τὰξεῖαι. ὁ μὲν πρῶτος ἐπὶ χρόνοις ἔσται· ἀληθῶς
[125] Καρχηδὼν, [126] Γαλάταις δὲ πολύσοιζος ἔσεται
οἶκτος.

Condet. Post tamen haud durabit tempore longo
Carchedon. Galatis aderit tristis quoque luctus.

[127] Ἑξῆ

Mysos constituit in Europa, in confinio Pannoniæ ad Danubium flu. putatque *Mysos* Asiæ populos ab his, ut originem, ita & nomen duxisse. Sed hi à Plinio *Mœsi* dicuntur. Vide Boch. *Phaleg.* lib. 3. c. 12. Dividitur autem *Mysia* in Majorem & minorem: Major Hellespontica appellatur à Galeno, & pop. Hellespontii à Strabone, in qua Cyzicus & Lampsacus urbes præcipuæ. Minor à Strabone Olympica à monte Olympo dicitur, in qua Prusa urbs Bithyniæ. Baudrando fuit hæc regio, maxime ad Occ. extensa. Eaque vel *Minor*, versus Hellesp. & inter Propontidem ad Bor. & Troadem ad Austr. ubi Cyzicus & Lampsacus, in ora Propontidis: vel *Major*, quæ Orientalior erat; inter Mysiam min. ad Occid. Bithyniam ad Bor. Phrygiam magnam ad Ort. & mare Ægæum ad Mer. ex Phil. à Via. Nunc utraque sub Natolia propria comprehenditur, & sub Turcis est. à tribus fere seculis. *Idem.*

125 Καρχηδὼν] Græcis dicitur *Carthago*, unde Pœnulus Plautina Comœdia *Carchedonius* dicitur. Dionysius vers. 195.

Τοῖς δ' ἐπὶ Καρχηδὼν πολυήρατος ἔμπεσε δῆμος,
Καρχηδὼν, Λιβύων μὲν, ἀπὸ στόματος δὲ Φοινίκων,
Καρχηδὼν, ἣν μυθος ὑπὸ βαΐ μετέθηκεν.

Καρχηδὼν, urbs Africæ totius celeberrima, Romanique imperii aliquando æmula, à Didone condita, septuagesimo post Romam conditam anno, Eusebius. Atqui Justinus tradit conditam fuisse ante Romam. Imo condita fuit ante captum Ilium, annis 50. si credas Appiano *in Libycis*, Καρχηδὼν τὴν ὑπὲρ Λιβύης Φοινίκης ἄκισεν ἔτεσι πεντήκοντα πρὸ ἁλώσεως Ἰλίου. Ideo de eadem urbe ibidem Πόλιος ἀρχαίας, *Urbis antiquæ*. Unde Virg. *Æn. prima*,

Urbs antiqua fuit, Tyrii tenuere coloni,
Carthago; Italiam contra, Tiberinaque longe
Ostia, dives opum studiisque asperrima belli.

Sic nihil Didoni, præter Byrsam arcem, relinquitur, ubi nunc, Marmolio teste, turris, *la Rocca di Massimaca* Christianis, Afris *Almenare* dicta. Vid. infra. De nomine & origine urbis hujus. Vid. Servium, Josephum, *antiq.* lib. 8. c. 13. c. *App.* l. 1. post Menandrum, qui scripsit historiam Regum Tyri & Sidonis, Solin. cap. 30. vel 27. *edit. Salm.* Salian. & Tornel. *in Anal.* Petavium, lib. 9. *de doctr. temp.* cap. 63. & *rat. part.* 2. libr. 2. cap. 13. Tarianum. & *Gent.* Theophilum Patr. Antioch. ad Antiochum, libro 3. Tertull. *apol.* capite 19. Clem. 1. *Strom.* Vellejum lib. 1. Strabo lib. 17. Plin. l. 5. Marcellin. Marmol. lib. 6. cap. 15. Leonem *de Africa*, &c. Quibus adde Plutarchum, Livium, Eutropium, Florum, Orosium, Zonaram, Prosperum, &c. de urbis Fato, quod paucis sic habet: Eo potentiæ urbs hæc à tenuissimis primordiis paulatim excrevit, ut non modo

Libyæ

[127]Ἥξει ἡ [128]Τενέδῳ κακὸν ἔσχατον, ἀλλὰ μέγιστον.

Et Tenedo veniet suprema, at maxima, clades.

Καὶ

Libyæ universæ, verum etiam insularum, & bonæ Hisp. partis imperium tenuerit. Tria cum Romanis gravissima gessit bella, quorum primo, quod duravit annos 24. ab ann. 490. U. C. usque ad 513. superati navali prælio Pœni, æquas propemodum pacis conditiones à victoribus acceperunt, insulis tantum quibusdam abstinere jussi. Huic successit bellum Punicum secundum, Annibalis ductu gestum, qui expugnata in Hisp. Sagunto, victorem exercitum in Italiam transportavit, eosque totos 18. annos ferro, flammaque crudelissime vastavit. Victo deinde à P. Scipione apud Zamam Annibale, eo augustiæ res Carthaginensium redactæ sunt, ut salutem suam mœnibus tueri, durissimasque pacis conditiones pro arbitrio victoris accipere sint coacti verum cum ne sic quidem quiete agitare possent, tertioque bellum, quod duravit ab ann. U. C. 605 usque ad ann. 608. instaurarent, Senatus Catonis autoritatem secutus, Carthaginem delendam censuit, & Scipionem Æmylianum in Africam misit, qui victis Pœnis urbem obsidione cinxit, captamque solo æquavit: Reparatam, à Romanis sub Graccho & Augusto, colonia 3000. hominum illuc deducta. Adrianus autem Imperator eam à se renovatam *Adrianopolim* appellavit, prius *Carthadam* dictam, quod Phœnicum lingua *novam civ.* significat, & ridicule Commodus *Alexandriam Commodianam togatam*. A Genserico, Romanis erepta, A. C. 432. sedes regni Vandalici fuit, per centum annos; tandem sub Turcarum potestatem venit, ab Arabibus penitus destructa est, postquam & à Ludovico IX. Gall. R. capta esset, An. 1269. Sub Christianis Archiep. fuit, & Primatu Africæ inclyta. A Pelagianis & Donatistis plurimum passa. Ibi Concilium An. 215. 252. contra Novatum & Felicissimum. Duo Anno 306. & 308. à Donatistis habita. Quibus oppressis, à Constante Imper. an. 348. Concilium dictum I. Carthag. celebratum, quo reiteratio baptismi, *ἀνοβαπτισία*, &c. damnata. II. ann. 390. III. an. 397. IV. an. 398. quo Honorius Imper. rogatus, reliquias idololatriæ in Africa abolevit an. 401 Concilium prov. quo Donatistis in Ecclesiæ sinum redeuntibus dignitates pristinæ concessæ. an. 417. qua damnatum Pelagii dogma, decretumque insuper est, non provocandum esse Ecclesiasticis, ad judicia transmarina, quamvis Sosimus Rom. contrarium posceret. Aliaque contra Donatistas. Pelagium & Cœlestium, Pelagianos, Monothelitas, &c. V. Cyprian. *in ep.* Augustin. Baron. *& Tom. Concil.* 1. 2. *&* 3. Vid. etiam *Byrsa*. Silius lib. 13, *almam* vocat:

—— *Si nunc exsisteret alma*
Carthago ante oculos turrita celsa figura.

Virgilius *altam*; *Æneid. quart.*

Suspectas l'abuisse domos Carthaginis altæ.

Horatius *impiam. Carm. 4. Od. 8.*

Non incendia Carthaginis impiæ.

Item *invidam*, *Epod. 7.*

Novus superbas invidæ Carthaginis
Romanus arces ureret.

Idem.

126 Γαλάτης] De his in Dissertationibus nostris egimus, quas videat benevolus lector. *Gallæus.*

127 Ἥξει &c.] Simile vaticinium accommodatur Rhodus lib. 4. *Opsopœus.*

128 Τενέδῳ] Tenedos, *Tenedo* etiam vulgo, teste Sophiano, olim Leucophrys, à Tenno, teste Stephano, nomen habens, insula maris Ægæi, sive Hellesponti, amœna, contra Sigæum Troadis

Καὶ[129] Σικύων[130] χαλκειοσύλαγμασι, καὶ σε[131] Κόρινθε

Et Sicyon æris tinnitu, teque Corinthe

Αὐχή-

promontorium, inde 12. mill. pass. (sed, teste Strabone, 40. stadiis ad 80. pass.) in occasum & Circium distans, à propiore littore Asiæ 5. tantum, teste Plinio, à Lesbo 56. in Boream, ipsa circuitu 10. patens, cum urbe cognomine episcopali sub Archiepiscopo Mitylenco, inde 28. mill. pass. Apollini, qui ibi præcipue colebatur, sacra, prius Calydna & Leucophrys, testibus Herodoto, Diodoro, & Pausania. Populi Tenedii Ciceroni. De ea Virgilius 2. Æneidos:

Est in conspectu Tenedos, notissima fama,
Insula, dives opum, Priami dum regna manerent.

Tenedii causas citissime terminabant: duas enim, auctore Suida, secures suspensas in judicio tenebant; quarum altera juxta judicem parata erat. Nam Tenes Rex legem tulerat, ut à tergo judicis adstaret aliquis securim manu tenens, paratus percutere reum, vel qui falsum juraſſet. Ex quo *Securis Tenedia* in proverbium abiit pro expedita & severa justitia. *Tenedius tibicen* quoque proverbialiter de falso teste dicitur apud Stephanum, causam apud ipsum legito. *Tenedius vir* quoque proverbium de severo judice, teste Eustathio. *Ferrarius.*

129 Σικύων] Sicyon, *Basilica* Sophiano, & alii *Vasilica*, urbs Peloponnesi Sicyoniæ regionis caput, quæ & Ægialia & Ionia, teste Strabone, & Demetrias, teste Plutarcho, dicta est, inter Corinthum 12. & Elidem in Africum 75. mill. pass. Hinc Sicyonius nomen gentis, & Sicyonii populi. Oleo abundans, & celebris. Virgilius lib. 2. Georgicorum:

Venit hyems, teritur Sicyonia bucca trapetis.

Sicyonii mollitiei maxime apud Ciceronem notantur, præsertim in calceis, apud Athenæum libro 4. Lucianum in Rhetore, Lucretius libro 4. unde *calcei Sicyonii* in proverbium abiere, de re pulchra quidem, at quæ minus deceat. Vel etiam *aluta Sicyonia*, idem significans. Patria est Arati Poëtæ. Oleis & pictura celebris; unde olivifera ab Ovidio dicitur. Sicyone etiam præcipua fuit marmoris & metallorum officina: ibique Dionysius & Scylesis primi sculpturæ marmoris operam dedere. Plurima etiam laurus hic provenit; unde apud Poëtas baccha Sicyonia nominatur. Hic Praxilla Poëtria claruit, quæ in carminibus suis Adonidem inducit ab inferis interrogatum, quid apud superos pulchri reliquisset; & respondentem, solem, cucumeres, & mala. Quod veluti insulsum proverbio locum fecit, *Stultior Adonide Praxillæ*, in homines nullius judicii. *Idem.*

130 Χάλκειο-] Aliæ editiones χαλκόεις. In sequenti versu forsan αὐλόεσ, ut est in oraculo Phaenonidis. Prædicit enim Sibylla Sicyoni & Corintho bellum per tubarum clangorem, & tibiarum cantum. De tubis & fistulis belli nuntiis. *Opsopœus.*

131 Κόρινθ] Corinthus, *Corintho* vel *Corinto*, & *Coranto*; à Turcis *Gerene*, teste Leuncl. urbs Peloponnesi notissima, ad isthmum, archiep. & metrop. præclara quondam Respubl. ab Alethe luctatore, anno ab orbe condito 3066. quo & Alba Longa in Latio, ædificata; ab Agris 25. mill. pass. à Patris 78. in ort. à Lacedæmone 90. in Bor. ab Athenis 45. in Africum.

Αὐχήσει δὴ πᾶσιν ἴσον δὲ βοήσεται αὐλός.
Ἡνίκα δή μοι θυμὸς ἐπαύσατο ἔνθεον ὕμνον,
Καὶ πάλι μοι μεγάλοιο θεοῦ φάτις ἐν φρεσὶν
Ἴσατο, κεὐμ' ἐκέλευσε προφητεύσαι κατὰ γαῖαν,
Αἰ αἰ Φοινίκων ἠδ' ἀνδρῶν ἠδὲ γυναικῶν;
[132] Καὶ πάσαις πόλεσιν παραλίαις, οὐδὲ μί' ὑμῖν
Πρὸς φάος ἠελίοιο παρέσται ἐν φαεσὶ κοινῷ,

Extollet præ omnibus, æque vero clamabit tibia,
Ut requieta mihi Divino à carmine mens est,
Ecce iterum stimulat magnum mea pectora numen,
Meque futura jubet per terras vaticinari.
Eheu Phœnicum marium genus & muliebre,
Littoreasque urbes omnes: nam nulla manebit
Ad lumen solis, communi in lumine, vestrum.

Οὐδ'

cum. Ephyre prius dicta, à fonte. Pop. Corinthii Cic. Liv. Xenoph. & al. Hinc Corinthius, & Corinthiacus nomen gentile; ut Corinthiacus sinus, vulgo *Golfo di Patras*, & *Golfo di Lepanto*, & *Golfo de Ostria*, Crissæus etiam & Halcyonius à veteribus dictus. Mem. Corinthi Ovid. appellans eam bimarem, quod sit inter duo maria, Ionium ad occ. & Ægæum ad ort lib. 4. fast.

Adriacumque patens late, bimaremque Corinthon.

Et lib. 15. Metam.

Iamque Corinthiaci carpebam littora ponti.

Corinthii adeo scortationibus & lenociniis dediti fuere, ut meretricibus maximum haberent honorem; cum in publicis precibus Venerem orarent, ut meretrices augens servaret; auctore Athen. Unde proverbium ortum, *Corinthiari*, in eos qui vitam impudicam ducunt: & de muliere prostituta dici solitum erat, *Corinthia videris*. Corinthi Latis nobile scortum fuit, quo uti absque ingenti pretio non licebat. Unde adagium apud Hor. & alios, *Non omnibus licet adire Corinthum*. Hæc cum à Demosthene 10000. drachmas posceret; respondit ille, *Non emo tanti pœnitere*. *Ferrarius*.

132 Καὶ πάσαις] Hic versus suo loco non est positus, ut & plurimi alii. *Opsopœus*.

Οὐδ' ἔπι τῆς ζωῆς ἀριθμὸς ἢ φῦλον ἔτ' ἔσαι,
Ἀντ' ἀδίκου γλώσσης, ἀνόμου τε βίου ἢ ἀναγνοῦ,
Οὐ κατέτειψαν πάντες ἀνοίγοντες στόμ' ἄναγνον,
Καὶ δεινὰς διέθεντο λόγους, ψευδεῖς τ', ἀδίκους τε,
Κ' ἔστησαν κατέναντι θεοῦ μεγάλου βασιλῆος,
Κλῶσσαν ψευδῶς μυσαρὸν στόμα. τοιεχ' ἄρ αὐτοὺς
Ἐκπάγλως πλήξαιτι δαμάσσειεν πρὸ πᾶσαν
Γαῖαν, ἢ πικρῷ μοίρῳ πέμψει θεὸς αὐτοῖς,
Ἐξ ἐδάφους φλέξας πόλιας, ἢ πολλὰ τέμενλα.
Αἰ αἴ σοι [133] Κρήτη πολυώδυνε, εἷς σε πεσῇ ἥξει

Nec vitæ numerus, nec erit tribus amplius ulla,
Injuſtam propter linguam, vitamque nefandam,
Quam trivere omnes referantes ora profana,
Tetraque dixerunt, injuſtaque, falſaque verba:
Et contra magnum Regemque, Deumque ſtete-
runt,
Oreque falſa malo vomuerunt: propter id ipſos
Cunctas terribilis per terras cæde domabit,
Et mandabit eis Deus heu triſtiſſima fata,
Evertens urbes & multas funditus arces.
Eheu Creta tibi, multum dolitura: manet te

Πλη-

133 Κρήτη] Creta, à Crete Rege dicta, *Candia*, inſula maris Cretici maxima; multis, teſte Sol. nominibus appellata, Aëria, Curetis, Hecatompolis, Macaros & Macaroneſos. Longa 270. mill. paſſ. lata 50. à Sicilia 562. in ort. à Malea prom.

Πλαγὴ, ἡ φοβερὰ αἰώνιος ἀξαλαπαξία.
Καὶ σεκα πυζομένων πᾶσα χθὼν ὄψεται αὐθις.
Κ' ἔσε δι αἰῶνος λείψει πῦρ, ἀλλὰ καὶσα.
Αἰ αἴ σοι Θρήκη, ζυγὸν ὡς εἰς ἄλιον ἥξεις.
Ηνίκα σύμμικτοι [134] Γάλαται τῆς Δαρδανίδαισιν

Clades, pernicie, te proſtratura perenni,
Et te fumantem tota olim terra videbit,
Semper & ardentem nunquam te deſinet ignis.
Heu tibi Thraca, jugum quoniam ſeruile ſubibis,
Cum Græcos Galatæ permixti, Dardanidæque,
Ελλάδ'

promporis. Peloponneſi 80. à Phycunte prom. Cyrenes 225. in Bor. Venetis, quamvis ab eis remotiſſima, paret. Nullum animal noxium præter phalangium auctore Plin. gignit. Caret & cervis, apris, & erinaceis, ſicuti Africa cervis & urſis, & Arabia ſuibus. Urbes olim claræ Gnoſſus, & Gortyna: inde Cydon, Lyctos, Lycaſtos, Phæſtos, Dictynna. Nunc Matium primaria, Cydon, & Rhitymna. Urbes 12. habuit epiſcopales, ex quibus manent, præter tres memoratas, Miloporamos, Cytæum, Cherſoneſus. A centum urbibus olim Hecatompolis dicta. De ea Virg. libr. 3. Æn.

Creta Iovis magni medio jacet inſula ponto.

Ejus etiam mem. Luc. lib. 3.

Jam dilecta Iovi centenis venit in arma.
Creta vetus populis, Gnoſſaſque agitare pharetras.

Hinc Cretæus, & Cretenſis nom. gent. & Creticus. Pop. Cretes apud Poëtas, qui & Cres habent in numero ſingulari.

— Phœbo gratiſſima dona
Cres tulit.

Cretani apud Plaut. in Curcul. & Cretenſes. Creſſius & Creſſus nom. gent. apud Poëtas, idem quod Cretæus & Cretenſis: Virg. lib. 8. Æn.

— Tu Creſſia mactas
Prodigia.

Cretenſes tanquam perfidi habiti ſunt, locumque adagio dedere, ut quoties improbum cum improbo agere videmus, dici ſoleat, *Cretenſis cum Cretenſi*, vel *Cretenſis cum Ægineta*. Unde illud, *cum Cretenſi Cretizæ*, ſimile illi, *cum Care Carizæ*, apud Plutarch. in Lyſandro, & apud Diogen. non abſimile ei quod dicimus, *cum vulpe vulpizandum*, hoc eſt, mendaciis cum mendaciis utendum. *Ferrarius.*

134 Γαλάται] Regius codex Γαλάτας ἐς Δαρδανίδαισιν ἅλις ἐσῃ. *Oporinus.*

Ἑλλάδ' ἐπεσυμφώνως πορθέοντες, τότε σοι κακὸν ἔσαι,
Γαίῃ δ' ἀλλοτρίῃ δ' ὦσεις κακὸν, ἠδὲ πτήψῃ,
Αἴ αἴ σοι Γὼγ, καὶ πᾶσιν ἐφεξῆς ἅμα Μαγὼγ,
Μαρσὼγ ἠμ' Ἀγγὼν, ὅσα σοι κακὰ μοῖρα πελάζει;

Vastabant avide: tum te tua damna laccssent,
Externæque malum terræ dabis, accipiesque.
Heu tibi Gogque, Magogque, aliisque ex ordine cunctis,
Marsog, atque Angon: tibi quot mala fata propinquant?

Πολλὰ

135 Γαίῃ δ' ἀλλοτρίῃ &c.] Uterque codex γαίῃ δ' ὁ ἀλλοτρίῃ, abundat vel δὲ, vel ὁ. *Idem.*

136 Μαρσὼγ ἠδ' Ἀγγὼν] Cod. reg. cod. legit Μαρσὼν ἢ Δαγὼν. *Dagon.* Peculiaris hic Philistinorum deus, ut hinc constat, & ex 1 Sam. 5. 2. & Paralip. 10. 10. & 1 Mac. 10. 83. [Unde dictus & qualisnam deus hic fuerit, non convenit inter interpretes.] 1. Quidam à דג *piscc* deducunt, quod piscis forma effingeretur. Inferiori parte piscis erat. Ab umbilico & infra piscis figuram, supra vero hominis formam, habuit; ad eum videlicet modum quo Tritones & Nereides superstitiosa finxit coluitque antiquitas: ut mirum non sit 1 Sam. 5. 4. manus Dagoni adscribi, de pedibus sileri, cum ἀνωδὴς esse soleat prodigiosi hi pisces. Multi sentiunt Dagonem non alium esse quem *Atergatum*, i. e. אדר דגה *magnificus & illustris piscis.* Aliis *Derceto* dicitur, vel *Dercetim.* De hac sic Diodorus Siculus l. 3. *In Ascalone est templum deæ Derceto, facie hominis, reliqua parte corporis piscem referentis.* Similia habet Lucian. de Dea Syria. [Sed hæc sententia non placet Bocharto.] LXX Seniores in 1 Sam. 5. vestigia pedum idoli Dagon in limen cecidisse scribunt, id nunquam addituri, si Dagonem credidissent in piscem desiisse. Pisces enim νήνωδες dicuntur, quia carent usu pedum. Hoc præcipuum, quod Tyriis, Nehemiæ tempore, non fuit religio pisces vendere. Igitur undecunque sumpserit originem ista Syrorum superstitio, qua piscem attingere vel comedere nefas putabant, Nehemia recentior est, quo cultum idoli Dagon multo fuisse antiquiorem nemo est qui nesciat. Potior ergo est meo judicio veterum sententia, qua *Dagon* & *Atergatis*, vel *Astarte*, plane diversa sunt numina. Sic Philoni Byblio *Dagon* frater est, & *Astarte*,

Πολλὰ ὴ καὶ Λυκίων ἡοῖς, Μυσῶν τε, Φρυγῶν τε,
Πολλὰ ὴ Παμφυλίων ἔθνη, Λυδῶν τε πεσεῖται,
[137] Μαυρῶν τ', Αἰθιόπων τε, καὶ ἐθνῶν βαρβαροφώνων,

Multa etiam Lyciæ natis, Mysæque, Phrygumque,
Pamphyliæque cadent gentis, Lydique frequentes,
Maurique, Æthiopesque. & quorum barbara lingua est

[138] Καπ-

Astarte, *Saturni* uxor. Ibidem *Dagon* Græce redditur Σίτων, *frumentarius*, quia דגן est *frumentum*. Et additur causa nominis; *quia invenit frumentum & aratrum, vocabatur* Ζεὺς Ἄροτριος. Itaque nomen à forma non habuit, sed ab inventione frugum. Ita Philo ex Sanchuniathone, qui, Eusebio teste, Phœnicum historiam scripsit ante Trojani belli tempora, nempe, circa ætatem Jephte, ut nos alibi probamus. Quidni tam vetusto scriptori de gente sua plus credam, quam Hebræorum magistris heri & hodie natis, quique adeo sibi non constant? *Dagoni* quippe figuram *hominis* tribuit R. Levi; *piscis*, R S. figuram ex utroque mixtam, R. David. *Dagon* à Dagan *frumentum* deducunt, exponuntque, *Deum frumenti*, vel *frumentarium*, nempe ut sit Jupiter, vel Janus, vel Ceres. At sic diceretur potius *Dagamon*. Prætérea, consentiunt omnes, pisces in summa veneratione fuisse apud Syros ac Phœnices, (testibus Cic de Nat. deorum 3. Diodor. 2. 2) necnon apud Ægyptios, (teste Plut. in Iside & Sympos. 8. 8.) *Dagon* erat Triton maritimarum gentium; quales erant Philisthæi. *Dagon* à דג, non à דגן. Sunt pisces superne hominem præferentes, unde gentes numina fecere, quæ Tritones Græcis. Tales in fœminino sexu *Nereides* & *Sirenes*: qua specie dea Phœnicum erat *Decerto*, alus Atargatis. Meminere Plinius & Aratı Scholiastæ Græci & Latini. Puto Græcos literam R. interposuisse; nomen autem ejus Phœnicium fuisse דגתא *Dageto*, piscis fœmina. *Polus*.

137 *Μαυρῶν*] Forte *ἠῶων* pro *μαύρων* legendum: hoc modo legit Gallæi *MS.* Lydi cum Caribus conjunguntur Cares cum Æthiopibus *Ορϕοφώνους*. *Mauri*, populi, qui Mauritaniam Africæ regionem Occidentalem versus Gaditanum fretum incolunt. Eos fuisse Indos, & Hercule duce, cum innumera aliarum gentium multitudine, in hæc loca pervenisse, multi crediderunt, uti Strab. libro ult. scribit. Sane Sallustius, *in Jugurthino*, Mauros & Numidas reliquosque qui Maritimam Africæ cultiorem reddiderunt Medos, Armenios, Persas & Phœnices, fuisse indicat. *Mauri* (inquit Bochartus) מוהרין quasi *Posteri*, vel *Occidentales* dicti ab אחור / quod & *Posterius*, & *Occidentem* sonat.

138 Καππαδόκων τ' Ἀράβων τε. τί δὴ καὶ μοῖραν ἕκαστον

Cappadoces, Arabesque. quid autem singula pando?

Ἐζωδῶς

sonat. Plene scriberetur *Mauharin*. Sed guturales passim elidi nemo est qui nesciat. Inde *Maurus* pro *Mauritanus*. Horatius *Carm.* 2. *Od.* 6.

Barbaras Syrtes, ubi Maura semper
——— *Æstuat unda.*

Superati in Hispania, ab Alphonso Legionis Reg. & ejus Successf. Ferdinando, An. Christi 1212. 1247. tota vero Hispania exuti sunt, à Ferdinando Arragoniæ Rege *Inquisitione* contra ipsos instituta, & victo Mahomete Rege, Anno Christi 1491. *Hofmannus.*

138 Καππαδόκων] *Cappadocia*, Asiæ regio ampla mari Euxino exposita, inter Galatiam ad occid. & Armeniam min. ad ortum contenta introrsus in austrum usque ad Ciliciæ fines Tauro monte dividente extensa, Plin. libro 6. capite 8. Strab. lib. 12. Hujus præses, Cl. Herminianus, acris Christianorum hostis, tandem à vermibus corrosus, dedit operam omnem, ne illi id rescirent: *Nemo sciat*, ajens, *ne gaudeant Christiani*. Anno 210. Docuit ibi Firmilianus, Anno 255. Occupata est à Solimanno Turc. Imp. Alimbego, per Bassam Ferat, occiso, Anno Chr. 1537. una cum Galatia & Armenia, P. Jovius, Thuan. *in Historia &c.* In ea urbes olim celebres Trapezus, Comana Pontica, & Comana Cappadociæ, deinde Amasea, Cæsarea, Tyana, & Sebaste ac Satala. Nunc clarent Amasea, ex qua nomen regionis ad occid. quæ *Amasia* nominatur, Trapezus & Nicopolis, ex qua regio ad ortum *Genech* dicitur & Neocæsarea, in medio, ex qua reg. *Toccato* vocatur. Ferrar. In 4. prov. hodie dividitur, *Genech*, *Suas*, *Anadole & Amasia*, juxta Morerium.

Urbes Cappadociæ, quæ adhuc durant, cum aliquot e Armeniâ min. sunt hæ:

Amasea,	Laranda,
Archalla,	Mazaca, postea Cæs.
Baratha,	Melitene,
Cæsarea. V. Macaca,	Mocasus,
Comana Ponti,	Neocæsarea,
Cerasus,	Nazianzum,
Cybistra,	Nysa,
Derba,	Pharnacea,
Diocæsarea,	Pityusa,
Iconium,	Polemonium,
Rhizus & Rhizæum,	Sebastopolis,
Sasima,	Trapezus,
Sebaste,	Tyana.

Pop. *Cappadoces*. Duobus olim insignes fuere. Primo Equis. Dionysius Perieg. vers. 973.

——— Ἐπ' ἠπείροιο βαθείης
Καππαδόκαι ναίουσι δυώμενοι ἱππιοχάρμαι.

Solinus, ubi de *Cappadocia*, *Terra illa ante alias altrix equorum, & proventui equino accomodatissima est*. Solinum secutus Isidorus,

Terra ejus ante alias nutrix equorum.

Oppianus Cyneg. lib. 1. vers. 197. de equis Cappadocicis:

Καππαδικαὶ τε κλυτῇ, Ταύρῳ ὑποπρὸ ναίουσι.

Item,

Κεφαλότερος δὲ πέλωρον ὅσον μέλας ἐγκεφάλοιο.

Secundo Mulis. Hom. *Catalogo*,

Ἐξ Ἐτεάων ὄφρα ἡμιόνων γένος ἀγροτερᾶων.

Id est,

Ἐξαυδῶ; πᾶσιν γὰρ ὅσοι χθόνα ναιετάουσιν,
Ὑψιζυγὴς ἀρότου ἐπιπέμψει ἔθνεσι πήμα.
Ἕλλησιν δ' ὁπόταν πολυβάρβαρον ἔθνος ἐπέλθῃ,
Πολλὰ μὲν ἐκλεκτῶν ἀνδρῶν ὀλέσουσι κάρηνα.

Quotquot enim gentes versantur in orbe, tremendam
Omnibus immittet cladem Deus ille supremus.
Barbara gens vero cum Græcos aggredietur,
Multa quidem capita exstirpabit lecta virorum,

Πολλὰ

Id est, ex Amiso Cappadociæ urbe, ad Pontum celeberrima, ut veteres interpretantur. Unde colligit Constantinus Porphyrogenneta, *Them. 7.* Τὸ Ἀμισηνὸν γένος ἱκετεῦσαι περὶ τοῦ σωθῆναι. Et Plutarchus, ἀπὸ φιλοσπουδίας, in divitum jumentis censentur, ἡμίονοι Γαλατικαὶ, qua inter Galatas, & Cappadocas medii sunt Heneti. De iisdem ita Plinius 8. 44 *Theophrastus vulgo parere mulas in Cappadocia tradit, sed esse id animal sui generis.* Et Strabo lib. 11. Cappadociam scribit, Persis conferre quotannis, tributi nomine, ἵππους χιλίους, καὶ παιδικούς, ἡμιόνους δὲ διχιλίους. Mancipiis etiam notabiles fuere. Cicero *in Oratione, post reditum in Senatu, Cappadocem modo abreptum de grege venalium dicens.* Horatius libro 1. ep. 6.

Mancipiis locuples, eget æris Cappadocum Rex.

Pers. Sat. 6.

——— *Ne sit præstantior alter*
Cappadocesve rigido pinguis pavisse catasta.

Mart. 10. 76.

Nec de Cappadocis eques catastis.

V. & Claud, *de equo Hon.*

Nempe Cappadocum ingenia tam erant servilia; ut, cum illis Romani permisissent vivere suis legibus, libertatem deprecati sint, εἰ γὰρ δύναιντο φέρειν αὐτὴν ἴφασαν. Hæc de suis civibus refert, Strabo ipse Cappador, lib. 16. Historia regionis hujus paucis ista est. Ariarates, unus ex priscis Cappadociæ Regibus. Cujus Successorum plures P. R. amici. Ariobarzanes sæpe à Mithridate pulsus, à Pompejo restitutus est. Quo mortuo Archelaus, favente Antonio, regno admotus est, cujus filia Glaphira Alexandro, Herodis M. filio nupsit. Postea in provinciam Cappadociæ à Rom. redacta est, & per Proconsules administrata. Isaacus Comnenus, Constantinopoli profugus Anno 1204. ibi imperii Trapezuntini sedem constituit, à Trapezonte Metrop. ducti, mansitque usque ad Davidem Calo Johannem, à Mahomete 2. ann. 1461. captum. Qui in Græciam abductus, cum regia prole, ibi necatus est. Volaterr. & Genebr. *Chron.* Nicetas, P. Jovius, *histor. Idem.*

Πολλὰ ὃ πίονα μῆλα βεβρῶ λαοδηλήσονται,
Ἱππων θ', ἡμιόνων τε, βοῶν τ' ἀγέλας ἐρεμύκων
Δώματά τ' ἀἰποίητα πυρὶ φλέξουσιν ἀθέσμως.
Πολλὰ ὃ σώματα δῆλα πρὸς ἄλλην γαῖαν ἀνάγκη
Ἄξουσιν, καὶ τέκνα, βαθυζώνους τε γυναῖκας
Ἐκ θαλάμων ἁπαλὰς, τευφερῆς ποσὶ πρόσθε πεσούσας
Ὄψονται δεσμοῖσιν ὑπ' ἐχθρῶν βαρβαροφώνων
Πᾶσαν ὕβριν πάσχουσας δεινήν. κοὐκ ἔστι' αὐτῆς
Μικρὸν ἐπαρκέσων πόλεμον, ζωῆς τ' ἐπαρωγός.
Ὄψονται τ' ἰδίας κτήσεις καὶ πλεῖστον ἅπαντα
Ἐχθρὸν καρπίζοντα. τρόμῳ δ' ὑπὸ γόνασιν ἕταρ

Multas balantes hominum corrumpet opimas,
Mulorumque greges, & equorum armenta, boumque,
Infandoque domos elegantes igne cremabunt:
Multaque diversum ducent captiva sub orbem
Corpora vi, molles pueros, cinctasque parentes
Ex thalamis, pedibus teneris quas ante jacentes
Cernent in vinclis (constringet barbarus hostis)
Omnia dura pati nec erit tamen ulla potestas
Sævum pellendi bellum, vitamque tuendi.
Cernent divitiis hostem, rebusque fruentem
Omnibus ipsorum: trepidi genibusque trementes,

Φεύξον-

Φεύξονται δ' ἑκατὸν, εἷς δ' αὐτὸς πάντας ὀλέσσει.
[139] Πέντε δ' κινήσαι βαρὺ χόλον, οἱ δ' ἅμα λαὸς αὐτὸς
Αἰχμῇσι φυσήμενοι πολέμῳ, δεινῷ τε κυδοιμῷ,
Οἵσουσιν ἐχθρῆσι χαρὴν, Ἕλλησι δὲ πένθος.
Δήλιος δ' ἄρξει ζυγὸς ἔσσεται Ἑλλάδι τάσῃ.
Πάντα δ' ὁμοῦ πόλεμός τε βροτοῖς καὶ λοιμὸς ἔτ' ἔσται,
Χαλκεῖόν τε μέγαν τεύξει θεὸς οὐρανὸν ὑψοῦ,
Ἀβρεχίλιον τ' ἐσὶ γαῖαν ὅλην, αὖτη δ' σιδηρῆ.
Αὐτὰρ ἔπειτα βροτοὶ δεινῶς κλαύσουσιν ἅπαντες
Ἀποείλιον καὶ ἀνηρσίην, καὶ πῦρ ἀπὶ γαίης.

Et fugient unum centum, per eumque peribunt:
Quinque autem magnum superabunt agmen, & illi
Turpiter utentur pugna, tristique tumultu,
Lætitiamque ferent hosti, Græcisque dolorem,
Et servile jugum portabit Græcia tota.
Cuncta simul tangent homines, bellumque, luesque,
Et superum cœlum Divinitus ære rigebit,
Nec pluviis ullis madefiet ferrea terra.
Post ea mortales omnes miserabile flebunt
Igneque vastari, nec ararier arva, serique.

[140] Καὶ

139 Πέντε δ' &c.] Deuteronomii c. 32. *Persequetur unus mille, & duo juvenculi fugabunt decem millia. Opsopœus.*

140 Καὶ δὴ τότε πολλὰ ἰσόν, ὃς ἔφανον ἔκτισε καὶ γαῖαν.
Πάντων δ' ἀνθρώπων τὸ τρίτον μέρος ἔσται αὐδῆς.
142 Ἑλλὰς δὴ τί πέποιθας ἐπ' ἀνδράσιν ἡγεμόνεσσι
Θνητοῖς, οἷς οὐκ ἔστι φυγεῖν θανάτοιο τέλευτὴν;
Πρὸς τί τε δῶρα μάταια καταφθιμένοισι ποείζεις,
Θύεις τ' εἰδώλοις; τίς τοι πλάνος ἐν φρεσὶ ἧκε
Ταῦτα τελεῖν προλιπόντι θεὸν μεγάλοιο πρόσωπον;

Et mala multa dabit cœli terræque creator.
Atque hominum fiet pars tertia sola superstes.
Græcia principibus quid fidis morte caducis,
Ultima queis leti non est evadere fata?
Quorsum defunctis donaria vana reponis?
Qnidve litas statuis, quis te malus error ad ista
Mentis agit, magni linquentem numinis ora?

Οὕνο-

140 Καὶ δὴ τότε] Ambo scripti codices & vetus editio referunt καὶ δὴ πόλλ' ἰσόν. non malo, ut arbitror: videtur enim Sibylla significare, in ea Græciæ calamitate loca ubi prius urbes steterant, aquis inundata navibus iter datura, vel urbibus excisis sylvas orituras, unde materia navium malis apta excindatur. *Opsopœus.*

141 Ἑλλὰς δὴ &c.] Lactantius libro 1. capite 15. ubi adversus Græcorum vanitatem, qua homines pro diis colebant, disserit, hanc Sibyllæ adversus eos increpationem citat, sed secundo versu mancam, exteris variantem. Nam ubi in tertio est πορίζεις, Lactantii vulgati codices habent ἀναπορίζεις. verum scriptus codex opt. notæ, qui est in bibliotheca integerrimi Senatoris cl. Puteani, plane cum Sibyllinis libris consentit, quemadmodum etiam in reliquis, ubi publicati fuerunt, τίς τοι πλάνος ἐν φρεσὶ ἧκε, ὃς τί σε πρὸ πασῶν μεγάλου θεοῦ ἀφορᾶσθαι, in Puteani membrana scribitur, τίς σοι πλάνος ἐν φρεσὶ ἧκε πάντα πάλιν προλιπόντι θεὸν μεγάλοιο πρόσωπον, cum hac interpretatione, *Quis tibi error in mente posuit, ut hæc facias derelicta Dei magni facie? Idem.*

142 Ἑλλὰς

Οὔνομα παγχρέατος τεσέβας δέχε, μὴ ἁλάθησε.
[142] Χίλια δ' ἔς' ἔτεα ἠὲ πένθ' ἑκατὸν τάδες ἄλλαι,
Ἐξ ἧς δὴ βασίλευσαν ὑπερφίαλοι βασιλῆες
Ἑλλήνων, οἳ πρῶτα βροτοῖς κακὰ ἠγεμόνευσαν,
Πολλὰ θεῶν εἴδωλα [143] καταφθιμένοις θανέοντων·
Ὧν ἕνεκεν τὰ μάταια φρονεῖν ὑμῖν ἀπεδείχθη.
Αλλ' ὁπόταν μεγάλοιο θεοῦ χόλος ἔστεται ὑμῖν,
Δὴ τότ' ἐπιγνώσεσθε θεοῦ μεγάλοιο πρόσωπον.

Accipere omniparens nomen numenque memento.
Mille anni atque aliæ sunt penthecatontades, ex quo
Græcorum reges regnum tenuere superbi,
Qui mala mortales docuerunt prima magistri,
Tot simulachra deum statuentes luce carentum:
Ex quibus effectum est, ut tam sapiatis inane.
Verum quando Dei magni vos ira laceſſet,
Tunc agnoscetis conspectum numinis alti.

Πᾶσαι

142 Χίλια δ' ἔς' ἔτεα &c.] Secundum Sibyllam scripta sunt hæc Mille & quingentis annis post fundatum Græcorum Imperium, hæc autem Sibylla si fuit cum Noacho in arca ejusque nurus, quis unquam credat illam fuisse tam longævam ut etiam mille quingentos annos vixerit, post stabilitum Græcorum Imperium. Dicimus ergo mentiri Sibyllam venditantem historias quæ ante illam evenerunt, pro Prophetiis: quæcunque enim scribit de Moyse; de regno Macedonum, de Salomone &c. tota quanta hæc ex historiis, sunt hausta & pro prophetiis falso obtruduntur. de his qui plura desiderat legat ea quæ in Dissertationibus nostris pag. 489. diximus. *Gallæus.*

143 Καταφθιμένοις] Videtur legendum καταφθιμένοιοι πάντες, *mortuis ponentes* statuas scilicet. Vide Lactantium libro 1. cap. 15. ubi docet quomodo homines pro diis cœperint coli. *Opsopæus.*

Πᾶσαι δ' ἀνθρώπων ψυχαὶ μεγάλα στενάχουσαι
Ἄνδα πρὸς οὐρανὸν ὑψοῦ ἀναχόμβοι χέρας αὐτῆς
Ἀρξονται βασιλῆα μέγαν ἐπαμύντορα κλήζειν,
Καὶ ζητεῖν ῥυσῆα χόλου μεγάλοιο, τίς ἔσαι.
Αλλ' ἄγε καὶ μάθε τοῦτο, καὶ ἐν φρεσὶ κάτθεο σῆσιν,
Οσσα περιπλομένων ἐνιαυτῶν κήδεα ἔσαι,
144 Καὶ τὰς ἑλλὰς ἔρεξε βοῶν, ταύρων τ' ἐρεμύκων,
Πρὸς γαὸν μεγάλοιο θεοῦ ὁλοκαρπώσασα
Ἐκφεύξῃ πολέμοιο δυσηχέος, ἠδ' ἐ φόβοιο
Καὶ λοιμοῦ· καὶ δοῦλον ὑπεκφεύξῃ ζυγὸν αὐτῆς.

Atque omnes animæ mortales multa gementes,
In cœlum recta manibus sublime supinis,
Regis opem magni incipient orare vocantes,
Quærereque, ecquis eos tanta defendat ab ira.
Hoc quoque discendum, & memori tibi mente tenendum,
Funera volvendis annis sint quanta futura,
Græcia quando boves & tauros cædet opimos,
Ad magnique Dei templum libamina sistet,
Effugiet creperum bellum, pestemque, metumque,
Et servile jugum tandem cervice repellet.

Αλλὰ

144 Καὶ τὰς ἑλλὰς &c.] Regius codex τὰς ἑλλὰς τ' ἴππους abjecto τε. Idem, Ita etiam legit Gallæi MS.

145 Οσ-

Ἀλλὰ μέχεις γέ σε τῆδε ἀσεβῶν γῆρας ἔσσεται ἀνδρῶν

[145] Ὁππότε κεν τοῦτο παρελάβῃ τέλος αἴσιμον ἦμαρ.

Οὐ γὰρ μὴ θύσητε θεῷ, μέχρι πάντα γένηται,
Ὅσα μόνος βεβούλευται ὃν ἀτέλεστα θεός γε,
Πάντα τελεσθῆναι καθαρὴ δ' ἐπικείσεται ἀνάγκη.
Εὐσεβέων ἀνδρῶν ἱερὸν γένος ἔσεται αὖτις,
[146] Βλαισὶ δ' ἐνὶ φρεσὶ πεφυκότες ὑψίσοιο,
Οἳ ναὸν μεγάλοιο θεοῦ παρὰ κυδαίνεσι

Sed tamen impia ſtirps hominum illuc uſque vigebit,
Dum finem hoc capiat tempus fatale, dieſque.
Non vos quippe Deo libabitis ante, peracta
Omnia quam fuerint, ſtatuet quæcunque voluntas
Certa Dei, fieri quæ prorſum cuncta neceſſe eſt.
Tunc hominum tandem ſurget gens ſacra piorum,
Qui præcepta Dei retinentes mente ſupremi,
Ejus honorabunt caſto libamine templum,

[147] Λοιδῆ

145 Ὁππότε &c.] Hi verſus longe aliter leguntur quam à Lactantio allegantur lib. 5. de vita beata cap. 20. quem locum (ſi tanti eſt) adi. *Gallæus.*

146 Βλαισὶ δὲ κ.τ.λ.] Vera eſt conjectura oræ appoſita, νόμῳ. Sic ſupra cum de novo hoc hominum genere, hoc eſt de Chriſtianis, loqueretur, addit eos magni regis lege regendos. *Oporinus.*

147 Λοιδῆ

147 Λοιβήτε κνίσσητ', ἠδ' αὖθ' ἱερῇς ἑκατόμβαις,
Ταύρων ζατρεφέων θυσίαις, κριῶν τε τελείων,
Πρωτοτόκων οἰῶν τε, καὶ ἀρνῶν πίονα μῆλα·
Βωμῷ ἐπὶ μεγάλῳ ἁγίως ὁλοκαρπεύοντες.
Εὖ δ' ἐδικαιοσύνην νόμῳ ὑψίστοιο λαχόντες
Ὀλβιοι οἰκήσουσι πόλεις, καὶ πίονας ἀγρούς
Αὐτοὶ δ' ὑψωθέντες ὑπ' ἀθανάτοιο θεοφῆται,
Καὶ μέγα χάρμα βροτοῖς πᾶσιν φέροντες.
Μουνοίοις γάρ σφιν δῶκε θεὸς μέγας εὖφρονα βουλὴν,
Καὶ πίστιν, καὶ ἄρειον ἐνὶ στήθεσσι νόημα.

Et ſuffiminibus: cædetur & hoſtia multa,
Et tauri pingues, aries quoque multus, oveſque
Primigeno partu natæ, cum pinguibus agnis,
Quæ ſancte magna procurabuntur in ara.
Sortitique æquas partes, ex lege ſupremi,
Oppida felices habitabunt, arvaque læta.
At vates præerunt, quos immortalis honorat,
Quique bonum portant cunctis mortalibus ingens.
Solis quippe Deus ſanum donavit habere
Conſiliumque, fidemque, bonamque in pectore mentem,

148 Οἵ

147 Λοιβήτε κνίσσητ'] Simile hemiſtichium exagitat Clem. Alexand. pag. 17. Græcæ eſt apud Homerum Iliad. ult. λοιβῆς τε κνίσσης τε· τὸ δὲ λοιβὴν γίνεσθαι ἁμαῦς. quod editionis. *Idem.*

148 οἵ

148 Οἵ τινες οὐκ ἀπατῆσι κεναῖς οὐδ' ἔργ' ἀνθρώπων,
Χρύσεα, ἢ χάλκεια, ἢ ἀργύρε', ἠδ' ἐλέφαντα,
Καὶ ξυλίνων λιθίνων τε θεῶν εἴδωλα καμόντων,
Πήλινα, μιλτόχρωτα, ζωγραφίας τυποειδέες,
Τιμῶντες, ὅσα κέντε βροτοὶ κενεόφρονι βουλῇ·
Ἀλλὰ μιν ἀείρουσι πρὸς οὐρανὸν ὠλένας ἁγνάς,
Ὀρθριοι ἐξ εὐνῆς αἰεὶ χέρας ἁγνίζοντες
Ὕδατι, καὶ πρώτιστα θεὸν τὸν ἀεὶ μέγαν ὄντα.

Nec vero vanis erroribus ulla laboris
Humani monimenta colunt, aut ære vel auro
Cusa, vel argento simulachra, vel intereuntum
Ligno, vel saxo factorum signa deorum:
Aut creta aut minio vivos in imagine vultus,
Qualia stultitia mortales mentis adorant:
Verum protendunt castas ad sidera palmas,
Ex lectoque manus surgentes mane repurgant

149 Αθα-

148 Οἵ τινες] Clemens Alexandrinus in protreptico pagina 27. refert sequentes octo versus de Hebræis, sed absque auctoris nomine. In hoc scribe ἀπάτησι. In secundo legit ἢ χρύσε, ἠδ' ἐλιφαντος, in tertio τε βροτῶν εἴδωλα ἰκνίσαν. Quartum præterit Clemens: ut interpolatus videri possit. In quinto scribit πρώτιν, ὅσπερ π. In sexto ἀλλὰ χθ. In septimo & octavo χεῖρ ἁγνίζοντες ὕδατι, ἢ πρώτοι μόνον τ' ἀεὶ μεδέοντα, *Corpus aquis lustrantes, & venerantur solum regem æternum.* Hisce non absimilis est locus Sophoclis ita scribentis: θνητοὶ πολυκηδέες πλανώμενοι, ἰδρυσάμεθα, πημάτων ἄθεον ψυχὴν, θεῶν ἀγάλματ' ἐκ λιθίνων, ἢ ζύλων, ἢ χαλκέων, ἢ χρυσοδέκτων, ἢ ἐλιφαντίνων τύπων, ἱστάσι τε τούτοις ἑκατὸς πανημέρους ἱερητεῖς, ὅσιος δοκοῦν τοιμζεσθαι. *Idem.*

149 Ἀθάνατον, καὶ ἐπειτα γονεῖς· μετὰ δ' ἔξοχα πάντων
Ἀνθρώπων, ὁσίης δὲ νύης μεμνημένοι εἰσὶν·
Κοὐδὲ πρὸς ἀρσενικὰς παῖδας μίγνυνται ἀνάγνως,
Ὁσσάτε Φοίνικές τ', Αἰγύπτιοι, ἠδὲ Λατῖνοι,
150 Ἑλλάς τ' ἀρύχορος, καὶ ἄλλων ἔθνεα πολλὰ,
Περσῶν, καὶ Γαλατῶν, πάσης δ' Ἀσίης, ἁβρανίτες
Ἀθανάτοιο θεοῦ ἁγνὸν νόμον, ὃν παρέβησαν.
Ἀνθ' ὧν ἀθάνατος θεὸς πάντεσσι βροτοῖσιν
Ἄτλην, καὶ λιμὸν, καὶ πήματά τε, σοναχάς τε,
Καὶ πόλεμον, καὶ λοιμὸν, ἴδ' ἄλγεα δακρυόεντα·

Semper aqua, atque Deum, qui semper magnus, honorant
Æternum, post quem patres matresque: deinde
Ante omnes homines sancti meminere cubilis:
Nec maribus pueris scelerate congrediuntur,
Sicut Phœnices, Ægyptusque, atque Latini,
Frugiferensque aliis cum multis Græcia terris,
Persis, & Galatis, Asianisque omnibus, almam
Æterni legem qui contempsere Tonantis:
Pro qua re Deus in mortales sæviet omnes,
Immittetque famem, plangores, bella, malam rem,

Οὔνε-

149 Ἀθάνατον] Sibylla vel Phocylidis carminum initium initium imitata est, vel Sibyllam Phocylides. *Idem.*

150 Ἑλλάς τ'] Ita Regius Codex; at priores editiones ἄχωρ. *Idem.*

151 Οὔνε-

Οὔνεκεν ἀθανάτου χωέτεω πάντων ἀνθρώπων
Οὐκ ἔθελον πιμᾶν ὁσίως, εἴδωλα δ' ἐτίμων
Χειροποίητα σέβοντες, ἀρίψαντι βροτοὶ αὐτοὶ
Εν χθιμαῖς πέτρων καλαχρύψαντες δι' ὄνειδος.
151 Οππόταν Αἰγύπτου βασιλεὺς νέος ἕβδομον ἄρχῃ
Τῆς ἰδίης γαίης, ἀριθμεύμενος ἐξ Ελλήνων,
Αρχῆς ἧς ἄρξουσι Μακεδόνες ἄστετον ἀνδρες·
Ελθῃ δ' ἐξ Ασίης βασιλεὺς μέγας ἀιετὸς αἰθων,
Ος πᾶσαν σκεπάσῃ γαῖαν πεζῶν τε καὶ ἱππέων,
Παντα ὑποσυγκόψῃ, καὶ πάντα κακῶν ἀναπλήσῃ,

Peſtem, perniciem, lachrimas, triſteſque dolores.
Æternum quoniam ſancte decorare parentem
Nolentes, hominum generis ſimulachra colebant
Facta manu, ſtupidi: in rupes quæ jacta cavatas
Mortales abdent, magno cogente pudore,
Cum novus Ægypti rex ſeptimus imperitabit
In propria terra, de Græcis annumerandus,
Cui Macedo imperio dominabitur imperioſus:
Ex Aſiaque aquilæ veniet rex magnus ad inſtar,
Ardens, qui terram peditumque equitumque ca-
tervis
Obducet, qui cuncta malis labefacta replebit,

Ρίψῃ

151 Οππόταν] De Ægyptiorum rege ſeptimo & regni deſtructione ſunt & alia Sibyllæ vaticinia. *Idem.* Facta per Regem hunc ſeptimum intelligit Ptolomæum Philometora ſub tutela Romanorum exiſtentem. *Gallæus.*

Ῥίψει δ' Αἰγύπτου βασιλήιον, ἐκ δέ τε πάντα
Κτήματ' ἐλὼν ἐποχεῖται ἐπ' εὐρέα νῶτα θαλάσσης
Καὶ τότε δὴ κάμψουσι θεῷ μεγάλῳ βασιλῆι
Ἀθανάτῳ γόνυ λευκὸν ἐπὶ χθονὶ πολυβοτείρῃ,
[152] Ἔργα θ' χειροποίητα πυρὸς φλογὶ πάντα πεσεῖται.
[153] Καὶ τότε δὴ χάρμῃ μεγάλῳ θεὸς ἀνδράσι δώσει.
Καὶ γῆ, καὶ δένδρεα, καὶ ἄσπετα ποίμνια μήλων,
Δώσουσι καρπὸν τὸν ἀληθινὸν ἀνθρώποισιν,
Οἶνον, καὶ μέλιτος γλυκεροῦ, λευκοῦ τε γάλακτος,

Et regnum Ægypti prosternet, & omnia secum
Asportans, vastum discedet prædo per æquor:
Tumque genu flectent album regique, Deoque
Magno immortali per terras omni parentes,
Et fabrefacta manu considunt omnia flammis.
Tunc Deus humanis concedet gaudia magna:
Terraque, & arboreæ stirpes, pecudumque catervæ
Innumeræ veros fructus mortalibus edent,
Vinum, dulceque mel, niveum lac, quodque vel inter

Καὶ

152 Ἔργα &c.] Citatur à Lactantio libro 7. capite 19. in fine, nunc paratim ex Erythræa: sed alia carminis clausula, ἔργα δὲ χειροπλαστὰ θεῶν σωτηρίου αὐτοῦ. ubi rectior scriptura Lactantii qui est in membrana, κατακαυθήσεται. *Opsopœus*

153 Καὶ τότε &c.] Idem allegat sequentes quinque libro eodem capite 24. in quorum primo vulgo χαρᾷ scribitur. sed contra vetus Lactantii exemplar. in altero καὶ ἄσπετα θρέμματα γαίης; in quarto γλυκεροῦ. at m. sc. γλυκηροῦ. cum libris Sibyllinis. *Idem*

154 λευκὸν

Καὶ σὺ τε· ὅ περ ἐσὶ βροτοῖς κάλλιστον ἁπάντων.
154 Μηδὲ σὺ μὴ πολλῷ βροτὲ ποικιλόμητι κακοφρον,
Ἀλλὰ λιπὼν πλοῦτον, τρέψας θεὸν ἱλάσκοιο.
Θῦε θεῷ ταύρων ἑκατοντάδας, ἠδὲ καὶ ἀρνῶν
Πρωτοτόκων, αἰγῶν τε θοὴν πλομμάιων ἐν ὥραις:
Ἀλλά μιν ἱλάσκου θεὸν ἄμβροτον, αἴ κ' ἐλεήσῃ.
155 Οὗτος γὰρ μόνος ἐσὶ θεὸς, κοὐκ ἔστιν ἔτ' ἄλλος.
Τὸν δ' δικαιοσύνῃ τίμα, καὶ μηδένα θλίβε.
Ταῦτα γὰρ ἀθάναλος κέλεται δειλοῖσι βροτοῖσιν.

Omnia frumentum mortalês adjuvat ægros.
Sed tu mortalis, versuta mente, malaque,
Noli divitiis nimis invigilare: sed illis
Missis, conversus numen placare memento,
Et mactare Deo taurorum corpora centum,
Primigenosque agnos, capraſque, volantibus horis.
Quære Dei facilem æterni placando favorem,
Qui solus Deus est, nec quisquam est alter ab ipso.
Justitiam colito, nullique injurius esto.
Immortalis enim jubet hæc mortalibus ægris.

Ἀλλὰ

154 Ἀλλὰ σὺ &c.] Mendosum est πολλῷ, quod loco verbi alicujus irrepsit. prope accedit μίμων. cui fidem facit carmen Orphei plane simile, si non alterum ex altero expressum est.

Ἀλλὰ σὺ μὴ μίλλων βροτὲ ποικιλόμητι βαρύθυμε,
Ἀλλὰ παλιμπλαγκτὸν τρίψας θεὸν ἱλάσκου. Idem.

155 Οὗτος γὰρ μόνος] Reperitur infra. Ranconetus paululum immutat, sic δς μόνος ἐσὶ θεὸς καὶ οὐκ ἔσι θεὸς ἄλλος. Idem.

Αλλὰ σὺ μεγάλοιο θεοῦ μένιμα φύλαξαι,
Ὁππότε κεν πάντεσσι βροτοῖς λοιμοῖο τελευτὴ
Ἔλθῃ, καὶ φοβεροῖο διχῶ τύχωσι δαμέντες,
[156] Καὶ βασιλεὺς βασιλῆα λαὸν, χώραν τ' ἀφέληται,
Ἔθνη δ' ἔθνεα πορθήσῃ, καὶ φῦλα δωάσῃ·
Ἡγεμόνες δ' φύγωσιν ἐς ἄλλην γαῖαν ἅπαντες,
Ἀλλάξῃ γέ τε γαῖα βροτῶν, καὶ βάρβαρος ἀρχὴ
Ἑλλάδα πορθήσῃ πᾶσαν, καὶ πίονα γαῖαν
Ἐξαρύσῃ πλούτοιο, καὶ ἀντίον εἰς ἔριν αὖτῶν
Ἔλθωσι, χρυσοῦ τε καὶ ἀργύρου εἵνεκεν ἔσης

Tu vero magni vitato numinis iram,
Tum cum mortales omnes petet exitialis
Peſtis, & horribili pœnarum ſtrage prementur,
Et regem capiet rex, terramque auferet illi:
Et gens delebit gentem, populoſque dynaſtæ,
Diverſaſque duces omnes fugâ pellet in oras,
Mutabitque homines tellus, & barbara totos
Græcorum pingues agros populata poteſtas
Tollet divitias, & nata ſeditione
Ipſi inter ſeſe contendent, ſcilicet aurum

H φι-

156 Καὶ βασιλεὺς &c.] Diceres Sibyllam Matthi 24. vel Lucæ 21. caput legiſſe. *Idem.*

157 χώρη

Η φιλοχρημοσύνη κακὰ πεμπύσσα πόλεσσι)
157 Χώρῃ ἐν ἀλλοτρίῃ. ἄταφοι δ' ἄπαντες ἔσονται,
Καὶ τῷ μὲν γῦπες τε καὶ ἄγρια θηρία γαίης
Σαρκῶν δηλήσονται. ἐπ' αἴ δ' ταῦτα τελεσθῇ,
Λείψανα γαῖα πέλωρ' ἀϊπλώστοις θανόντων,
Αὐτὴ δ' ἄσπαρτος καὶ ἀνήροτος ἔσται ἅπασα,
Κηρύσσουσα τάλαινα μύστοις μυρίων ἀνθρώπων.
158 Πολλὰ χρόνων μήκη ὠφιτελλομένων ἐνιαυτῶν,

Propter & argentum (tantum malesuada malorum
Cogit avaritia) inque alienis finibus omnes
Nullis claudentur tumulis, inhumataque sævis
Corpora vulturibus linquent lanianda, ferisque.
Factaque cum fuerint hæc omnia funditus, ingens
Reliquias tellus consumet luce carentum,
Semina nec prorsum capiet, nec arabitur ipsa,
Infelix hominum testans scelus exitiale.
Tempore longinquo multis volventibus annis

159 Πολ-

157 Χώρῃ &c.] Punctum obstat sensui, quem sequutus est Castalio. *Idem.*

158 Πολλὰ χρόνων] Tres isti versus mox leguntur in hoc eodem libro: ut in alterutro loco redundare videantur. *Idem.* Centonis argumentum evidentissimum; quia paulo post hi repetuntur utrobique lmantes. *Gallæi MS.*

159 Πολ-

159 Πελτὰς καὶ 160 θυρεὸς, 161 γαισὸς, παμποίκιλα ὅπλα.

Peltas & clypeos, gæsos, diversaque tela.

Οὐ

159 Πελτὰς] *Pelta*, non minus ac Cetra, breve scutum: Cetris enim non dissimiles *Peltas* fuisse Eruditi observant. Formam ejus describit Xenophon apud Jul. Pollucem *Onomastic.* libro 1. cap. 10. num. 6. πέλτη Ἀμαζονικὴ, ἣν φασι Σκυθῶν, παραπλησίαν κισσοῦ πτόλῳ, *Pelta Amazonica, ut Xenophon inquit, hederæ folio simili est.* Plinio libro 12. capite 5. *Foliorum* (ficus Indicæ) *latitudo pelte Amazonicæ effigiem habet.* Lutatio Placidio *ad Statium Thebaid.* libro 5. vers. 145. *Scuta Amazonum, quæ* Peltas *vocant, in modum Lunæ formata sunt*; cui similia habet Servius *ad Æneid.* libro 1. vers. 494. V. Lipsium in *Analectis ad Milit. Rom* l. 4. Dial. 1. *ubi ex antiquo marmore* Peltæ *iconem exhibet*, & ex illo Blancardum *Notis in Curtium* libro 3. cap. 2. Amazonum fuere propriæ, ut præter dicta Sueton. *Nerone* capite 44. docet: *Securibus peltisque Amazonicis instruendi.* Ov. *Amorum* l. 2. Eleg. 14. Claudianus *de Raptu* l. 2.

Qualis Amaxonidum peltis *exultat ademtis*
Pulchra cohors.

Statius libro 5. Sylv. 1. versu 87.

Vellet Amazonia latus intercludere Pelta &c.

V. quoque Smyrnæum libro 1. versu 147. Imo adeo huic genti amatæ, ut sepulchrum etiam Reginæ earum Andra, tradat Pausanias. Ad alias inde gentes Antiopæ hac forma factum in Græcia tertransiere. Et quidem in Græciam hoc scuti genus, amotis vægrandibus clypeis, quales Heroum, Herculis, Achillis, Ajacis, Æneæ, fuisse, ex plurimis iis insculptis rebus, docent Homerus, Hesiodus, Virgilius; primus invexit Inphicrates, ut in ejus *Vita* videre est apud Corn. Nepotem, ad quem V. laudatos Joanni Savaronio de *Peltu* auctores. Etiam apud Romanos earum usus. Livius *Dec.* 4. libro 1. *Noctu cetratos, quos* Peltatos *vocant, loco opportuno, inter bina castra, in insidiis abdiderat.* Alios. Hinc Silius *Punicorum* l. 2.

— *lunatis Bistones armis.*

Abbo *de Obsid. Paris. Lutet.* libro 1.

Vah! multosque ferunt Danos, plures quoque peltas, &c.

Gemmata pelta meminit prædictus Silius libr. cit. V. Thom. Dempsterum *Paralipom. in Rosinum* libro 10. capite 10. præter Auctores supra laudatos. Cæterum Amazonicas cum Thracicis perperam confundere Lipsium, ait Salmasius, cum Amazonizæ *peltæ* hederæ folio similes, Thracicæ autem quadratæ fuerint. Namque de his Suidas, Πέλται, ἀσπίδια τετράγωνα. Dionysius quoque Halicarn. libr. 2. istiusmodi scutum quadrangulum & oblongum, ῥαβδοειδῆ χῆμα vocat: τῇ δ' ἐναντίᾳ πελτὴν ἔφερον ὑπὸ τὰ ῥαβδοειδῆ θυρεὸν τετράγωνον ἔχοντα τὰς λαγόνας ἐμφερῆ. Quid a. ῥαβδοειδὲς χῆμα sit explicat Pollux, cum maculas rectum istiusmodi χῆμα efficere tradit. V. Salmas. *ad Vopiscum in Carino & ad Solinum* pag. 1016. *Hofmannus.*

160 Θυρεὸς] *Clypeus*, Casaubono *ad Trebellium in Divo Claudio*, duo significat, scutum sive ἀσπίδα & imaginem: Prima, inquit, inventio fuit ad necessitatem, ut corpus defenderet; dein accessit decoris & elegantiæ studium, cœperuntque pingi scuta: inde nominis hujus diversa notio, ut Plinius censet lib. 35. cap. 3. At Grammaticis

maticis hic libuit esse subtilibus, *clypeum* enim scripsere ἀσπίδα, *clypeum* vero imaginem, &c. Imo hujusmodi imaginum clypeos, ὄπλα etiam Græcis antiquissimis dicta esse, ὅπλον autem est *clypeus*, notat Salmasius. Sic enim Latini vett. etiam *arma* proprie scuta appellarunt: quemadmodum ἱερὰ χάλκεια, h. e. *clypeum æneum*, Timomacho à Thebanis, virtutis ergo, positum ὅπλον Thebanis vocatum esse, legimus apud Scholiastem Pindari *ad Isthmionicas*. Hinc notum est, unde Latini didicerint vocare *clypeos*, imagines thorace tenus depictas, nam ὅπλον, ut dictum, *clypeus* est; idem autem Lacedæmoniis erat ἱερὸν, quod Thebanis ὅπλον. *Clypeos* vero istos imaginum, seu imagines clypeatas, Græci δίσκους etiam vocarunt, propter clypeorum discorumque similitudinem. Qua factum, ut Vitellius patinam illam suavis ingentem, *Clypeum Minervæ*, appellarit &c. V. infra in voce *Cyclus*, item *Discus*. Uti autem Timomacho æreus, sic Claudio II. post mortem *Clypeus aureus --in Romana Curia Senatus judicio conlocatus est --expressa thoracis vultus ejus imago*. Hadriano quoque Antoninus Pius *Clypeum magnificentissimum posuit*, apud Julium Capitolinum. Sed hac de vocis notione quoque infra in *Strongyle*. Priore vero sensu *Clypeus*, cum umbone, parma, scuto, res eadem, nisi quod forma differrent: Diversa namque *Clypeorum* genera. Isidoro tamen *Clypeus*, scutum majus est, *Origin.* libro 18. capite 12. sed cum inde, *quod clepet*; h. e, *celet corpus*, dictum sit, suaviter fallitur. Ex Græco κύκλος, qua ratione potius originem ejus Salmasius arcessat, diximus supra, in voce *Clupea*. De inventore eorum quædam habet Plinius libro 7. capite 56. Magnitudo, Heroicis inprimis temporibus tanta, ut totum corpus tegerent. Unde *clypeis fixis* defensos remiges, sicque pictura repræsentatas naves videmus. Quo facit illud Statii *Thebaid.* libro 5. versu 382.

Illi quippe simul bello pelagoque laborant
Pars clypeis munire ratem.

Sed & Romani talibus usi. Egesippi Scriptor libro 3. cap. 24. *Pregredimur in bellum muniti undique. Tegitur galea caput, lorica pectus, totumque clypeo corpus.* Imo & ratem seu navem clypeis munitam, habet Val. Flaccus libro 3.

—— *postquam Æmoniam, tantæ non immemor iræ,*
Ærisonô de monte ratem præfixaque Regum
Scuta videt.

Fortibus ii viris picti erant, inertibus ac tyronibus puri. Unde Virgilius *Æneidos* libro 7.

—— *Parmaque inglorius alba.*

Et de Camilla tyrocinia ponente, lib. 11.

—— *Puraque interrita parma.*

Contra de viro forti ac bellicoso Capaneo, Stat. *Thebaid.* libro 10. *in fine*,

Et clypei niger umbo cadit.

Solebant vero in *Clypeis* eorum, quorum essent, vel etiam Avorum, imagines quoque effingi: Inprimis v. magnificis suis factis illos exornasse Veteres, constat. Nemesin, in *clypeo* pictam, gessit Polynices, auctore *eod. Thebaid.* lib. 1. versu 445.

—— *Nam vos*
Haud humiles tanta ira decet, generisque superbi
Magna per effusum clarescunt signa cruorem.

Unde superbiam ejus apud Æschylum exagitat Eteocles, & inde iracundia motus singulare cum eo certamen concipit. Hinc hodieque mos, ab alta antiquitate oriundus, *terribiles faces clypeis* præferendi servatur. Porro Templis figebantur Heroum clypei, ad perpetuam rerum gestarum memoriam, etiam vetustissimis moribus. Josephus *fine* libro 6. Ἀρχαιολ. Ἀνατίθησιν αὐτῷ τὰς κεφαλὰς, ᾗ τὰς μὲν πατρικὰς αὐτοῦ ἀνέθηκαν εἰς τὸ Δημήτριον ἱερὸν, τὰ δὲ σώματα ἀπεκόσμησαν, ex libro 1. Samuelis capite 31. Horatius *Carm.* libro 1. *Od.* 28.

—— *habentque*
Tartara Panthoiden iterum Orco

Demissum, quamvis Clypeo *Trojana* refixo
Tempora testatus.

Et res pervulgata est, Euphorbi *Clypeum* detraxisse summo Templi poste Pythagoram, se eundem sub ejus persona illic Trojanis temporibus fixisse memorantem. *Sic aurei Clypei* honoris ergo Numinibus dedicabantur, ob res feliciter gestas, uti in libris Maccabæorum legere est. Et bello Achaico confecto *Clypeos* XXI. dedicasse, in Templo Jovis Olympii L. Mummium, scribit Pausanias libro 5. Idem de Lucii & Caii Cæsarum clypeis observat Xiphilinus, ex Dione: V. quoque Livium libro 34. capite 52. libro 35. capite 10. & 41. libro 38. capite 35. &c. In eorundem dedicationibus epulas datis civibus, docent *Inscriptiones* aliquot *vett.* 441. 7. 496. 4. Neque vero, solum intra Fanum, sed & extra, sub cœlo nim. alibique sub tecto, illos pependisse deprehendimus; apud eundem *ibid.* ut & Statium *Theb.* libro 2. versu 256.

—— *celsam subeuntibus arcem*
In gradibus summi delapsum culmine templi
Arcadas Evippi spolium cadit areus orbis &c.

Uti v. glorioſum fuit *clypeum* multis vulneribus habuisse perfossum, summumque dedecus in pugna illum abjecisse: Ita unicus occisorum in acie Ducum honor erat, in *Clypeo* suo efferri; quo pertinet præceptum Lacænæ matris, armantis filium in bellum profecturum, ἢ τὰν ἢ ἐπὶ τᾶν τίταν, *Aut hunc, aut super hoc, Fili*; h. e. ut vel vivus integrum à conflictu referret, vel in eo ad suos referretur mortuus. Virgilius *Æneidos* libro 10.

—— *At socii multa gemitu lachrymisque*
Impositum scuto referunt Pallanta &c.

Lapsa dein Republica etiam consuetudo invaluit, ut Imperatores quoque inaugurati *Clypeo* insiderent, elevatique in eo Centurionum aut militum humeris, toti exercitui se præberent videndos. Capitolinus *in Maximo & Balbino*, *inter hæc*, inquit, *Gordianum Cæsar sublatum à militibus, Imperator salutatus est.* Idem de Græcis Imperatoribus, narrant Curopalates *de Offic. Aulæ Constantinop.* Jan Zonaras *Annal.* p. Niceph. Gregoras *Hist. Rom.* libro 2. & 4. Niceph. Choniates &c. etiam de Caninefatibus Tac. *Hist.* libro 4. *Impositus scuto, more gentis & sustimentium humeris vibratus; Dux eligitur.* De Gallis Ado Viennensis *in Chron. æt. 6. Sigebertus contra Chilpericum fratrem, more gentis clypeo impositus, Rex constituitur*: quod de Clodoveo quoque habet Gregor. Turonensis *Hist. Franc.* libro 11. &c. Imo & virorum Nobilium tumulis jam olim scuta, ac proin eorum, quibus illa decorari solebant, armorum insignia, appendi consuevisse, quod hodieque fit, discimus ex LL. Henrici I. Angliæ R. ubi *Clypeus sepulchris Militum appensus*, occurrit cap. 83. Hinc Baldrici distichon in *Scutum Raherii*,

A domino viduata tuo jam parma quiesce,
Cui par Raherio nullus erat dominus.

Sed &, ut arma mortui sepulchro imponerentur, antiquissimis temporibus fuisse in usu, notum ex illo Æn. 6.

At pius Æneas ingenti mole sepulchrum
Imposuit, suaque arma viro &c.

Unde *Clypeus*, pro prærogativa ac dignitate, *in Speculo* Saxon. libro 1. art. 3. §. 2. Item pro familia nobili, apud Matthæum Parisium *A.C.* 245. & du Fresne *Notis ad Cinnamum pag.* 451. &c. Porro inter præmia *Clypei* fuere, ut videmus apud Statium *Thebaid.* libro 6. versu 644.

Finiti cursus, operumque insignia præsto.
Arcas equum dono, Clypeum *gerit improbus Idas.*

Eaque tenuiora, exemplo Virgilii, qui artificiose licet elaboratum pelli leonis postponit *Æneid.* libro 5. In Junoniis præsertim Ludis qui Argis celebrabantur, *Ærei Clypei* donabantur victoribus, unde Ἀσπίδα Ἥρας vicisse dicebantur, & agon ipse Ἀσπὶς ἐν Ἄργει. Etiam in Sacris adhibiti

Οὐδὲ γὰρ ἐκ δρυμοῦ ξύλα κόψεται εἰς πυρὸς αὐγήν.

Nec de quercetis lignum scindetur ad ignem.

biti Magnæ Matris, à Corybantibus & Curetibus, quos ensibus pulsasse *Clypeos* aut alia arma, discimus ex Claudiano *de Proserpinæ Rapt.* libro 1. versu 209.

Postquam visa Ceres, mugitum tympana franant,
Conticuere chori. Coribas non impulit ensem,
Non buxus, non æra sonant ——

Cujusmodi sonitus voces Dæmonum esse, æri conjunctorum, opinabatur Pythagoras, uti habet Porphyrius, nomine *Malchi*, in ejus *Vita* &c. Quam in rem V. plura, apud. Casp. Barthium *Animadversion. ad Papinium Statium passim*, Thom. Dempsterum *in Joh. Rosini Antiqq. Rom.* libro 10. *paralipom. ad* caput 10. Fuit autem *Clypeus*, non quadratus, quemadmodum scutum, sed rotundus, ex ære factus, minor scuto, de quo videre est Ald. Manutium *de quæsitis per Epist.* libro 2. *Ep.* 6. nec apud Romanos aliis, quam ex prima Classe civibus, *Clypeum* in bello gestare licebat, cum secundariis scutum ejus vicem suppleret, Joh. Rosinus *Antiqq. Rom.* libro 6. cap. 8. Adde du Fresne *Glossar.* & quæ passim, de *Cetra*, *Parma*, *Pelta*, *Scuto* &c. *Idem.*

161 Γαισὸς] *Gæsum*, grave jaculum, teste Festo. Plenius de eo Hesychius. Est id nomen, non à Græcis, quamquam hi γαισὸν ac γαισὸς dicunt; sed vel ab Hispanis, quando Athenæus, libro 6. scribit, Romanos à Samnitibus quidem accepisse *scutum*, ab Hispanis autem *gæsa*: vel potius à Gallis, juxta Servium in v. & VIII. Æn. Item Nonius, qui *Galliarum tela* vocat. Imo Maro de Gallis ait VII. Æneïdos:

—— *Duo quisque Alpina coruscat*
Gæsa manu.

Et Claudianus, libro II. de laudibus Stiliconis:

Gallia crine ferox, evinctaque torque decoro,
Binaque gæsa tenens.

Eodemque pertinet illud Propertii de Virdumaro, Gallorum rege:

Nobilis è rectis fundere gæsa rotis.

Sive *tectis rotis*: ut intelligat esse dum. Ita corrigit Lipsius libro 4. poliorc. capite 4. ubi & *gesum* grandius longe feriens fuisse telum comprobat è Festo, Diodoro, & Suida. Usi & Varro apud Nonium, Cæsar, Livius, libro 8. Sillius, libro 11. Statius 11 Achilleïdos, &c. In vulgatis haut raro invenias *gesa*: sed in antiquis fere est *gæsa*, & confirmat Pollux, cui γαισὸς est δόρυ πολεμικόν. A *gesis* vitæ sortes à Gallis dictos *gæsos*, monet Servius, ad 7. Æneïdos. Ab eadem origine esse puto, quod Galli milites conductitios, ut Polybius libro 11. testatur, *gessatos* appellarunt. Cambdenus, in sua Britannia, ut aliis multis antiquorum Celtarum vocibus, ita hac quoque probat, horum linguam eandem fuisse ac Britannicam, aut admodum affinem. Sane hodieque Britanni servos conductitios vocant *guessin*. Quod vero vir quidam doctus scribat, his Belgicis tumultibus, renatam esse vocem *Gæsorum*, id quidem verum est: sed ab longe alia origine. Neque enim à *fortitudine*, sed aliunde *gensiorum* nomen à parte una alteri impositum est, quod nemo hodieque nescit. Sed visum viro optimo melius eam vocem interpretari. *Gerard. J. Vossius.*

162 Καὶ τότ' ἀπ' ἠελίοιο θεὸς πέμψει βασιλῆα,
Ος πᾶσαν γαῖαν παύσει πολέμοιο κακοῖο,
Οὓς μὲν ἄρα κτείνας, οἷς δ' ὅρκια πιστὰ τελέσας.
Οὐ δέ γε ταῖς ἰδίαις βουλαῖς τάδε πάντα ποιήσει,

Et tunc sole Deus regem demittet ab alto,
Qui totam terram diris recreabit ab armis,
Occisis aliis, aliis in fœdera junctis.
Nec vero propria disponet is omnia mente,

Αλλὰ

162 Καὶ τότε ἀπ' &c.] Centonis etiam indicium est, quia versus hi non sunt Erythrææ sed alterius. *Gallæi* MS. Refert Lactantius libro 7. cap. 18. alterius ab Erythræa Sibyllæ nomine. Habent autem illi vulgati libri ἠελίου πέμψει θεὸς; vestigia tamen membranæ vet. stant à Sibyllina lectione, quemadmodum & interpretatio singulis verbis Græcis superscripta, *& tunc à solis ortu Deus mittet regem.* Opsopæus. Patet itaque quare Sibylla Christianos futuros vocarit gentem auream, utpote qui decima ætate aurea, veluti solis, sint prodituri. Nonnulli tamen verbis Sibyllæ inhærentes, quæ & Virgilius expressit, cum dicit, *Jam nova progenies cœlo demittitur alto*, ita hæc sunt interpretati, ac si è throno Dei, id est ex sole proditurus esset Christus. Hæc nempe verus Judæorum opinio profluxit ex eo quod in Psalmis legitur, *In sole posuit tabernaculum suum.* Versus autem Sibyllini, quibus hoc adstruitur, exstant apud Lactantium, & occurrunt quoque in illis quæ supersunt Sibyllinis. Sunt vero isti;

Καὶ τότ' ἀπ' ἠελίοιο θεὸς πέμψει βασιλῆα
Ος πᾶσαν γαῖαν παύσει πολέμοιο κακοῖο.

Sic quoque complures olim sentisse Gnosticos, colligo ex Theodoti excerptis apud Clementem Alexandrinum; Ἐν τῷ Ἡλίῳ ἔθετο τὸ σκήνωμα αὐτοῦ· ὅτι μὲ δὲ φασὶ τὸ σῶμα ἐκ περίας τοῦ ἡλίου αὐτὸν λαμπηδόας, ὡς Ἐμπεδοκλῆς. σῶμα δὲ λέγουσι, οἱ μὲ τὸ σωθὲν αὐτοῦ. οἱ δὲ τὴν ἐκ πίστεως ὁμολογίαν. Nec dubitandum quin Hermogenes & Gnostici opionem istam de statione Christi & Christianorum in sole è Sibyllinis oraculis ad suam transtulerint sectam. Non solos autem Gnosticos, sed & complures olim Judæos, & præcipue Essenos, eorumque progeniem Sampsæos, solem tanquam Dei stationem coluisse, satis docet mos Essenorum antiquus ferobem effodientium & eundem postea replentium, si quando alvum essent egesturi, ne lucem & radios Dei è sole progredientes inquinarent, ὡς μὴ τοὺς αὐγὰς ὑβρίζοιτο ἐκ Θεοῦ. Nugas agunt qui verba Josephi, vel corrigere, vel aliter interpretari conantur. Ipse Josephus libro 5. capite 20. de Bello Jud. cum describit crudelitatem eorum, qui sepeliendorum cadaverum facultatem impedirent, similiter loquitur; κωλύσας σωθῆναι παρορμήσει τοῖς τὰ πατρῷα συγχέαι νόμοις, ἅμα τε τοῖς εἰς ἀνθρώπους ἀδικήμασι, τιμωρίαν ἐκ τοῦ θείου, ὑφ' ἡλίου τὰς ἰσχυρὰς μυδώσας ἀπέλαμψε. Eidem prorsus habet vetustissimus scriptor Judæus, cujus gnomæ sub Phocylidis larvatur nomine. *Vossius.*

163 Θεοῦ

Αλλὰ θεῦ μεγάλοιο πιθήσας δ'όῖμασιν ἐσθλοῖς.
Λαὸς δ' αὖ μεγάλοιο θεῦ φείσεται πλέτῳ
Βεβριθὼς, χρυσῷ τε καὶ ἀργύρῳ, ἠδέ τε κόσμῳ
Πορφυρέῳ· καὶ γαῖα τελεσφόρος, ἠδὲ θάλασσα
Τῶν ἀγαθῶν πλήθουσα· καὶ ἀξύνετοι βασιλῆες
Αλλήλοις κοτέειν, ἐπαμύνοντες κακὰ θυμῷ.
Ο φθόνος οὐκ ἀγαθὸν πέλεται δειλοῖσι βροτοῖσιν.
Αλλὰ πάλιν βασιλῆες ἐθνῶν ἅπτι τιῶδέ τε γαῖαν.
Αθρόοι ὀρμήσονται, ἑαυτοῖς κῆρα φέροντες.
Σπουδὴ γὰρ μεγάλοιο [163] Θεῦ, φῶτας ἀείσεσθαι
Πορθεῖν βουλήσονται, ὁπηνίκα γαῖαν ἵκωνται,

Sed laudanda Dei magni decreta ſecutus.
Atque iterum magni florebit amata Dei gens
Divitiis, auro atque argento, purpureoque
Ornatu: telluſque parens gaudebit, & æquor,
Plena bonis, etiamque inter ſe fervere reges
Incipient ira, meditantes corde nefanda.
Invidia nihil eſt pejus mortalibus ægris.
Sed crebri terram gentiles rurſus eandem
Invadent reges, læti ſibi fata ferentes.
Namque Dei magni tentabunt depopulari
Sacra viroſque bonos: cum fines ingredientur,

Θύσε-

163 Θεῦ] Reſtitue à typographo præ- termiſſam conjunctionem ε poſt θεῦ. Op- | ſoperas. Sic etiam legit Gallæi MS.

Θύσουσιν κύκλῳ πόλεως μιαροὶ βασιλῆες,
Τὸν θρόνον ἀμπὶ ἕκαστ' ἔχων, καὶ λαὸν ἀπειθῆ.
Καὶ ῥα θεὸς φωνῇ μεγάλῃ πρὸς πάντα λαλήσῃ,
Λαὸν ἀπαίθωνα, κενεόφρονα, ἠδὲ κείνης αὖτις
Εὐσέλας ἐκ μεγάλοιο θεοῦ, καὶ πάντες ὀλοῦνται
Χειρὸς ἀπ' ἀθανάτοιο. ὑπουρανόθεν δὲ πεσοῦνται
Ρομφαῖαι πύρινοι κ' γαῖαν λάμπαδες αἴγε
Ἠχοῦσαι μεγάλαι, λάμψουσαι εἰς μέσον ἀνδρῶν.
Γαῖα δὲ[164] παγχθονίη σαλεύσεται ἤματι κείνοις
Χειρὸς ἀπ' ἀθανάτοιο, καὶ ἰχθύες οἱ κ' πόντου,
Πάντα δὲ θηρία γαίης, κ' ἄπτερα φῦλα πετεινῶν,

Circum urbem reges perverſi ſacrificabunt:
Quiſque ſui ſolii dominus, populique rebellis.
At Deus ingenti ad ſocordem voce loquetur,
Et tardum populum cunctum, juſtaſque repoſcet
Judicio pœnas magnus, dextraque peribunt
Omnes æterna, & cœlo labentur ab alto
In terram ardentes enſes, venientque coruſcæ
Lampades in medios homines ſplendore micantes.
At terra omniparens illis perculſa diebus,
Numinis æterni dextra, piſceſque marini,
Terreſtreſque feræ omnes, & genus omne volantum,

Πᾶσαι

164 Παγχθονίη] Gallæi MS. o- | vel infra, Centro.
ræ adſcriptum habet, ut abundat vel hic |

165 Ἐτε-

Πᾶσαι δ' ἀνθρώπων ψυχαὶ, καὶ πᾶσα θάλασσα,
Φρίξει ὑπ' ἀθανάτοιο προσώπου, καὶ φόβος ἔσται.
Ἠλιβάτους κορυφάς τ' ὀρέων, βουνούς τε πελώρων
Ῥήξει, κυάνεόν τ' [165] Ἔρεβος πάντεσσι φανεῖται.
Ἠέλιαι δ' φάραγγες ἐν ὄρεσιν ὑψηλοῖσιν
Ἔσονται πλήρεις νεκύων· ῥώσουσι δὲ πέτραι
Αἵματι, καὶ πεδίον πληρώσει πᾶσα χαράδρη.
Τείχεα δ' ὑποίσει χαμαὶ πεσέονται ἅπαντα
Ἀνδρῶν δυσμενέων, ὅτι τὸν νόμον οὐκ ἔγνωσαν,

Humanæque omnes animæ, maria omnia vultum
Æterni horrescent, exalbescentque timore.
Ille sed immanes, excelsa cacumina, montes
Rumpet, cæruleique Erebi domus ima patebit.
Excelsis vero putescent montibus antra,
Plena cadaveribus: manabunt sanguine cautes,
Omnia complebunt torrentia flumina campos.
At mufos omnes hominum, quibus improba mens est,
Vasta ruina trahet, quia legem judiciumque

Οὐδὲ

165 Ἔρεβος] *Erebus*, inferorum fluv. & Deus. Pater Noctis ex Chao & Caligine progenitus, ut refert Hyginus *Fab. Poet.* cap. 1. Cic. tamen de *Nat. Deor.* Noctem Erebi uxorem facit. Id quicquid est, Poetæ frequenter *Erebum* pro ipsa inferorum sede collocant. Sic Virg. Æn. 4.

Pallentes umbras Erebi transavimus amnem.

Et Proserpina *Regina Erebi* Ovidio dicitur *Met.* 5. Ac *Dux Erebi* Pluto est Claudiano 1. *De Raptu Pros.* Inde adject. *Erebeus.* Ovidius *in Iben*,

Pestiferaque uxerunt Erebea fella colubræ.

Hofmannus.

166 Καὶ

Οὐδὲ κείσιν μεγάλοιο θεοῦ, ἀλλ' ἄφρονι θυμῷ.
Πάντες ἐφορμηθέντες ἐφ' ἱερὸν ἤρατε λόγχας.
Καὶ κεινεῖ πάντας πολέμῳ θεὸς, ἠδ' ἐμαχαίρῃ,
Καὶ πυρὶ, καὶ ὑετῷ τε καταχλύζοντι καὶ ἔσαι
Θεῖον ἀπουρανόθεν, αὐτὰρ λίθῳ, ἠδὲ χάλαζα
Πολλὴ καὶ χαλεπὴ, θάνατῳ δ' ἔπι τετράποδ' ἔσαι.
Καὶ τότε γνώσονται θεὸν ἄμβροτον, ὃς τάδε [166] κρείνει.
Οἰμωγή τε καὶ ἀλαλαλμὸς κατ' ἀπείρονα γαῖαν
Θέξεται, ὀλλυμένων ἀνδρῶν· καὶ πάντες ἄναυδοι
Αἵματι λούσονται· πίεται δέ τε γαῖα καὶ αὐτὴ

Nescivere Dei magni: quin insipienter
Hastas sacratam cuncti vibrastis in ædem.
Omnes ergo Deus bello multabit, & ense,
Igneque, & undanti pluvia: tum sulphur ab alto,
Et lapis in densa perniceque grandine, cœlo
Depluet, & leto perimentur quadrupedantes.
Tum Deus æternus noscetur, qui facit illa.
Fletus & immensam terram, clamorque cadentum
Replebit, tacitique omnes manante luentur
Sanguine nec tellus illa de strage cruorem

Αἵμα-

166 Κρείνει] Ita correxi contra libros, quorum alius κρίνῃ alius κρανῶ, alii κρεῖνῃ | præferunt. Oppositus.

167 Υἱοὶ

Αἵματι λύσονται· πίεται δέ τε γαῖα καὶ αὐτὴ
Αἵματος ὀλλυμένων, κορέσουσα θηλέα ζαρκῶν.
Αὐτός μοι τάδε πάντα θεὸς μέγας ἀέναός τε
Εἶπε προφήσασθαι. τάδε δ' ἔστελλα οὐκ ἀτέλεστα,
Οὐδ' ἀτελεύτητα, ὅπερ νόον ἐν φρεσὶ θείη.
Ἄψευστον δὲ πνεῦμα θεοῦ πέλεται κατὰ κόσμον.
Υἱοὶ δ' αὖ μεγάλοιο θεοῦ περὶ ναὸν ἅπαντες
Ἡσυχίως ζήσουτ' ἀφενώμενοι ἐπὶ τούτοις,
Οἷς δώσει κτίσης, ὁ δικαιοκρίτης τε μόναρχος.

Non bibet, explebitque feras caro dilaniata.
Ipse mihi Deus hæc dedit omnia vaticinari,
Magnus & æternus, qui quod vel mente reponit,
Non fieri prorsus nequit, & contingere finem:
Namque Dei nescit mentiri spiritus orbi.
Interea magni proles secura Tonantis
Circum ædem vivent, & lætabuntur in illis:
Namque creator erit (qui judicat omnia juste,
Omnia qui solus princeps regit) auctor eorum.

Αὐτὸς

167 Υἱοὶ &c.] Gulielmus Canterus Novar. lection. libro 5. capite 17. hoc inversu (scribit) quanquam nihil prima fronte videtur etiam delicatis auribus respondere, τὸ μεγάλου tamen mihi quidem non placet admodum, atque pro hoc malim μέγας substitui. Cum enim Homerus multis in locis, ut aperte constat, Sibyllam sit imitatus, ejusque hemistichia multa suæ poesi inseruerit; nec ignoret quisquam, μέγας & μεγάλως ab eo sæpe conjungi: dubium nemini videri debet, quin ex eo Sibyllæ carmen hoc, ut & alia multa, ex aliis tamen Homeri locis, confidenter possit restitui. *Idem.* Imo his nos fidem denegamus, non enim Homerus ex Sibylla, sed personatus hic Sibylliſta ex Homero hemistichia nonnulla est mutuatus: Homeri stylus Sibyllarum stylo præstat, αὐτοψίᾳ hoc evidentissime demonstrante. *Gallæus.*

Αὐτὸς γὰρ σκεπάσει μόνος, μεγάλως τε θάλασσαν,
[168] Κύκλοθεν ὡσεὶ τεῖχος ἔχων πυρὸς αἰθομένοιο.
Ἀπόλεμοι δ' ἔσονται ἐν ἄστεσιν, ἠδ' ἐνὶ χώραις.
Οὐ χεὶρ γὰρ πολέμοιο κακοῦ, μάλα δ' ἔσσεται αὐτοῖς
Αὐτὸς ὑπέρμαχος, ἀθάνατος, καὶ χεὶρ ἁγνοῖο.
Καὶ τότε δὴ νῆσοι πᾶσαι πόλεές τ' ἐρέουσιν,
Ὁππόσον ἀθάνατος φιλέει τοὺς ἄνδρας ἐκείνους.
Πάντα γὰρ αὐτοῖσιν σωτηρίη, ἠδ' ἐπιβοθείη;
Οὐρανὸς, ἠέλιός τε θεάτατος, ἠδ' ἐπιλήνη.
[169] Γαῖα δὲ παγχρέτειρα σαλεύσεται ἥματι κείνῳ.
Ἠδὴ ἀπὸ σωμάτων λόγον ἄξουσι δ' ἐνὶ ὕμνοις·

Solus enim præsens claudet munimine tutos,
Ardentique, velut muro, circumdabit igne.
Ergo urbes nullo bello, sedesque tenebunt,
Quando nulla manus belli premet: ipsa sed illos
Æterni armipotens defendet dextera sancti.
Tunc omnes pariter fabuntur & insulæ, & urbes,
Quanto illos adamet Deus immortalis amore:
Omnia quippe quibus certent prodesse juvando
Auxiliis, cœlum, rapidus sol, ipsaque luna.
At terra omniparens tremefiet tempore in illo.

Δῶτε

168 Κύκλοθεν] Hæc ut & plura præcedentia ex bibliis esse desumpta quivis videat: ipsissima enim S. Scripturæ verba, hoc conspiciuntur. *Idem.*

169 Γαῖα δὲ &c.] Intrusus iste versus vim facit sententiæ. Et omnino hinc ejiciendus videtur: siquidem nativum locum occupat ante. *Opsopœus.*

170 Δῶτε

Δεῦτε πεσόντες ἅπαντες ἐπὶ χθονὶ, λισσώμεθα
Ἀθάνατον βασιλῆα, [170] θεὸν μίγαν, αἰέναόν τε.
Πέμπωμεν πρὸς ναὸν, ἐπεὶ μόνος ἐστὶ δυνάστης,
Καὶ νόμον ὑψίστοιο θεοῦ φοβεώμεθα πάντες,
Ὅς τε δικαιότατος πέλεται πάντων κατὰ γαῖαν.
[171] Ἡμεῖς δ' ἀθανάτοιο τρίβου πεπλανημένοι ἦμεν,
Ἔργά τε χειροποίητα τεθάσμεθα ἄφρονι θυμῷ,
Εἰδώλων ξοάνων τε καταφθιμένων ἀνθρώπων.
[172] Ταῦτα βοήσουσι ψυχαὶ πιστῶν ἀνθρώπων.

Tum dulci incipient meditari carmine laudes.
Huc omnes, positis genibus simul ore precemur
Æternum, magnumque Deum, regemque perennem.
Ad sacra mittamus, solus quando ille potens est,
Supremique Dei legem omnes excutiamus,
Quæ sola in toto pollet justissima mundo.
At nos æterna errantes à lege Tonantis,
Morte caducorum statuas, & signa virorum,
Numina facta manu, fatui ornabamus honore,

Δεῦτε

170 Θεὸν μίγαν] Ita cadit versus iste in reg. cod. μίγαν ὑψίστου τε. *Idem.*

171 Ἡμεῖς δ' &c.] Justinus Martyr in orat. ad Gentiles, inter cæteros Sybillæ versus & hos refert: quos ejus interpres ita vertit:

Numinis excedimus pulantes tramite recto (inani,
Signaque facta manu cultu veneramur
Fluxorum statuas hominum, & simulacra deorum.

Legit autem τρίβου Justinus, ubi Sibyllæ editiones ὁδοῦ. *Idem.*

172 Ταῦτα βοήσουσι &c.] Deest in prioribus edit. sed agnoscitur ab utroque codice scripto. *Idem.*

Δεῦτε θεὸν κῦδος δήμου ἐπὶ σωμάτεσσι πεσόντες,
Τέρψωμεν ὕμνοισι θεὸν γλυκερῇσι κατ' οἴκους,
[173] Ἐχθρῶν ὅπλα ποιζόμενοι καὶ γαῖαν ἅπασαν,
Ἑπτὰ χρόνων μήκη περιτελλομένων ἐνιαυτῷ,
Πέλτας καὶ θυρεοὺς, κόρυθας, παμποίκιλά θ' ὅπλα,
Πολλὰ δ' καὶ [174] τόξων πληθὺν βελέων, ἀδίκων τε.

Hæc dicent animæ juſtæ fidæque piorum
Eia age divino in populo per tecta domorum
Suppliciter rerum oblectemus laude parentem,
Arma per extenſam relegantes hoſtica terram,
Per ſeptem longos annis vertentibus orbes,
Peltas, & clypeos, galeas, diverſaque tela,
Tam multos arcus, haſtas, celereſque ſagittas,

Οὐδὲ

173 Ἐχθρῶν &c.] Hiat oratio, nec ſuo loco videntur verſus iſti collocati, uti neque ſupra. *Idem.*

174 Τόξων &c.] *Telum*, cujus mentio in XII. Tabb. *Qui noctu furtum faxit, aut interdiu telo ſe defenderit, eum domino cum clamore teſtificanti occidere jus eſto. Si neque noctu neque ſe telo defendens prehendatur, verbis cæſus, ei, cui furtum fecit, addicitor.* Cajo idem vulgo dictum eſt, *quod ab arcu mittitur, ſed nunc omne ſignificat, quod mittitur manu. Ita ſequitur, quod & lapis & lignum & ferrum hoc nomine continentur: dictumque ab eo ſit, quod eo longum mittitur*; Græca voce figuratum; ἀπὸ τοῦ τήλε. Joh. Roſinus *Antiqq. Rom.* libro 8. Salmaſius vero vocis etymon arceſſit à τέγω, ſicque dictum vult, quaſi ἀμυντήριον, *quo vim à nobis arcemus, quo nos contra inſultum alterius tuemur.* Tegere enim quoque

tueri eſt, ut vidimus. Fuere hæc Heroicis temporibus gravia admodum, unde Poëtæ, in majus omnia augentes, tanti illa ponderis Heroibus ſuis adſcribunt, ut ab alio nemine torqueri potuerint, ad vires eorum indicandas. Statius *Theb.* lib. 4. verſ. 176.

Prominet arce gigàs, atque uni miſſilis illi
Cuſpide præpixa ſtat frondibus orba ſupreſſus.

Unde *telum arboreum*, Virgil. Æneid. lib. 12. *telum ingens*, Claudian. de Matte *in Eutropium* libro 2.

Tunc adamante gravem, medioque rigentibus, haſtam
Telum ingens, nullique Deo jaculabile torſit.

Inſula jaculabilis, Sidon. *Epithalam. Polemii* &c. Verbora, quæ ex Sacris hanc in rem habemus. Ea fracta, tropæorum truncis affixa,

Οὐδὲ γὸ ἐκ δρυμὸ ξύλα κόψεαι ἐς πυρὸς αὐγλώ.
175 Ἀλλὰ τάλαιν' Ἑλλὰς ὑπερήφανα πᾶσε φρονοῦσα.
Λίσσεο δ' ἀθάνατον μεγαλήτορα, καὶ σεφύλαξαι,

Neu de querceto lignum ſcindatur ad ignem.
Sed miſera heu tandem tu deſine Græcia faſtum,
Utque Deum æternum magnumque precere memento.

Στεῖ-

affixa, legimus apud Virgilium *Æneid.* libro 11. ubi, præter galeam, thoracem, clypeum, aliaque, *tela* quoque *trunca* Mezentii, in tropæum, appenſa memorat. Hinc Prudentius quoque *in Symmachum* libro 2. natrat,

——— *Suſpenſa gravi telorum fragmina truncо.*

Venenata ea, occurrunt paſſim: de cujuſmodi *telis*, acute Sidonius *Panegyr. Majoriani*,

Spiculaque infuſum ferro latura venenum,
Quæ feriant bis, miſſa ſemel ---

Et quidem hujus rei nec vett. Germanos puduiſſe, teſtis eſt Sulpitius Alexander, ubi de Francis; nec Imperatores Græcos, docet Nicetas Choniates, ubi de Joanne Comneno ſui ipſius inſidiis perempto, V. notata Dauſqueii *Commentar. ad* lib. 15. *Silii Ital.* Ut minus mirum ſit, ſi idem de Getis, apud Ovidium, de Parthis apud Lucanum, de Aſtis apud modo dictum Poëtam: & nominatim de Æthiopibus apud Claudianum legamus. Qua de re dicemus infra, ubi de *Veneno*. Ad divinationem porro adhibita varie. Sic inter alia Ezech. capite 21. verſu 21. *Stetit Rex Babylonis in capite viæ, in bivio, ad divinandum divinationem, expolivit tela*: Species fuit βελομαντείας, juxta Kimchium, *Quia acuebant & expoliebant aciem ferri* telorum, *ut valde ſplenderet & conjectores in ea viderent, quod futurum erat; quomodo vident in ungue pollicis manus, ita etiam in gladio vident, & in ſpeculo.* Unde patet, pertinuiſſe hanc divinitationem ad Καλχηδομαντείαν &c. Sed & *Telum*, quodvis adjumentum ac inſtrumentum quandoque notat. Cic. *de Amicitia*, Nec mediocre telum ad res gerendas exiſtimare oportet benevolentiam civium. Et apud eundum lib. 7. *Epiſt. ad Trebatium*, hi verſus citantur ex vet. Poëta,

Uſquequaque ſapere oportet; id erit
telum *acerrimum*,

Ἄκρον ὑγρόπλαξ, Salmaſius *ad Solinum* pag. 1319. &c. *Hofmannus.*

175 Ἀλλὰ τάλαιν' &c.] Vitioſe in prioribus edit. ἀλλὰ ἄλλη vel ἄλλις, quæ cauſa fuit, ut Caſtalio verterit, *ſed fatis eſt tandem, jam deſine*, &c. Nunc integer eſt locus beneficio regii codicis. *Opſopæus.*

Στεῖλον δὴ καὶ ἐπὶ τήνδε πόλιν τὸν λαὸν ἄεσθαι,
Ὅς τέ μιν ἐξ οὔσης γαίης πέλεται μεγάλοιο.
Μὴ κίνει [176] καμαρίναν· ἀκίνητος γὰρ ἀμείνων·

Mitte & in hanc urbem populum consulta petentem
Qui de sacrata est magni tellure Tonantis.
Ne Camarinam agita: nam præstat non agitari:

[177] Πάρ-

[176] Καμαρίναν] De hac V. dissertationes nostras. *Gallæus.* Stephanus de urbibus citat hunc versum ut vulgo jactatum. Suidas Camarinæis ab Apolline responsum fuisse scribit in μὴ κίνει, & post modum in proverbium abiisse. Cum enim Camarinæi Camarinam urbi vicinam alio derivaturi essent, oraculo moniti sunt ne id facerent, sed cum Deo non obtemperassent, damnum fecerunt. Vide Erasmum in Adagiis. *Opsopæus. Camarina*, palus Siciliæ juxta op. ejusdem nominis; extructum an. 150. U.C. Eus. vel Olymp. 45. Schol. Pindari; destructum a Syracusanis 52. anno post, sed denuo reparatum à quodam, cui Hipponas nomen. Vid. Thuc. libro 6. & 7. Polyb. lib. 2. Diodor. libro 14. Plinius libro 3. capite 8. Strab. libro 6. Herodot. 7. Leand. *descr. Italiæ.* Hujus paludis aquæ cum fœtore suo pestem generarent, consuluerunt Apollinem, expediretne ipsis Camarinam exsiccari, quibus ab Apolline responsum est,

Camarinam non esse movendam.

Μὴ κίνει Καμάρινα, ἀκίνητος γὰρ ἀμείνων. Neglecto tamen oraculo, siccaverunt paludem, per quam mox ingressis hostibus, contempti oraculi pœnas dederunt. Unde Proverb. *Camarinam movere* proco, quod est, *Sibi malum hoc accersere.* Eratm. *Adag.* Servius, *in illud Virg.* 3. *Æn.*

--- Et fatis nunquam concessa moveri
Apparet Camarina procul, Campique Geloi.

Vide Cluver. *Sic. Ant.* libro 1. pag. 192. 193. 194. Interim videamus, quid de hac urbe ait Vir magnus, *De Phœn. Col.* libro 1. capite 29. Falluntur (inquit) qui paludem volunt ab urbe vicina dictam. Neque enim ab urbe palus, sed urbs à vicina palude nomen traxit: Φησὶ γὰρ Δίφιλος, ὅτι αἱ πλεῖσται τῶν Σικελικῶν πόλεων καὶ τῶν πεπαμένων ὀνομάζονται, Συρακοῦσαι Γέλαι, Γμίσαι, Σελινοῦς, καὶ Φοινικοῦς, καὶ Ἐρύκαι, Κάμικοι, Ἄλκαι, καὶ Θέρμαι, καὶ Καμάρινα. Ita Sthephanus in Ἀκράγαντος. *Camarina* porro palus unde dicatur, colligere est ex his Pindari *Olymp.* 5. de Hippari amne, qui in Camarinam influit,

Κελλᾷ τι σηδί-
ων ἁλιμάμου πυχὰς
Ὑψιγυον ἀλσῶν.

Agglutinatque stabilium cubiculorum celeriter
Altam sylvam.

Quæ Schol. ita explicat ex mente Aristarchi Grammatici celeberrimi: ἁλιμάμου κρηπιδώσας τὴν ὄχθην τῇ Καμαρίνῃ παρέχει, &c. id est, *Cubiculorum stabilitorem Hipparin Camarinæ præbuit. Auxit enim illum per mediam Camarinam defluentem, accedente maris impetu formare terram, ex*

qua

177 Παίρδαλιν ἐκ κοίτης, μή τοι κακὸν ἀνλιβολήσης.

Pardalin è lecto, ne nanciscare malam rem.

Αλλ'

qua lateres conficiunt. Camarinenſes ad domorum ſtructuram. Itaque Camarinæ nomen eſt, à חמר *chamar*, *lutoſum eſſe*, unde & חומר *chomer* eſt *lutum*; ex quo fiunt lateres. Cur *Camarinæos* Iſacius, *in Lycophronem*, eoſdem eſſe velit cum Lotophagis, non capio. *Hofmannus.*

177 Παίρδαλιν &c.] Græce πάρδαλις, de mare, παρδάλις de fœmina, quæ *panthera*, antiquitus πάρδος, ut dictum; in feris ſecundum à leone locum occupat: unde in Sacris toties ei jungitur, Cantici capite 4. verſu 8. Eſaiæ capite 11. verſu 6. Jeremiæ capite 5. verſu 6. &c. Etiam apud Homerum *Iliad.* ρ.

Οὔτ' ἄρ παρδάλιος τόσσον μένος, οὔτε λέοντος.

Nec pardi vis tanta, nec eſt vis tanta leonis.

Leoni namque *ſimilis*; *niſi quod minor eſt & pelliem habet nigris maculis diſtinctam*, Damir. V. *ſupra*. Et ſicut robore Leo, ſic velocitate *pardus*, regnat. Hinc de Periclymeno, Tzetzes *Chil.* 2. *Hiſtor.* 45.

Ἐν τοῖς πολέμοις πάσας τὰς θήρας ἐμιμεῖτο,

Παρδαλίων ὀξύτητα, λεόντων μέγα σθένος.

In bellis omnes feras imitabatur,

Pardorum velocitatem, leonum ingens robur.

Salvo enim valet. Plinius lib. 10. cap. 73. *Inſidunt in eadem Africa* pardi *condenſa arborum, occultatique earum ramis in prætereuntia deſiliunt, atque è volucrum ſede graſſantur.* Ita ut quandoque 40. cubitos eo ſuperet, Damir. Nec minor celeritas curſus. Oppianus *Cynegetic.* libro 3.

πάντοθεν ἴκεο, ἠΰ τ' ἄλκιμον ἰθὺς ὁρούειν,

Θαῖνε ἐπιπρὸ ἴδυια διηνεκὲς φορέουσα.

Celerrime curris & fortiter recta irruis,

Diceres, cum videres, eam aëriam ferri. Certe Olearius *Moſcovitici & Perſici Itin.* libro 4. pardum venaticum Scamachiæ ſe vidiſſe refert, quovis cane Gallico velociorem, qui in lepores incidens eos ſtatim aſſequebatur, ſic ut nullus evaderet. Atque ob hanc iterum celeritatem, cum *Pardo* Danielis d. l. Alexander comparatur, qui tanta pernicitate in rebus gerendis uſus eſt, ut magnam partem habitati Orbis annis XII. ſubegerit, ſicque victoriis potius, quam prælis, totum terrarum Orbem percurrerit, ut Hieronymus habet. Cujus comparationis ut reliqua quoque paucis interſeram (nam de maculis ſupra dictum) *pardus*, vini avidum animal eſt, ut idem Oppianus refert libro 4.

Παρδάλιες δ' ἄρα δῶρα Διωνύσοιο δάμασσαι,

Θηροφόνοις δολίῃσι δολίχρυτον πόμα χεύσαι.

Pantheras etiam dona Bacchi domarunt,

Doloſis Venatoribus doloſum potum fundentibus.

Quod qua ratione fiat, *eod.* libro multis Poëta perſequitur, à verſu 318. *uſque ad* verſum 351. Unde Poëtis nata occaſio fingendi, Bacchi nutrices in pantheras fuiſſe mutatas. Notus autem hic Alexandri nævus. Sed & illud obſervatum eſt, quod ex Ariſtoxeni *Commentariis de Alexandro* refert Plutarchus, Ὅτι ἔχοντι ἡδὺν ἀπνοὴν, καὶ τὸ σῶμα κατέχει εὐωδία καὶ τὴν σάρκα πᾶσαν, ὥστε πλησθεὶς τὰς χοηστὰς, *Odorem ex cute ejus gratiſſimum exhalaſſe, os quoque & carnem totam tantum habuiſſe fragrantiæ, ut ea replerentur interiores tunicæ.* Quod ipſum *de pardo* pantheraque Vett. magno conſenſu tradiderunt, Ariſtoteles Hiſtor. libro 9. capite 8. & *Problem.* ſect. 13. §. 4. Theophraſtus

de-

Αλλ' ἀπέχε, μήδ' ἴσχε ὑπερφάνον ἐν στήθεσι
Θυμὸν ὑπερφίλλου, σεῖλας πρὸς ἀγῶνα κραταιόν.
Καὶ δάλυε θεῷ μεγάλῳ, ἵνα τῷ δὲ μεθάρχῃς,

Comprime te, tumido neu tantum corde superbi,
Ut nihil indubites durum certamen inire.
Sed magnum venerare Deum, quo participes hæc,

178 Οπ-

de Caussis plant. libro 6. capite 5. Plutarchus, Plinius, qui de *Pardis* multa habet libro 8. capite 15. & 17.) Solinus, Ælianus, alii. Ut de robore animoque *pardi* nil dicam, qui, etsi statura parvus, cum leone ipso & proceriſſimis quibuſque feris congredi non veretur. Qui ſimilitudinem hanc ſubtilius forte, quam ſolidius, rimantur, inconſultam Alexandri temeritatem cum pardi furore conferunt, quo in venabula præceps ruit, de vita parum ſolicitus, Hom. *Il.* φ. & Oppian. *Halieut.* libro 2. Interim & jugum pati didicit *pardus*, Magnateſque Romani, uti cervos ſphingeſque, ſic & pardos aureis catenis devinciebant. Refert quoque Philoſtratus, apud Photium act. 241. ἀλῶναί ποτε ἐν Παμφυλίᾳ παρδάλιν σὺν τῷ ἅρματι· ἐν αὐτῇ τῇ θήρᾳ ἴδιον, χρυσοῦν δὲ ἦν τὸ ἐπιζεύγνυμεν Ἀρμενίοις γράμμασιν, Βασιλεὺς Ἀρσάκης Θεῷ Νυσίῳ, *Aliquando in Pamphylia captum fuiſſe pardalim* (i. pantheram ſeu pardum) *aureum torquem circa collum habentem Armenius literis ita inſcriptum*, Rex Arſaces Deo Nyſæo. Imo & coulque cicuraris, ut venationi quoque adhiberi poſſit, retro dictum. Nec omittenda loca varia, a *pardis* & pantheris (Hebr. *nomer*) dicta, quæ in S. Scriptura occurrunt: *Nimra*, Numer. capite 32. verſu. 3. *Beth-nimra*, Numerorum capite 32. verſu 36. & *aqua Nimrim*, Eſajæ capite 15. verſu 6. & Jeremiæ capite 48. verſu 34. quæ tria videntur unius loci eſſe nomina, quem Moſes & Joſua in Gaditis ponunt, Eſaias & Jeremias in Moabitis, qui in vicinos Gaditas tum temporis uſurpaverant imperium. Ævo Hieronymi vocabatur *Benamcrium*, i. *Beth-nimrim*, Lat. *domus pardorum*. Inſuper Cantici capite 4. verſu 8. memorantur *montes pardorum*: ſive à Salomone ſic appellentur montes quilibet pardis frequentes, præcipue Libanus, Amana, Senir & Hermon, quorum ibi mentio; ſive aliqui tum fuerint montes circa Libanum peculiariter ſic nominati, ut is, de quo Brocardus, *A Tripoli per duas leucas eſt mons Leopardorum, rotundus & altus, una leuca à Libano diſtans*, &c. V. Sam. Bochartum *Hierozoici Part. prior.* libro 3. cap. 7. *toto, ubi de Pardo*, & cap. 8. ubi pantheram & πάρδαλιν, non eſſe diverſa animalium genera, pluribus probat, contra Allatium *in Euſtathii Hexaëm.* Adde Salmaſium *ad Solinum* pag. 212. 213. & 323. G. J. Voſſium *de Idol.* libro 3. capite 60. & *ſeqq.* & quæ ſupra diximus, in vocibus *Panther*, item *Panthera*. Improprie vox *pardus* ſumitur, cum de leopardis, ex *pardo* viz. & *lea* generis, aliquando occurrit. V. Salmaſium *ibid. Idem.*

178 Οπ-

178 Ὁππότε κὴ τέτο παρελάδῃ τέλος, αἴσιμον ἦμαρ
Ἥξει ἐπ' ἀνθρώπους ἀγαθὸς μεγάλοιο καταρχεύ.
Γῆ γὰρ παγχθέτεια βροτοῖς δώσει τὸν ἄπασον
Καρπὸν ἀπειρέσιον, σίτε, οἴνε, κὴ ἐλαίε
Αὐτὰρ ὑπερανόθεν μέλιτος γλυκερῆ ποτὴν ἡδύ,
Δένδρεά τ', ἀκροδρύων καρπὸν, καὶ πόνα μῆλα,
Καὶ βόας, ἔκτ' ἀρνῶν ἄρνας, αἰγῶν τε χιμάρρες.
Πηγάς τε ῥήξει γλυκερὰς λευκοῖο γάλακτος.

Cum finem hoc capiet tempus fatale, dieſque,
Judiciumque Dei mortalia pectora magnum
Æterni, magno imperio cogente, ſubibunt.
Nam terram omniparens fruges mortalibus almas
Edet inexhauſtas, olei, vinique, cibique:
Dulciaque ex alto cœlo rorantia mella,
Arboreos fructus, nitidas pecudeſque, boveſque,
Agnos atque agnas pingues, hœdoſque caprarum:

Πλή-

178 Ὁππότε κὴ &c.] Lactantius libro 7. capite 20. *Poſt hæc aperientur inferi, & reſurgent mortui, de quibus judicium magnum idem ipſe rex ac Deus faciet, cui ſummus pater judicandi & regnandi dabit maximam poteſtatem. De quo judicio & regno apud Erythræam Sibyllam ſic invenitur:*

Ὁππότε κὴ τέτο λαδῇ τέλος αἴσιμον ἦμαρ, ἐδὲ βροτοῖς
Ἤδη ἀφίξεται κρίσις ἀθανάτου Διός.
Ἥξει ἐπ' ἀνθρώπους μεγάλη κρίσις ἠδὲ θεῶν.

Euariant ſane ab his noſtris: ut dubitem an Erythrææ carmina qualia Lactantius vidit, integra ad nos perveniant. Sed & Putem membrana diverſa eſt à publicatis editionibus. Sic enim refert priores duos verſus, quantum ex literarum veſtigiis & interpretatione colligere licet.

Ὁππότε δὲ & τέτο λάδῃ τέλος αἴσιμον ἦμαρ,
Εἰς ἓ βροτὺς ἥξει κρίσις.
Cum vero & hic dies acceperit
Fatalem finem: in homines autem veniet judicium, &c. Opſopœus. Hæc autem quæ heic allegat pſeudo Sibylla ſuntex S. Scripturis hauſta, præſertium Propheta Jeſaia. Quomodo vero hæc carmina varient V. apud Sixtum Senenſem, in bibliotheca p. m. 134. *Gallæus.*

Πλήρεις δ' αὖτε πόλεις ἀγαθῶν, καὶ πίονες ἀγροὶ
Εσονται, οὐδ' ἐ μάχαιρα κ' χθονὸς, οὐδ' ἐ κυδοιμός
Οὐδ' ἐ βαρυσεν άχεσα σαλεύσεται ὀκ ἔπι γαῖα.
Οὐ πόλεμός τ', οὐδ' αὖγε κ' χθονὸς αὐχμὸς ἔτ' ἔσαι,
Οὐ λιμὸς, καρπῶν τε κακορρήτειρα χάλαζα.
Αλλά μιν εἰρήνη μεγάλη κ' γαῖαν ἅπασαν,
Καὶ βασιλεὺς βασιλῆϊ φίλος μέχρι τέρματος ἔσαι.
Αἰῶνα, κοινόν τε νόμον κ' γαῖαν ἅπασαν
Ανθρώποις τελέσειεν ἐν ὑψανῷ ἀστερόεντι
Αθανάτος θ', ὅσα πέπεγλεν δειλοῖσι βροτοῖσιν.

Et niveo fontes erumpent lacte ſuaves,
Oppida plena bonis & pinguia culta vigebunt,
Nec gladios metuet, nec belli terra tumultus:
Nec tremefacta gemet nutanti pondere tellus:
Nec bellum, nec erit ſentorum ſqualor agrorum,
Aut famis, aut fruges vaſtantis grandinis horror.
Verum pax terris florebit in omnibus alta:
Ad metaſque dati regem rex diliget ævi,
Communemque Deus toto componet in orbe
Æternus legem, cœli qui ſidera torquet,
Qua quicquid facient mortales lance librabit.

Αὐτὸς

179 Οὐ λιμὸς] Regius codex οὐ λοιμὸς, *non peſtis*: ſed perinde eſt. Sunt enim individuæ comites peſtis & fames. *Oppoſitum.*

180 Φυ-

Αὐτὸς γὰρ μόνος ἐστὶ θεὸς, κ' οὐκ ἔστιν ἔτ' ἄλλος.
Αὐτὸς κὴ πυρὶ φλέξειεν χαλεπὸν μένος ἀνδρῶν.
Ἀλλὰ καταθύσανλες ἐμὰς φρένας ἐν στήθεσι,
Φεύγε λατρείας ἀθέμιτας· τῷ ζῶντι λάτρευε·
Μοιχείαν πεφύλαξο, καὶ ἀκήδεστον ἄρσενος ὕπνου.
Τὴν δ' ἰδίαν γόνον παίδων τρέφε, μηδ' ἀφονεύσῃς.
Τοῖς δὲ γὰρ ἀθανάτου κεχολώσεται, ὅς κεν ἁμάρτῃ.
Καὶ τότε δ' ὀξυγερεῖ βασιλήϊον εἰς αἰῶνας
Πάντας ἐπ' ἀνθρώπους, ἅγιον νόμον ὅππότ' ἔδωκεν
Εὐσεβέσιν, τοῖς τᾶσιν ὑπέσχετο γαῖαν ἀνοίξειν,

Nam ſolus Deus eſt, & neſcit habere ſecundum.
Ipſe hominum vires immanes igne cremabit.
Sed mea pectoribus veſtris conſulta tenentes,
Viventem colite, & cultus vitate nefandos:
Confuſumque maris lectum fuge, adulteriumque:
Enutri proprios natos, occidere noli.
Nam Deus æternus peccantes opprimet ira.
Tunc autem regnum tempus componet in omne
In cunctos homines, ſancta cum lege piorum
Donavit gentem, queis terram pandere cunctis

Καὶ

180 Φεύγε &c.] Lactantius libro de ira, capite 22. quatuor ſequentes adducit aliquantum diſſidentes:

Φεῦγε δὲ λατρείας ἀνόμους ἠδὲ ζῶντι λάτρευε,
Μοιχείας τε φύλαττε, & ἄρσενος ἄκρατον ὕπνου

Ἰδίαν γονέων παίδων τρέφε, μηδὲ φονεύσῃς. κὴ γὰρ ὁ ἀθανάτου, &c. Scripta Lactantii membrana tertii initium his majuſculis, ut in omnibus ſolet, exprimit, ΘΗΝΔΙΔΙΑΝ ΘΗΝΝΔΗ. è quibus facile efficitur τὴν δ' ἰδίαν γόνον, &c. *Idem.*

Καὶ κόσμου τε πύλας μακάρων, καὶ χάρματα πάντα,
Καὶ νοεῶ ἀθανάτου αἰώνιον εὐφροσύνην τε.
Πάσης δ' ἐκ γαίης λίβανον καὶ δῶρα φορεῖς οἴκους
Οἴσουσι μεγάλοιο θεοῦ. κ' οὐκ ἔστεται ἄλλῳ
Οἴκῳ ἐπ' ἀνθρώποισι καὶ ἐσομένοισι πυθέσθαι,
[181] Ἀλλ' ὃν ἔδωκε θεὸς πιστὸν ἀνδρα γεραίρειν.
Υἱὸν γὰρ καλέουσι βροτοὶ μεγάλοιο θεοῖο.
[182] Καὶ πᾶσαι πεδίοιο τρίβοι, καὶ πηχέες ὄχθαι,
Οὔρεά θ' ὑψήεντα, ἄγεια κύματα πόντου,

Promisit, portasque beatorum orbis, & omnem
Lætitiam, mentemque æternam, & gaudia semper
Duratura: ferent & thus, & munera larga
Omnibus ex terris ad magni fana tonantis.
Nec venturo hominum generi domus ulla futura est,
Præter fidum hominem quem dat Deus, ad venerandum.
Namque Deo dicent homines genitore creatum,
Omnes & campi, calles, & littora dura,
Et celsi montes, & sæva fluenta profundi

Εὔβα-

181 Ἀλλ' ὃν &c.] Mutilus est, sed qui è Lactantii libro 4. capite 6. restitui possit: Ἀλλ' ὃ ἰδίοις ἤθεσι πιστοῖς ἀνδράσιν χαρίσηται. Sic enim & apud Lactantium pro αἰσὶν legendum esse docet scriptura & interpretatio ver. membranæ ΛΛΜΟΝΕΔΩ Κε, *sed quem dedit*. Augustinus in oratione contra quinque hæreses: *Audiamus quid Sibylla dicat, Alium, inquit, dedit Deus filiis hominum colendum, &c. Idem.*

182 Καὶ πᾶσαι &c.] Regius cod. habet πηχίαι. sequens carmen eodem modo legitur pag. 155.

183 Κεί-

Εὐθαλὲς δὴ γῆ εὔπλοα ἔσσεται ἡμασι κείνοις.
Πᾶσα γὰρ εἰρήνη ἀγαθῶν. ἐπὶ γαῖαν ἰκνεῖται,
Ῥομφαίαν τ' ἀφελῶσι θεοῦ μεγάλοιο προφῆται·
Αὐτὰρ γὰρ κρῖται τε βροτῷ, βασιλῆς τε δίκαιοι.
Ἔσται δὴ γῆ πλοῦτος ἐν ἀνθρώποισι δίκαιος.
Αὐτὴ γὰρ μεγάλοιο θεοῦ [183] κρίσις ἔσεται ἀρχή.
[184] Εὐφραίνεσθαι κόρη, καὶ ἀγάλλεο· σοὶ γὰρ ἔδωκεν
Εὐφροσύνην αἰῶνος, ὃς ἔμπαλιν ἔκλινε καὶ γαῖαν
Ἐν σοὶ δ' οἰκήσει, σοὶ δ' ἔσσεται ἀθάνατον φῶς.

Tunc pedibusque dabunt faciles, remisque meatus.
Pax etenim terram peragrabit summa bonorum,
Et gladios tollent afflati numine vates:
Et qui jura dabunt, reges mortalibus æqui
Divitiis homines justis magnisque fruentur,
Quippe Dei quia judicium ipsum, erit imperium ipsum.
Gesti læta puella: tibi nam gaudia semper
Duratura dedit cœli terræque creator,
In te habitaturus: tibi lux æterna manebit.

[185] Ev-

183 Κρίσις] Ubi vulgo κρίσεις, in reg. cod. est κρίσεως, hoc sensus quidem postulat, sed metrum recusat. *Idem.*

184 Εὐφραίνεσθαι &c.] Rursus hæc & sequentia ex S. Scripturis hausta, ideoque mentitur Sibylla se hæc Divino instinctu prædixisse. *Gallæus.*

185 Εν ᾧ λύκοι τε ἀρνες ἐν ὄρεσιν ἄμμις ἔδονται
Χόρτον, παρδάλιές τ' ἐρίφοις ἅμα βοσκήσονται,
Ἄρκτοι σὺν μόσχοις νομάδες αὐλισθήσονται,
186 Σαρκοβόρος τε λέων ἄχυρον φάγεται ὡς τὸ φάτνης
Ὡς βοῦς· καὶ παῖδες μάλα νήπιοι ἐν δεσμοῖσιν

Cumque lupis agni per montes gramina carpent,
Permixtique simul pardi pascentur & hœdi,
Cum vitulis ursi degent, armenta sequentes,
Carnivorusque leo præsepia carpet uti bos:
Et pueri infantes captas in vincula mittent,

Αξουσιν

185 Ἐν ᾧ λύκοι] In prioribus editio. hic pede uno superadat, sequens deficiebat: nunc uterque bene habet è reg. cod. Hom. Odyss. λ. κατίχανε ἔδὼν ἐπὶ φάτνῃ. Lactantius libro 7. cap. 24. refert eosdem versus à nostris parum discrepantes.

Οἱ ᾧ λύκοι σὺν ἄρνες· ὁ ὄφις ἀμιλλῶνται.
Χόρτον δὲ λύσις τ' ἐρίφοις ἅμα βόσκησιν,
Ἄρκτος σὺν μόσχοις ἰσὸ καὶ πάρδαλις βροτοῖσι.
Σαρκοβόρος τε λέων φάγεται ἄχυρον ὡς βοῦς φάτνης.
Σὺν βρέφεσι τε δράκοντες ἀμέμπτως κοιμήσονται.

Sed primus & secundus in manuscr. cod. Lactantii itidem ut apud Sibyllam leguntur, nisi quod ille correctius ἄμμιν pro ἄμμις scriptum habet: & in tertio πᾶσι βοῦσι, omnibus pecudibus.

مع الابن والنمر مع البقر والدبب
مع الغنم وتلعب الصبيان ظريات
ولا يضر بعضهم بعضا

quæ Latinæ sic sonant: *Descendet* Jesus Mariæ *filius in terram, & stillabit caput ejus quamvis nulla aspersione perfusum, & franget crucem & occidet porcum, & effundet opes, & securitas in terram incidet; ita ut leo cum camelo pascatur & pardus cum bove, & lupus cum ovibus, & ludat infans cum serpentibus, nec sibi mutuo noceant.* Sic Sibylla Cumæa

——— *nec magnos me fuent armenta leones*
Nec lupus insidias pecori &c.

Sic etiam Erythræa, Bochartus.

186 Σαρκοβόρος] Notandum D. Bochartum ex quo versum hunc

Σαρκοβόρος τε λέων ἄχυρον φάγεται ἐπὶ φάτνης
Ὡς βοῦς.

Hoc modo reddidisse,

Carnivorus quæ leo plenis præsepibus adstans
Cum bove stramen edet. Idem.

187 Δρά-

Ἄξουσιν· πηρὸν γὰρ ἐπὶ χθονὶ δῆρας πολύσι,
Καὶ βρεφέεσσι [187] δεύχοντες ἅμα σφίσι κοιμήσονται,

Terrebitque feras in terris debile corpus:
Cum pueris capient somnos in nocte dracones,

K' ὄφ

187 Δεύχοντες &c.] *Draco*, Gr. Δράκων, per metathesin, ut vult Festus, quasi Δέρκων, à δέρκω, *video*: Cæsari Scaligero dictus à δρᾶν ἄχος, *facere dolorem*; Vossio, λὰ τὸ δρᾶν ἄχος, *facere medicinam*; nempe, quia innoxii sunt. *Veris* enim *draconibus ora parva, & ad morsus non debiscentia*, Solinus capite 30. ubi eos *non in dentibus, sed in cauda vim habere, & verbere potius, quam ictu, nocere*, addit. Et si quis illis morsus est, nil nocet, quod veneno careant: unde Veteribus in deliciis & oblectamentis, qui eos *agathodæmonas*, ἀγαθοὺς δαίμονας, vocabant. Servius *ad Poëtæ versum illum*, de vipera,

——— *cœlumque exterrita fugit*:

Tectis, inquit, *gaudet, ut sunt ἀγαθοὶ δαίμονες, quos Latini* genios *vocant.* Inde *innoxia Numina* Lucano libro 5.

Vos quoque qui cunctis innoxia Numina terris
Serpitis aurato nitidi fulgore dracones,
Pestiferos ardens facit Africa.

V. etiam infra in voce *Draunculi*. Certe inter Deos *dracones* ab Ægyptiis relatos esse, docet Martianus Capella libro 1. ubi de Saturno, quem, *draunculum anni*, proin vocat Albricus. *Draconis* enim *caudam vorantis* hieroglyphico Tempus huic genti denotatum esse, notum. Sic *Draconem luci Nemæi*, pro Numine habitum, discas ex Lucano libro 3. Saltem sanctos fuisse *dracones* & angues priscis certum est, quos recensere longa sit series: Nec ullus majorum gentium Deaster, cui non consecratus aliquis talis. Qua de re pluribus agit Casp. Barth. *Animadverss. ad Statium Thebaid.* libro 5. versu 480. & 511. omnes autem Æsculapio, præcipue qui sunt fulvo colore, adscribit Pausanias libro 2. Quæ altera ratio est, qua etymon suum roboret Vossius. Nam & Æsculapii filia *Panacea* dicta est ex πᾶν & ἄχος, *omne* & *remedium*, ut ipso nomine omnium morborum remedia promittat, Plinio teste libro 24. capite 4. Ideo autem Æsculapio olim *Dracones* dicati, quia Medicum ἐμβλεπτὸν ac *circumspectum* esse oporteat; quæ virtus cum in milite quoque sit eximia, posterioribus Romani Imperii temporibus, *Draco* singularum erat cohortium signum, ut infra videbimus. Porro *Dracones* non Dii solum, vel saltem Diis facti, habiti sunt, sed & eorum specie Deastros Gentilium apparere gaviscos frequenter legimus. Actum floribus sparsis, qua serperent, cultu fuere. Ovidius libro 15.

Annuit his, motisque Deus rata pignora cristis,
Et repetita dedit vibrata sibila lingua.
Inde per injectis adopertam floribus ingens
Serpit humum, flectitque sinus ——

V. quoque Papinium Statium *Thebaid.* libro 5. versu 580. & de hoc adspersorum florum honore, Barthium præfatum *ad Claudianum* &c. Quod vero illis jubas cristasque adfingunt Poëtæ, convincuntur testimonio Jubæ Regis. Cornificius tamen *ad Herennium* libro 4. ardelionem nescio quem,

que m, Romanum Forum circumvolitantem, *jubatum draconem* vocat. Sed & qui ipsi Orientem lustrarunt, *cristatos dracones* visos testantur, inter quos Jac. Vitriacus libro 1. capite 89. Unde Juda de Africanis solum (qui etiam soli ab æstu regionis venenum trahunt) intelligendus esse videatur. *Jubas* autem infra & supra dracones, os habere auctor est Ælianus libro 10. capite 25. at fœminas cæteri hoc ornamento, idem docet libro 11. cap. 26. De aliis eorundem diximus supra, in voce *Alati*. V. iterum Barthium ubi supra, *Theb.* libro 2. versu 280. Ut pauca addam, illorum cristis Bacchum fuisse olim insignitum, Hecatem item dracone coronari solitam, discas ex Car. Pascalio *Coronarum* libro 1. capite 16. & libro 7. capite 12. Eosdem multa egregie ad Medicinam facientia, præcipuè Magicam in se habere vim, multis adstruit Plinius libro 29. cap. 4. Sed & Thesaurorum custodes olim fingebantur, quia ibidem vigilantia opus &c. V. Phædrum *Fabula* 6. & Vossium *de Idolol.* libro 3. capite 54. Adde Salmas. *ad Solin.* ubi de draconibus, quos *elephantias* quosque *chamædracontes* hic Auctor vocat, pag. 307, 308, 343 Sam. Bochartum *Hierozoici Parte posteriore*. libro 3. capite 4. & quæ hic passim, inprimis in voce *Serpens. Draco*, adde: *Persici Dracones* capti sub Aureliano memorantur Vopisco *in Divo Aureliano*, *Tunc illa vestes, quas in templo solis videmus, conserta gemmis, tum* Persici dracones *& tiaræ* &c. Inter signa nempe Persarum, ea quidem ætate, *Dracones* fuere; paulo vero ante Parthorum, qui in Oriente rerum erant Domini, & apud quos, cum cohortes millenariæ essent, cuique cohorti suus *draco* erat. Erant autem hi *dracones* simulachra verorum draconum, ea arte expressa ad terrorem hostibus inferendum, ut vulgo apud Romanos aliquando crederent, viva ipsa animalia, non illorum imitamenta, ad bellum ferre Persas: quæ in conflictu hostes appeterent, & misere vorarent. Quam falsam auditionem ridicule secutus erat Historicus ille, cujus ineptias exagitat Lucianus *de conscrib. Histor.* Præter Parthos Persasque Indi quoque, ac Scythæ, *draconibus* usi, ut ex Suida discimus. Ad Romanos à Parthis transisse, vult Casaubonus *ad Vopiscum* l. c. Ab Assyriis, Codinus *de Offic. Constantinop.* Sed hos spectasse alio vult Vossius: Nam *draco* illis vel Numen Bel, vel Numinis symbolum fuisse videtur, V. Hieronymum *Præfat. in Danielem*. Alii vero istiusmodi vexilla primum cœpisse deferri, apud Romanos, tradunt, postquam Trajanus Dacos vicit, qui signis ejusmodi similiter utebantur. Erant autem *draconum* effigies depictæ, in ipsis vexillis lineis aut sericis, eaque purpureæ, Ammianus libro 15, 16. Claudianus *in Ruffinum* libro 2. Alii. Neque solum in militia, sed & in pompa, præferebantur. Trebellius *in Gallienis*, ubi de Galliena Decennia celebrante, inter alia, *Hastæ*, inquit, *auratæ altrinsecus quingenæ, vexilla centena, præterea quæ collegiorum erant, dracones, & signa templorum omniumque legionum ibant* &c. Hinc nomen Δρακοντίου, vexillo illi, quo in cæremoniis suis utebantur Byzantini Augusti recentiores, de quo aliisque eorum ornamentis accurate agit de Fresne *ad Alexiadem*. A Romanis porro *Draconem* forte accepere, in præcipuum exercituum suorum vexillum, Impp. Occidui. Certe Guil. Brito, Carocium Othonis describens, *Draconem* eidem pro signo impositum fuisse, diserte memorat *Philipp.* libro 2.

Erigit in carro palum, paloque Draconem
Implicat, ut possit procul hinc, procul inde videri,
Hauriat & ventos cauda tumefactus & alis,
Dentibus horrescens, victusque patentis hiatu,
Quem super aurata volucer Jovis insistet ala,

Imo & Saxonibus, inter militaria fuisse *Draconem* signa, docet Witikindus *Gestor. Saxon.*

Κ' οὐκ ἀδικήσουσιν χεὶρ γὰρ θεοῦ ἔσσετ' ἐπ' αὐτούς.
188 Σῆμα δέ σοι ἐρέω μάλ' ἀριφραδέως, ὥς τε νοῆσαι
Ηνίκα δὴ πάντων τὸν τέλος γαίηφι χυθῆναι,
Ὁππότε κεν ῥομφαῖαι ἐν οὐρανῷ ἀστερόεντι
Ἐννύχιαι ὀφθῶσι πρὸς ἑσπέραν, ἠδὲ πρὸς ἠῶ,
Αὐτίκα καὶ κονιορτὸς ἀπουρανόθεν προφέρηται

Nec lædent, quoniam Domini manus obtegit illos.

Signa tibi vero dicam clarissima, per quæ
Omnia cum terris sint perficienda videbis.
Cum visi fuerint cœli stellantis in oris
Nocturni gladii, casus ad solis & ortus,
Pulvis & è cœlo terram descendit in omnem

Πρὸς

Saxon. libro 1. & Angelis, ubi ab ineunte fere Regni origine ad hæc usque tempora præcipuum inter Regalia habeatur signa, non secus ac *Auriflamma* olim in Gallia, ostendit du Fresne: origine moris hujus ab Uterpendragone petita, quem, cum stellam Draconis ignei effigie horridam in cœlo conspexit, futuri Regni omen, duos *Dracones* ex auro confieri, unumque horum in Æde Wintoniensi collocari jussisse, altero in prælüs usum esse, tradit Matth. Monasteriensis *A.* C. 498. De Ducibus Normanniæ, idem docet du Fresne ex ver. quodam *Regesto* Fœderum Franciæ: De Flandriæ Comitibus V. *Chronic.* Andrense pag. 491. De omnibus tandem pene nationibus, *le Roman de Garin*, apud C. du Fresne *Gloss.* Sed & *Draco* in Eccles. Rom. dicitur effigies *Draconis*, quæ cum vexillis, in Ecclesiasticis processionibus, deferri solet, qua vel Diabolum ipsum, vel hæresim triumphatam, designari ajunt. *Consuetudines* Cœnobii Floriac. *Dominica in Ramis Palmarum duæ fiunt processiones: posterior ad Floriacum, præcipit vexilla & Draco.* Alibi: *Ad processionem portatur aqua benedicta & thuribulum sine igne & Crux & Draco in pertica. Unus vero de infantibus in conca, à Magistro suo præparata, affert candelam accensam, ut præstolet ignis, si extinguatur, qui in ore Draconis portatur. Ipso die portatur Draco à Thesaurario* &c. V. Beletum *de Divin. Offic.* capite 123. & Durandum *Rat.* libro 6. capite n. 12. & capite 102. n. 11. laudatos, in *Gloss. cit. Hofmannus.*

188 Σῆμα δέ &c.] Omnia hæc sunt ex Sacris literis desumpta. *Gallæus.*

Πρὸς γαῖαν ἅπασαν, καὶ οἱ στέλας ἠελίοιο
Ἐλείψῃ κατὰ μέσσον ἀπ' οὐρανοῦ, ἠδὲ σελήνης
Ἀκτῖνες φοίφανοῦσιν, ἓ ἀΐψ' ἐπὶ γαῖαν ἵκονται,
Αἵματι καὶ σαγόνεσι, πετρῶν δ' ἀπὸ σῆμα ῥήξεται,
Ἐν νεφέλῃ δ' ὄψεσθε μάχλω πεζῶν τε καὶ ἱππέων
Οἷα κυνηγεσίῃ θηρῶν ὁμίχλησιν ὁμοίῃ·
Τοῦτο τέλος πολέμοιο τελεῖ θεὸς οὐρανόθι οἰκῶν.
Ἀλλὰ χρὴ πάντας θύειν μεγάλῳ βασιλῆϊ.
Ταῦτά σοι Ἀσσυρίης[189] Βαβυλώνια τείχεα μακρὰ
Οἰστρηθεῖσα φέρω, ἐς Ἑλλάδα πεμπόμενον πῦρ

Protinus, & medio curſu lux aurea ſolem
Deſeret, & terram fulgenti lumine luna,
Sanguineis guttis ſtillantibus, irradiabit,
Signaque ſaxa dabunt, & in alta prælia nube
Cernetis, peditumque equitumque, ſonantibus armis,
Quali venantes prædas clamore fatigant:
Hanc finem belli faciet Deus incola cœli.
Sed magno regi decet omnes ſacrificare.
Hæc ſunt, quæ moneo Aſſyria Babylone profecta,
In Græcos ignis miſſus, fanatica, cunctis

[190] Πᾶσι

189 Βαβυλώνια] Mallem Βαβυλῶνος, | Βαβυλῶνος. Orpheus. ut ſupra dixerat eadem Sibylla, Ἀσσυρίης |

190 Πᾶσι

190 Πᾶσι θεοφηλεύσα θεοῦ μυθήματα θνητοῖς,
Ὡς τε θεοφηλεῦσαι με βροτοῖς αἰνίγματα θεῖα.
191 Καὶ καλέσει βροτοί με καθ' Ελλάδα πατρίδ' ἄλλης,
Ἐξ Ερυθρῆς γεγαῶσαν, αἰσχύνῃ, οἱ δέ με Κίρκης
192 Μητρὸς καὶ Γνωσοῖο πατρὸς, φήσουσι Σίβυλλαν,
Μαινομένην, ψεύστειραν· ἐπὴν δ' ἐμὰ πάντα τελέσσω,
Τιμήσει με μνήμην ποιήσεται, οὐκ ἔτι μ' ἐρεῖς
Μαινομένην φήσειε, θεοῦ μεγάλοιο θεσπιν.
193 Ὅς γὰρ ἐμοὶ δήλωσεν ἃ πρὶν γενεῇσιν ἐμοῖσιν,

Exponens Divina Dei præsignificata,
Mortali ut generi Divina ænigmata pandam.
Et tamen ex alia patria me Græcia dicit,
Ex Erythra natam, positique pudoris. At illi
Matre ferent Circe, Gnosto me patre, Sibyllam,
Insanam, falsam. Sed cunctis denique factis,
Tunc recoletis me, neque dixerit amplius ullus
Insanam, magnam sed vatem numinis alti:
Cui Deus ostendit quæcunque parentibus idem

Οσσά

190 Πᾶσι &c.] Notatur in impressis codicibus & scripto Pithoei, duos post hunc versus deesse, id quod satis manifestum est. Vide initium lib. octavi. *Idem.*

191 Καὶ καλέσει &c.] De hisce videantur dissertationes nostræ. *Gallæus.*

192 Μητρὸς &c.] Lactantius libro quarto capite decimo quinto, *Erythræa fore ait, ut diceretur insana & mendax.* Lactantii codices habent φεύστῃ με θεοῦ. Sed tum prius μ' in δ' mutandum erit, ut monstrat reg. cod. *Op opæus.*

193 Ὅ γὰρ ἐμοὶ &c.] Uterque codex refert, ὃ γὰρ ἐμοὶ δηλώσῃ, ἄ. *Idem.*

Οσά τε πρῶτ' ἐγώνετο, τά μοι θεὸς ἐκατέλεξε·
Τῶν μετέπειτα δ' πάντα θεὸς νόῳ ἐκατέθηκεν,
Ὡς τε προφηλεύειν μελάτ' ἐσσόμενα, πρόσθ' ἐόντα,
Καὶ λέξαι θνητοῖς· ὅτε γὰρ κατεκλύζετο κόσμος
Ὑδασι, καὶ τις αὐτὴς μόνος εὐδοκίμητος ἐλείφθη,
Ὑλοτόμῳ ἐνὶ οἴκῳ ἐπιπλώσας ὑδάτεσσι
Σὺν θηρσι, πλωοῖσί θ', ἵν' ἐμπλησθῇ πάλι κόσμος·
Τᾶς μὰν ἐγὼ νύμφη, ἀφ' αἵματος αὖτε ἐτέχθην.
Τῷ τὰ πρῶτ' ἐγώνετο, τὰ δ' ἔσχατα πάντ' ἀπεδείχθη.
Ὡς τ' ἀπ' ἐμοῦ στόματος τάδ' ἀληθινὰ πάντα λελέχθω.

Ante meis, & quæ fuerint, quæ sintque futura,
Omnia perdocuit, mentem veracibus implens,
Ut mortale genus (venturaque, quæque fuerunt,
Pandens) admoneam: siquidem cum dilueretur
Mundus aquis, cum vir solus probus exsuperavit
Quidem, quem per aquas vexit domus eruta sylvis,
Et pecudes, & aves, rursum impleretur ut orbis,
Ejus ego nurus, ejus item de sanguine nata,
Cui prima acciderunt, postrema ostensa fuerunt,
Hactenus ore meo vera omnia prodita sunto.

ΛΟ-

ΛΟΓΟΣ ΤΕΤΑΡΤΟΣ.

ΠΕΡΙ ΘΕΟΥ ΚΑΙ ΔΙΑΦΟΡΩΝ χωρῶν καὶ νήσων.

LIBER QUARTUS.

DE DEO ET DIVERSIS *regionibus ac insulis.*

ΚΛΥΕ λεὼς Ἀσίης μεγαλαύχεο, Εὐρώπης τε,
Ὅσσα μελιφθέγκτοιο διὰ στόμα᾽ μεγάλοιο
Μέλλω ἀφ᾽ ἡμετέρης παναληθέα μαντεύεσθαι,
[2] Οὐ ψευδῆ [3] Φοίβου χρηστήρια, ὅν τε μάταιοι

AUDI gens Asiæ nimis Europæque superba,
Hæc quæ mellisono verissima vaticinari
Ore paro, nostro dictata à numine magno:
Non oracla quidem dantis mendacia Phœbi,

Ανθρω-

1 Λόγος τέταρτος] Quartus numero liber est in publicatis & privatis libris. Ranconetus tamen quintum facit, hoc titulo proposito: ἐπῳδὴ λογος ε'. *Oratio quinta.*

2 Οὐ ψευδῆ &c.] Scribe ψευδῆ. Regius codex habet ψευδῆ. Clemens Alexandrinus in exhortatione ad Græcos pagina vigesimus, aliegat quatuor versus sequentes: sed mendose apud eum legi videtur, ψευδῆ Φοίβου χρηστηρίου. Itaque malim cum Sibylla scribere: διδάσκαλον ὑμῖν προφήσομαι τὴν θεόφατιν σίβυλλαν, οὐ ψευδῆς φοίβου χρηστηρίου, ἀλλὰ θεοῦ, &c. *Doctorem vobis adducam vatem Sibyllam, non mendacis Apollinis fatidici, sed Dei, &c. Idem.*

3 Φοίβου] *Phœbus*, idem qui *Apollo*, sive

Ἀνθρώποι θεὸν εἶπον, ἐπεψεύσαντο δὲ μάντιν·
Ἀλλὰ θεὸς μεγάλοιο, τὸν οὐ χέρες ἔπλασαν ἀνδρῶν,
Εἰδώλοις ἀλάλοισι λιθοξέστοισιν ὁμοῖον.
Οὔτε γὰρ οἶκον ἔχει, ναοῦ [2] λίθον ἱδρυθέντα,

Quem dixere Deum, quem falso nomine vatis
Vani appellarunt homines: sed numine magno
Flante Dei, quem non hominum manus ulla dolavit,
Mutis assimilem signis, saxoque politis:

Κωφό-

sive *Sol*. Jovis & Latonæ filius, eodem partu cum Diana editus, Divinationis & Musicæ Deus à Poëtis habitus, & Medicinæ repertor. Sic dictus juxta Cornificium, ἀπὸ τοῦ φοιτᾶν βίᾳ, hoc est, *quod vi feratur*, ut & Macrobius refert *Sat.* 1. 17. Plerique nonnuatum putant à specie & nitore, nonnulli à sordibus, à quibus is purgat. Nam φοιβεῖν est *purgare*, & φοιβὸν τὸ καθαρὸν, & φοιβικός τις ἂν ὁ φοιβηρίοις χρώμενος ὁ ἱερὸς καθαιτοῖς. Alii *Phœbum* quasi φωσῆρα appellant, id est, *à luce*, & *vita*, vel potius quasi φοιβῆρα. Didymus ex Hesiodo, ἀπὸ τῆς φοίβης, *puritate*, & *luce*. Fungerus. *Hofmannus*.

4 Λίθον &c.] *Lapis*, Jupiter dictus est, secundum Festum, à lapide silice, quem in sanciendis fœderibus tenentes, sic jurabant: *Si sciens fallam, ita me Diespiter, salva urbe arceque bonis ejiciat, ut ego hunc lapidem.* Vel à lapide, qui Saturno ab Ope, pro Jove, oblatus & ab eo devoratus fingitur. Thom. Dempsterus *Antiqq. Rom. Lapis*, Jupiter, adde: Putat nonnemo, Veteres Jovem *Lapidem* appellasse, quod olim fuerit ejus lapideum simulachrum, utque ita Jovem, veluti testem juramenti sui, manu sua veneratos esse. Lampridius certe *in Heliogabalo*, *lapides* quoque *divos* dixit: ubi tamen Salmasius *vivos lapides*, scribi posse contendit, quos Græci ἐμψύχους λίθους appellarunt. Βαιτύλια λίθον ἐμψυχοι Græcis, qui se movebant Dæmonis instinctu, ut vidimus. Istiusmodi *lapides* Saturno, Jovi, Soli, aliis Diis, sacros fuisse, refert Photius *in Bibliotheca*: & Rheam Saturno lapidem, pro Jove devorandum, objecisse, quem Βαιτύλεν appellabant, fingunt Mythologi. Peregrino vocabulo Latini *Abadir* dixere, quo & Deum, & nominarum jam *lapidem* indigitarunt. Fuere & Athenienses soliti ad *lapidem* vel saxum jurare, unde Λιθομόται Hesychio, ἐπὶ τῷ λίθῳ ὀμνύντες, dicti: Hodieque apud Indos plurima Numina sub *lapidum* forma adorati, annotavit diligenter Petrus de Valle *Itinerarii tomo.* 4. Neque tantum *lapidem*, sed etiam *lapidum congeriem*, Divino cultu prosequutos esse Veteres, docet Theophrastus περὶ δεισιδαιμονίας, cum ait: Καὶ ἢ λιπαιῶν ἐν ταῖς τριόδοις, πυρὸν ἐπὶ τὴν λιανὸν ἔλαιον καταχεῖν, ἓν γόνατα πεσεῖν ἓ προσκυνῆσαι ἀπελλάττεσθαι, Unde

Κωφόταλον, νωδόν τε, βεβηλῷ πολυαλγέα λοιβῇ.
Αλλ' οὐ ἰδεῖν ὁπὸ χθονὸς, οὐδὲ μετρῆσαι,
Ομμασιν ἐν θνητοῖσι, χεὶρ δ' οὐκ ἔπλασε θνητῷ·
Ος καθορῶν ἅμα πάντας, ὑπ' οὐδενὸς αὐτὸς ὁρᾶται·
Οὗ νύξ τε δνοφερή τε καὶ ἡμέρη, ἠέλιός τε,
Ασερ, σελήνη τε, καὶ ἰχθυόεσσα θάλασσα,
Καὶ γῆ, καὶ ποταμοὶ, καὶ ἀενάων πόμα πηγῶν,
Κτίσματα πρὸς ζωὴν, ὄμβρος θ' ἅμα καρπὸν ἀρούρης

Nec domus eſt olli, ſaxum nec in æde ſacratum,
Voce carens, ſurdum, mortalibus exitioſum:
Sed quem de terra mortali lumine non eſt
Cernere, metirique manu, neque fingere tactum,
Omnes qui cernens, à nullo cernitur ipſe:
Cujus in imperio nox eſt tenebroſa, dieſque,
Lunaque, ſideraque, & ſol, piſcoſumque profundum:
Tellus, & fluvii, fonteſque perenne ſcatentes,
Ædeſque ad vitam, & pluviæ cum frugibus almæ

Τίτλον-

Unde & apparet, oleo illos delibutos fuiſſe. Vocabantur illi Græcis Ἑρμαῖοι λίθοι, quod ſtatuas Mercurii, quæ in biviis triviiſque colebantur, jactu lapidum prætereuntes augerent. Orientalibus quoque populis familiaris hæc ſuperſtitio: Arabes certe λίθον τετράγωνον, *Lapidem quadrangularem* coluiſſe, memoriæ reliquit Maximus Tyrius *Serm.* 38. de quo & Clemens *in Protreptico*. Cui Veneris caput fuiſſe inſculptum, affirmat Euthymius Zygabenus *in Panoplia* & Catecheſis Saracenorum. Hodie quoque ſaxum adhuc nigrum in templo Meccano venerantur Mahummedani. V. Proverbiorum capite 20. Item Seldenum *de Diis Syris*, & ſupra in voce *Bætylus*. *Idem.*

5 Κτίσματα &c.] Hunc verſum inſeruimus è codice regio. *Opſopœus.*

6 Ὄλεσσα

Τίκτουσες, καὶ δένδρα, καὶ ἄμπελοι, ἠδὲ τ' ἐλαῖαι.
Οὗτός μοι μάστιγα διὰ φρενὸς ἤλασεν εἴσω,
Ἀνθρώποις ὅσα νῦν τε καὶ ὀπτώσα γίγαλαι αὖθις,
Ἐκ πρώτης γενεῆς ἄχρις ἑνδεκάτης ἀφικέσθαι,
Ἀτρεκέως καταλέξαι. ἅπαντα γὰρ αὐτός ἔλεξεν
Ἐξαύων. σὺ δ' πάντα λεὼς ἐκάκυε Σιβύλλης
Ἐξ ὁσίης στόματος φωνὴν θεοχρόνου ἀληθῆ.
Ὄλβιοι ἀνθρώπων κεῖνοι καὶ γαῖαν ἔσονται,
Ὅσοι δὴ σέβεσι μέγαν θεὸν εὐλογέοντες,
Πρὶν φαγέειν, πίειν τε, πεποιθότες εὐσεβίῃσιν·

Terræ, atque arbores, & vites, animalia, olivæ.
Hic mihi verberibus mentem quatit acribus intus:
Ut tum quæ nunc sunt, tum quæ ventura trahuntur,
A primo undecimum donec jam venerit ævum,
Mortali generi referam certissima namque
Ipse mihi pandens narravit cuncta, sed audi
Omnia tu populus, dicit quæcunque Sibylla,
Veridicas sancto fundens ex ore loquelas.
Felices hominum illi versabuntur in orbe,
Qui laudare Dei supremi numen amabunt
Ante cibum & potum, freti pietatis amore:

7 Οἱ

6 Ὄλβιοι] Septem versus sequentes Sibyllæ vindicavit jam olim Justinus in oratione ad Gentiles. *Idem.*

7 οἱ

[7] Οἱ νηὸς μὲν πάντας ἀποστρέψουσιν ἰδόντες,
Καὶ βωμούς, εἰκαῖα λίθων ἱδρύματα κωφῶι,
Αἵμασιν ἐμψύχων μεμιασμένα, καὶ θυσίηισι
Τετραπόδων· βλέψουσι δ' ἑνὸς θεοῦ εἰς μέγα κῦδος,
Οὔτε φόνον ῥέξαντες ἀτάσθαλον, οὔτε κλοπαῖον
Κέρδος ἄπειρον ἑλόντες· ἀδηρίγματα τέτυκται
[8] Οὐδ' ἄρ' ἐπ' ἀλλοτρίης κοίτης πόθον αἰσχρὸν ἔχοντες,

Omnia qui visu templa avertentur, & aras,
Ex lapidum vanas stupidorum pondere moles,
Sacrifico fœdas animantum quadrupedumque
Sanguine: suspicientque Dei decus unius ingens.
Nec diram facient cædem: neque lucra parabunt.
Grandia per furtum: quæ sunt deterrima plane.
Nec vetitum alterius cupient fœdare cubile:

Οὔτ'

7 Οἱ νηὸς &c.] Clemens Alexandrinus in protreptico refert eosdem, uno tamen auctos, & aliquantum diversos: ὅλβιοι μόνοι τυγχάνουσιν, ὡς ἔπος εἰπεῖν, ὁμοθυμαδὸν ἁπάντων καὶ τῶν αἰῶνος.

Οἱ νηοὺς πάντας ἀποστρέψαντες ἰδόντες,
Καὶ βωμούς, εἰκαῖα λίθων ἱδρύματα κωφῶν,
Καὶ λίθινα ξόανα, & ἀγάλματα χειροποίητα
Αἵματι ἐμψύχων μεμιασμένα & θυσίαισι
Τετραπόδων, διπόδων, πτηνῶν θηρίων τε
Φονεύσι.

Id est, *Beati ergo uno, ut semel dicam, consensu sunt soli illi ex Sibyllæ sententia, quicunque*

A se visa Deum qui omnino templa negabunt,
Surdorum & lapidum quæ sunt altaria, sedes,
Ex lapide & manibus simulacra effecta virorum,
Cæsorum quæ sunt animato insecta cruore
Quadrupedum, bipedum, volucrumque & cæde ferarum. Idem.

8 Οὐδ' ἄρ &c.] Agnoscit duos istos versus idem Clemens lib. 3. pædag. *Idem.*

Οὔτ' ἐπὶ ἄρσενα ὑβρεμὶν ἀπεχθέαλε συναρμώ τε.
Ὧν τρόπον, δισεβίων τε, καὶ ἤθεα ἀνέρες ἄλλοι
Οὔ ποτε μιμήσονται, ἀναιδείων πολεόντες·
Ἀλλ' αὐτὸς χλοδὴν γέλωτί τε μυχθίζοντες,
Νήπιοι ἀφραδίῃσιν ἐπὶ ψεύδεα σκεῖνοις,
Οσσ' αὐτοὶ ῥέξωσιν ἀτάσθαλα καὶ κακὰ ἔργα.
[10] Δύσφρονοι γὰρ ἅπαν μερόπων γένος. ἀλλ' ὅταν ἤδη
Κόσμος καὶ θνητῶν ἔλθῃ κρίσις, ἣν θεὸς αὐτὸς
Ποιήσῃ, κρίνων ἀσεβεῖς ἅμα τ' δισεβίας τε.
Καὶ τὲς δυσσεβέας μὲν ὑπὸ ζόφον ἔμπαλι πέμψῃ,

Masculæ nec turpi maculabunt corpora tactu.
Atque horum moresque pios, vitæque tenorem
Haud imitabuntur reliqui, quibus improba mens est:
Sed tetris illos sannis, risuque, sequentes,
Affingent illis dementes crimina falsa,
Crudeles, ipsi quæcunque nefanda patrarint.
Omne hominum genus est monitis accredere durum.
Sed cum judicium jam tandem venerit orbis,
Censebitque pios homines Deus ipse, malosque,
Atque malos rursum tenebras detrudet ad imas:

[11] Καὶ

9 χλοδὴν] Lege χλιδὴν, ut versus constet. *Idem.*

10 Δύσφρονοι] Hi versus à Lactantio citantur libro 7. capite 23.

11 Καὶ

[11] Καὶ τότ' ἐπιγνώσηται ὅσην ἀσέβειαν ἔρεξαν.
Εὐσεβέες δ' ἐπὶ μὲν ἔσσιν ἐπὶ ζείδωρον ἄρουραν,
Πνεῦμα θεοῦ δόντος ζωὴν θ' ἅμα καὶ βίον αὐτοῖς
Ἀλλὰ τὰ μὲν δεκάτῃ γενεῇ μάλα πάντα τελεῖται.
Νῦν δ' ὅσ' ἀπὸ πρώτης γενεῆς ἔσεται, τάδε λέξω.
Πρῶτα μὲν Ἀσσύριοι θνητοῖς ἀρξουσιν ἁπάντων,

Tum demum noscent quam flagitiosa patrarint.
Terra piis autem nutrix habitanda manebit:
Dante Deo flatum, vitam, victumque. sed hæc sunt
In decimo penitus seclo omnia perficienda.
Nunc autem à primo seclo ventura recludam.
Principio Assyrii mortalibus imperitabunt

Ex

11 Καὶ τότε &c.] Discrepat à Lactantii scriptura,

Καὶ τότε δυσεβίας μὲν ἐπὶ ζίφος ὐ πυρὶ πίπτῃ.

Sequuntur apud eum duo alii, quorum alter omittitur, alter ordine quintus est in hac pagina: sed eidem conjunctim reperiuntur in calce libri. *Oppianus.* Hic versus in Sibyllino codice legitur hoc modo:

Καὶ τὰς δυσεβίας μὲ ὑπὸ ζίφος ἔμπεσε λιπτῇ.

Deinde additur alius, qui hic desideratur:

Καὶ τότ' ἐπιγνώσονται ὅσ' ἐδυσέβησαν ἔρεξαν.

Ubi ego legere malim, ὅτι ἀσεβείας. Sic enim & sensus & versus melior fiet. Deinde reliqui duo versus leguntur hoc modo:

Εὐσεβίης δ' ἐπὶ μὲν ἔσσιν ἐπὶ ζείδωρον ἄρουραν,
Πνεῦμα θεοῦ δόντος ἐς ζωὴν θ' ἅμα ἐς βίον αὖτοις.

Nos ex utrisque commixtam conflavimus translationem:

Nulla fides hominum generi tunc. at ubi summum
Judicium veniet, mundo & mortalibus illud
Quod Dominus faciet pariter, pravisque piisque:
Tunc ad tartareos ignes mala turba volabit,
Tunc vero vitam scelleratam intelliget ipsa.
Tunc iterum in terris vivent pietatis amantes,
Dante Deo vitam accipient, & pneuma, & honores. Betuleius.

Ἐξ ἥρεας κόσμοιο διακρατέουσιν ἀρχῆς·
Ἐξ ἧς μελλήσαντος ἐπουρανίοιο θεοῖο
Αὐταῖσιν πόλεσίν τε καὶ ἀνθρώποισιν ἅπασι
Γῆν ἐπάλυψε θάλασσα, κατακλυσμοῖο ῥαγῆτος.
Οὓς Μῆδοι καθέλουσιν ἐπαυχήσουσι θρόνοισιν.
Οἷς ἥρεαι δύο μοῦναι, ἐφ' ᾗ τάδε ἔσεται ἔργα·
Νὺξ ἔσται σκοτόεσσα μέσῃ ἐν ἡμάτος ὥρῃ,
Ἄστρα δ' ἀπουρανόθεν λείψει, καὶ κύκλα σελήνης·
Γῆ δ' ὀλόῳ σεισμοῖο τινασσομένη μεγάλοιο,
Πολλὰς πληίξειε πόλεις, καὶ ἔργ' ἀνθρώπων·

Omnibus, ætatesque tenebunt imperio sex:
Ex quo cœlestis sævas ob numinis iras
Terras atque homines omnes, urbesque profundum
Obruit æquor aquis, ex eluvione redundans.
Quos Medi tollent tumidi, soliumque tenebunt,
Per duo tantum secla, & eorum hæc tempore fient:
Nox erit in medio spacio tenebrosa diei,
Astraque deficient cœlos, & luna globosa,
Et tellus magni motus concussa tremore
Urbes evertet multas, hominumque labores,

Ex

12 Ἐξ ἧς μελλήσαντος] Lactantius libro de Ira capite 23. *Alia* (inquit) *Sibylla, per indignationem Dei adversus injustos catachysmum priore seculo factum esse dixit, ut malitia generis humani extingueretur.* Quibus verbis subdit tres, qui hic habentur, vetus plane consimiles, nisi quod πολίτων scribitur pro πόλεσιν τε. Opsopœus.

13 Κυαξ-

Ἐκ δὲ βυθοῦ τότε νῆσοι ὑπερκύψουσι θαλάσσης.
Ἀλλ' ὅταν Εὐφρήτης μέγας αἵματι πλυμμύρηται,
Καὶ τότε δὴ Μήδοις Πέρσαισί τε φύλοπις αἰνὴ
Στήσεται ἐν πολέμῳ, Περσῶν δ' ὑπὸ δούρασι Μῆδοι
Πίπτοντες, φεύξονται ὑπὲρ μέγα Τίγριος ὕδωρ.
Περσῶν δὴ κράτος ἔσται ὅλῳ κόσμοιο μέγιστον.
Οἷς ἥρπει μία κεῖται [13] ἀναρχέϊνς πολυόλβου.
Ἔσται δ' ὅσσα κεν ἄνδρες ἀπέχονται κακὰ ἔργα,
Φυλόπιδές τε, φόνοι τε, διχοστασίαι τε, φυγαί τε,
Πύργων πλωισμοί τε, ἀναστάσιαι τε πολήων.

Emergentque maris fundo tunc insulæ ab imo.
Euphrates sed cum manabit sanguine magnus,
Tum Medi & Persæ belli certamine duro
Confligent, & ibi Persis vincentibus hastis
Diffugient Medi Tigris trans magna fluenta.
Fiet & in mundo Persarum summa potestas,
Ætas una quibus posita est sine principe felix.
Existent & quas homines odere, malæ res,
Conflictus, cædesque, fugæque, & seditiones,
Excisæque dabunt turres urbesque ruinas;

Ἑλλὰς

13 Ἀναρχέϊνς] Castalio vertit *sine principe fœlix*: deceptus voce ἀναρχέϊνς, ut arbitror: quæ non includit privationm, sed dominium, imperium sive regnum significat ab ἀναξ derivata. *Idem.*

Ἑλλὰς ὅταν μεγάλαν χθ' ἅπι πλατὺν Ἑλλήσποντον
τὸν
Πλώσῃ, βρύξῃ δ' Ἀσίδι βαρεῖαν κῆρα φέρουσα.
Αὖτὰρ ἐς Αἴγυπτον πολυαύλακα, πυροφόρουτε,
Λιμὸς ἀκαρπίη τε κατειπομένων ἐνιαυτῶν
Εἴκοσι φοιτήσῃ, σαχνηφόρον ἠνίκα Νεῖλος

Græcia cum planum tranabit ad Helleſpontum,
Et triſtes Aſiæ faſtu feret horrida clades.
Deinde per Ægyptum gleboſam, frugiferámque,
Frugum inimica fames totis graſſabitur annis
Viginti: cum neſcio quo ſubter ſola terræ

Αλοϊ

14 Νεῖλος &c.] Paulo ante locuta fuit Sibylla de Ægypto ejuſque fertilitate a Nilo quæ terram illam ſpectant: cauſam nunc famis quæ viginti totis annis graſſaturam vaticinatur hæc pſeudo-Sibylla quia Nilus abdet nigra fluenta: hæc autem ut bene percipiantur, contentioſeque de Nilo & Ægypto à Scriptoribus narrantur, hæc adſcribere lubet. *Nilus*, Patr. Conſtantinop. poſt Macarium, anno 1378. per annos 20. Onuphr. *in Chron.* Item Archiep. Theſſal. anno 1555. Scripſit contra primatum Papæ rum. *Nilus*, Ægypti Epiſcop. exuſtus, ſub Diocletiano. Vide Lactantium, libro 5. capite 11. *Nilus*, hiſtoricus, Græce extare dicitur à Rob. Conſtantino in ſuo Nomenclatore. Alius autem ſine dubio eſt *Nilus*, B. Chryſoſtomi diſcipulus, ſub Theodoſio jun. monachus C. P. ac Theodoreti æqualis: ſcripſit de cæde 88. Martyrum, monachorum à Saracenis occiſorum, in monte Sina: quem librum Lipomannus, & Poſſevinus verſum, anno 1639. ediderunt. Prodierunt quoque ejus 355. epiſt. ex Bibl. M. Florentinæ D. cum verſione & notis. Alia etiam reliquiæ, ſed paræneticæ. Vide Photium *in Bibl. cod.* 153. 201. 276. Nicephor. *Eccleſ. Hiſt.* libro 14. capite 14, 53, 54. Sixt. Sen. &c. *Nilus*, Africæ fluvius celeberrimus, ut Aſiæ Ganges, & Indus, atque Europæ Danubius. Plurima ejus ab antiquis perhibentur, & celebrantur nomina. Nam & *Aegyptus* & *Triton* dictus, &c. Nos, omiſſis reliquis, quæ hodieque apud varios populos obtinent? Abyſſinis enim *Tacui* & *Abanus* dicitur, &c. de notiſſimo eorum tantum in præſentiarum agemus, ac primum de Nominе, cujus originem quod attinet, variæ ſunt authorum de illa ſententiæ; potiſſimæ vero ſunt hæ ſequentes. *Primo* Diodorus Siculus cum à *Nileo* quodam, Ægypti rege, ſic dictum arbitratur, libro 1. ubi de regibus Ægyptiorum antiquis loquens, ait: Οὗτοι καὶ τῶν ἰδίων παιδίων, καὶ πρώτοις ἱστορίας ἀξίοις ἀναγράψασθαι, πολὺ διὰς Νειλέως, ἀφ' ὃ συμβαίνει τὸ πο-

πμὸν

ζωμὲν ὑπὸ τῶν Νείλον. *Secundo* Eustathius, à *Nilo* quodam Atlantis nepote, sic appellatum putat. Νείλου φασὶν ὀνομάσθαι ἀπὸ Νείλα τινὸς ἀπογόνου Ἄτλαντος βασιλεύσαντος τῆς χώρας. Ibidemque ad iis aliis sic dictum videri, ἀπὸ τινος Νείλα βασιλικοῦ παιδὸς οἰκὶ ῥίψαντ᾽ ἑαυτὸν. *Tertio*, doctior est, quæ etiam plerisque veterum placuit etymologia, qua Νεῖλος dicitur, quasi Νέος ἴλυς, quod νέαν ἰλὺν, hoc est, *novum limum*, singulis annis mittat. Eam diserte innuit Heliodorus Æthiopicorum libro 9. his verbis: Ὡς δὲ τὴν ἐφεξῆς ἐξεθείλοον ἐπὶ μᾶλλον Νεῖλον αἴροντες, Ὧρόν τε ἅμα τὸν ζείδωρον ἐπεκαλοῦντες, Αἰγύπτου τε ὅλης, τοῦ μὲν ἄρα σωτῆρα, τοῦ καὶ πατέρα, ἐπωνυμίαν νέαν ἰλὺν ἐπὶ ἔτεσι ἑπάστοτε, ἐνιαυσίαν ἐκδεχομένην. Quod ipsum Nonnus Panopolitanus optime expressit, uti videre est *in his*:

Νείλου ἰφημίξαντο φιλώτερον, ἤπια γαίης
Εἰς ἑτὸν ἐξ ἔτεος πιφορδυμένον ὑγρὸς ἀκοίτης
Χώματα πηλαίης νέα πεδεδαίνετα ἰλύος.

Quid quod & Dionysius Periegetes eo quoque allusisse videatur versu 229. ubi ait:

Οὐ γὰρ τις πολεμοῦ σκαλίζεται ἵππιον Νεῖλον,
Οὐ τ᾽ ἰλὺν βαλέειν, ὅτε χθονὸς ὄλβον ἀέξειν.

Ubi Scholiastes. Νεῖλος ἐτυμολογεῖται τοῦ νέαν, ἤτοι σπάνιον ἄγειν ἰλύν. *Quarto* doctissima procul dubio est Nicolai Fulleri sententia, qui nihil alienius esse ait, quam originem omnium Ægyptiaci à lingua peregrina, qualis est Græca, derivare. Ipse ergo *Miscellan.* 4. 10. statuit *Nilum* dici, ab Hebræorum נהל *nahal*, quod *flumen*, seu *torrentem* sig. quia omnium fluminum princeps est. Nec à Scriptura alienum hoc est, quæ Nilum vocat מצרים נהל, hoc est, *fluvium Ægypti*; unde etiam Juvenalis *flumen* simpliciter posuit pro *Nilo*, *Sat.* 15. Hanc etymologiam probabilem quoque reddit Æthicus, qui Nilum ab accolis *Nuchal* vocari scribit, quod dubio procul idem cum Hebræorum *Nechal* Mela quoque fontem Nili ita nominatum tradit libro 3. capite 10. Qui autem plures hujusce fluvii derivationes scire velit, Martinium videat in *Nilo*. II. Ortum ejus quod attinet, cum investigare frustranei laboris conatus olim habitus est, unde in proverb. abiit *Nili caput quærere*, quod usurpatur de re supra humanas vires ardua. Quam sententiam primus videtur prodidisse Herodotus, qui scribit, neque Ægyptiorum, neque Afrorum quenquam à se repertum, qui referret, se scire Nili ortum. Hunc alii secuti sunt. Tibull. 1. 7.

Nile pater, quanam possim te dicere causa,
Aut quibus in terris occuluisse caput?

Horatius *Carm.* libro 4. *Od.* 14.

Te fontium qui celat origines
Nilus. —— ——

Lucan. libro 10.

Arcanum natura caput non prodidit ulli,
Nec licuit populis parvum te, Nile, videre.
Amovitque sinus, & gentes maluit ortus
Mirari, quam nosse, tuos. ——

Claudianus *de Nilo*,

Qui rapido tractu mediis elapsus ab Austris
Flammiferæ patiens zonæ, Cancrique calentis,
Fluctibus ignotis nostrum procurrit in orbem,
Secreto de fonte cadens, qui semper inani
Quærendus ratione latet, nec contigit ulli
Hoc vidisse caput. ——

Ovidius cum auctario figmenti poëtici idem exprimit, *Met.* 2.

Nilus in extremum fugit perterritus orbem,
Occultumque caput quod adhuc latet, ostia septem
Pulverulenta vacant, septem sine flumine valles.

Inde

lude Ammianus Marcellinus libro 22. *Origines fontium Nili, ut mihi quidem videri solet, sicut adhuc factum est, posteræ quoque ignorabunt ætates.* Sidon. Apollinaris *in Panegyr. Aviti*:

— *Ignotum pluit notus, Nile per ortum.*

Inter fallas autem de Nili ortu sententias, celeberrima, multorumque veterum Theologorum suffragiis munitissima est, quæ Nilum ex ipso Paradiso terrestri ortum ducere, & inter Paradisi flumina esse statuit. Assentiuntur veteribus recentiores quoque imprimis Pontificii doctores, inter quos Patres Coimbricenses, capite 9. *de meteoris* capite 10. ubi asserunt, Nilum è terrestri Paradiso ortum subterraneis cuniculis abscondi, tum quasi primum nasci in quodam Africæ lacu, in regno Congensi; quod observarum scribit Zanardus ab iis, qui nostro seculo loca illa peragrarunt. Sed hæc opinio, sive somnium potius, jam diu explosa est. Virgilius videtur Nili fontes in India collocare, uti videre est *in his*, *Georg.* 4.

— *Nam qua Pellæi gens fortunata Canopi*
Accolit effuso stagnantem flumine Nilum,
Et circumjectis vehitur sua rura phaselis:
Quaque plagæ Persidis vicinia Persidis urget,
Et viridem Ægyptum nigra fecundat arena, &c.

Quærunt hic viri docti, quid Persis commune cum Nilo, qui quam longissime à Perside abest. Indos autem hoc loco Scaliger Æthiopas interpretatur. Neutrum bene, inquit V. C. Is. Vossius. Omnino hic Virgilius secutus eorum opinionem, qui putarunt, Nilum iisdem, quibus Indus & Acesines concipi fontibus, ac deinceps per multas, vastasque fluere solitudines, donec Æthiopiam contingeret, atque illic demum *Nilum* vocari Arrianus libro 6. Καὶ ἀκούσας ὅτι ὁ Ἀκεσίνης ἐμβάλλει εἰς τὸν Ἰνδὸν ποταμὸν, ἐδόκει ἐξαπατᾶσθαι· ὁ δὲ Νεῖλος οὐδενὶ πω ἴσμεν ἐμβάλλοντα, ἐς δὲ ἔρημα πολλὰ γῆς φέρεται, ἐς πολλὴν δὴ ἀνίησιν ἔρημον. Paulanias ipsum Euphratem Nilum postea fieri contendit; Scribit enim *in Corinthiacis*, Ἔφασαν ὅτι ἐς ἐλάσσω ἀφανιζοῖτο, ἐς αὖθις ἀνίοιτο ἐκεῖθεν Αἰθίοπας, Νεῖλον γιγνόμενος. Nempe totum Erythræum & Indicum mare lacum esse crediderunt veterum nonnulli, quæ mira fuit imperitia. Sive autem Euphratem, sive Indum accipias, unde profluit Nilus, jam rectè Virgilius dixerit eum vicinia Persidis urgeri. Et hæc quidem est verissima interpretatio loci istius Maroniani. In hac opinione etiam fuisse videntur plurimi Christianorum, inter quos Philostorgius libro 3. capite 10. cum ait, Nilum in Arctois regionibus oriri, & iisdem ex partibus fluere, unde Hyphasis, Euphrates ac Tigris. Ita quoque sensit Lucanus, cum de Nilo canit:

Tegue vident primi, quærunt tamen hi quoque Seres.

Ex horum quoque sententia loquitur Solinus capite 3. cum ait, Euphratis ac Nili originem quæsivimus, nec tamen adhuc invenimus. Paulus Jovius *Hist. sui temporis* libro 18. eam ex relatione Petri Abyssini viri doctissimi sic describit: *Ab immensis* (inquit) *asperrimisque rupibus, quæ Lunæ montes vocantur, frequenti, & copiosa scaturigine, Nili fontes erumpunt, in loco vehementer abstruso, qui Beth*, id est, *desertum Abyssina lingua dicitur.* Cum Jovio consentit Orosius, *de rebus gestis Immanuelis*, libro 9. Scripsit quoque idem ante hos Philostratus, lib. 1. *Icon.* Νεῖλος μὲν Αἰγύπτιος ἴσχει τὰς ἐκβολὰς, Αἰθίοπες δὲ τὰς πηγάς. Ab hac relatione non dissentiunt recentiores Geographi, qui duos ingentes lacus intra Tropicum Capricorni, & Æquatorem describunt, unum ad ortum, qui minor, & *Zaflan*, aliis *Zahan* appellatur: alterum ad occasum & *Zembre* nominatur. Ex hisce lacubus duo validi effluunt fluvii, qui Æquatores transcurrunt, & in Abyssinæ regione *Bagamidri* coëunt, Nilique nomen ex multorum sententia accipiunt. Etsi ex aliorum Geographo-

graphorum opinione, ex sola palude *Zembre* Nilus effluit, & nomen ipso statim effluxu, eis Æquatorem fortitur, quam & Wendelinus veriorem sententiam judicat, & Nili majestati accommodatiorem. Qui vero ab ipsis Lunæ montibus magis ad Austrum vergentibus Nili caput cum Ptolomæo arcessunt, non videntur contemnendi; sed dicendum tum fuerit, vel ab ipso Nilo paludem *Zembre* effici, loci forsan concavitate flumen excipiente, & in ingentem paludem diducente, vel paludem istam ex aliis fontibus ortam a Nilo pertransiri. Qui autem ex Mauritaniæ Cæsariensis monte Atlante Nilum oriri olim tradiderunt, secuti Jubam regem, uti testantur Plin. 5. 9. Solin. capite 35. Am. Marcell. libro 22. Vitruvius libro 8. capite 2. Xiphilinus *in Severo*, ubi ait, ὁν δὲ Ἄτλαντος τὸν ὄρους ἀναδίδοσθαι, non video, qui suam cum vegetare sententiam possint conciliare. Mauritania enim Cæsariensis ad occid. à Lunæ montibus quam remotissima est; nec ullus inde fluvius Æthiopiam attingit, nisi forte *Gir*, qui *Niger* Mercatori dicitur, & varia in progressu nomina fortitur, tandemque cum Nubiæ nomine in Nilum influit, & inde nonnullis visus Nilum parere, quos inter Solinus capite 30. *Omnis hæc plaga*, inquit, *ab Æthiopia, & terminis Asiæ Nigri flumine, qui Nilum parit, ab Hispania freto scinditur.* Vide Vossium *libro de origine Nili*, & Athanasium Kircherum *in Oedip. Ægyptiac.* tom. 1. cap. 7. p. 57.

III. Omnium unanimi consensu Nilus omnium fluviorum maximus est; idque inde licet æstimare, quod perpetuam simul hyemem, & æstatem patiatur. In ortu enim cum hyemem habeat, in exitu habet æstatem, unde quoque diem simul & noctem habet, quod nulli fluviorum contingit. Facile hoc admittent ii, qui eam Nili longitudinem esse norint, ut à Lunæ montibus per Æquatorem, & Circulum Cancri in mare mediterraneum decurrat, quod ubi vallum est graduum circiter 35. Nonnulli tamen cursum ejus, si rectus esset, nullisque ambagibus inflexus, ad mill. Germanica 700. extendunt. Cum vero plurimis quæsitis ambagibus, cogentibus ita montium obstaculis, multiplici flexu Æthiopiam peterret 900. vel 1000. mill. Germ. longitudinem ejus æstimant, Latitudo ejus non usque adeò magna est, quia maximam partem montium faucibus arctatur. Aristides, *in Orat. Ægyptiaca*, ὃς ἐν ἀφθονίαν τοῦ καθ' ἕ ἐφάπτεται ὄχθαις, εἰκότως κυκλοῖ τὴν χώραν ὁ Νεῖλος, τοῦτο μὲν φαῦλα ἀποτρέπων ἀπὸ τῆς πόλεως αὐτόν. Ἴσθι, δ' ὡς ἐν ὀλίγοις ἐλαφρότερα πλείοσιν, ἀφεὶς τὸν ἄλλον ὄκεανὸν πάντα τὰ ὑπὸ τὸν ἥλιον, ἐν μέσῃ εἶναι μοῖρᾳ, παρὰ τὴν χώραν αὐτὴν, ἣ ἔστι πᾶσα δοῦλος Αἴγυπτος, ἐκεῖ ἑ πόταμός. In aliquibus tamen Abassinorum provinciis, ex multorum amnium concursu dimid. mill. Germ. æquare dicitur. Diodorus vero Siculus minimam latitudinem stadiorum assignat, libro 1. ubi vero infra Meroën pervenit, latitudinem 12. stadiorum habet. Ad summam, *Omnium fluminum*, inquit Gellius libro capite 7. *quæ in maria, quæ imperium Romanum est, fluunt, quam Græci τὸν ἐκτὸς θάλασσαν*, (hoc est, internum mare) *appellant, maximum esse Nilum consentitur.* Unde κατ' ἐξοχὴν magnus Virgilio dicitur *Geor.* 3.

Atque hic undantem bello magnumque fluentem
Nilum. ——— ———

Strabo libro 15. quatuor flumina nominat ingentis magnitudinis, Gangem, Indum, Istrum, Nilum. Aristoteles lib. 2. *Meteor.* capite 2. Ἴστρος δὲ ὁ Νεῖλος μέγιστος τῶν ποταμῶν. Sen. *Nat. Quæst.* 4. 2. *Nilus cæteris major.* IV. Illud autem quod in hoc fluvio maxime admirandum est, Incrementum ejus, quod superstitio veterum Serapidi adscriptum ibat, in cujus pro-in templo gradus incrementi notati, quod postmodum sub Christianis in illorum templa translatum, merito putatur. *Incrementum Nili* (inquit Diod. Siculus) *adspicientibus videtur admirabile, incredibile audientibus. Nilus*, inquit Plinius, *cer-*

tis diebus, auctu magno per totam spatiatus Ægyptum, secum ius innatat terræ. Idem tempus inundationis ex Heliodoro ita describit: *Initio crescere Luna nova, quæcunque post solstitium est, sensim, mouteque, Cancrum Sole transeunte, abunde sime autem Leonem, & rejidit in Virgine, iisdem quibus accrevit modis In totum autem revocatur inter ripas in Libra, ut tradit Herodotus centesimo die.* Similia habet Ammianus Marcellinus libro 22. Cum *Sol*, inquit *per Cancri sidus caperit vehi augescens, adusque transitum ejus in Libram, diebusque centum sublatius fluens, minuitur postea, & mitigatis ponderibus aquarum, navibus antea pervius equitabiles campos ostendit.* Strabo tamen libro 17. tempus hoc nonnihil contrahit, Πλείους δ' ἢ πεντεκαίδεκα ἡμέρας ἢ ἧττον ἀξιοῦσιν τὸν ὄγκον, σπιθ' ὑποδέσεις λαμβάνῃ καὶ ὀλίγον, καὶ τὸ αὔξησιν ἔχειν, ὃ ἐπίσηται εἰς ἡμέρας πλείους γενόμενον, ἢ ἀναψῦχαι τὸ πεδίον. Hinc contra Christianos persecutionis occasio; *Si Tiberis adscendit in mœnia, si Nilus non adscendit in arva, si cœlum stetit, si terra movit, si fames, si lues, statim Christiani ad Leones acclamatur.* Tertullianus *in apolog.* Sed & poëtas de tempore Incrementi Nili canentes audiamus. Tibullus libro 1. eleg. 7.

Qualis & arentes cum findit Sirius agros
Fertilis, æstiva Nilus abundat aqua.

Lucanus libro 10.

——— *Consurgere in ipsos*
Jus tibi statuit, aliena crescere bruma
Atque hyemes adferre tuas.

Idem:

——— *Nilus neque suscitat undas*
Ante Canis radios, nec ripis alligat amnem,
Ante parem noctis Libra sub judice Phœbum;
Inde etiam leges aliarum nescit aquarum:
Nec tumet hybernus, cum longe sole remoto
Ossibus caret unda suis: dare jussus iniquo
Temperiem cœlo, medius æstatibus exit.
Sub torrente plaga, ne terras dissipet ignis,
Nilus adest mundo, contraque accensa Leonis
Ora tumet. Canisque suam torrente Syenen
Imploratus adest, nec campos liberat undis,
Donec in autumnum Phœbus declinet, & umbras
Extendat Meroë. ———

Claudianus *Epigr. de Nilo*:

Cumque die Titana Canis flagrantior armat
Et rapit humores madidos, vertisque calore
Compescit, radiisque potentibus æstuat axis,
Nilo bruma venit, contraria tempora mundo
Defectus solitum referens cultoribus æquor,
Effluit Ægæo stagnantior, acrior alto.
Fonte sed eque patentibus explicat arvis.

Cæterum de vera stati hujus incrementi causa, varie inter doctos disputatur, ut videre est apud Herodotum *in Euterpe.* Diod. Sic. l. 4. Aristidem *Orat. Ægypt.* Heliodorum libro 9. & 10. Plinius §. 9. Sen. *Nat. Quæst.* 4. Amm. Marcell. l. 22. Lucret. libro 6. Lucan. libro 10. &c. Varias de hac re veterum opiniones collegit doctissimus Wendelinus *in Admir. Nili*, quas hic in Lectoris studiosi gratiam recensere non gravabor. *Primo*, Thales Incrementi causam retulit ad Etesias, multosque applausores invenit. Statuit autem, spirantibus Etesiis, Nili influentis cursum per ventos contrarios sisti, flumenque retroagi, & aquis ob hanc causam excrescentibus, & velut aggeratis, Ægypti, quæ plana, & humilis regio est, inundationem sequi. *Alio*, inquit Plinius, *per Etesias contra Nili ostia mari, undas fluminis repelli, & reverberatas in se recurrere.* Pulchre quoque eandem sententiam exprimit Amm. Marcell. libro 22. *Opinio celebratior est alia, quod spirantibus*

but Prodromis, perque dies 45. *Etesiarum constantia flatibus repellentibus ejus meatum, velocitate cohibita, superfluis fluctibus intumescit: & reluctante spiritu converso adolescens in majus, hinc vi reverberante ventorum, inde urgente cursu vetustarum perennium progressione in sublime tegit omnia.* Idem qua felicitate reddiderit Lucretius libro 6. sequentes docens versiculi:

Nilus in æstate crescit, campisque redundat.
Unicus in terris Ægypti totius amnis.
Is rigat Ægyptum, medium perjupe calorem:
Aut quia sunt æstate Aquilones ostia contra,
Anni tempore eo quo Etesia flabra ferantur,
Et contra fluvium flantes remorantur, & undas
Cogentes retrusus replent, coguntque manere.

Sed hanc sententiam Scaliger puerilem vocat. *Secundo*, Anaxagoras quoque applausores invenit, qui ex Æthiopiæ jugis nives solutas, ad Nilum usque decurrere, indeque fluvium augeri statuit. Qua in opinione, ut Seneca refert, omnis vetustas fuit, & poetæ imprimis, Æschylus, Sophocles, Euripides, qui *in Helena sua* ita canit,

Νειλε μεν αιδε κελαινοπέπλοι ροαι,
Ος ανω δια ψυχαδ' Αιγιπλε πεδα
Λιβυης πεκιον χθον', ενγειαι γονα.

Inter recentiores quoque Cardanus hujus sententiæ patrocinium suscepit. Eam vero sic refutat Lucanus libro 10.

Vana fides veterum, Nilo, quod crescat in arva,
Æthiopum prodesse nives. Non Arctos in illis
Montibus, aut Boreas. Testis tibi Sole perusti
Ipse color populi, calidique vaporibus Austri.
Adde, quod omne caput fluvii, quodcunque soluta
Præcipitat glacies, ingresso vere tumescit
Prima tabe nivis: Nilus neque sustinet undas,
Ante Canis rudens nec ripis alligat æstum.

Tertio, Democritus Incrementum Nili non ad Australem, sed ad Septentionalem nivem retulit. Sententiam vero, quæ consideratis locorum intervallis plane absurda videtur, ita explicat. In mundi parte Boreali maxima nivium copia brumæ tempore congelata, æstate liquefit, inde elevatis sursum vaporibus, multæque densæque nebulæ circa cacumina montana attolluntur; quæ ab Etesiis ad altissimos Æthiopum montes delatæ: in pluvias vertuntur: inde maximi in Æthiopia imbres, quibus augetur Nilus. Ammianus Marcellinus ita sententiam hanc eloquitur: *Affirmant aliqui Physicorum, in subjectis Septentrioni spatiis, cum hyemes frigidæ cuncta constringunt, magnitudines nivium congelascere, easque postea vi flagrantis sideris resolutas fluxis humoribus nubes efficere gravulas, quæ in Meridianam plagam, Etesiis flantibus, pulsæ, expressaque tepore nimio, incrementa ubertim suggerere Nilo creduntur.* Hæc autem sententia stare non potest, quia Nilus incipit crescere solstitio æstivo, teste Diodoro, Etesiis nondum flantibus; cessat vero æquinoctio autumnali, longe ante sedatis hisce ventis. *Quarto*, Herodotus, ut à Diodoro Siculo refertur, putat, Nilum natura sua tantum esse, quantus incrementi tempore visitur minui vero hyeme, quia ad Libyam tum Sol defertur, Nilique aquam ad se trahit, & quasi haurit: Contra vero in æstate, cum ad Arctum ascendat, & Libyam quodammodo deserat, aquas suas totas, & illibatas Nilus retinet, & ob naturalem aquæ copiam exundat. Nec hæc consistere potest sententia, Quo enim dichvior fit Sol, eo minus efficax, minorem que trahendi vim habet: Contra cum ad Arctum adscendit, & Ægypto verticalior fit, longe efficacius aquas haurit, secumque trahit. Ex hac igitur sententia Nilus in hyeme potius quam æstate crescere deberet.

Quinto, Ephorus ajebat, omnem Ægypti terram, Nili inundatione aggeratam, raram antiquæ naturæ esse; in qua maximi hiatus exstant pluribus in locis: hyeme igitur omnem humiditatem illos attrahere, & in se continere, quam æstate, veluti sudorem quendam, emittunt; unde fluminis incrementum. Paulo aliter sententiam hanc refert Lucanus,

— *Sunt qui spiramina terris*
Esse putent, magnosque cava compagis hiatus.
Commeat hinc penitus tacitis discursibus unda
Frigore ab Arctoo medium revocata sub axem,
Cum Phœbus pressit Meroën, tellusque perusta
Illinc duxit aquas: trahitur Gangesque Paduque
Per tacitum mundi: tunc omnia flumina Nilus
Unus fonte vomens, nostro gurgite perfert.

Sententia hæc Ephori à vero quam longissime abest, quia idem Nili Incrementum deprehenditur, priusquam Ægyptum attingit, amplius 6000. stad. ab Ægypto in Æthiopia. *Sexto*, quorundam in Memphi philosophorum opinio fuit, Nilum oriri in Zona Ægypto opposita, ita quidem, unicum in Ægypto æstas est, in Zona illa sit hyems, unde ingentem aquarum copiam Nilus hauriat, & in Ægyptum secum devehat: Non potuisse vero oppositam illam Zonam hactenus explorari, propterea quod inter illam & nostram interjaceat inhabitabilis, & maccessa Zona Solis ardore adusta. Idem Galenus refert *in libello de Hippocr. Philosophica Epidoxis*, inquit, *ab Ægyptiis sacerdotibus se accepisse memorat, permutationem æstatis in hyemem causam esse, ut Nilus quotannis exundet. Nam quando nobis, qui sub Cancro degimus, æstas ingruit, habitantibus sub Capricorno hyems adest, qui fit, ut unde ad nos fluit Nilus continuus pluviis auctus increscat, & raptis alveis latissime spatietur.* Eandem in sententiam interpretari possis Theodoretum. *Serm. 4.* Θεραπευτικῶν τῶν Ἑλληνικῶν παθημάτων, ubi Niloticæ exundationis causam assignat Solis ad circulum Borealem accessum, & à locis Australibus discessum, qui cæteris quidem ad Septentrionem fluviis incubat radiis ardentioribus, à Nilo vero magnis abscedit spatiis. Horum in Philosophorum sententia nihil absurdi deprehendit Wendelinus. *Septimo*, Oenopides Chius, cum videret aquas nonnullas fontanas æstate frigidas, hyeme vero calidas esse, Nilum hyeme parvum, compressumque ajebat esse, quod calor intérnus humorem consumeret, & pluviæ nullæ essent, quæ absumptum humorem restituerent; æstate vero effusum ob caloris isterni absentiam. Hoc si verum esset; omnibus fluminibus idem evenire quod Nilo; similes enim ubique fere sunt causæ; at contrarium testatur experientia. *Octavo*, Timæus Mathematicus apud Plinium, existimat Nilum ardoris vi extrahi, & suspensum abundare, à Canis ortu, per introitum Solis in Leonem, stante sidere contra perpendiculum fontis Nili, quem *Phialam* appellant. Similem fere sententiam refert Lucanus ubi supra:

Rumor, ab Oceano, qui terras alligat omnes,
Exundante procul violentum erumpere Nilum,
Æquoreosque sales longo miscere tractu:
Nec non Oceano pasci Phœbumque Polumque
Credimus. Hunc, calidi tetigit cum brachia Cancri,
Sol rapit, atque unda pius quam quod digerat ater
Tollitur: hoc nubes referunt, Nilique refundunt.

Parum probabilitatis hæc habet opinio; nam præterquam, quod Sol perticalis aquas non augeat, sed minuat potius, partibus aliquibus exhaustis, & in vapores resolutis; idem in aliis omnibus fluminibus

bus contingeret, quæ eodem modo Soli adspicit, cujus contrarium verum est. *Nono*, alii ad Oceanum retulerunt Nili incrementum: putarunt enim Nilum ex Oceano fluere, & inde tantam aquarum copiam Ægypto inducere. Hanc rudem opinionem appellat Herodotus, quam refutatione indignam judicat. Negari quidem non potest, Nili ortum, ut fluminum illorum omnium, Oceano deberi, quod & Hesiodus quoque innuit *in Theog.*

Τηθύος τ' Ωκεανοῦ τε βαθυῤῥείταο τέκνα
Νεῖλον τ' Αἰγύπτιον τε. - - -

Ubi *Thetys*, hoc est, Terra, fluminum mater; *Oceanus* pater statuitur: quia è terra quasi utero flumina & fontes scaturiunt; terra autem ex Oceano aquas concipit. Qui vero status istius incrementi Nilotici causa ad Oceanum referri possit, nemo facile demonstraverit. Et cur idem in aliis quoque fluminibus, quæ ex Oceano derivantur, non contingeret? Interim tamen Herodoti responsio non placet: negat enim Oceanum dari, qui terram circumfluat, contra temporum nostrorum certissima experimenta. *Decimo*, Achoreus apud Lucanum libro 10. sententiam suam his verbis exprimit:

Ast ego, si tantam fas est mihi solvere litem,
Quædam, Cæsar, aquas posti mundi fera peractis
Secula, concussis terrarum erumpere venis,
Non id agente Deo, quædam compage sub ipsa
Cum mundo cœpisse reor, quas ille Creator
Atque Opifex rerum certo sub jure coercet.

Nullam hic video Nilotici incrementi causam, nisi universalem, quæ Deus est, qui eam Nili naturam esse voluit, ut singulis annis exundaret. In quam sententiam etiam Aristides concedit; qui se non videre profitetur, cuinam causæ Nili incrementum attribuat· πλὴν εἰ τῇ μεγάλῃ σοφίᾳ τῇ τοῦ Θεοῦ. Atqui cum Deus plerumque causarum secundarum utatur ministerio, illibata de causis secundis adhuc incrementi Nilotici manet quæstio. *Ultimo*, itaque Agatharchides Cnidius asserit, singulis annis, per Æthiopiæ montes, continuos à solstitio æstivo, usque ad æquinoctium autumnale, imbres cadere: mirum igitur non esse, Nilum hyeme compressum, secundum naturam, iis aquis fluere, quas fontes & alia flumina influenta subministrant, æstate vero propter imbres incrementum capere. Laudat hanc sententiam Diod. Sic. eamque sequitur Arrianus *in Indicis*, *sive historiæ de Alex. lib. ultimo.* Assentitur quoque Strabo libro 17. itemque Theophylactus Simocatus Ægyptius libro 7. *Historiarum*; cui & nos etiam impræsentiarum subscribimus. Quarum Prima est Dulcedo, eaque apud scriptores celebris est. Hinc Sen. l. 4. *Nat. Qu.* capite 2. *Nulli fluminum dulcior gustus est. Et vino ob suavitatem dicitur æquiparata à Pescennio Nigro Imper. qui (auctore Spartiano) militibus Ægyptiacarum stationum petentibus vinum respondit, Nilum habetis, & vinum petitis? Quæri Aristides, apud Nilotica dulcedinem quantam esse credis? Respondet, Quantum nunquam dixeris.* Bibenti, inquit Achilles Tatius, ἡδὺ γλυκὺ λῶ τὸ ψυχρόν; Heliodorus, Πιεῖν ἐπιγλυκύνει μᾶλλον. De causa dulcedinis quæritur. Scaliger *Exerc.* 48. causam suavitatis refert vel ad fluminis naturam, vel ad Solis operam, vel ad cursus longinquitatem. Deas posteriores causas attingit quoque Scholiastes Apollonii in libro 4. ex sententia Democriti, qui ajebat, Ἀπογλυκαίνεσθαι τὸ ὕδωρ, διὰ τὸ διήθεσθαι τὸ μακρὸν τῆς πόρου· καὶ ἅτε τοῦ καυμάτος ἀφαιροῦντος. Contradicit tamen Diodorus Sic. *Dulcedinis fluvii*, inquit, *causa, quam afferunt, ratione penitus caret. Si enim caloris æstu decocta humida dulcedinem ferunt, neque quam gignerent animantia, neque varias piscium, aut ferarum species continerent. Aqua enim omnis à natura immutata neque quam gignit.* Respondetur, Aquam ab ignis natura elaboratam,

ram, & à crassitie terrestri liberatam, nullam habere vim generandi, nos talium esse arbitramur. Testatur enim experientia, pluvias calidiores longe fœcundiores esse, quam frigidas, quæ etiam noxiæ multis humi nascentibus sunt. Longe quoque salubriores esse aquas Soli expositas, quam ab eo absconditas, apud omnes in confesso est. Secunda Nili qualitas est, à qua ἀναυος, hoc est, *aura expers* dicitur. Qua de re Plin. libro 3. cap. 9. *Idem amnis* (de Nilo loquitur) *unus omnium nullas exspirat auras.* Quod ex Eurerpe Herodoti descripsit, cujus verba, Αὐρας δὲ πνεούσας μήτε θερμὸν πνεῖν μήτε ψυχρὸν. Cujus affectionis causam hanc adfert idem Herodorus; Quod Nilus ex calido loco in calidum fluat, adeoque & ipse totus sit calidus; auras vero e frigidis exhalare. Cui contradicit Aristoteles *Problem. Sect.* 23. *probl.* 16. ubi auram è calidis & frigidis aquis exhalare docet: quod cum rationi, tum experientiæ consentaneum est: Rationi quidem; quia nulla aqua auram exhalat, nisi prius aliquo modo calore sit alterata: quo diutius vero aquæ calor incumbit, eo plures extrahit vapores, nisi alia ibidem causa: Experientiæ vero, quia calidas aquas & fontes maxime fumare experimur. Scaliger causam refert in aquæ Niloticæ tenuitatem: quam ingeniosissime hoc modo explicat, *Longo cursu exercitus attenuatur humor, ita ut ne subiatus quidem in aërem possit corpus capere. Ita aer auram acceptam sibi similem diffundit in seipsum patitur, neque cogit, ut consistat: ut nontam resolvat, quam nullius indignam resolutionis secum habeat.* Hæc ille. Itaque si rem accurate ponderemus, Nilus non tam revera erit ἀναυος, quam esse videbitur; exhalat enim auram, sed adeo subtilem, ut ejus in aëre vestigia nulla appareant, quia aëri simillima est: unde nec in pluviam illo loco densatur. Lælius Bisciola tom. 2. *Horar. subsec.* lib. 1. cap. 19. cum Brodæo libro 3. *Misc.* cap. 30. existimat, ἀναυον dici Nilum, & alia flumina, non, quod nullam prorsus exhalent auram, sed quod perexiguam & tenuem reddant; quam in sententiam trahi particulam privativam, quæ sæpe non universam rem tollit, sed imminuit tantum. Tertia Nilotiæ aquæ affectio Salubritas est, quam insigniter commendant veteres Medici & Philosophi. Platoni, *in Timæo*, videtur hoc nomine Σωτὴρ appellari. Galeni judicium hujusmodi est, *Nilum ita laudo, ut bonitatis excellentia paucis admodum fluminibus comparari possit, nam & multarum partionem insigniter adjuvat.* Ætius omnes fluviatiles & palustres aquas damnat, excepta sola Nilotica, quæ, judicio ipsius, πάσας τὰς ὑδρίας κεκτημένην, *omnibus virtutibus insignis est.* Videntur autem aquæ Niloticæ salubritatem à pluviis habere, quibus incrementa sua debet Nilus. Sunt enim aquæ pluviæ salubriores reliquis, ut norunt naturalium rerum periti. Videatur Vitruvius 8. 2. & Columella 1. 5. Omnibus vero hisce contradicere videtur Hirtius *in Bello Alexandr.* ubi ait, *Nili aquam limosam & turbidam, multos variosque morbos efficere.* At vero Nili salubritas non à limosa & impura; sed à limo omni probe purgata aqua commendatur. Ultima & præcipua Nili aquæ qualitas est fœcunditas: Eam fuse prosequitur Wendelinus in *Admirandis Nili*, nos paucula ex variis authoribus olim decerpta hic subjungemus. Virgil. *Georg.* 4. de Nilo,

Et viridem Ægyptum nigra fœcundat arena.

Idem Æn. 9.

——— *Aut pingui flumine Nilus.*

Inde à Plinio *Panegyr. Trajani* dicitur, *fœcunditatis parens.* Ibidem de Ægypto: *alendis, augendisque seminibus ita est gloriata, ut nihil imbribus, cœloque debeatur: siquidem proprio amne semper persusa, nec alio genere aquarum solita pinguescere, quam quas ipse devexerat, tantis segetibus inducebatur, ut cum feracissimis terris, quasi nunquam cessura, certaret.* Mitto multa, quæ peri ab eodem Plinio possunt. Hujus vero avunculus cap. 9. libro 5. *Per totam spatia-*

fœtiatus Ægyptum fœcundus irrigat terra. Dionysius,

Εἴδεν ποταμὸν κατιόχετον ὕδατι Νείλου.

Idem *de eadem*:

Ὑδατι πιαίνων λιπαρὸν πέδον Αἰγύπτοιο.

Theophilus Simocatt. libro 7. Hist. cap. 17. Πολυγονώτατον αὐτὸν ὑπὸ τῶν ἄκρων τῆς κατὰ τὴν εἰκουμένην πολυμιὲς πηφυκίαν φασίν. Ammianus libro 22. dat illi *pinguem cespitem*, vocatque *bene volum omnium flumen*. Hinc *fœcunda clementia Nili* apud Statium *Theb.* 3. & *divitis Nili*, apud Juvenal. *Sat.* 13. Maximo Tyrio Νεῖλος γόνιμος dicitur; & ῥοῦμα γόνιμον, Plutarcho, *Orat.* 1. *de esu carnium*. Nazianzenus *Orat.* 21. vocat ὀξεχῶν, ut Nonn. libro 31. ξεχυσάδα Νείλου & Oppian. 2. *Cyneget.* ὄχθας αἰγλοεσσῆτις Νείλος προφορεῖ. Stat. 3. *Sylv.*

Unde paludosi fœcunda licentia Nili.

Tibullus libro 1.

Fertilis æstiva Nilus abundat aqua.

Hactenus di Nili qualitatibus. VI. de exitu ejus & ostiis agendum est. Exit autem in mare Mediterraneum; Ostia autem, per quæ exoneratur, apud authores classicos & veteres decantatissima septem sunt. Moschus,

---- Ἑπτάπορε θεῖε Νεῖλε.

Unde ἑπτάστομος Nonnus *Dionysiac.* dicitur. Dionysius *Periegeta*.

Ἐστὶ δέ μοι ποταμὸς εἰλίσσων εἰς ἅλα πηγὴ.

Catullus ad *Furium & Aurelium*:

Sive qua septem geminus colorat
——— *Æquora Nilus.*

Virg. Æn. 6.

Et Septemgemini turbant trepida ostia Nili.

Ab Ovid. 1. & 5. *Metam. septemfluus*, & *septemplex* dicitur. A Silio l. 1. Claudiano *in Ruffinum*, & Lucano libro 8. *septeno gurgite*. A Valer. Flacco lib. 8.

——— *Septem projectus in amnes.*

Septem *cornua* dat ei Claudian. *in Nupt. Honorii & Mariæ*. *Septem portas* Ovidius *in Epp. Septem fauces* Manilius *Astronom.* libro 3. Bellissime & satis nove Papinius libro 8. *hyemes* nominat, cum ait:

— *Septemque patentibus arvis*
In mare fert hyemes. ——

Hactenus Poëtæ. Sed audianus Veritatem ipsam Esiæ capite 11. versu 15. וְהִכָּהוּ לְשִׁבְעָה נְחָלִים *Et percutiet eum in septem rivis.* Idem habet Chaldæus Paraphrastes. Et LXX. Interpp. Καὶ πατάξει εἰς φάραγγας, *Et percutiet septem valles.*

Quanquam minus Hebræo נַחַל Græca respondet φάραγξ. Nomina ostiorum ab urbibus indita sunt 1. *Canopicum.* (quod nonnullis *Heracleoticum* quoque dicitur, testibus Ptol. & Strabone) 2. *Bolbiticum.* 3. *Sebennyticum* (cujus vina laudat Plinius libro 17) 4. *Pharmiticum* (Herodoto *Bucolicum*, autore Sabellico *Ennead.* 1, l. 3.) 5. *Mendesium.* 6. *Taniticum* (Herodoto *Saiticum*;) 7. *Pelusiacum.* Discrepant autem autores nonnihil in nominibus & ordine, ut videre est apud Ptolemæum, Herodotum, Plinium, Melam, Ammianum, Ortelium. Numerum quod attinet, fuerunt aliqui plura esse. Et Plinius quidem libro 5. cap. 10. undecim reperiri, superque quatuor. Septem tamen, quæ recitavimus, celeberrima esse, omnes veteres affirmant. Unde Eustath. *in Dionysium*, Ὁ γεωγράφος λέγει, ὅτι τῶν ἑπτὰ τούτων στομάτων τὸ ἕκτον εἶναι ἄσημον, ψιλὸ δὲ ῥεῦμα. Fauces hæ Nili ingentes, ut & littus omne circa Alexandriam civium cruore rubuit, anno 219. quod A. Bassianum Caracallam Imperat. Œdipum, matrem vero ejus Juliam Jocastam, leviculato joco dixissent. Tum enim Imperator, quasi Legionem lecturus, juventutem extra mœnia evocavit, mox militi signo cædis dato, facta strages tanta, ut trivi cruoris per plantiem decurrentibus omnia feralem hunc colorem induerent. Spart. *in vita ejus.* Coluerunt VII. hunc principem Ægyptii divinis honoribus, usque ad Constantinum M. qui idololatriæ ubique inhibita,

Αλλοθί πε τοῦ γαῖαν ἀποκρύψει μέλαν ὕδωρ,
Ελλάδι δ' ἐξ Ασίης [15] βασιλεὺς μέγας ἔγχεϊ ἀείρας

Nilus ariſtarum pater abdet nigra fluenta.
In Græcos autem ducet rex magnus in armis

Νηυσὶν

bita, ſtatuiſque Deorum everſis, etiam Ægyptios Nilo, veluti Deo, ſacrificia offerre vetuit: qui cum copioſius tum ſe effunderet, quam antea, ſuperſtitioſi infauſta ſibi ominati ſunt. Imperator vero docuit, ſoli omnis boni datori Deo cauſam omnium bonorum adſcribendam eſſe, An. C. 342. Euſeb. libro 4. capite 25. Cujus exemplum Theodoſius M. ſequutus, ſacrificia Ethnicorum damonumque cultum cum alibi, tum in Ægypto, ſub pœnâ capitis ac publicationis bonorum inhibuit, *præſtat*, inquiens, *erga Deum mentre fidelem, quam fluenta Nili.* Qui iterum, cum poſt interdictum, ſolito quidem tardius in arva adſcendiſſet, attamen largiſſime effuſus, ipſi Pagani Deos ſuos riſerunt, dicentes, Nilum ſuum præſenio ac delirio mingendo emiſiſſe omne id, quod in ſe humoris habuiſſet. Qua occaſione Theophilus Epiſcop. Alexand. Timothei ſucceſſor, venia ab Imperatore impetrata, ſimulacra Deorum conſiegit, & in templo Serapidis noctu *Halicuſiab* autumn eſt. Vide Sozomen. lib. 7. c. 20. Theodoret. libro 5. capite 22. Ruſin. lib. 2. cap. 25. Vide plura apud Wendelinum *ubi ſupra*, La Chambre, de incremento Nili, Thevenotum, Vinc. Blancum, P. de Valle, *itiner.* Baudrando Nilus, oritur ex duobus fontibus in terra Sacahala, ubi popul. *Agaus*, inter montes exceſſos. Dein auctus amne *Gema*, & fluv. *Kabi* & *Bronti*, labitur per Auſtral. partem lacus Dumbeæ: quo relicto, devolvitur per cataractam maj. atque ſit illa, quam efficit; antequam lacum ingreditur, recipit fluv. Gamalam, & Abcam, in regno Gojami, fluv. Bazilam, in regno Bagamidri, & fluv. Ruccam in regios Amaharæ & Oleca; poſtea ingatis Xaoa ſuper. & infer. Gafate, Bizano, & Gonga prov. infra *Faſculon* prov. recipit *Alaka* fluv. & per Nubiam, aſſumptis in tenere alis quoque amnibus, vergit in Sept. verſus Bugihos & Baloos pop. ubi recipit *Tacaze* fluv. amplum, juxta oppidul. *Jalac.* dein verſus Ægyptum tendit, teſte Iſac. Voſſio, de Nili origine. Nullas auras exſpirat, gignitque harundines, quarum membranulæ papyro ſimiles. Hic juncus naſcitur, unde papyrus fit, Plin. libro 13. *Nilea fluenta*, apud Zetzem, & *Nili cataractæ*, Prov. apud Stricam. *Hofmannus.*

15 Βασιλεὺς μέγας &c.] Hæc omnia pro Prophetiis vendidit pſeudo-Sibylla, cum tamen hæc ſint ex hiſtoriis poſt eventum deſumpta. De Xerxe I. loquitur Sibylla, qui Xerxes fuit Perſarum Rex, filius Darii ſecundogenitus, & Cyri ex Atoſa filia nepos, Artabazani fratri majori, nato Patre nondum Rege, antelatus, Ann. 269. U. C. Ægyptum ſubegit, Achæmene fratre illi præfecto. Dein 170. hominum myriadibus, hoc eſt, decies ſepties centenis millibus per totum quinquennium contractis, Græciæ bellum intulit. Quam tantam hominum turbam cum ex editiore ſpecula adſpexiſſet, teneritei ſertur lachrymaſſe, quod poſt centum annos

Νηυσὶν ἀμυητήτισι, τὰ μὲν βυθὸς ὑγρὰ κέλευθα
Πεζεύσῃ, πλεύσῃ δέ τε μοῦνος ἃ ποσὶ πατεῖται·
Οὐ φυγάδ' ἐκ πολέμου δεινὴ δέξεται Ἄσσις.
16 Σικελίην δὲ τάλαιναν ἅπαφλέξει μάλα πᾶσαν

Ex Asia innumeras naves, soluſque liquentes
Per fluctus pedibus, per terras navibus ibit.
Quem bello profugum accipiet miſerabilis Assis.
Siciliam vero miſerandam, funditus omnem

Χεῦμα

annon ex tanto hominum numero nemo eſſet ſuperſuturus. Tantum autem habuit navium apparatum, ut totum Helleſpontum operiret, & Aſiam Europæ ponte conjungeret; Athon præterea mont. à continente abſcidit. Plin. libr. 4. cap. 10. Lucanus libro 2.

Tales fama canit tumidum ſuper æquora Xerxem
Conſtraxiſſe vias: multum cum pontibus auſus
Europamque Aſiæ, Seſtonque admovit ad Abydo,
Inceſſitque fretum rapidi ſuper Helleſpontis:
Non Eurum Zephyrumque timens, quum vela, rateſque
In medium deferret Athos.

Propertius libro 2 capite 1.

Xerxes & imperio bina coëſſe vada.

Victus demum apud Termopylas à 4. hominum millibus, navale quoque certamen cum Themiſtocle tentavit, à quo ſimiliter apud Salaminem ſuperatus, cum antea tota maria claſſe ſternéret, vix parvula cymba effugit, relicto Mardonio præfecto, qui & ipſe, re in Bœotia infeliciter geſta, cum pauciſſimis in Perſidem ſe recepit. Demum, cum ſe otio ſocordiæque, relicta militia, tradidiſſet, præmium genus luxuriæ novum invenientibus propoſuit, Valer. Max. Quamobrem à ſuis ſpretus, paucis poſt annis, ab Artabano præfecto ſuo, An. 287. U. C. in regia interficitur, cum regnaſſet annos 8. Nominis interpretationem quære in *Artaxerxes*. Herod. libro 7. & 8. Diodor. Juſtin. Plut. &c. *Idem.*

16 Σικελίην] *Sicilia*, locus Germ. ſuper. apud Mogontiacum, ubi Severus Imp. interfectus eſt, Lamprid. *Sicilia*, (vide *Trinacria*) Tyrrheni maris inſula, à Thucydide *Sicania* dicta. *Sicilia*, incolis, Italis, & Hiſpanis, *la Sicile* Gallis, inſula eſt ampla, & formæ triangularis, inter mare Tyrrhenum ſeu Tuſcum ad Boream, mare Siculum ab ea dictum ad Ortum, & mare Libycum ſive Africum ad Meridiem. Separatur ab Italia anguſto freto 15. 10. paſſ. ejuſque circuitus eſt 600. mill. paſſ. teſte Cluverio. Ipſius enim latus Boreale à Lilybæo promontorio ad Pelorum eſt 255. mill. paſſ. latus Auſtrale à Lilybæo promontorio ad Pachynum eſt 190. mill. paſſ. & latus Orientale à Pachyno ad Pelorum eſt 155. mill. paſſ. ut plurimus refert Cluverius, qui totam inſulam dimenſus eſt. Alias Reges habuit proprios,

prius, hodie vero tubest Regi Hispaniæ; & in ea sunt tres partes seu provinciæ, valles dictæ, nempe Vallis Nemorensis seu Demonæ, *Val di Demona*, ad Ortum & Boream, ubi Messana, Catana, Pactæ, & Cephalodium, cum monte Ætna; Vallis Nectina, *Val di Noto*, ad austrum, versus Pachynum promontorium, ubi Syracusæ, Noetum, & Terra nova; & Vallis Mazarae, *Val di Mazara*, ad Occasum extensa, ubi Panormus, Mons Regalis, Mazara, Agrigentum, & Drepanum. Distat autem Sicilia à Sardinia 170 mill. pass. & 580. à Peloponneso, Sansone & aliis testibus. Frumenti adeo ferax est, ut non immerito olim *Romani imperii horreum* fuerit appellata. Namque & optimum triticum, & nobilissima vina gignit: de quo Plinius; qui lib. 10. c. 10. auctor est, Leontinos Siciliæ campos stipulas cum centesimo germine fundere. Et ideo inter subsidia frumentaria Reipubl. Rom. hæc insula Ciceroni memoratur, *pro lege Manilia Oratione*. Itaque mirum ab Euripide *in Phœniss.* *infrugifera* appellari. Sed id ad illa tempora referendum est, cum à Cyclopibus, serendarum frugum ignaris, habitata insula fuit: ut erudite Grotius monet: quem vide, si lubet, *Prolegomenis in illiam Tragœdiam Poëta*. Hæc olim agro Brutio creditur adhæsisse, posteaque impetu maris avulsa fuisse. Vide *Rhegium*. Vulgati Etymologi inde nomen traxisse volunt, quasi *Secluza*, id est, *resecta*. Quanto melius Bochartus, qui duas tradit nominis notationes: Prima est hæc; *Siciliam* scitetes à Phœnicibus appellatam esse insulam שכלול *Siclul*, id est, *perfectionis*; quia inter omnes insulas, quæ notæ erant tunc temporis, facile primas obtinuit. Strabo libro 2. Αὕτη δὲ ἐστὶν ἡ μεγίστη τῶν ἐν μεσογείᾳ, καὶ θρέψαι.

Altera est hæc, אשכול *Eschol* Hebræis botrus est, ut & סגול *Segol* Syris, vel סגולה *Segula*, cujus plurale סגליא *segulaja* pro botris. Qua ipsa voce verisimile est Phœnices Siciliam appellasse, quasi *botrorum insulam*. Est enim vini feracissima. Populi *Siculi* quos *acutos* & *lepidos* Cicero tradit, *Tuscul.* cap. 8. Et quia *lepidi*, ideirco iisdem *sales*, atque *facetias* idem tribuit 2. *de Oratore*, & *in Verrinis*. *Trilingues* Apulejus vocavit, quod primo barbare, deinde Græce, & post Latine locuti fuerint. Licet alii ea voce *vafros* & *acutos* intelligunt. Quamquam neutra earum linguarum satis bene uterentur, quod Asconius *in Divinationem Ciceronis in Verrem* notat. Hinc *Siculizare* per jocum, pro Siculorum more male Græce loqui, *Prologo Monachmorum* Plautus dixit. Historia eorum hæc est. Primi Siciliæ incolæ Latium inhabitabant, sed ab Aborigenibus & Pelasgis pulsi, in veteri Oenotria à Morge, Itali filio, sedes acceperunt: cui cum suspectus esset Siculus, illorum Dux, alias sedes quærere compulsi, Trinacriam occuparunt; hac cum Sicani, qui prius illo vestierant, divisa. Ante Romanos, neminem habuerunt totius Insulæ Regem. Dionysius quidem, Agathocles & Hieron Syracusis potiti sunt, sed postea, cum inter Pœnos & Romanos Insula diu lacerareturr, tandem his tota cessit. Nec omittendum, Græcos, qui subinde in Siciliam colonias deduxerant, partem ejus *Magnam Græciam* appellasse. Declinante imperio Roman. occupata & direpta est Sicilia à Genserico, Anno 439. & 400. recuperata à Belisario, An. 535. Dein Saracenis paruit, quorum Amiræ Panormi sederunt ab Anno 877. usque ad Anno 1070. quo intervallo cum Impp. Græcis provinsula bella gesserunt, Constantini IX. victores, Anno Chr. 1030. victi à Michaële Paphlagone, per Manacen, Anno Chr. 1040. Dein à Normannis, Roberto Guichardo, & Rogerio Ducibus, quibus Nicolaus II. Apuliam, Calabriam & Siciliam, à Græcis & Saracenis posteriis in feudum concesserat, Anno Chr. 1058. pulsi sunt. Hic Rex constructus, genuit Guilielmum I. Malum: cujus filiu

Χεῦμα πυρὸς μεγάλοιο, ἐρυξαμένης φλογὸς Αἴτνης

Igneus exuret torrens, immanibus Ætnæ

H δὲ

filia Henrico VI. Imper. nupta est, patri Friderici II. Imper. avo Conradi: Manfredus dein illam sibi rapuit, exutus regno & vita, à Carolo, Ludovici IX. Gall. Reg. fratre, cui Sicilia cum regno Napolit. Papa donavit. Hujus successores, perpetuo cum Arragoniis Regibus, in quorum familiam Manfredi filia Constantia nupserat, bello implicitl vixerunt. Sub Petro III. Arragon. Reg. Constantiæ marito, *Vesperæ Siculæ*, An. 1282. occisis Gallis omnibus, regnum Arragoniis conciliarunt, hodieque sub Hispaniæ Regibus est, qui ibi Vice-Regem habent. Ab An. 1675. intestinis turbis, seditiosorum conatus Galliæ Regem fovente, omnia flagrant. Thomas Fazell. *Histor. Sicil. & de rebus Sicul.* Guilelm. *Hist. Normann. in Sicil.* Hugo Falcandius, *de rebus in Sicilia gestis.* Godofred. Malaterra, *de rebus Viscbardi.* Anton. de la Sale, *Geneal. & Chron. Norm. Regum Sicil.* Hubertus Goltzius, *Sicil. & Magna Græcia, &c.* Siculi porro olim vitam opiparam ducebant, ut apud Platon. libro 3. *mensa Sicula*, & apud Athen. libro 14. ex Cratino, *coquus Siculus* esset proverbio. Alio tamen tempore non delicus, sed laboribus operam dantes militiæ inserviebant, ut *Siculus miles* proverbialiter, teste Zenodoto, de mercenario milite, ac de nullum ministerii genus lucri causa recusante dicetetur. Furaces quoque habiti sunt; unde adagium apud Suidam: *Siculus omphacizat*, in eos qui vel vilia furentur, qualis est *omphax*. *Aula* quoque *Sicula* apud Juvenalem, pro imperio duro, proverbio dicitur. Plura de Sicilia videri possunt apud Cluverium, Bochartum, & Auctores retro laudatos. *Idem.*

17 Aetnæ] *Ætna*, mons Siciliæ, prius *Inesius* appellatus, uti tradit Volaterranus; perpetuo igne terribilis, & quandoque globos igneos longe emittens. Virgilius *Georg.* 1.

——— *Quotiès Cyclopum effervere in agros*
Vidimus undantem ruptis fornacibus Ætnam,
Flammarumque globos, liquefactaque volvere saxa.

Circa radices amœnissimus est multis fontibus & fruticibus. Sub hoc monte Jupiter Gigantes fulmine percussos dejecit, ut poëtæ fabulantur. Quare autem Ætna flammas evomat, Tregus lib. 4. explicat his verbis: *Siciliæ terra est cavernosa, & fistulosa, quo fit ut ventorum flatibus pateat unde ignis concipitur, intrinsecus sulphur habet & bitumen, ubi ventus per spiramenta cavernarum incubuit, diu luctatus concipit ignem, sic Ætna durat incendium. Motus ergo ventorum causa incendii est.* Hæc ille. Ovid. Met. 15.

Nec quæ sulfureis ardet fornacibus Ætna,
Ignea semper erit, neque enim fuit ignea semper.
Nam sive est animal tellus, & vivit, habetque
Spiramenta locis flammam exhalantia multis;
Spirandi mutare vias, quoticsque movetur,
Hau finire potest, Illas aperire cavernas:
Sive leves imus venti cohibentur in antris;
Saxaque cum saxis, & habentem semina flammæ
Materiem jactant, ea concipit illibus ignem, &c.

Ἡ δὲ βεβτῶ μεγάλη πεσεῖται πόλις εἰς βαθὺ
[18] χεῦμα.

Evomitus flammis, & maxima corruet altis

[19] Εσαι

Cœlestem columnam eam vocat Pindarus; hodiè Italiæ *monte Gibello*. Gall. *le mont Gibel*, dicitur. *Ætna*, inquit Bochartus, vel אתונא *atuna*; *caminus*, *fornax*; vel אתנה *Ætna*; *caligo*. Primæ originationem favisse hæc poëtarum loca. Virg. Æn. 3.

—— *Ingentemque insuper Ætnam*
Impositam ruptis flammam exspirare caminis.

Claud. Mar. Vict. libro 2.

Non aliter quam dum rupta ferva Ætna camino
Egerit immissis stridentia sulphura flammis.

Hos caminos Græci ἀυλῶνας vocant. Schol. Aristoph. *in Vesp.* ἀυλὼν πυρὸς ὁ κάμινος, adducitque Æschylum, qui cum relatu ad Ætnam;

Ἐκπνεύσαν᾽ ἰλιγενῆ Αἰτναίαις ναπαῖς.

Posterius Etymon firmare videtur Lucretius libro 6.

Funditus arderem longe, lateque favillam
Differs, & crassa volvat caligine cælum.

Vide doctissimum authorem Geogr. Sacr. pag. 579. cum Leandro Alberti, *descr. Siciliæ*, p. 36. *& seqq. edit. Venetæ.* 1581. Ætnam pulcherrime descripsit Corn. Severus. Optime autem Virgilius & brevissime Æn. 3.

—— *Horrificis juxta tonat Ætna ruinis,*
Interdumque atram prorumpit ad æthera nubem
Turbine fumantem picæo, & candente favilla,
Attollitque globos flammarum, & sidera lambit:
Interdum scopulos, avulsaque viscera montis
Erigit eructans, liquefactaque saxa sub auras
Cum gemitu glomerat, fundoque exæstuat imo.

Super hunc montem ignem simul & nivem videas; ad latera, hinc vineas, inde sylvas. De Nive Silius libro 4.

Summo cana jugo cohibet (mirabile dictu)
Vim flammis glaciem, æternoque igne rigentes
Ardentes horrent scopuli, Stat vertice celsi
Collis hyemis, calidaque nivem tegit atra favilla.

Claud. libro 1. *de Rapt. Proserp.*

Sed quamvis nimio fervens exuberat æstu,
Sors nivibus servare fidem, partesque favillis,
Durescit glacies tanti secura vaporis,
Arcano defensa gelu: fumoque fideli
Lambit contiguas innoxia flamma pruinas.

Incendia hujus montis frequentia, sed inprimis terribilia fuerunt An. 1538. 1566. & 1579. Sic An. 1669. 4 fluvios igneos eructavit, quamplurimis in vicinia locis vastitate illata, præsertim in agro Catanensi, ubi 15. castra cremata sunt. De ejus variis incendiis Vid. porro Cluverium, Bembum, Nar. Comitem, l. 17. & 30. Est etiam civitas Siciliæ ad radices Ætnæ sita, Inessum prius dicta, ab Hieron condita. Steph. vulgo *Centorbe*. Leandro *Aterno*. *Masçali* autem Fazello. Pop. *Ætnenses*. Ponitur Ætnæus venator pro inutili. Ætnæus cantharus pro ingenti. Item Ætnæus, cognomen Vulcani. Ætnæos lacus habet Ovid. *de Ponto Eleg.* x. *Idem.*

18 Χεῦμα &c.] Puto ὄλεθρον scribendum: nam regii codicis scriptura prorsus vitiosa videtur, ῥιγεχάρμων πυρὸς. *Opsopœus.*

19 Εσαι

[19] Ἔσαι δ' Ἑλλάδι νεῖκος ἐπ' ἀλλήλοις ὑμενέεσσι
Πολλὰς πεδωίξουσι πόλεις, πολλοὺς δ' ὀλέσουσι
Μαρνάμενοι. τὸ γὰρ νεῖκος ἰσόῤῥοπον ἀλλήλοισιν.
Αλλ' ὅταν ἐς δεκάτην χθιζὸν μερόπων χρόνος
ἔλθῃ,
[20] Καὶ τότε μὲν Πέρσαις ζυγὸν δηλία καὶ φόβος ἔσαι.
[21] Αὐτὰρ ἐπεὶ σκήπτρῳσι Μακηδόνες αὐχήσουσιν,
Ἔσαι καὶ Θήβῃσι κακὴ μετόπωπεν ἄλωσις,
Καῖρες δ' οἰκήσουσι Τύρον, Τυρίοι δ' ἀπολοῦνται.

Fluctibus absorpta urbs. aget & discordia Græcos.
Atque inter sese bellis immane furentes
Multas excindent urbes, multosque necabunt,
Cum tamen inter eos anceps victoria ludet.
Sed cum procedet decimum mortalibus ævum,
Tum servile jugum Persas, terrorque domabit.
Porro autem sceptrum Macedo cum victor habebit,
Thebis adveniet tandem expugnatio tristis,
Inque Tyro degent Cares, Tyriique peribunt.

[22] Καὶ

19 Ἔσαι δ' &c.] Notat bellum Peloponesiacum. *Idem.*

20 Καὶ τότε μὲν &c.] Persæ post tot annorum imperium, ut Justinus historicus loquitur, jugum servitutis patienter acceperunt ab Alexandro Magno, expugnata Persepoli, capite regni Persici. *Idem.*

21 Αὐτὰρ ἐπεὶ &c.] Hic versus repetitur libro 8. Thebas subversas, Tyrum, Babylonem, Rhodum, Ciliciam, Ægyptum, & cæteras hic nominatas urbes, ab Alexandro subactas esse docent historici, quos consule. Non enim commentaria scribimus. *Idem.*

22 Καὶ Σάμον ἄμμῳ ἅπασαν ὑπ' ἠιόνεσσι καλύψει.

Δῆλος δ' οὐκέτι δῆλος, ἀθηλα ἅ πάντα τὰ Δήλου.

23 Καὶ Βαβυλὼν μεγάλη μὲν ἰδεῖν, μικρὰ δ' μάχεσθαι,

Totaque littoreis Samus obducetur arenis.
At Delus, non jam Delus, delebitur omnis.
Et Babylon ingens visu, certamine parva,

Σύν-

22 Καὶ Σάμον &c.] Eadem paronomasia libro tertio scripta legitur, nunc hic reperitur, & eadem recurret libro octavo: ita ut tres Sibyllæ illa fuerint usæ. *Gallæus.*

23 Καὶ Βαβυλὼν μεγάλη &c.] *Babylon*, vulgo *Bagdet*, urbs Babyloniæ reg. maxima ad Euphratem fluv. etiamnum regionis caput, & sedes Præfecti. De qua præter Auctores sparsim hic citatos, Vid. Genes. 11. Jos. *Antiq.* libro 1. capite 4. Epiphan. *in Panar.* libro 1. n. 7. August. *de C. D.* libro 16. Plinius libro 6. cap. 26. Salian. & Torniel. *A. M.* 1909. & 1931. Ambitus mœniorum ejus erant stad. 385. quæ tam lata erant, ut quadrigæ obviæ sese non impedirent. Muros ejus lateritios fuisse tradunt omnes summo consensu. Herod. libro 1. Ἐλκύσασι δὲ πλίνθους ἱκανὰς ἄπλησαν αὐτὰς ἐν καμίνοισι. Diodorus libro 2. Ὑψηλοῖς καὶ πολυτελέσι τείχεσι ὠχυρωμένην ἐξ αὐτῆς πλίνθου. Dio *in Trajano*, Εἶχε μέν που τὸ τεῖχος ἀσφάλτῳ ἀλλὰ Τοσαύτης ἐξ ἧς τὸ τεῖχος Βαβυλῶνος ἀνῳκοδόμητο. Josephus, Ἀνῳκοδόμηται δὲ ἐκ πλίνθου ὀπτῆς ἀσφάλτῳ συνδεδεμένης. Justinus, *Hæc Babylonem condidit, murumque urbis coctis laterc circumdedit, arenæ vice bitumine interstratis.* Qu. Curt. lib. 5. *Murus illustrem latere coctili bitumine interlitus.* Sed & præter historicos, qui id ex professo tractant, etiam apud Poëtas res est tralatitia. Aristophanes *in Avibus:*

Περιτειχίζειν μεγάλαις πλίνθοις ὀπταῖς, ὥσπερ Βαβυλῶνα.

Theocritus *Idyl.* 16.

---- Οὔτε πλατὺ τεῖχος
Ἀσφάλτῳ δίσσευσε Σεμίραμις ἐμβαπλάσσει.

Ubi Scholiastes,

Ἀσφάλτῳ ἤλειψε ἡ Σεμίραμις τὸ τεῖχος ἀντὶ πηλοῦ.

Tzetzes *Chil.* 9. *Histor.* 175.

Τὸ Βαβυλῶνος κτίσμα γὰρ ὑπῆρχεν ὡς βασάλτου,
Ἀντὶ δ' ἀσβέστου ἀσφάλτῳ εἶχεν ἰσχυροτάτῃ,

Ex *basalto*, id est, ex *latere cocto*, ut ipse ibidem explicat. Ovid. *Met.* 4.

—— *Ubi dicitur altam*
Coctilibus muris cinxisse Semiramis urbem.

Prop. libro 3. el. 9.

Perjurum fraudi Babylona Semiramis urbem,

Ut

Ut solidum cœlo tolleret aggere opus.

Lucan. libro 6.

Fragili circumdata testa
Mœnia mirentur refugi Babylonia Parthi.

Mart. libro 9. ep. 77.

Nec latere cocto, quo Semiramis longam
Babylona cinxit. - - -

Juvenal. *Sat.* 10.

Cum tamen à figulis munitam intraverit urbem.

Ex quo apparet, quare Dionysius Periegetes muros ejus infractos vocet, versu 1005.

— Ἧς μά τε πᾶσαν
Τείχεα πάμπαγχυ Σεμίραμις ἐτρήνυσεν.

Conditorem autem Babylonis Belum plurimi gentiles vocant, inque his Dorotheus Sidonius poeta vetustissimus:

Ἀρχαίη Βαβυλὼν, Τυρὸς Βίβλου πόλισμα.

Et Abydenus, apud Euseb. *Præp. Evang.* libro 9. capite 41. ubi retulisset, ut primitus omnia aquis fuerint obruta, addit, Belum siccasse loca, καὶ Βαβυλῶνα τεῖχος ἀξιόλογον.

Postquam enim, hominum numero post diluvium crescente, an. circiter 253. post, hi in planitie Senaar fertilissima, turrim cœlo minantem extruxerant; vel ut contra novum diluvium tutum sibi pararent locum, ut Jos. vult, vel potius, ut hoc facinore nomen suum immortale redderent, linguarum confusione essent impediti; inchoata turris *Babel*, id est, confusio dicta est, & Belos in eadem planitie urbem hanc Babylonem condidit. Alii tamen arbitrantur, non à Belo extructam hanc urbem, sed à filio ejus Babylone. Verum facile hæc conciliantur. Nimrod enim seu Belus condere eam exorsus est, filius fortasse incrementum dedit. Alii Semiramidis opus putant, uti supra vidimus. Nec illi errant, inquit Vossius, si sic intelligas, quomodo Constantinus M. Constantinopolim dicitur condidisse, quæ tot antea seculis Byzantii nomine claruit. Hæc enim stupendis muris, & pensilibus illis hortis, qui inter 7. mundi miracula collocari meruerunt, urbem ornavit. Cujus etiam reliqua eximia, ut centum portas æneas, templum Beli magnificentissimum aliaque Herodotus, libro 1, prolixe exequitur. Sedes fuit Imperii Assyriorum, quo subverso Nabonassar novam ibi Monarchiam fundavit, sub qua eo magnitudinis excrevit, (de qua paulo post prolixius) ut Nebuchadnezar post Ninivem Assyriæ, Alexandriam Ægypti, Hierosolymam Judææ, Gazam Palæstinæ, Tyrum Phœniciæ, Damascum Syriæ, Susan Persiæ, Ecbatana Mediæ, urbes visas, hanc tamen reliquis omnibus longe præstulerit. Daniel. cap. 4. Capta est à Cyro, *A. M.* 3516. ante *V. C.* 537. Hodie evanuit penitus, juxta vaticinia prophetarum. Vid. infra. Nec omittendum, in S. Scriptura figuram esse Babylonem, Mundi, peccati, & qui omnis potentiæ Deo adversantis compendium est, Antichristu: inprimis apud Esajam, & in Apocalypsi Hieron. *in Ezech.* Augustinus, *serm.* 122. &c. De magnitudine Babylonis jam paulo pluribus dicendum restat, quæ tametsi appelletur jure merito *Magna urbs*, Dan. 4. 30. & Nabuchodonosori Regi Regum, ut dictum, dederit materiam superbiendi: Non tamen est, quod quis temere Græculis fidem adhibeat, ex quorum relatione deceptus Aristoteles *Babylonem* sibi fingit portentosæ magnitudinis, & Peloponneso pene parem: Id sibi volunt hæc verba; *Politic.* libro 3. capite 3. quibus contendit civitatem mœnibus non definiri: Εἰ γὰρ ἀνθ' Πελοποννήσου τεῖχος ἐκυκλοῦτο τὸ τεῖχος. Τοιαύτη δὲ ἴσως ἐστὶ καὶ Βαβυλὼν, καὶ πᾶσαι ὅσαι λέγονται μεγάλαι εἶναι πόλεις. Subdit, Ἡς γὲ φασιν ἑαλωκέναι τρίτον μέρος οὐκ οἰκούμενον τῆς μέρος τῆς πόλεως. Quod si semel concesseris, etiam id agnoscendum, *Babylonem* non male cum Peloponneso conferri, è cujus uno extremo ad aliud triduano cursu vix attingere possit expeditus eques. Forte pro τρίτον ἡμέρας μέρος πολὺ οὐκ ὀλίγος, scripserat aliquis, τρίτον ἡμέρας μέρος πολὺ οὐκ ὀλίγος, vel voce μέρος bis repetita τρί-

τον

τον ἡμέρας μέρος, μέρος δὲ τῆς πόλεως, &c. Hoc est, dici parte tertia aliquam partem urbis nondum sensisse, cum aliquanto ante lucem capta fuisset. Neque enim in tanta urbe, quæ capta est in die festo, plerisque somno, vinoque sepultis, & pridianam crapulam adhuc evomentibus, uno momento temporis res potuit ubique sciri. Vere igitur scribit Herod. libro 1. capite 191. Ὑπὸ δὲ μεγίστου δὴ πόλιος, ὡς λέγεται ὑπ' αὐτῶν τῶν τὴν οἴκησιν, ἔτι καὶ νῦν ἐχόντων, τῶν νῦν ἐγὼ ἐπὶ πόλιος ἰσχυροτάτου, τοὺς τὸ μέσον ἐπέσχον Βαβυλωνίων ἡ μακρότητα ἰσχυρῶς, ἀλλὰ τυγχάνω γὰρ σφι εὖσαν ἐορτὴν ἡ χαλάσαι τε τοὺς τὸ χρόνου τὸ ἐπιτηδεύουσι εἶναι. Sed & Xenophon Cyropæd. libr. 7. præsidiarius, qui turbantur arces, rem innotuisse, negat usque ad plenam lucem. Verba sunt, ἐπεὶ δὲ ἡμέρα ἐγένετο, καὶ ἔφαινε δὴ τοῖς ἄνω ἐχθροῖς, ἐκλελοιπότα τὰ ἄκρα πόλιν, καὶ τὰ βασίλεια τεθηκότα, &c. Itaque potuit fieri, ut qui erant in extremis, parte demum diei tertia urbem captam esse deprehenderint, parte tertia, id est, hora tertia post ortum solis. Sed horæ nomen eo sensu nondum in usu erat apud Græcos. Tantum diem per partes duodecim dividebant, idque à Babyloniis edocti, Herod. libro 2. cap. 109. Τὰ δυώδεκα μοῖρα τῆς ἡμέρης τοῦτο Βαβυλωνίων ἐμάθομεν Ἕλληνες. Hoc ipsum si fidem superat apud eos, qui *Babylonem* æstimant, pro modulo nostrarum urbium, sciant illi, Hygino excepto, in quo mendum esse suspicor, veterum nemunem esse, qui *Babylonis* mœnibus in ambitu minus assignet stadios 360. quæ faciunt m. pass. 45. Hæc est in Diodoro Cretiæ definitio, quam puto secutum Hyginum; Et pro stadios 300. (ita hodie legitur) referendum 360. Alii omnes quotquot videre contigit ad hunc numerum aliquid addunt pro mantilla & auctario. Ita Clitarchus *Babylonem* amplexu suo continere scribit stadia 365. Q. Curtius 368 Strabo 385. Dio Cassius 400. Orosius 400. Herodotus & Apollonius 480. Plinius, & Marcianus Capella, quod idem est. m. p. 60.

In hac veterum inconstantia non facile est pedem uspiam tuto figere. Nisi quod tutius credi puto Ctesiæ & Clitarcho, qui fuere oculati testes, & *Babylone* diu egerunt. *Bochartus*. Porro hæc urbs, ob vestem variam, id est, variegatam & diversis picturæ coloribus intextam; & interstinctam, plurimum apud veteres olim celebrata fuit. Plin libro 8. capite 48. *Colores diversos picturæ intexere Babylon maxime celebravit, & nomen imposuit.* Idem innuit Tertullianus *de Habitu fœminarum*, capite 1. *Age nunc*, inquit, *si ab initio rerum & Milesiæ oves tonderent, & Seres arbores nerent, & Tyrii tingerent, & Phryges intexerent, & Babylonii intexerent.* Mart. 8. 28.

Non ego prætulerim Babylonica picta superbe,
Texta Semiramiæ quæ variantur acu.

Idem libro 14.

—— Lemniate *Cubicularia polymita:*
Hæc tibi Nicomedis telias dat munera, victa est
Pectine Niliaco tam Babylonis acus.

Et de pavone Pub. Syrus in Satyrico Petronii, inter alia ita loquitur:

Pinnata cauda stellas ameo Babylonico.

Lucretius libro 4.

Tunc Babylonica magnifico splendore vigentia.

Plautus *in Stich.*:

Tum Babylonica peristromata, confutaque tapetia
Advexit nimium bonæ rei.

Vide Boch. *Phaleg* lib. 1. cap. 6. Notandum etiam, hic Babylonios magna cura Astrologiam olim coluisse; unde *Babylonius* Tertulliano *Graeculus* aut *Mathematicus* dicitur. Quin *ibi inventam fidem* scientiam Plinius tradit. Claud. *de 4. Consulatu Honorii*:

--- Te, cuncti Hetrusca
Augur, & inspectis Babylonius horruit astris.

Idem *in Panegyr. ejusdem Consulis*,

Namque ego, credat licitas Babylonia curas
Salubres,

Opti-

Σιτήσεται ἀχρήστοισιν ἐπ' ἐλπίσι τειχιοδεῖσα.

Mœnibus ah nimium fidens, ſpes paſcet inanes.

[24] Βάκλεα

Optima tum ſpondet mortalibus edere fata, &c.

Ubi per *Babyloniam curam* intelligitur *Aſtrologorum curioſitas*, ſive *curioſa Genethliacorum ars*. Hinc Horat. lib. 1. *Carm. Ode* 11.

Tu ne quæſieris (ſcire nefas) quem mihi, quem tibi
Finem Dii dederint Leuconoe, nec Babylonios
Tentaris numeros. ———

Id eſt, *Aſtrologorum rationes, & ſupputationes*. Tullius libro 1. *de Divinat. Contemnamus etiam (inquit) Babylonios, qui ex Caucaſo cœli ſigna ſervantes, numeris & motibus ſtellarum curſus proſequuntur.* Huc pertinet illud Lucretii libro 5.

Ut Babylonica Chaldæum doctrina refutans,
Aſtrologorum artem contra convincere tendit.

Denique, quia hæc ſententia etiam apud doctos diu obtinuit, *Bagdad* eſſe *Babylonem*, libet hic aperire fontem erroris iſtius ex Bocharto *Geogr. Sacr.* libro 1. capite 8. Hujus ſententiæ primi authores de vetere *Babylone* nequaquam cogitabant, ſed de Seleucia, cujus vicinitate *Babylonem* exhauſtam Plinius dicit in ſolitudinem rediiſſe, libro 6. capite 26. Nec multo aliter Strabo libro 16. *Babylonis partem Perſæ diruerunt, partem conſumpſit tempus, partem Macedonum negligentia, præſertim poſtquam Seleucus Nicanor Seleuciam ad Tigrim condidit ſtadiis tantum trecentis à Babylone diſſitam.* Itaque in *Babylonis* opes & nomen ſucceſſit Seleucia, quæ non ſolum *Babylonia* (ut apud Plinium Ἀλεξανδρεῖαι, quia non una fuit Seleucia) ſed & *Babylon* appellata eſt. Stephanus, Βαβυλὼν Περσικὴ πόλις μητρόπολις Σελευκείας πρὸς Τίγρητι. En *Babylonis* ipſum nomen Seleuciæ tributum. Quo referenda hæc Sidonii *carm.* 9.

Non coctam Babylona perſonabo,
Quæ largum fluvio patens alumno
In luſum bibit hinc & inde Tigrim.

Porro vel in eodem, quo Seleucia loco, vel certe in proximo *Bagdad* conditam fuiſſe oportet, cum utramque ad ripam Tigridis, & fere in eadem a veteri *Babylone* diſtantia deſcribant Geographi. Nam 3000. illa ſtadia, quibus à Babylonia Seleuciam diſtare ſcribit Strabo, ſunt miliaria prope 38. id eſt, *diurnum illud iter inter Bagdadam & rudera Babylonis interjectum*, juxta Teixeiram. Paulo al. Budr. Bagdadum, inquit, *Bageded*, urbs ampla & probe munita, ad Tigrim, quæ alias Seleucia magna. 50. milliaribus à Babylone antiqua in ortum diſtat. Sedes Amiræ olim, in Dynaſtia Saracenica, poſt Iminem, filium Aaronis, cui trucidato ſucceſſit Maimon, A. C. 813. Altero Amira Damaſci, tertio in Africa reſidente. Expugnata ab Halacho Tartaro, Turcis victis, captuſque Calipha fame enectus eſt, auro liquefacto in os infuſo: Tum diruta Saracenorum templa, & coli religio Chriſtiana ibi cœpit. A. C. 1259. Poſtea Eridos pomum inter Perſas Turcaſque, inter alia, ab Habas M. Perſarum R. circa A. C. 1625. capta, dein ab Amurato, circa annum 1638. recepta eſt) à quo tempore ſub Turcarum dominio eſt. Vid. *Seleucia*: Et de Babylonis priſcæ ruderibus, urbeque Bagdado hodierna, quære inprimis apud P. de Valle, *Itinerarii tom.* 2. *Hoſmannus.*

[24] Βάκτρα κατοικήσας Μακηδόνες. οἱ δ' ἀπὸ Βάκτρων

[25] Καὶ Σούσων φεύξονται ἐφ' Ἑλλάδα γαῖαν ἅπαντες.

Bactra colet Macedo: qui vero Bactra tenebunt,
Et Susas, fugient in Græcos protinus omnes.

[26] Εστε-

24 Βάκτρα &c.] *Bactra, trorum, Bactrum* etiam Plinio, *Bagdasan*, teste Castaldo urbs Bactrianæ reg. caput, ad Bactrum fluv. Horum Virgilius mem. *Georg.* 2.

Sed neque Medorum silvæ ditissima terra,
Nec pulcher Ganges, atque auro turbidus Hermus
Laudibus Italiæ certent, non Bactra, neque Indi
Totaque thuriferis Panchaia dives arenis.

Ex quibus Poëtæ verbis apparet *Bactrorum* terram fuisse fœcundissimam; Hinc Dionysius versit 734.

--- Ἀφνειὸν πῶμα Βάκτρων.

Leoque Strab. libro 2. Παμφόρων eam vocat, & Plinius 18. 7. *Traduntur in Bactris grana tanta magnitudinis fieri, ut singula spicas nostras æquent.* Et Qu. Curtius lib. 7. *solum pingue* vocat. Hæc urbs, nunc à multis *Termend* dicitur; estque parvi momenti, prope montem Caucasum, 360. m. pass. ab Alexandria Ariæ, & 630. ab Antiochia Margianæ in Ortum, Sanson. Urbs vero *Badascian* multis est Maracanda antiquorum, 300. mill. p. à Bactris, in Occas. distans. *Idem.*

25 Καὶ Σούσων &c.] *Susa, orum*, urbs Asiæ nobilissima, Susianæ reg. quæ, post Abradati mortem, à Cyro subjugata est, Xenoph. *in Cyrop.* caput & regia, à Tithono, Memnonis patre, condita, reparata à Dario, Plin. Prol. Curtius; ad Eulæum fluv. inter Seleuciam magnam ad occ. 450. & Persæpolim ad ort. 275. m. p. ab Ecbatanis 450. in merid. De illa Dionysius:

Χωρὶς μὲν Κῦρος ἐὺ μάγας, χωρὶς δὲ Χοάσπης,
Ἑλκυστὶ δῶρα ὕδατος φορέουσ' ἐπὶ ῥηϊδίην χθόνα Σουσῶν.

Ubi sis vide Montanum. Jungunt Susa & Ecbatana, quia ut æstivos dies in Ecbatanis, ita hybernos Susis agebat rex Persarum. Ita Xenoph. *Cyrop.* lib. 8. Strabo libro 15. Plutarchus *de exil.* Athenæus *in orat. de Roma.* Ut vel falli necesse sit, vel corruptum esse Ælianum *de An.* lib. 10. capite 6. ubi Regem Persarum describit ἡμιόνοις μὲν ἐν Σούσοις, καμήλοις δὲ ἐν Ἐκβατάνοις, repugnante natura rerum. Ecbatanis enim æstate multo commodius degebatur, quia clima frigidius est quam Susis, ubi aër æstivus est tam fervidus, ut lacerti & angues circa meridiem in viis intercepti ustulentur. Ita habetur apud Strab. Pop. *Susiani*, ob artem sagittariam olim clari. Prop. libro 2.

Non tot Achæmeniis armantur Susa sagittis.

Claud. *de bello Gildonico:*

--- *Nostræque premant pharetrata secures*
Susa. ——— ———

Lucan.

[26] Εστίαν ἐσομβρίοις, ὅτε [27] Πύραμος ἀργυροδίνης
Ἱερὰ σοφὸν ἐπὶ νῆσον ἵκηται.
Καὶ [28] Σύβαρις πεσεῖται, καὶ [29] Κύζικος, ἡνίκα γαίης

Isthæc evenient, liquida cum Pyramus unda
Ad sacram litus profundens insulam adibit.
Concidet & Sybaris, & Cyzicus, oppida quando

Βεστ-

Lucan. libro 2.

— *Conjuret in arma*
Mundus, Achæmeniis decurrant Medica Susis
Agmina.

Dicta autem putatur hæc vox, à liliorum copia, quæ illorum lingua *Susa* dicuntur. Athenæus libro 12. Καλεῖ δὲ τὰ Σοῦσα φασὶν Ἀριστόβουλος καὶ Χάρης ἀπὸ τοῦ ὁμοίου τῆς ἀκάνθης. Σοῦσοι γὰρ ἐκεῖναι φωνῇ τὸ κρίνον. Stephanus. Σοῦσα. &c. κέκληται δὲ τὸ κρίνον, ἢ πολλὰ ἐν τῇ χώρᾳ πεφυκὼς ἐκείνῃ, Σοῦσα τε αὐτὴ κληθῆναι εἰκὸς βάρβαροι. Etymologus: Σοῦσα ἡ πόλις, λέγεται δὲ ἀφ' ἑτέρου τινὸς κρίνου. Σοῦσα γὰρ τὸ λείριον λεγόμενον. Quod multo verius, quam quod ibidem alii volunt, *Susa* dici ἀπὸ τοῦ ἱππάσιμος εἶναι τὸν τόπον, ἐνταῦθα γὰρ ἵππου Σύριοι τὸν ἵππον λέγουσι. Chaldæis quidem & Syris equus dicitur סוסא *susa*, & סוסיא *Susia*. Sed Scriptura differt à שושן. Ut taceam Susa nusquam ab equitatu commendari. Bochartus. Suia hodie *Sousser*, Tavlon. estque etiamnum urbs ampla Persiæ, ad Eulæum fluv. *Tiritori*, versus montes 180. mill. pass. à Bagdato seu Seleucia in Ort paulo minus à tanu Persico in Bor. *Idem.*

26 Ἑστίαν &c.] Hic & sequens versus à Strabone pro oraculo vulgi sermonibus trito citantur libro 1, & 12. ex quo priorem antehac imperfectum supplevi: quod scriptura regii codicis, ἕστια πύραμος ἀργυροδίνης καὶ δ' ἀλὸς δίης, hiatum non tolleret. Proferuntur autem à Strabone de Cypro. Nam pro nostro νῆσον, illic κύστον scriptum est. *Cyri*[illegible]

27 Πύραμος] *Pyramus* fluv. qui per angustias Tauri montis per Ciliciam defertur mariquè apud Mallum Urbem excipitur. Eius meminit Dionysius v. 866.

Καὶ τοῦ μὲν πλείστην πεδίων ἐπιμοιρήσαις ὕδωρ
Τηλόθεν ἐρχομένων, Πυράμιδί τε καὶ Πενάρειο,

Ubi Scholiastes: Ὁ δὲ Πύραμος σκολιός τε ῥεῖ, ὡς εἰρῆσθαι, Ἐκ κραιπάλων τις βαθέων φάραγγα ψοφεῖ κατόδοντι βροτῇ ἐοικότα πλῆσσον, τὸ γὰρ δὶς παχὺ πλύνει, ὡς ὁ γεωγράφος φησὶ κατάγων ἐπὶ τὸν Ἀμανικὸν. Διὸ καὶ χάσμῃσι ἐξέπιεν εὐρυτέρῃσι τοῦτο,

Ἑστίαν ἐσομβρίοις, ὅτε Πύραμος ἄργυρος ἔλθῃ
Ἱερὰ σοφὸν ἐπὶ νῆσον ἵκηται Κύστου ἴκελος.

Hesychius: Πύραμος, ποταμὸς Κιλικίας, ἄλλοι δὲ χώρου τινὸς καλοῦσι. Ejus meminere Strabo libro 12. Arrianus libro 1. & Qu. Curtius l. 3. c. 4. Hodie *Malmistra* Nigro dicitur. *Leucosyros* olim, Steph. *Cornuti* etiam Bellonio. *Hofmannus.*

28 Σύβαρις] M. Græciæ opp. inter Crathin & Sybarim amnes, ab Achivis conti-

conditum, Olymp. 17. Anno 45. U. C. qui post Trojæ excidium vi tempestatis eo fuerunt appulsi. Nunc in ruinis. Situm erat in ora Sinus Tarentini, inter ostia Sybaris & Crathis, Baudr. Hujus olim tanta fuit potentia, ut quaternas proximas texerit gentes, & 25. urbes suo subdiderit imperio, & contra Crotoniatas 300. hominum millia armarit, Strabo libro 6. qui illos, sub Milonis auspiciis, vicerunt, urbe eversa, Anno 244. U. C. Sed hæc à Sybaritis denuo exstructa, Anno 308. *Thuriorum* nomen accepit: coloniis Atheniensium biennio post aucta. Rudera ejus, prope Sinum Tarentinum, *Sibari ruinata*. Diod. Sic. *Bibl. Hist.* Athen. libr. 7, 12, & 13. Senec. libr. 12. *de Ira*. Eusеb. Plinius &c. Ejus quoque mem. Ovidius *Met.* 15.

Præterit & Sybarim, Salentinumque Neathum.

Postea *Thurium*, ut dictum, & *Copiæ* vocabatur. Ste[illegible]s ex Strab. Θούριοι, πόλις Ἰταλίας. [illegible]τερον Σύβαρις, ὕστερον δὲ Κωπίαι. Dionysius versu 372.

Ἐν δὲ τοι κείνῃσι Διὸς μέγα χωσαμένοιο
Δειλαίη Σύβαρις, πείσας στυγέουσα πιόσθης,
Μητρώιους ὑπὲρ αἶσαν ἐπ' Ἀλφειῷ γεγάασι.

Ubi quam exitii causam innuat Poëta, dum eos *Jove valde irato* periisse indicat, hoc postea subjiciens de furiosa Olympicorum præmiorum cupiditate. vix satis constat. Narrat vero Eustathius, eos τὰ ἐν ναῷ ἀναθήματα, dona Jovi Olympio dedicata, diripuisse; quæ Dionysio Ἀλφειῷ χάρα vocantur, quod Jovis Olympii templum positum esset in Olympia, quæ & Pisa, Elidis urbe, quam Alpheus fluv. alluit: urbi autem Olympiæ nomen impositum fuit ab Olympo monte vicino, Thessalico Olympo cognomine, teste Strab. lib. 8. Hæc quidem commodissima videtur interpretatio, si qua melioris historiæ fide firmetur. Receptius tamen est (quod non modo Eustathius, verum & Stephanus περὶ πολ. aliique tradunt) *eos oraculo monitos, Sybarin in tunc interituram, cum hominem plusquam Deum colerent, idque evenisse cum ab hero servus flagris cæsus primo in templum confugeret, nec tamen dominus à verberibus temperaret; cum vero ad herilis patris sepulchrum confugeret, tum demum, monumenti paterni veneratione, abstineret.* Hinc, Jove irato, in perditissimam luxuriem eos ruisse ferunt, quam proximam fuisse exitii causam apud omnes constat. Oraculum, de quo modo dictum, ab Erasmo *in Chiliad.* è Stephano recitatur:

Εὐδαίμων Συβάρι, πολλάκιμαι σὺ μὲν αἰεὶ,
Ἐν θαλίῃσι θεῶν σὺν ἀθρόῳ ἀλλοι ἰόντων.
Εὖτ' ἂν δὲ θρέψῃσι θυηπόλον θεοῖο σηκίζῃ,
Τλήσεαι σοι πόλεμός τε καὶ ἀμφίλαφος στάσις ἐξῆ.

Cæterum de luxu & mollitie Sybaritarum Plut. hoc refert *in convivio 7. Sap.* Συβαρῖται, οἷς ἔοικε, φησὶ σπουδὴ τοὺς κλήσεις ποιεῖσθαι τῶν γυναικῶν, ὅπως σκηψάμενοι καὶ χολὴν ἀφοσιώσωνται ἐφ' ᾧ ἔχουσι φαιτῶν ἐπὶ τὸ δεῖπνον. Zenobius *Cent.* 5. Συβαριτικὴ τράπεζα [ἀντὶ τοῦ πολυτελής. Τρυφῶσι γὰρ οἱ Συβαρῖται. Idem ibidem, uti quoque Diogenianus, *Cent.* 8. Συβαριτικὴ ἀφὴ πλατεῖα] παροιμία ἐπὶ τῶν συβαριζόντων παρόμοιον. Vide Cluverium de *de Ital. Antiq.* libro 4. capite 14. Hinc *Sybaritis* Ovid. 2. *Trist.*

Nec qui composuit nuper Sybaritida fugit.

Ubi opus intelligit Hemitheontis cujusdam cinædi, de generibus voluptatum, & obscœnarum libidinum. *Idem.*

29 Κύζικ⊙] *Cyzicus*, à Thessalis oriundus. Fuit enim ex Æneo Apollinis & Stilbes filio natus, qui, relicta Thessalia, ubi fuerat ortus, in Hellespontum se contulit atque ibi regnavit, & Æenetem, Eusori Thraciæ regis filiam, uxorem duxit, ex qua Cyzicum genuit, qui Dolionum tenuit imperium in Isthmo & Chersoneso, quæ est in Propontide, juxta quam mons est *Arctus* nomine. Cyzicus cum advenientes Argonautas sibi cognatione conjunctos didicisset, eos benignissime suscepit hospitio.

Βεβαρομένης σεισμοῖσι πίπτειν αἱ πόλεις.
Ἔξ καὶ Ῥοδίοις κακὸν ὕστατον, ἀλλὰ μέγιστον.
Οὔτε Μακηδονίης αἰεὶ κρατὲς, ἀλλ' ἀπὸ δυσμῶν
Ἰταλὸς ἀνθήσει πόλεμος μέγας, ᾧ ὑπὸ κόσμος
Λαιψάυσι δ' ἄλειον ἔχων ζυγὸν Ἰταλίδῃσι.

Labentur magno terra fervente tremore.
Et Rhodiis clades veniet poſtrema, ſed ingens.
Nec ſemper Macedo dominabitur, occiduumque
Surget ab Italia bellum, cui ſubditus orbis
Subdet colla, jugis Iralis ſervire coactus.

Κλωχι-

hoſpitio. Cumque a Cyzico digreſſi eſſent Argonautæ, proxima nocte tempeſtate acti eodem reverſi ſunt, quos Cyzicæni hoſtes cum crederent, adverſus eos egreſſi, pene internecione ſublati ſunt, inter quos ipſe Cyzicus ab Jaſone eſt interemptus, ut & Apollonius & Valerius ſcribunt. Orpheus ab Hercule, alii ab Dioſcuris. *Cyzicus*, urbs Myſiæ ad Propontidem, *Chizico* Sophiano, cui nomen indidit *Cyzicus* rex, quem Jaſon per imprudentiam interemit. Fuit hæc civitas & magnitudine, & pulchritudine cum primis Aſiæ urbibus comparanda, paci & bello apta, tribus armamentariis inclyta, quorum aliud armorum, aliud inſtrumentorum, aliud frumentorum, quod frumenti erat receptaculum. Propert. 3. 22.

Frigida tam multos placuit tibi Cyzicus amnes,
Tuta, Propontiaca qua fluit Iſthmos aqua.

Ovid. *Triſt.* 1. *Eleg.* 9.

Inde Propontiacis hærentem Cyzicon oris,
Cyzicon Æmoniæ nobile gentis opus.

Ubi vir κεκλιμένῳ Nic. Heinſius *ſurgentem* legere mavult, nam in edito collis ita hæc urbs. Val. Flac. libro 2.

Nec procul ad tenuis ſurgit confinia Ponti
Urbs placidis demiſſa jugis, rex divitis agri
Cyzicus. ——— ———

Sed & Apollonius Rhodius, in ejuſdem deſcriptione,

Ἔστι δέ τις αἰπεῖα Προποντίδος εὐδέϊ νῆσος
Τοῖσι λιπὼ Φρυγίης πολυλλίτου ἠπείροιο,
Εἰς ἅλα κεκλιμένη, &c.

Vide Caſaub. *ad* libro 12. *Strabonis*, *Cyzicæni* apud veteres ſignificatis ac mollitiei notantur, unde *tinctura Cyzicena*, proverb. apud Zenodotum & alios in eos, qui aliquid inde orum metu faciunt. *Cyziceni* quoque *ſtateres* apud Suidam in proverb. ſunt, pro re ſculpta diligenter, ſicuti fuere *nummi Cyzicen.* long. 54. 50. lat. 42. 15. *Idem.*

30 Ἔξ &c.] Prior Sibylla protulerat hunc verſum de Tenedo: de Rhodiis iterum alia infra libro 8. *Opſopæus.*

Καρχηδὼν καὶ σεῖο χαμαὶ πᾶς πῦρ ⟨ῶ⟩ ἐρείσει
Τλῆμον Λαοδίκεια, σὲ ὃ πεώσει ποτὲ ζεύξμὸς
Πρηνίξας, στήσει ὃ πάλιν πόλιν εὐρυάγυιαν.
Καὶ σὺ Κόρινθε τάλαινα, τεὴ ποτ' ἐπόψει ἄλωσιν.
31 Ὦ Λιβύες μύρα καλὰ, σέθ' οὔποτε βρασομένη
χθὼν

Procumbentque tuæ Carthago, funditus arces.
Teque olim motus, infelix Laodicea,
Pronam consternet, rursumque reponet in urbem.
Tu quoque te captam miseranda Corinthe videbis.
O Libyæ pingues agri, te terra tremiscens

Πρηνί-

31 Ω Λιβύες &c.] Superiores edit. λυ-ξίνε. reg. cod. λυκίης, rectè. nam crocus & Narcissi præstantissimi in Lycia, unde unguentum crocinum & Narcissimum maxime laudatum conficiebatur. Et alias medicamentis studebant Lyciæ incolæ, ut vel unicum Lycium medicis celebratum fidem faciat. Infra quoque alia Sibylla eo nomine μυρίνην Lyciam vocat. *Idem.* Gallæi MS. legit Λυκίης. *Lycia*, reg. min. Λύκιε inter Pamphyliam, & Cariam: *Mylias* alias, & Oxyris Steph. qui incolas *Tremilos* dictos scribit. Unde *Trimilis* reg. apud Liberalem. Aliis *Mylias* fuit ejus pars Bor. olim (si poetarum fabulis credimus) Chimæræ monstri ignibus infestata. Cujus fabulæ occasionem præbuit Chimæra ejus reg. mons crebro ignem eructans. Dicta est autem Lycia, à *Lyco* Pandionis filio. Urbem habet Pataram, Apollinis oraculo celebratam. Unde *Patareus Apollo*, apud Horatium. Et *Lycia ortes* apud Virg. libro 4. Æn id est, sortes Apollinis, qui in Lycia apud Pataram responsa edebat. Terminatur à Met. mari Mediterr. seu Lycio, à Sept. Phrygia, ab Ortu Pamphylia, ab Occ. Caria. Nunc *Adinelli*, sub Turcis: à 3. seculis. Estque pars Caramaniæ late sumptæ. V. Strab. Plinium, Isidor. Castald. Cluverium, &c. Pop. *Lycii*, qui in luctu, ut citius stolidum deponerent mœrorem, muliebres vestes induisse leguntur. Eosdem *Termilas* vocatos etiam Herodotus scribit. Erant autem arte sagittandi celeberrimi. Virgilius. Æneid. 8.

Ille mihi insignem pharetram, Lyciasque sagittas
Discedens dederat. ——

Et libro 7.

Lyciam ut gerat ipse pharetram.

Stat. *Theb.* 6.

Cætera plebs Lyciis gaudet contenta sagittis.

Silius libro 8.

Lycios arcus. ——

Item reg. parva Troadis, juxta Idam montem, ubi Apollo natus traditur, teste Strabone ex Homero. *Hofmannus.*

32 Αεμα-

Πρωΐξῃ, πρωΐης ὑ κλόνῳ πίπτουσ' ἐπὶ γαῖαν,
Εἰς ἑτέραν ἀΐξῃ φεύγειν χθόνα, οἷα μέτοικος.
Ἀρμενίη δέ τε καί σε μένος δουλοσύνη ἀνάγκη
Ἰταλόθεν, νηὸν δὲ θεοῦ μέγαν ἐξελάσῃ.

Pronam ſparget humi, cupieſque agitata cadendo
Quærere diverſas fugiens velut advena terras.
Armenia & tibi vis inſtat ſervilis ab ipſa
Italia, magnam quæ numinis eruet ædem.

Hvixa

32 Ἀρμενίη &c.] *Armenia Major*, Turci *Turcomaniam* & *Curdiſtan* vocant, vel potius hodie in 3. has provincias Turcomaniam, *Populi* & *Curdiſtan* dictas diviſa eſt. Perſis *Thoura*, *Emnoe* vel *Aremnoe* dicitur, *Zelbecdibes* autem Neſtorianis, contra quos Concilium in Armenia, An. 435. Vid. infra. celebratum, quique adhuc plus ſatis ibi numeroſi. Regio Aſiæ notiſſima, & ingens, ultra Euphratem à Cappadocia & Armenia minore eam ſeparantem, uſque ad Mediæ limites in ort. extenſa, inter Iberiam ad Arctos, & Meſopotamiam ad Meridiem perſtricta. Nomen ab *Armeo*, vel *Armenio* Jaſonis comite habere fertur. Populi *Armenii*. Probabilius etymon vide, apud Bochartum *in Phaleg* pagina 22. Nonnullis *Armenia* dicitur, qu. *Armenia* ab *Aram* filio Sem. *Aram* autem ſig. *elatus*, unde *Armenii* quaſi *ſublimes*. Vel à montibus, quibus hæc regio cingitur, nam *Ar* mons eſt; unde & *Ararat*, in cujus culmine arca Noahi poſt diluvium quievit, vocatur. Tota fere ſubeſt Turcis. Regio olim percelebris, nunc paucioribus habitatur. Ejus Urbes alicujus momenti, *Revan*, *Erzerum* ad Eupht. *Van*, quæ *Arthemita* quibuſdam, *Teſta*, quæ dicta *Artaxata*, *Cars*, aliæ. *Armenii*, pop Armeniam incolentes. Fuerunt olim ſub Perſis, dein Græcorum imperio ſubjecti, tandem in Romanorum poteſtatem conceſſere. Poſt C. N. ann. 18. Germanicus Zenonem iis regem impoſuit. Dein an. 58. miſſus Corbulo, qui parta à Luculſo Pompejoque reciperet, caſtellis aliquot exciſis Tigranocerta cepit, Artaxatis ſolo æquatis, Tigranemque Archelai Cappadocis nepotem regem Armeniis impoſuit. Tacit. *Annal.* libro 13, & 15. Vid. quoque Dion lib. 63. Dein Trajanum Parthamaſirium A.C. 107. à Partho Armeniæ regem datum dejecit, Armenia in formam Provinciæ redacta. Poſtea Reges habuit proprios, (una cum Aſſyria, & Meſopotamia,) ab Adriano Imp. deductis legionibus, deſerta, poſito fine Imperii Euphrate, An. C. 120. illi Dein iterum à Græcis Impp. vindicata, illis ſubfuit, donec Bulgaris Saracenisque ſub Juſtiniano Rhinotmeto, per Sabbatium dedita eſt. An. 692. Sic iterum ſub Principibus propriis fuit, uſque dum illi à Perſis primo, dein à Selimo Turc. Imp. An. 1537. penitus ſub jugum miſſi ſunt. Strab. libro 11, & 13. Juſtin. libro 40, & 42. Curt. libro 5. Sanutus. Vincentius Bellovacenſis. *Idem.*

33. Πει-

Ηνίκα δ' ἀφεσύνῃσι πεποιθότες, ὑσεβίῃσι μὲν
Ῥίψωσι, συγαρὸν ᾧ φόνον τελέσωσι [33] πεινήων,
[34] Καὶ τότ' ἀπ' Ἰταλίης [35] βασιλεὺς μέγας οἷά τε δρήτης

Sed cum ſtultitia freti, pietate repulſa,
Infandas facient cædes πεινήων
Tunc ex Italia rex tanquam transfuga, magnus,
Φεύξετ'

33 Πεινήων] Gallæi MS. habet adſcripta hæc verba. Priene urbs eſt Joniæ. De Priene ſic Hofman: in Lexici ſui parte 4. *Priene*, *Palathia*, teſte Nigro, urbs Joniæ maritima in Cariæ confin. quæ & *Cadmo* Straboni dicta. Inter hanc & Miletum Mæander fluvius in mare excurrit. Dionyſius,

Μαίανδρῳ λιπαρὴν κατιέχειαν εἰς ἅλα δίνας,
Μιλήτῳ τε μετοχὺ καὶ ἀγχίπορον Πριήνης.

Solinus capite 43. ubi de Mæandro: *Præcipitatur in ſinum, qui Miletum dividit & Prienen.* Hanc urbem vero nihil magis nobilitavit, quam *Panionia* ibi celebrata, & Bias ibi natus, unus è ſeptem ſapientibus habitus. Inde *Prienenſis juſtitia* Proverb. de integerrimo judicio, apud Geographum libro 14. quod Bias juſtiſſimus fuerit. Fanum inter alia Minervæ præclarum habuit. V. *Bias. Hofmannus.*

34 Καὶ τότ' &c.] Hæc & ſequentia pro oraculis venditantur; cum certum ſit hæc à Sibyllis prædoci non potuiſſe, quippe quæ hoc pacto Propheras ipſos ſuperarent. *Gallæus.*

35 Βασιλεὺς μέγας &c.] Per hunc regem magnum, intelligendus eſt Nero, de hoc teſtantur hiſtoriæ quod fuerit Imperator Romanorum, omnium quos terra ſuſtulit, crudeliſſimus; Hinc proprium nomen in appellativum commutatum eſt, ut *Nerones* crudeles, & *Neroniores* crudeliores dicamus. Eſt autem *Nero* (teſte Gellio 13. 21.) verbum Sabinum, quo ſignificatur virtus & fortitudo. Suetonius *in Tiberio: Inter cognomina autem & Neronis aſſumpſit, quo ſignificatur lingua Sabina fortis ac ſtrenuus.* Unde Gloſſæ, *Nero*, Ἀνδρεῖος. Notat Caſaubonus, Sabinorum veterem linguam non aliam fuiſſe à Græca. Græci vero hominem bonis lacertis vocant νέρωδη. Dicæarchus, *in Clementis Protrep.* Herculem deſcribit χαλκὸν, νέρωδη, μέλαινα. Et νέρων accipiebatur; pro robuſtum reddere & validum. Verbum eſt artis Gymnaſticæ, quo uſus eleganter Chryſoſtomus *in poſter. ad Corinthios*, εἰς τὸ ἑτέρως ἀλείφειν τοὺς ἀθλητὰς καὶ νέρωσιν, ubi vox utraque proprie de Gymnaſtis uſurpatur. Inde Νέρων, ut Γάσπων, Κεφάλων Χείλων. Nero autem à Νέρων diſſoluta diphthongo & imminuta ε, ut *periri*, unde *experiri*, à πειρῶ. *Nerio* autem & *Nero* Hebraice *terribilis* eſt: nam נורא *nora*, à יראּ *Jare* timuit. Unde Deus ſæpe in ſacra pagina terribilis vocatur. Vide Illyrici Clavem, *in Terribilis*. Fuit filius Caji Domitii Æuobarbi, ex Agrippina, Germanici filia, quæ Claudio Imp, nupta tantum effecit,

cit, ut Neronem hic in suam familiam adoptaret: quod ipsi ad Imperium viam, in præjudicium Britannici, primogeniti Imperatoris, straverit. Successit Claudio An. C. 54. pollicitus, se Augusti imitatorem fore. Unde liberalis initio, clemens, blandus: populum à tributorum onere liberavit; sententiæ mortis subscribere rogatus, exclamavit, *Utinam literas nescirem!* totoque quinquennio, talem se præbuit, ut videretur meruisse elogia, quæ Seneca, *de Clementia*, ipsi tribuit. Postea in contrarium versus, ea commisit, quæ æterno silentio potius premenda, quam in castas lectorum aures cum horrore egerenda sunt: Quare & hujus temporibus amnes retro fluere visos refert, Plinius 2. 103. In tantum sceleris tandem progressus est, ut matrem & amitam, imo & uxorem, affines, & necessarios; virosque illustres alios quamplurimos interficeret. Senecam Præceptorem ad necem compulit, Romam incendit. De quo Boëtius libro 2. *de Cons. Phil.*

Novimus, quantas dederat ruinas,
Urbe flammata, patribusque cæsis,
Fratre qui quondam ferus interempto,
Matris effuso maduit cruore,
Corpus & visu gelidum pererrans,
Ora non tinxit lacrymis, sed esse
Censor extincti potuit decoris.
His tamen sceptro populos regebat, &c.

Id ne autem fecerit, dubium relinquere Tacitus maluit, cum tam propudiosum facinus hominem, nedum Romanum Principem, admisisse sibi quidem persuadere non posset, ut crederet. Sed cur Suetonius vulgavit? *Adduntur*, inquit, *his atrociora, nec incertis auctoribus, ad visendum interfectæ matris cadaver accurrisse, contrectasse membra, alia vituperasse, alia laudasse, itque interim oborta bibisse.* Sed ô pudet verborum Dionis: Μαθὼν δὲ ὁ Νέρων ὅτι τέθνηκεν, οὔτε ἐπέσχεν. Ὑπὸ γὰρ μεγάλης & πολλῆς ἀπιστίας αὐτὸν ἔσχε, μὴ δῆθεν αὐτὸν ἐπιθυμήσει & πάλιν ζωὸν, & αὐτῷ τι πᾶσαν οἵαν χρήσασθαι, καὶ τὰ πραχθέντα αὐτῷ, ἐπισκήψῃ· καὶ τάλλα, πολὺ & ἅ φησι καὶ πάνυ ἐπῆλθε ἐφοβήθη. Εἶπε γὰρ, Οὐκ ἤδειν ὅτι οὕτω καλὸν μητέρα εἶχον. Ita certe est; occidisse minus fuit. Quam improbitatem ejus, Domitius pater tum ex suis, tum uxoris Agrippinæ moribus olim prædixerat, teste Xiphilino, Λέγεται γὰρ ὁ πατὴρ αὐτοῦ πρὸ παιδὸς ἔτι τοιοῦτον ὄντα, ἐκφανῆναι. Tandem Romam, vide supra, incendit, ut cithara canens in excelsa turri, ipse Comico indutus habitu, vivam ardentis Trojæ imaginem videret, & è cineribus ejus *Neronianum* exstaret: Invidia incendii, quod per dies 6. maximam urbis partem delevit, in Christianos devoluta, qui proin crudelissime exagitati, *Prima* hic persecutionis auctor. In Achajam profectus, Isthmum perfodere cogitavit; luxu insano exhaustis tandem thesauris, omnibus exosus esse cœpit. Ab exercitu prom, qui in Gallis erat; dein à Galba, qui Hispaniæ præerat, imo ab omnibus derelictus, ex urbe fugit. Sed quæsitus, ut ad supplicium vivus attraheretur, ferrum jugulo adegit, ac sic defecit, extantibus, rigentibusque oculis ad horrorem usque formidinemque vitantium; eo ipso die, quo Octaviam quondam è medio sustulerat, An. Chr. 54. postquam exclamasset: *Quantus artifex pereo!* Hunc Antichristum quidam à Paulo 2. Thess. 2. prædictum crediderunt olim, sed à Pontificiæ quoque Communionis doctoribus eruditè refutantur. Suet. Tacit. Regnavit annos 13, mens. 8. Pseudo-Neronis etiam Tacitus meminit. Vide eum libro 13, 14, 15, & 16. *Annal.* libro 2. *Hist.* Sulpic. Sev. *hist.* libro 2. Euseb. &c. *Hofmannus.*

Φεύξεται ἄφαντος, ἀπιστος, ὡσεὶ πρὸ Εὐφρήτιο,
Ὁππότε δὴ μητρῶν ἀγος συναροῖς φόνοιο
Τλήσεται, ἄλματε πολλὰ κακὴ σὺν χειρὶ πιήσας.
Πολλοὶ δ' ἀμφ' ἱερὸν Ῥώμης πέδον αἱμάξουσι,
Κείνου ἀποφασαντος ὡσεὶ τὴν πατρίδα γαῖαν.
[36] Εἰς Συρίην δ' ἥξει Ῥώμης τρόμος, ὃς φείνον

Perditus, Euphratis fugiet trans perfidus amnem,
Cum scelus infandum patrarit, matre necata:
Multaque præterea, manibus confisus iniquis.
Et circum fanum Romanum sanguine multi
Fœdabunt terram, patrios cum fugerit ille
Trans fines. Syriam vero Romanus adibit

Συμ-

36 Εἰς Συρίην δ' ἥξει Ῥώμης τρόμος] Rectum puto τρόμος, ut Vespasianus Romanus terror dicatur Syriæ & Judææ. Infra tamen reperitur Ἰταλίης φόβος. *Oppositus Syria*, provincia maxima Asiæ, inter Ciliciam & mare Syrium ad occ. & Mesopotamiam ad ort. Euphrate fluv. hanc disterminante, illam monte Amano: cui Armenia minor incumbit ad Arctos, ad merid. vero Arabia deserta, & Palæstina; quæ apud Ptol. à Syria divisa est, sed apud alios in Syria comprehenditur, ut pars illius! Dividitur in plures regiones, Commagenem ad sept. Phœniciam ad occ. Cœlesyriam ad meridiem, Palmyrenem ad ort. & Seleucidem circa medium: Longa inter Ciliciam & Arabiam 470. m. p. lata inter Seleuciam, Pieriam & Zeugma 175. teste Plinio. Hesychius annotat Συρίαν λεγαζ γὰρ τὴν ἀπὸ Φοινίκης μέχρι Βαβυλωνίας. Producit nigros Leones, Plin. fuitque in tribu Manasse. Vide *Assyria*, ut & Seldenum *de Dis Syris Proleg.* cap. 1. ac Montanum *ad Dionys.* versu 772. Regnum olim celebre fuit, cujus fundamenta jecit Seleucus Nicanor, duravitque annos 246. sub 25. Regibus, quorum ultimus Antiochus fuit XII. V. Annales V. T. Joseph. Appian. Alex. *de bello Syr.* A Pompejo demum provinciam redacta, à Saracenis sec. 7. & 8. occupata est, quibus eam Constantinus Imp. An. Chr. 932. postea Godofridus Bullionæus eripuere: Sed postmodum Saraceni denuo hic rerum potiti sunt, donec, postquam Balduinus IV. Hieros. Rex eam bis vastavit, circa Ann. Chr. 1195. Seraph autem Sultanus Babyloniæ totam occupavit An. Ch. 1292. ad Ægyptios tradente illam iis Caycapho, quem Cazanus Tartarus regioni præfecerat, An. Chr. 1304. tandem ad Turcas, sub Selimo I. An. Ch. 1517. devolveretur. Hodie *la Sourie* Gall. *Souriſtan* incolis, cum late sumitur, complectitur

Syriam

Συμφλέξας, πολέμων πολλοὺς δοεὶ ἀνδροφονήσῃ,
Ἰουδαίων δ' ὀλέσῃ μεγάλῳ χθόνα δῃωσάγγαν.
37 Καὶ τότε δὴ Σαλαμῖνα, Πάφον θ' ἅμα σεισμὸς ὀλέσῃ,

Bellator, qui cum delubra cremaverit igni,
Imbuet horrendum multorum cædibus haſtam,
Et Judæorum latos populabitur agros.
Tunc idem motus perdet Salamina, Paphumque,

Kú-

Syriam propr. Palæſtinam & Phœniciam. Tota ſub Turcis, cum antea Ægyptiis pareret. Vid. ſupra. Syriæ propr. maxima latitudo eſt ab Ort. in Occ. 175. mill. paſſ. longitudo à Sept. in Mer 430. nempe inter Ciliciam ad Bor. & Phœniciam ad Mer. Terminatur ab Occ. mari Medit. ſeu Syriaco hinc dicto, ab Ort. Arabia deſerta & Aſſyria. Ejus præcipuæ partes fuere Syria proprie dicta, Cœleſyria, Comagene & Palmyrene. Caput Antiochia, ad Orontem, hodie *Antachia*. Baudr.

Syriæ propriæ urbes præcipuæ.

Alexandria, *Aleſſandreta.* — Hierapolis, *Tedithbus.*
Antiochia, *Antachia.* — Laodicea, *Laudi.*
Berthœa, *Alep.* — Palmyra, *Fayd.*
Emeſſa, *Hemz.* — Samoſata, *Scempſat.*
Zeugma, *Interlit.*

Pop. *Syri*, quorum lingua, ut & Chaldæorum, magna ex parte Hebræorum ſermoni confinis eſt, atque eodem quidem literarum ſive elementorum ſono, ſed diverſis duntaxat in iis exprimendis utuntur characteribus. Ipſi vero Syri molles ſunt, effœminati, delicati, unde *Syriſſare*, & ad res novandas magnopere leves. Perunguntur oleo pretioſo, & linuntur unguentis. Ludis præterea celebritati uſque dediti, ad nullam aliam rem promptiores ſunt quam ad iracundiam: adhæc aſturiæ nota infames ſunt & mercaturæ lucroque maxime addicti. Hinc proverbium: *Syri adverſus Phœnices*, apud Suidam, in vertipelles & fraudulentos mutuo, quales erant inter ſe Syri & Phœnices. Herodianus: Φιλοχρήματοι οἱ Σύροι. *Avara Syrorum natio* apud Plin. lib. 5. vice proverbii habeatur in eos, qui in rebus plus voluptatis, quam utilitatis afferentibus occupantur. *Syras cum naſſis, ne Syriſſa*, h. e. ne alius videri velis, quam ſis. Hinc *Syrtis*, Virg. *Georg.* 2. *Cruſtumis, Syrinque pyris gravibuſque volemis.* Propert. 2. 11.

Cum dabitur Syrio munere plenus onyx.
Hoſmannus.

37 Καὶ τότε δὴ &c.] Tres iſtæ inſulæ conjunguntur Ibrio & Regius cod. habet πάφον ἅμα. Iſtæ urbes terræ motu ceciderunt imperante Veſpaſiano, teſte Euſebio. *Oporinus.*

Κύπρος ὅτ' ἂν περίκλυστον ὑπερκλονέῃ μέλαν ὕδωρ.
Ἀλλ' ὁπόταν χθονίης ἀπὸ ῥωγαλέου Ἰταλίδος γῆς,
Πυρὸς ὑποστρέψας εἰς ὄφρανον εὐρὺν ἰκάνῃ,

Cum circumfusa Cyprus turbabitur unda.
Flamma sed Italico postquam succensa furore,
In Cœlum magno torrens ardore feretur,

Πολλὰς

τὸ πυρὸς &c.] Pro πυρὸς omnino legendum est πυρσὸς, fax, ignis, nam loquitur de monte Vesuvio, qui tuptus in vertice tantum ex se jecit incendii, ut regiones vicinas & urbes cum hominibus exureret Eusebius in Chronicis, & Plinius junior libro 6. epist. 16, & 20. Galxi MS. legit πυρὸς *Idem. Vesevus* aut *Vesevius* mons celeberrimus, & ignivomus Campaniæ Nolæ vicinus, inter Neapolim & Stabias 8. m. pass. agros habens miræ fertilitatis præterquam in solo cacumine, ubi planitiem habet magnam, fructum omnino nullum ferentem. Constat enim hunc montem sæpius arsisse; nunquam tamen vehementius, quam imperante Tito: quo tempore erumpens ex eo ignis, & vicinas regiones latissime populatus est, & Plinium, Naturalis historiæ scriptorem, qui cognoscendi cupiditate eo se contulerat, fumo flammisque enecavit. qua de re vide *epistolam* Plinii Junioris *ad Cornu. Tacitum.* Galenus de *Methodo medendi* libro 5. Ὁ λεφὸς ἐν τῇ τῶν πυρσαίσματων οἱ φαλακροὶ γενιαῖοι ἐ τῶν ἐν οἷς ἀνεβόησεν Βιτυλλίου ἐκαλίζετο· τὸ δὲ ἐκλοῦσι τὸ νῦν ὄνομα ὁ λεφὸς Βιτύλλιος. Primum quidem Romani fecere *Vesevus.* Lucret. libro 6.

Qualis apud Cumas locus est, montemque Vesevum, &c.

Virgil. Γεωργικῶν 2.

Talem dives erat Capua, & vicina Vesevo
Ora jugo. —— ——

Val Flaccus Ἀργοναυτικῶν 4.

Sic ubi præceps tonuit cum forte Vesevi
Hesperia letalis apex.

Silius libro 12.

Monstrantur Vesevæ juga.

Stat. Sylv. 4. 8.

Tertia jam soboles procerum tibi nobile vulgus
Creset & insani solatur damna Vesevi.

Auson. Idyll. 10.

Perque vaporiferi gradiuntur vineta Vesevi.

Attestæi videntur postea fecille Βιτύλλιος, i. e. *Vesbius*, sive *Vesvius*; quos Romani etiam secuti sunt. Columella lib. 10.

Fontibus & Stabiæ celebres & Vesvius ingens.

Silius libro 17.

Evomuit pastos per secula Vesvius ignes.

Stat. Silv. 4. 4.

—— *Fractas non Vesbius exerit iras*
Æmula Trinacriis volvens incendia flammis.

Martial. 4. 44.

Hic est pampineis viridis modo Vesvius umbris.

Incendia ejus crebra fuere variis temporibus. Diodorus libro 4. Παραπλῆ δὲ ἐ τὰ περὶ τὸν τόπον Φλιγρεῖον λόφῳ ἐ λεφὴν τὸ παλαιὸν πῦρ ἐκφυσῶντα, καλεῖται δὲ ὁ τόπος Ὀβισσός. Naturam ejus describit Strabo.

Πολλὰς ἢ φλέξῃ πόλιας, καὶ ἄνδρας ὀλέσσῃ,
Πολλὴ δ' αἰθαλόεσσα τέφρη μέγαν αἰθέρα πλήσῃ,
Καὶ ψεκάδες πίπτωσιν ἀπ' ὀφρυόεσσαι μίλτῳ,
Γινώσκειν τότε μελλῶν ἐπουρανίοιο θεοῖο
Εὐσεβέων ὅτι φῦλον ἀναίτιον ὤλεκεν αἰεί.
Εἰς ἢ δυσὶν τότε νεῖκος ἐγειρομένῳ πολέμοιο
Ἥξει, καὶ Ῥώμης ὁ φυγὰς μέγας ἔγχος ἀείρων,
[39] Εὐφρήτῃ διαβὰς πολλαῖς ἅμα μυριάσ' ἀνδρῶν.

Exuretque urbes multas, hominesque necabit,
Ætheraque implebit fuligo multa, cinisque,
Et minio similes guttæ labentur ab alto:
Tunc noscenda venit cœlestis numinis ira,
Immeritum quoniam genus occidere piorum.
Tunc & in occasum venient certamina belli.
Surgentis, profugusque vibrata magnus in hasta
Romanus multis trajecto Euphrate catervis.

Τλή-

Strabo libro 5. Ὀπίσω δὲ τοῦ τόπου τούτου ἐστὶ τὸ Οὐισούιον, ἔχει δὲ περιπεφυκότας πανταχόθεν, πλὴν τῆς κορυφῆς, ἀμπέλους· ἡ δὲ κορυφὴ μάλιστα ἐπίπεδος ἐστι, καὶ πάμφορος ὅλη. Xiphilinus ex Dione, Καὶ αὐτῷ τὰ μὲν ἄκρα ἐκ δάφνης καὶ ἀμπέλων πολλὰς ἔχει· ἡ δὲ κοιλότης αὐτῶν τῆς πυρὸς ἐκδιδόντος τὰ μὲν ἡμέρας πρῶτον, τὰ δὲ νυκτὸς φλόγα. Vide Sen. *Nat. Qu.* libro 6. capite 2. Hodie *monte di Somma*, in prov. Terræ laboris; alias vitibus generosis magna ex parte consitus & peramœnus, nunc plane incultus est, propter crebra incendia. Anno 1632. enim sic æstuavit, ut calamitatem ultimam Neapolis expectaret. Vide & Recupitum, *de Incendiis ejus*. Hofmannus.

39 Εὐφρήτῃ] *Euphrates*, Philosophus Stoicus gravissimus, temporibus Adriani Imp. voluntaria morte è vivis excessit, veniam ei dante Adriano, ut citra ignominiam & infamiam, cum propter senectutem, tum etiam propter gravem morbum, cicutam bibere posset. Dio. A. 118. Xiphilin. *in Adriano*. Plin. Jun. *epist* 10. libro 1. Eusebius *Chron. Euphrates*, caput Ophitarum, seu hæreticorum, quibus serpens pro Numine. Orig. libro 6. *c. Celsum*. Vide *Ophitæ*. *Euphrates*, Mesopotamiæ fluvius celeberrimus & maxi-

Τλήμων Ἀντιόχεια, σὲ δ' ἐπόλιν οὐκ ἔτ' ἐρῶσιν·
Εἵνεκεν ἀφροσύνης Ἰταλοῖς ὑπὸ δ' ἄρμασι πίπτεις.

Infelix jam non urbem te Antiochia vocabunt,
Sultitiam propter Italis labere sub hastis.

40 Καὶ

mus. Magnitudinem ejus innuit Callimachus. *Hymn.* 2.

Ἀστυρίη πολυμῆκες ἰόων μέγας ῥόος. ---

Itemque Dionysius,

Φαίνετ' ἀπειρεσίοις πολυμῆκες ῥόοις Εὐφρήτης.

Major siquidem est Tigride, sicut refert Strabo libro 2. Ἐστὶ γὰρ μείζων ὁ Εὐφράτης τοῦ Τίγριος ὅλίζοις χώραις σχολῇ τοῦ ἑνὸς ἡττώμενος. Inde *vagus Euphrates* Strabo *Sylv.* 2. & *flexuosus* Mart. Capellæ dicitur, De eodem Lucanus libro 3.

Quaque caput rapido tollit cum Tigride magnus
Euphrates, &c.

Sic appellatur in libro Jos. 1. 4. הַנָּהָר הַנָּדוֹל נְהַר פְּרָת ubi Sept. Ἕως τοῦ ποταμοῦ τοῦ μεγάλου Εὐφράτου. Similiter in Apocalypsi 9. 14. Ἐπὶ τῷ ποταμῷ τῷ μεγάλῳ Εὐφράτῃ. Ob fertilitatem eum celebrat M. Tullius *de N. D.* 2. *Mesopotamiam fertilem efficit Euphrates, inquam quotannis quasi novos agros invehit.* Itemque Lucanus libro 3.

——— *Sparsus in agros*
Fertilis Euphrates, Pharia vice surgitur unda.

Strabo libro 16. Πλημμυρεῖ δὲ ὁ Εὐφράτης τῷ θέρει καὶ ἡνίκα, καὶ ὅταν ἐπιμένῃ. Plinius de Euphrate: *Increscit autem & ipse Nili modo diebus, paulum differens, ac Mesopotamiam inundat Sole obtinente vicesimam partem Cancri. Minui incipit in Virgine & Leone transgresso. In totum vero remeat in vigesima nona parte Virginis.* Originem nominis sui, quod, postquam Taurum prætergressus est, demum habet: Vide Cluver. *Introd. Geogr.* haud dubie debet linguæ Arabum, quibus *Pharata inundare* denotat, unde *Iphraten inundatio*, ex quo postea corrupte *Euphraten* suum Græci finxerunt. Alii dictum volunt ab eo quod legitur, Gen. cap. 11. v. 14. הוּא פְרָת *Hu perath*, unde Εὐφράτης Utrumque verum. Græci enim suo more ludunt, dum καὶ τὸ εὐφραίνειν petunt. Vide Boch. *Phaleg.* 1. cap. 8. pag. 38. & 39. Strabo ex Niphate Armeniæ monte nasci tradit. Si Boëtio credimus,

Tigris & Euphrates uno se fonte resolvunt.

Lucanus libro 3.

——— *Quos non diversis fontibus edit*
Persis, & incertum, tellus si misceat amnes.

Oppian. Κυνηγ. δ.

Ἀντὰρ ἐυρείης τοι ὄχθας Εὐφράτεω.

Orpheus *in Lithiacis*, Συναπχνίου καλὸν ὕδωρ Εὐφράτεω. ———

Baudrando ortus in Armenia maj. paulo post recipit Harpagum & Arsametem, dein à Sept. in Mer. tendens, Armeniamque maj. à min. separans, alluit urbes Azirim, Zumaram, Melitenem, & recipit Arsaniam & Melam fluv. postea Syriam & Arabiam a Mesopotamia dividens, & rigatis Samosatha, Zeugmate & aliis innumeris, auctus fluviis, Marsya & Chabora, aliisque infra Seleuciam, prope Ctesiphontem, in Tigrim cadit, & cum ipso paulo post in sin. Persicum se exonerat, *idem.*

40 Καὶ

40 Καὶ Σκῦρον τότε λοιμὸς ἕλοι, καὶ φύλοπις αἰνή.
Αἴ αἰ Κύπρε τάλαινα, σὲ ἢ πλατὺ κῦμα θαλάσσης
Ριψὶ χειμερίην αἰ ἀρριφθεῖσαν ἀέλλαις.
Ἤξὶ δ' εἰς Ἀσίδα πλοῦτος μέγας, ὁππότε Ρώμη
Αὐτῆς ἐξ ὕλης πολυκτέανον κρύβδα δῶμα
Θήκατο, καὶ δὶς ἔπειτα τοσαυτάκις ἄλλα παρέξὶ.

Et Scyrum perdet tunc pestis, & aspera pugna.
Heu Cypre infelix, te tempestatibus actum
Jactabit validis vasti maris unda procellis.
Ast Asiæ veniet permagna opulentia, quando
Quæ sublata domo prædivite Roma recondit,
Post alia inde quidem præstabit duplice summa.

Καρῶν

40 Καὶ Σκυρὸν &c.] *Scyros*, insula contra Magnesiam in mari Ægæo, 28. m. p. ab Eubœa in Bor. uti & à Caphareo prom. 70. à Magnesia in Ort. Sub Turcis. Vulgo *L'Isola di Sciro*, seu *S. Georgio di Sciro*: circuitus 70. m. p. Lycomedis Regis patria, in qua Achilles puellari habitu educatus Deidamiam regis filiam vitiavit, & ex ea Pyrrhum suscepit. Sed ab Ulysse cauto huc ad bellum Trojanum abstractus est. Hinc *Scyrius* & *Scyrias*, fœm. Ovid. 1. *Art. Am.*

Scyrias, Æmonio victa puella viro.

Hæc insula montibus attollitur, &c. habuit olim opp. satis frequentia, quorum duo nunc fere inculta; capris abundat feris, ex quibus adagium est, apud Zenodotum *Capra Scyria*, in eos qui beneficium maleficio contaminant, sicuti *capra Scyria*, quasi calce mulctram lacte plenam evertit. *Scyrus principatus*, adagium ortum est, de tenui regno dictum, teste Suida, quod hæc insula à Pelasgis & Caribus quondam inhabitata, petricosa sit & infrugifera. Lapis hujus insulæ integer supernatat; comminutus mergitur. Plin. 36. 17. Dionys. versu 521.

Σκῦρός τ' ἠμαθόεσσα, & *alcyonis* Pontoppidan.

Ubi vis vide Montanum. Græce quidem σκῦρος est λατύπη, ut volunt, i. e. quod à lapidibus marmorarii abradunt: Et in Eust. σκυρώδης occurrit, pro *petricosa*, & in Hesychio σκυρωθῶσι pro λιθωθῶσι: Et in Pindaro *Pythia* 5. σκυρωτὰν ὁδὸν Scholiastes λιθόστρωτον, Hesychius ἀσπαρτόβατον interpretatur. Inde Scyrus dici putatur, quia petricosa est insula. Sed vox hæc Græcis quam est infrequens, tam familiaris est Arabica סְחוּר *suchur* pro petra, à qua Σκῦρος nomen deduci potuit non incommode, Bochr. Statius *in Achilleide*:

--- *Quam se scopulosa levavit Scyros.*

Idem.

41 Μαίω-

Καρῶν δ' πολίεθρα παρ' ὕδατι Μαιάνδροιο,
Ὅσα πεπύργωνται καλὰ καὶ πτερόεντα ὀλέσσει
Λιμὸς, ὅταν [41] Μαίανδρος ἀποκρύψῃ μέλαν ὕδωρ.

At vastans urbes Mæandri ad fluminis undas,
Carum turritas, perpulchras, depopulabit
Dira fames, fluctus atros Mæander ut abdet.

Αλλ'

41 Μαίανδρος] *Mæander*, vulgo *Madre*, fil. Terræ & Oceani, paret Cyanes, quæ Caunum & Biblida genuit, secundum Poëtas. Fluvius ingens Asiæ, in Phrygia magna, ex Auloctene fonte oriens, obliqueque adeo fluens, ut in seipsum recurrere videatur, 600. flexiones faciens, teste Dione Prusæo. Cariam ab Jonia separat, ac mare inter Heracleam, & Miletum subit. Mæandrum constat fluviorum omnium esse maxime sinuosum. Μάνδρος δὲ ὁ πάντων τῶν ῥευμάτων δοκεῖ τὴν ἰδίαν ἀγκύλος πηγὴν εἰς ἑαυτὸν παλινδρομεῖν. Ita Plutarch. *in lib. de Fluminibus*. Et de Labyrintho Dædalæo Ovid. *Met.* 8.

Non secus ac liquidis Phrygius Mæander in undis
Ludit, & ambiguo lapsu refluitque fluitque,
Occurrensque sibi venturas respicit undas:
Et nunc ad fontes, nunc ad mare versus apertum
Incertas exercet aquas.

Et lib. 11. *Fab.* 1.

Quique recurvatis ludit Mæander in undis.

Et libro 9. *Fab.* 5.

—— Mæandri toties redeuntis eodem.

Silius libro 7.

Qualis Mæonia passim Mæandrus in unda
Cum sibi gurgitibus flexis revolutus obertat.

Propertius libro 2.

—— Ut Phrygio fallax Mæandria campo
Errat, & ipsa suas decipit unda vias.

Sen. *in Herc. Insano*,

—— Qualis incerta vagus
Mæander unda ludit, & cedit sibi,
Instatque dubius littus, an fontem petat.

Hinc à Lucano *errans* dicitur.

Errantem Mæandron adit.

Calaber 1. versu 281.

Μαιάνδρου τε ῥοῆσι βαθυρρόου, ὃς ῥ' ἐπὶ γαῖαν
Καϊστρίου ἀμπελόεσσαν ἀπὸ Φρυγίης πολυμήλου
Εἴσι πολυγναμπτῆσιν ἑλισσόμενος σοβέουσι.

Hinc & ab Orpheo πολυστρεπὴς, à Nonno πολυχαδὴς, & σκολιὸς appellatur. Vide Solinum capite 43. Æthicus, *Fluvius Mæandrus nascitur in campis Asiaticis, bicornis, currit quasi sint duo redigentes se in unum, influit in mare Cycladum, currit millia 997.* Plinius, *Mæander &c. crebris ita sinuosus flexibus, ut sæpe credatur reverti.* Strabo, Σκολιὸς δὲ εἰς ὑπερβολὴν, ὥστε ἐξ ἁπάντων τῶν σκολιοτήτων ἀπάντων Μαιάνδρου πολιτεύειν. Sic apud Hesychium: Μαιανδρεῖν, εἰς ἱππασίας, quo equi multiplicibus flexibus & gyris agitantur. Apud Festum. *Mæandrum picturæ genus dictum à similitudine flexus amnis, qui appellatur Mæandrus.*

Unde

Ἀλλ' ὅταν ἀσεβίης μὲν ὑπ' ἀνθρώπων ἀπολήται.
Πίστις, καὶ τὸ δίκαιον, ἐπ' ἀχθομένοισι δὲ τόλμαις
Ζώντες, ὕβριν ἔξουσιν ἀτάσθαλον, ἄλλα τε πολλὰ,
Εὐσεβέων οὐδεὶς ποιῇ λόγον, ἀλλὰ καὶ αὐτὸς
Πάντας ὑπ' ἀφρεσύνης μέγα νήπιοι ἐξολέκωσιν,
Χερσὶ χαίροντες, ἐφ' αἵμασι χεῖρας ἔχοντες·
42 Καὶ τότε γινώσκειν θεὸν οὐκέτι πᾶσιν ἑοῦσα,

Verum quando fidem impietas humana fugarit,
Audaceſque homines, vitam vivendo ſceleſtam,
Improba crudeles facient, infandaque multa:
Nec modo juſtorum rationem nullus habebit,
Sed perdent omnes veſana mente furentes,
Læti flagitiis, manuumque cruore madentes:
Tunc non jam lentus cuiquam Deus eſſe putetur,

Ἀλλὰ

Unde Poëta Æn.

--- *Plurima circum*
Purpura Mæandro duplici Meliboea cucurrit.

Paria fere Nonnus, apud quem Varro *Mæandrata* quo flexuoſis. Sed & *Mæandri* dicuntur vafra, & obliqua conſilia. Cic. *pro Piſone*: *Quos tu Mæandros, quæ diverticula flexioneſque quæſiſti.* Prudentius *Cathemerinon Hymn.* 6.

O tortuoſe ſerpens,
Qui mille per Mæandros
Fraudeſque flexuoſas,
Agitas quieta corda.

Idem.

42 Καὶ τότε γινώσκειν &c.] Priores editiones habent γινώσκειν οὐκέτι ἐοῦσα, impio errore. Recepi itaque lectionem regi codicis non diſſimilem Lactantianæ. Citantur enim hi verſus libro de ira capite 23. nonnihil tamen variantes. *Simili modo* (inquit Lactantius) *deflagrationem poſtea futuram vaticinata eſt Sibylla, qua rurſus impietas hominum deleatur.* Καίτοι τὸν ὀργὴν θεοῦ οὐκ ἐπιπρέπειν (v. cod. πρεπόντως) Ἀλλ' ἐξαμυδὶς θεοπτὸς (v. cod. ἀλλὰ ὅλως βρ.) ἡ ἐξολόθρευσίς τε γένους, αὐθρώπων ἅπασιν, ὑπ' ἀμφεσυνῇ πίεσθαι (pro quo in vet. cod. ſcrib. Μεδλαις, id eſt, ut ego lego, μεγάλοις) unde apud Naſonem de Jove ita dicitur:

Eſſe quoque in fatis reminiſcitur adfore tempus,
Quo mare, quo tellus, correptaque regia cœli
Ardeat, & mundi moles operoſa laboret.

Ἀλλὰ χέρνιψ κεφάνοντα, καὶ ἐξολέκοντα ψυχὰν
Ἀνθρώπων μάλα πᾶσαν ὑπ' ἐμπρησμοῦ μεγάλοιο.
Ἀλλ' μέλεοι μετάθεσθε βροτοὶ τάδε, μηδὲ θεὸν
ὀργὴν
Παντοίην ἀγάγητε θεὸν μέγαν· ἀλλὰ μεθέντες
Φάσγανα καὶ στοναχὰς, αὐθροκτασίας τε, καὶ ὕβρεις,
43 Ἐν ποταμοῖς λούσασθε ὅλον δέμας ἀενάοισι,

Sed genus humanum cunctum disperdere magno
Æstu durescens. ah vos resipiscite stulti
Mortales, magnumque Deum irritare cavete,
Ponite sed gladios, gemitus, cædesque, nefasque;
Et totum fluvio corpus mersate perenni.
Tum manibus pacis ad sidera, præteritorum

Χειρὰς

Quod tunc fiat necesse est, cum honor & cultus Dei summi apud homines interierit. Eadem tamen cum placari pœnitentia factorum & sui emendatione contestans, hæc addidit:

Ἀλλ' ἰλὶς μετάθεσθε βροτοὶ δὲ, μηδὲ θεὸς ὀργὴν
παντοίην ἀγάγητε θεὸν μέγαν. Qui versus in prioribus editionibus imperfecti legebantur: at nunc è duobus scriptis codicibus & hoc Lactantii loco eruti nativum splendorem obtinent. Sed & apud Lactantium emendatione egent. Perpetam enim vulgo ἀλλ' ἰλὶς, pro ἃ μὴν exhibent. *Oudendorpius.*

43 Ἐν ποταμοῖς, &c.] Respicit auctor horum Sibyllinorum versuum ad antiquorum morem baptizandi non aspersione sed immersione, *quin Joannes Baptista, & Apostoli, immerserint, dubium non est. Nam Matth.* III. 6. *legimus:* Et baptizabantur in Jordane. *Nec non vers.* 16. Et baptizatus Jesus adscendit statim de aqua. *Item Joan.* III. 23. *scriptum est,* Joannem baptizasse in Ænon juxta Salim, quia aquæ multæ erant illic. *Etiam Act.* VIII. 38. *dicitur* uterque descendisse in aquam, *& Philippus, & Eunuchus. Horum etiam exemplum Ecclesiam veterem secutam esse, innumeris Patrum testimoniis clarissime evincitur.* Hinc Hieremias, Patriarcha Constantinopolitanus, ad Theologos Witebergenses Resp. II. cap. IV. cum trina se immersione, non infusione, uti dixisset, caussam hanc adjungit: *Baptizabant enim veteres, non manibus suis aquam*

aquam baptizando adspergentes: sed trina immersione, hoc Euangelii sequentes: Adscendit ex aqua. Ergo ante descenderat. Ecce immersio, non adspersio. Et sane, quia toti immergebantur; baptismus autem sive immersio non vestium est, sed humani corporis: eo etiam, posito pudore; toto penitus corpore nudabantur; adeo ut ne fasciam quidem (qualem pictores, honestatis caussa, appingere solent) obduxisse videantur partibus pudendis. Saltem earum apud veteres mentio non est: sed ita loquuntur universi, quasi non minus nudi baptizarentur, quam Adam fuit in paradiso, vel quam de matre omnes nascimur, vel quam petemus cœlos, vel quam Christus cruci affixus fuit: quamquam hic etiam pictorum mos est partes medias linteo velare; qui non tam facti spectant veritatem, quam quid maxime conveniat moribus nostris. Hæc ita esse, veterum testimoniis ostendemus. Cyrillus Hierosolym. catech. mystagogica 11. Εἰθὺς οὖν εἰσελθόντες, ἀπεδύσασθε τὸ χιτῶνα· καὶ τοῦτο τὸ εἰκὼν τοῦ παλαιοῦ ἀνθρώπου τοῦ συνεκδυσαμένου τοῖς πράξεσιν. Ἀποδυσάμενοι γυμνοὶ ἦτε, μιμούμενοι καὶ τοῦτο τὸν ἐν σταυρῷ γυμνωθέντα Χριστόν, ὃς τῇ γυμνότητι ἀπεδυσάμενος τὰς ἀρχὰς, καὶ τὰς ἐξουσίας, καὶ μετὰ παῤῥησίας ἐν τῷ ξύλῳ θριαμβεύσας. *Statim igitur, ut ingressi estis, vestem exuistis: quod quidem exuti hominis antiqui cum operibus suis imago fuit. Atque ita exuti, eratis nudi: imitantes & in hoc eum, qui in cruce nudatus fuerat, Christum: qua ille nuditate principatus, & potestates hujus seculi, spoliavit, & magna confidentia in ligno de illis triumphavit.* Et mox: ὦ θαυμασίου παράγγελμα· γυμνοὶ ἦτε τῇ ὄψει πάντων, καὶ οὐκ ἠσχύνεσθε· ἀληθῶς γὰρ μεμνημένοι ἦτε τοῦ πρωτοπλάστου Ἀδὰμ, ὃς ἐν τῷ παραδείσῳ γυμνὸς ἦν, καὶ οὐκ ἠσχύνετο. *O rem admirandam! nudi fuistis in conspectu omnium, & non vos pudebat. Revera in hoc enim protoplasti Adam serebatis exemplum, qui nudus in paradiso fuit, & tamen nullo afficiebatur pudore.* Unde non solum universo corpore fuisse nudos, sed etiam nec mysterio hoc caruisse, cognoscimus. Idem ostendit Amphilochius in vita S. Basilii, cum de eo sic scribit: *Petebat à Deo aliquod suæ fidei signum ostendi: surgensque cum tremore, suis se vestibus spoliat, unaque cum vestibus veterem exuit hominem.* Ergo eo, quod vestimenta exuebant, mystice signabatur, veterem exui hominem. Similiter Chrysostomus homil. VI. in c. II. ad Colossi. Καὶ σὺ σπεῦδε γυμνῆναι, μᾶλλον γυμνότης. οὐκ ἐκεῖ μὲν αἰσχύνῃ, ἐγυμνώθη ἁπλῶς ἅπαξ· σὺ δὲ οὐ τοῦτο, ἀλλὰ πολλάκις· ἐκεῖ μὲν ἀπὸ τῆς δόξης, ὧν εἶχον, ἐνταῦθα δὲ ἀποδύεται τὸν τὸν παλαιὸν ἄνθρωπον, καὶ περὶ ἡ ἐπιθυμίαι, ἵνα δικαίως ἀπεδύσατο, ἀντὶ τῶν ἁμαρτιῶν. *Et hic nuditas, & illic nuditas. Sed illic quidem, cum peccasset, nudatus fuit, quoniam peccavit: hic autem nudatur, ut liberetur. Exuit tunc ille gloriam, quam aliquando habuit. Nunc veterem exuit hominem: & prius quam adscendat, tam facile exuit, quam vestimenta.* Dionysius Areop. lib. de Ecclesiast. hierarch. cap. de baptismo: Ἐπιθήσει αὐτῷ τῇ κεφαλῇ τὴν χεῖρα, καὶ σφραγισάμενος, ἀναγορεύσας κελεύει τοῖς ἱεροῖς τὰ ἀνδρα. Τὰ δὲ ἀναγραφόμενα, ἐκεῖνα ποιεῖται, καὶ τοῦτον ἅπασης αὐτοῦ τῆς ἐκκλησίας συμπληρούσης, τελεῖ μὲν αὐτὸν, καὶ ἀπαρχόμενος λειτουργεῖ. *Manum ejus capiti imponit; signoque edito, sacerdotibus imperat, ut viri, atque sponsoris nomina perscribant. Iis scriptis, suas preces perficit; quas ubi universa Ecclesia cum eo perfecit, exuit eum, exspoliatque per ministros.* Et mox: Καὶ τελείως ἀπεκδυσάντων αὐτὸν τῶν λειτουργῶν, περιζώσασι μὲν οἱ ἱερεῖς τὸ τῆς χειρώσεως ἅγιον ἔλαιον. *Cum plane vestes ei detraxerunt ministri, tum sacerdotes sacrum unctionis oleum adferunt.* Et multis interjectis: Ὅπως ἡ τῆς συμβόλου παραδόσεως αἰσχυνόμενον, τὸ ἀφανισθὲν τὸν οἶον ἀποτίσῃ ζωὴν ἀπεκδύσασθαι, καὶ μέχρι τοῦ νῦν ἐκείνῳ ἐχόμενοι σχίσματι ἀπολεσθῶσι, γυμνοὶ, καὶ ἀνυποδύτοι ἵστασθαι, ἀσχήμονες ἀφορῶντες. *Id quod ignorum traditio sancte, sed obscure significans, cum exuit, qui accedit, quasi superiore vita exuit, & ad extremos usque habitus exspoliavit: nudumque tum, & nudis pedibus collocat, occasum adspicientem.* Apertte

ait, universas vestes fuisse exutas. Elias Cretensis in orat. IV. Nazianz. *In divino nostro ortu, quemadmodum jacerrimus Dionysius inquit, ad sacerdotem quidem is adducitur, qui spirituali regeneratione donandus est: ipse autem, & pedes ejus, adhibita ministrorum eorum, qui ad hoc constituti sunt, opera, calceis nudat, &* CORPUS UNIVERSUM *detegit.* Eundem morem in Latina obtinuisse Ecclesia, etiam usque ad tempora Bernardi (post quæ, succrescente tam sacerdotum, quam aliorum, nequitia, scandali & flagitii causa sublatus fuit) illustria hæc testimonia ostendunt. Zeno Veronensis Invitat. II. ad fontem: *Gaudete: in fontem quidem nudi demergitis, sed æthereæ veste induti, mox candidati inde surgitis: quam quis non polluerit, regna cœlestia possidebit.* Ambrosius serm. X. ubi, in avaros invectus, *Ideo*, inquit, *nudi in seculo nascimur, nudi etiam accedimus ad lavacrum, ut nudi quoque, & expediti, ad cœli januam properemus. Quam autem incongruum, & absurdum est, ut quem nudum mater genuit, nudum suscipit Ecclesia, dives intrare velit in cœlum!* Anselmus in Matth. c. III. *Plures causæ sunt, quare Christus ad baptismum accessit: primo, ut exemplo nos invitaret; ne quis forte ab inferiori baptizari, vel in conspectu hominum denudari, erubesceret.* Et post aliqua: *Vocatur ergo consummatio justitiæ: ad quam Dominus volens homines invitare, ne ab inferiori dedignentur baptizari, vel in conspectu hominum denudari; ideo vult exemplo docere, quid alios oporteat facere, ut nullus post eum erubescat.* Bernardus serm. XLVI. de paupertate: *Ideo nudi nascimur in hoc seculo, nudi etiam accedimus ad baptismum; ut nudi, & sine impedimento, perveniamus ad cœlum. Neque soli adulti denudabantur, sed etiam infantes.* Ostendit hoc Gregorius M. in Sacramentario, ubi describitur *ordo baptismi infantium.* Nam cum dictum esset, *Deinde baptizat eum sacerdos sub trina mersione, &c.* mox subjicitur, *Et vestitur infans, dicente presbytero.* Atqui, si infantem vestibus indui opus, priusquam confirmetur: prius iis exutus fuerit necesse est, quam baptizetur. Similiter Ordo Romanus cap. de die sabbat. S. Pasch. *Pontifex ergo egreditur a fonte in sacrarium, habens ibi compositam sedem, vel in Ecclesia, ubi voluerit, & sedeat in ea; & cum vestiti fuerint infantes, confirmet eos.* Et mox: *Et sic vestiuntur. Induti vero ordinantur, &c.* Idem Alcuinus, sive Albinus Flaccus, lib. de divinis offic. cap. XIX. de Sabb. Pasch. *Postquam vero vestiti fuerint* (infantes) *deportantur ante pontificem ad confirmandum. Eadem etiam consuetudo in mulierum baptismo obtinebat: ita tamen, ut eadem pudori non una ratione consuli soleat.* Mulieres quoque universo corpore denudari solere, liquet ex iis, quæ Chrysostomus epist. ad Innocentium Papam contigisse narrat, cum Theophilus, episcopus Alexandrinus, tumultum civisset, ut Chrysostomum ab Ecclesia ejiceret. Inter alia inquit, *Mulieres, quæ intra Ecclesiam, ut baptizarentur, sese veste nudaverant, per id temporis nudæ fugiebant, metu acerbissimæ hujus commotionis impulsæ: neque sexus verecundia, & honestati, permittebantur præ pavore consulere.* Idem constat ex iis, quæ Jo. Moschus prati spiritualis c. IV. narrat de Cononе presbytero, qui ob tentationem, quam patiebatur, non poterat puellam nudam sancto oleo inungere. Nam si inungebantur nudæ, etiam baptizabantur nudæ, quia inunctio baptismum consequebatur. At ritum veterem non intellexit Michael Isseltius, cum in notis ad eum scriptorem monet, Cononem, quia presbyter fuerit, unxisse in vertice, non in fronte. Nam etsi is mos erat Ecclesiæ Romanæ: tamen omnes corporis partes ungebantur à Græcis, etiam à presbyteris in quibusdam Ecclesiis: qua de re infra etiam dicemus. Interea feminarum pudori plerisque in locis consulebatur mulierum ministerio: quæ eas, ad baptismum venientes, honeste nudabant, & exuebant, ne quid baptizantis oculis inverecunde ingereretur;

reretur: ut Epiphanius indicat hæresi 79, quæ est Collyridianorum, ubi ait: Διακονισσῶν μὲν τὸ πάλαι ἦν εἰς τὴν ἐκκλησίαν, ἀλλ' οὐχὶ εἰς τὸ ἱερατεύειν, οὐδὲ ἐπιχειρεῖν ἱερατεύειν· ἵνα μὴ δὲ σεμνότητι & γυναικεία χάρις, ἢ δι' ὕδατος λάτρις, ἢ ἐπισκέψεις παίδων, ἢ πόνοι, ἃ ὅσα γυναῖκα σῶμα χρείαν, ἵνα μὴ κατ' ἀνδρῶν ἱερουργοῦσαι παῤῥησίᾳ, ἀλλ' ὑπὸ τὸ ἀξίωμα, ἃ ἐπιποθητὰ δὲ ἱερεῖς ἐπιμελῶς ὡς τὴν ὕδατος τὸ ἐπιδεομένης γυναικὸς εἰ τῇ ὥρᾳ τὸ & σώματος αὐτῆς γυμνώσεως. Itidem honestatis causâ sacerdos baptizatæ quidem frontem inungebat: at diaconissa ungebat corpus: quod nos docet Clemens Constitutionum Apostolicarum lib. 3. cap. 15. ubi ait: Εἰς πόλεις χρείας, γυναικὸς χρίζουσι διακόνου. τὸ πρῶτον μὲν ὁ τὸ φωτίζοντος γυναῖκας, ὁ διάκονος χρίει μόνον τὸ κεφάλαιον αὐτῶν τοῦ ἐλαίου, τὸ μὲν αὐτὸν ὁ διάκονος ἀλείφει αὐτάς. ἔπειτα τὰς γυναῖκας ὑπὸ ἀνδρῶν κοσμεῖσθαι. ἀλλὰ μόνον ὁ τῇ χειροθεσίᾳ τὸν κεφαλὸν αὐτῶν χρίει ὁ ἐπίσκοπος. Quem locum sic transtulit Jo. Carolus Bovius, Episcopus Ostunensis: *Ad multos usus mulieri diaconissa indigemus. Ac primum, cum illuminantur* (hoc est, baptizantur) *mulieres, diaconus ungit frontem ipsarum oleo sancto; deinde diaconissa eas abstergit. Non est enim necesse mulieres adspicere a viris; sed solum in manus impositione caput illis ungit episcopus.* Atqui apud Clementem est ἀλείφει, quod est *unget*, non *abstergit*, ut Bovius putavit; qui planè pervertit mentem Clementis. Sane in ipsâ Latina Ecclesia tangebatur pectus, & inter scapulas unctio fiebat: uti constat ex Gregorii sacramentario, Alcuino lib. de divinis officiis, Rabano de instituc. clericorum libro 1. cap. 27. In Græca vero Ecclesia totius corporis unctio fiebat: ut videre est apud Cyrillum Hierosol. Catech. mystag. 11. & Chrysostomum homil. 6. in epist. ad Coloss. Eundemque ritum apud Syros obtinuisse, ostendit Severus Alexandrinus in ritibus baptismi. Ex quibus satis liquet, cur Clemens, sive quisquis illas τὰ ἁγίων Ἀποστόλων Διατάξεις scripsit, à diacono quidem dicat inungi frontem; sed addat, corpus ungi à diaconissis. Etiam ex his lucem capit Justinianus Novell. 6. capite 6. cum *Deo amabiles diaconissas* jubet *ad sacrum venire ministerium, & adorandis ministrare baptismatibus, & aliis adesse secretis, quæ in venerabilibus ministeriis per eas rite aguntur.* Nam per secreta ministeria unctionem, & corporis inunctionem, potissimum designat. Nec interim negamus, diaconissarum etiam usum fuisse in instituendis, & præparandis baptismo feminis rudioribus: sed tamen, quod Justinianum hoc loco id dicere ait vir quidam eruditus; plane fallit, & fallitur: neque si diceret hoc Imperator, ea caussæ quicquam erat, cur iccirco in dubium cum illo vocaremus, quæ Epiphanius, vel Clemens, de diaconissis scribunt, cum multiplex earum fuerit ministerium; quod Clemens aperte indicat illis verbis, Εἰς πόλεις χρείας γυναικὸς χρίζουσι διακόνου. Alia etiam ratione consulebatur mulebri verecundiæ. Nam viri separatim à feminis baptizabantur: unde Cyrillus Hierosolymit. præfat. Cateches. Μετὰλῃ τὸ δέος τῶν ἐξορκισμῶν, ἕως ὅτε οἱ ἄλλοι ἐξορκιζόμενοι παρῆσαν· ἀνδρες μὲν ἀνδρῶν, & γυναῖκες μὲν γυναικῶν. *Reverentiam adhibe, cum fit exorcismus, quousque alii exorcizati aderunt; viri cum viris, & mulieres cum mulieribus.* Idem liquet ex narratione illa apud August. libro 22. de Civit. Dei cap. 8. *Carthagine Innocentia, religiosissima femina, in mamilla cancrum habebat. Admonetur in somnis, appropinquante Pascha, ut in* PARTE FEMINARUM *observanti ab baptisterium, quæcunque illi baptizata primitus occurrisset, eundem locum signo Christi signaret. Fecit, & confestim sanitas secuta est.* Synodus Constantinopolitana sub Menna act. 1. secundum editiones priores; sive quincta in edit. Binn. *Stephanus, & alter Stephanus, dixerunt. Cum essemus in baptisterio Neophytistarum, sive tunicis, & calceamentis exsistentium, diaconis ipsos exorcizantibus, venit episcopus*

super Petrus (Apamearum episcopus) *& ejecit nos foras una cum neophytis, & in neophytis, & introduxit canonicos, & privatim cum ipsis stetit per multas horas.* Nam, quemadmodum jam alii ante nos observarunt, baptisterium Neophytistarum vocat, ut ab illo mulierum distinguat. Ordo Romanus cap. de Sabbatho sancto: *Deinde presbyteri, aut diaconi, etiamsi necesse fuerit, & acolythi, induentes se vestibus mundis, vel candidis, ingrediuntur in fontem intro in aquam, & baptizantur primo masculi, deinde feminæ.* Idem colligi potest ex Gregorii M. Sacramentario: in quo *Ordo ad catechumenum faciendum* talis præscribitur: *Cum venerint ad Ecclesiam, recitantur eorum nomina, & stent masculi ad dexteram, feminæ vero ad sinistram.* Postea oratio commemoratur: prius, quæ super masculos, exinde quæ super femellas habetur. Similiter Albinus Flaccus lib de divinis offic. cap. de Sabbatho S. Paschæ: *Post horam denique tertiam Sabbatho præparantur ad Ecclesiam, qui baptizandi sunt, simul cum patrinis; & matrinis, & ordinantur ab acolytho, masculi ad dexteram, feminæ vero ad sinistram. Quamquam vero hæc ita sint, tamen, ut in purificationibus legalibus sufficiebat aspersio, itidem in Ecclesia adspersionem pro baptismo sufficere existimamus. Manet enim veris sacramenti. Quippe cum utrobique ablutio sit; etiam inter adspersionem aquæ, & illam, quæ fit sanguine Christi, sacramentalem ἀναλογίαν cernere licet.* Nec, *quia immersionem fatemur obtinuisse apud antiquos: eo semper hac usos esse consequitur. Nam aliqua in contrarium possunt obduci. Præterea, cur adspersionem, quæ jam obtinet in Ecclesiis nostris, retineri posse credamus, charitatis, & necessitatis lege compellimur. Siquidem ut nuda corpora, præsertim infantium; (quales fere sunt, qui nunc baptizantur) altri frigido exponantur, & aquis tota immergantur, in hisce ad Septentrionem sitis regionibus, præsertim hiberno tempore, sine valetudinis periculo fieri non potest.* Quæ antea congestimus ex antiquis, clare arguunt, baptizandos mudari totos, atque ita immergi solere. Quapropter nec desunt, qui putent, consuetudinem hanc revocari hodie debere; atque adeo perfusionem, vel adspersionem, vere esse baptismum negent. His non uno modo occurritur. Primum enim, non si Apostolos immersisse comperiamus, eo ritum hunc semper observasse consequitur. Sane, alios inter, Thomæ Aquinati verisimile fit, interdum eos aqua perfudisse, ob baptizandorum multitudinem. Uti Act. cap. 2, & 4. ubi una die ter mille, altera vero quinquies mille, baptizati fuisse dicuntur. Hoc enim non tam per immersionem, quam perfusionem, vel adspersionem, fieri potuisse, arbitratur Thomas. Ac videtur ei hac parte accedere Bucerus resp. secunda ad Latomum libro 1. cap. 12. Perfusionis etiam exemplum habemus in historia de Martyrio B. Laurentii; ubi narratur, ut *unus ex militibus, Romanus nomine, urceum afferens cum aqua, opportunitatem capturis, qua eum offerret B. Laurentio, ut baptizaretur*: cujus etiam voti compos esse factus postea dicitur. Alterum etiam in iisdem Actis exemplum habemus; ubi, ut Lucillum baptizarit Laurentius, commemoratur. Verba Actorum sunt: *Et cum exspoliasset eum, fudit super caput ejus.* Adhæc Walafridus Strabo de rebus Eccles. capite 26. *Notandum*, inquit, *non solum mergendo, sed etiam desuper fundendo, multos baptizatos fuisse, & adhuc posse baptizari: sicut in passione B. Laurentii quendam urceo allato leginus baptizatum. Hoc etiam solet evenire, cum provectiorum granditas corporum in minoribus vasis hominem tingi non patitur.* Locum hunc eo libentius attuli, quia inde liquet, bene antiqua esse Acta illa, de passione Laurentii: quæ tamen, uti hodie leguntur, ea ipsa esse non possunt, quæ à notariis Ecclesiæ Romanæ primitus sunt scripta. Multa adeo continent, quæ historiæ adversentur. Nempe credimus, vulgata illa, quæ apud Surium habemus, confarcinata esse partim ex Actis

antiquis,

antiquis, partim ex scriptoribus recentioribus. Atque hoc ita esse, eo minus in dubium vocari debet, quia in iis sunt verba illa illustria ex Ambrosii libris de Officiis. Nam quod aliqui scribunt, Ambrosium potius ista ex Actis excripsisse: ostendunt sane, quam in talibus naris sint obesæ. Verborum enim illorum dictio est elegans, planeque Ambrosio digna: ad quam reliqua Actorum dictio nulla ex parte adspirat. Rectissime vero ait Walafridus, & olim perfusione multos esse baptizatos, & hodie posse baptizari. Nam, ut etiam vidit Dominicus Sotus dist 3. qu. un. art. 7. *In baptismo aliquid est de essentia, ut ablutio; juxta illud ad Eph. 5. ubi Apostolus baptismum appellat lavacrum aquæ: aliud vero accidentarium; nempe ut ablutio hoc, vel illo modo, fiat.* Secutus vero hac in re Thomam Aquinatem fuit; qui & ipse mersionem quidem magis congruam esse ait; eoque nec aliter fieri debere putat, nisi ob rationem vel necessariam, vel honestam, vel saltem rationi consonam: attamen cum aqua in sacramento assumatur, ut per ablutionem corporis, ablutio animæ significetur: ablutio vero non solum immersione, verum etiam effusione, & aspersione fiat: quolibet sane istorum modorum celebrari posse baptismum arbitratur. Subjicit idem causas quatuor, propter quas aliter, quam mersione, fieri possit. Prima est magna baptizandorum multitudo: ut Act. 2, & 4. de quo jam diximus. Altera est inopia aquæ; ut quando ad immersionem non sufficit. Tertia est languor baptizantis, sustinere non valentis baptismum. Quarta est baptizandi morbus, cui à mersione periculum immineret. Sane etiam antiquissimis temporibus ægrotos, ne absque baptismo discederent, in lecto perfundebant; vel adspergebant. Quo alludere putatur Tertullianus lib. de Pœnitentia cap. 6. cum ait: *Neque ego venio divinum beneficium, id est, ablutionem delictorum, inituris aquam omni modo salvum esse; sed ut eo pervenire contingat, elaborandum est. Quis enim tibi, tam infida pœnitentiæ viro, ad pergimen suum cujuslibet aquæ commodabit?* Sed apertius de talium baptismo loquitur Cornelius, Urbis episcopus, epist. ad Fabium Antiochenum, apud Eusebium lib. 6. cap. 43. ubi, de Novato loquens, ait, Μὴ ἰέναι τὸν τὸ κλίνης λαβόντα νίσιν ἐκκλησίας, ὥστε ἐν ἄτοπον, εἰς κλῆρον τινὰ προελθεῖν. *Minime licebat, quemquam, qui in lecto propter morbum perfusus esset, sicut huic contigerat, in clerum assumi.* Cur vero tales non potuerint in clerum recipi, ut canon hic ait; causa erat gemina. Una, quod viderentur necessitate, non sponte, facti Christiani. Altera, quod non conveniret inter omnes, an aspersio ista, vel pertusio, verus esset baptismus. Iccirco idem Cornelius sic apud Eusebium ibidem de Novato scribit; Ὃς βοηθούμενον ὑπὸ τῶν ἐπαρχικῶν, τόν τε ἐσχατικὸν κάματον ἐκφυγεῖν καὶ λουτροῦσθαι ὅσα δέδρακε νομίζοντα, εἰς αὐτὴν τὴν κλίνην, ἐν ᾗ κεῖται, ἐκχυθεὶς τὸ βάπτισμα ἔλαβεν· εἰ γὰ χρὴ λέγειν τὸν τοιοῦτον εἰληφέναι. *Qui quidem, ubi, exorcistarum præsidio, spiritu illo malo esset liberatus, & post in tam gravem morbum, ut jam ferme mori putaretur, incidisset; in quo decumbebat, aqua circumfusus, baptismum accepit: si modo talem hominem baptismum accepisse dicendum sit.* Eadem Nicephorus narrat libro 6. capite 3. ubi verba extrema sic vertit Joannes Langus: *Aquam petiit, qua in lecto ipso, ita uti decumbebat, perfusus, baptizatus scilicet est: siquidem tinctionem hujusmodi baptismum vocare licet.* Quæ si cum judicio aliquo Nicephorus exscripsit, argumento erunt, ejus etiam ætate de baptismo hujusmodi dubitatum fuisse apud Græcos. Apud Latinos vero, jam Cypriani temporibus, controversiam de hoc fuisse, colligimus ex eo, quod de hoc Cyprianum consulendum putarit Magnus; ut verba ista ostendunt: *Quæsiti etiam, quid mihi de illis videatur, qui in infirmitate, & languore, gratiam Dei consequuntur, an habendi sint legitimi Christiani, eo quod aqua salutari non loti sint, sed perfusi.* Respondet vero

ad

ad hanc quæstionem Cyprianus: *in sacramentis sanctoribus, necessitate cogente, & Deo indulgentium suam largiente, totum credentibus conferre divina compendia. Nec, inquit, quemquam movere debet, quod* ADSPERGI, VEL PERFUNDI, VIDEANTUR *agere, cum gratiam Dominicam consequantur, quando Scriptura sancta per Ezechielem prophetam loquatur, & dicat: Et adspergam super vos aquam mundam, & mundabimini ab omnibus immunditiis vestris, &c.* Quod si Clinicorum legitimus est baptismus, ut Cyprianus testatur: etiam verus erit baptismus infantium, qui per adsperginem fit in Ecclesiis Occidentis; præsertim in tractu hoc Septentrionali; ubi periculum est, ne tenellæ incommodetur ætati, si frigido hoc cœlo nudentur toti, & aquis immergantur. Præter vero quatuor istas, quas Thomas attulit, cautias, etiam quietam aliqui addunt, honestatem: propter quam decentius est hodie adultos ipsos adspergere, vel perfundere, quam nudatos toto corpore immergere. Nempe antiquis temporibus, quibus candida simplicitas magis vigebat, honeste denudabantur toti: sed postquam, ut aliorum, ita sacerdotum accrevit nequitia, experientia id toti orbi clare testante, honeste amplius id fieri non potuit: & hoc propter, jam à quinque retro seculis paulatim per universum pene Occidentem consuetudo illa exolevit. Sed qui immersionem revocari debere contendunt, objiciunt nobis, quod ad Rom. capite 6. 3, 4, 5. testetur Apostolus, immersione, & emersione, in hoc sacramento repræsentari tum sepulturam Christi, tum mortificationem veteris nostri hominis, & vivificationem novi. Quod etiam agnoscit Chrysostomus in illud Joa. 3. *Nisi quis renatus fuerit ex aqua, & spiritu: In aqua, inquit, sanguinem in sepulcro, caput immergentibus vetus homo sepelitur, & submergitur: deinde nobis emergentibus, novus resurgit inde.* Ad hoc non uno omnes modo respondent. Multi, eosque inter Paludanus in 4. Sent. dist. 3. qu. 5. negant hujusmodi repræsentationem requiri: ut quæ tantum accidentalis sit: sed Thomas, quem Dominicus Sotus, plurescque alii, sequuntur, existimat, aliquam saltem similitudinem exigi; verum hanc in adspersione etiam, vel perfusione, inveniri: quia, cujus caput adspergitur, vel perfunditur, is aquis istis quasi sepelitur. Præterea, qui immersionis cerimoniam urgent, vocem βαπτισμὸν *tinctionem*, non *adspersionem*, notare ajunt: unde & manifestari eos teneri mendacii censent, qui cum tantum modo adspergant, tamen formulam retinent antiquam. Sed non cogitant boni viri, verbà valere, ut nummos: nec eos, qui tantum adspergunt, cum baptizare se dicunt, immersionem eo figurare, sed ablutionem: atque ita eos loqui Scripturarum exemplo: in quibus τὸ βαπτίζειν interdum accipitur pro *abluere*: ut antea ostendimus. Itaque Athanasius etiam orat. 3. contra Arrianos non hoc reprehendit in hæreticis, quod, aqua adspergentes, dicerent se baptizare: sed quod, cum non credant in Trinitatem, tamen adspergentes usurpent istam formulam, *Baptizo te in nomine Patris, Filii, & Spir. S.* quales non abluere ait, sed polluere. Οὐ γὰρ ὀλίγων ἀπλῶς κύριε, φησὶν ὁ λαβὼν, ἀλλ' ὁ μὴ ἐν ὀνόματι τῆς τοῦ πίστεως ἴχνη ὀφθήσ. Διὰ τοῦτο γὰρ καὶ ὁ σωτὴρ οὐχ ἁπλῶς ἐπέτελεσε τὸ βαπτίζειν· ἀλλὰ πρότερον φησὶ, μαθητεύσατε, εἶθ' ὕστερον βαπτίζετε εἰς ὄνομα πατρὸς, καὶ υἱοῦ, καὶ ἁγίου πνεύματος· ἵν' ὦσι τῆς μαθήσεως ἡ πίστις ἡ δὲ βαπτισμὸς πλήρωσις σφραγίδος. πολλαὶ γοῦν καὶ ἄλλαι αἱρέσεις λίγουσαι τὸ ὄνομα μόνον, μὴ φρονοῦσαι δὲ ὀρθῶς, οὐκ εἰρήκασι μὲν δὲ τὴν πίστιν ὑγιαίνουσαν ἴχνευσαν, ἀλυσιτελῆς ἴχνευσε, καὶ τὸ παρ' αὐτῶν διδόμενον ὕδωρ, λειτόμενον εἰσεβείας, ὅτι καὶ τὸ ῥύπους μόνον παρ' αὐτοῖς ῥυπαίνοντας μᾶλλον εἰς ἀσεβείας, ἢ λυτρώσθαι. Ubi satis ostendit. τὸν ῥαντισμὸν etiam esse βαπτισμόν. Atque hæc dicta sunto de quæstione ista, An perfusio, vel adsersio, pro bapt. haberi possit. *Gerard. J. Vossius.*

Χειρὰς τ' ἐκτανύσαντες εἰς αἰθέρα, τῷ πάρος ἔργων
Συγγνώμην αἰτεῖτε, καὶ ἀσεβίαις ἀσέβειαν
Πικρὴν ἰάσασθε, θεὸς αἶ ἔξ μετάνοιαν,
Οὐδ' ὀλέσῃ· [44] παύσει δὲ χόλον πάλιν, εἴπερ ἅπαντες
Εὐσεβίῃ [45] ἐρίπμον ἐνὶ φρεσὶν ἀσκήσητε.
Εἰδ' ἄμοι πείθοισθε κακόφρονες, ἀλλ' ἀσέβειαν
Στέρξοντες, τάδε πάντα κακαῖς δέξησθε ἀκοαῖς,
Πῦρ ἔσαι κῦ κόσμον, ἐν ᾧ τόδε σῆμα τέτυκται·
Ρομφαῖαι, σάλπιγγες ἅμ' ἠελίῳ ἀνιόντι,

Poscite factorum veniam, sanateque factis
Impia facta piis, nam sic Deus ipse vicissim
Consilium vertet, neque vos excindit, & iram
Sedabit rursum, sic vos modo mente coletis,
Qua nil gratius est illi, pietatis amorem.
Sin autem mihi non credetis, & impietate
Capti, cuncta malis hæc auribus excipietis,
Igni flagrabit mundus, signumque dabunt hæc:
Enses atque tubæ simul, & sole exoriente

Κόσμος

44 Παύσει δὲ &c.] Lactantius jam dicto loco allegat: cujus impressi codices sic claudunt versum πάλιν χόλον ὅτ' ἂν ἅπαντες, manuscriptus π. χ. ἢν ἅπας πάλιν. Oporæus.

45 Ἐρίπμον] Lactantii codices ἐπὶ ῥιπμῷ: Sibyllæ impressi ἐπὶ ῥίπμον, & in ora τέρψιμον: sed omnium rectissime regius cod. ἐρίπμον. Idem.

Κόσμῳ ἅπας μύκημα κὴ ὄμβεμον ἴσχοι ἀκόσῃ,
Φλέξῃ ὃ χθόνα πᾶσαν. ἐπὰν δ' ὀλέσῃ γένος ἀν-
δρῶν,
Καὶ πάσας πόλιας, ποταμούς θ' ἅμα, καὶ δὲ θα-
λάσσας
Ἐκκαύσῃ, τάδε πάντα κόνις ἔσετ' αἰθαλόεσσα.
46 Αλλ' ὅταν ἤδη πάντα τέφρη ἀποδόεσσα γένηται,
Καὶ τοῦς κοιμίσῃ θεὸς ἄπτελον, ὅς πὲρ ἀνῆψεν·
Ὀστέα καὶ σποδιὴν αὖτὲς θεὸς ἐμπαλιανδρα
Μορφώσῃ, σήσῃ δ' βεβλὲς πάλιν ὡς πάρος ἦσαν,

Terribilem ſonitum, mugitumque audiet omnis
Mundus, & exuret terram omnem torridus ignis.
Hinc genus humanum poſtquam delerit, & o-
mnes
Urbes & fluvios exuſſerit, atque profundum,
Omnia fient hæc mixtus fuligine pulvis.
Omnia ſed poſtquam in cineres collapſa jacebunt,
Et Deus obruerit tantum qui accenderat ignem,
Inque hominem Deus ipſe iterum formaverit oſſa

Καὶ

46 Αλλ' ὅταν &c.] Clemens Romanus in conſtitutionibus Apoſtolorum libro 5. cap. 7. producit hunc locum contra Græcos reſurrectioni fidem cum ludibrio deroganteſ. Cui, lacunæ trium verſuum capacis ſupplementum debemus. Alioqui in paucis leviter diſcrepat. in primo legit ἀλλ' ὅπου' & τίφρη, in ſecundo ἧς ἄφθιτον, in octavo ζήσουσ' αὖ κόσμῳ, in nono ἢ χάος αὖτοῖς. Hunc autem cum præcedente octavo affert Lactant. libro 7. capite 23. & conjungit cum aliis nonnullis qui ſupra leguntur Extremus videtur è Sibyllæ Erythrææ oraculis huc tranſlatus. *Idem.*

47 Ἠμος

Καὶ τότε δὴ κείσις ἔσαι· ἐφ' ᾗ δικάσῃ θεὸς αὐτὸς,
Κείνων ἔμπαλι κόσμον· ὅσοι δ' ὑπὸ δυσσεβίησιν.
[47] Ἡμαρ τὸν θνητοὶ, τὸς δ' αὖ πάλι γαῖα καλύψῃ·
Ὅσοι δ' ἀσεβέσι, πάλιν ζήσοντ' ἐπὶ γαῖαν
Πνεῦμα θεὸς δόντος, ζωὴν θ' ἅμα καὶ βίον αὐτοῖς
Εὐσεβέσι, πάντες δὴ τότ' εἰσόψονται ἑαυτές.
Ὦ μακαρισὸς, ἐκεῖνον ὃς ἐς χρόνον ἔσσεται ἀνήρ.

Et cineres mortalibus ut fuerant renovatis:
Judicium tunc certo erit, in quo jus feret æquum
Ipse Deus mundi judex: ac qui impietate
Peccarint, iterum injecta tellure tegentur:
Contra iterum in terris vivent pietatis amici,
Ipsis dante Deo flatum, vitamque, cibumque:
Seque pii agnoscent omnes, seseque videbunt.
O nimium felix, veniet qui tempus ad illud.

[1] ΛΟ-

47 Ἡμαρ &c.] Errat Sibylla post judicium impios rursus sepeliendos statuens, & pios in terris victuros. Sapiunt hæc Chiliasmum jam dudum in Ecclesiis nostris explosum, S. Scriptura testatur, illos ad inferos descensuros, hos vero æterna felicitate fruituros. *Gallæus.*

ΛΟΓΟΣ ΠΕΜΠΤΟΣ.

Λείπει στίχος.

LIBER QUINTUS.

Deest versus.

[2] ΑΛΛ' ἄγε μοι σονόεντα χρόνον κλεινῶν τε Λατίνων,
Οἵ τοι μὴ πρώτιστα μετ' ἐσθλοὺς βασιλῆας
Αἰγύπτιοι, τοὺς πάντας ἴσον κτῖ γαῖα φέρεσκε·
Καὶ [3] μετὰ τὸν Πέλλης πολίτορα, τῷ ὑπὸ πᾶσα

NUNC dicenda mihi lugubria tempora, famæ
Clara Latinorum, qui post tellure repostos.
Ægypti reges, habituros proxima regna,
Post civem Pelles, oriens cui paruit omnis

Ἀντολίη

1 Πεμπτος.] Hic liber Ranconeto sextus est. *Oporinus.*

2 Ἀλλ' ἄγε &c.] Notandum, nullo modo me credere, hæc, vaticinatam fuisse Sibyllam, verum ab aliquo impostore hæc post res gestas esse conscripta, nostra est opinio: nullus enim prophetarum tam clare prophetavit ac Sibylla de nominibus Imperatorum & Gentium, quod certe non est futentis sed attenti animi signum. *Gallæus.*

3 Μετὰ τὸν Πέλλης &c.] Civis Pellæ vocatur Alexander magnus, eo quod in Macedoniæ urbe Pella fuit natus, hinc Juvenalis illum vocat Pellæum juvenem Sat. x.

Unus Pelleo juveni non sufficit orbis.

Idem. Est vero *Pella*, colon. & urbs Macedoniæ in Emathia, inter Berrhœam & Larissam, natalibus Philippi & Alex. M. clara. *Fenza* Sophiano. In Botiæa tractu, *Zuchria* hodie, Nigro; ampla, vix 12. m. pass.

mill. pass. ab ora Thermaici sinus in Occ. Ædessam versus 28. ut à Thessalonica in Afric. 35. à Pydna in Bor. inter ostia Erigonis & Ludiæ fluv. Nunc Græcis τὰ παλαίσια, id est, parva Palatia; & est locus, sub dit. Beroënsium. ubi quotidie marmora, & regiarum ædium fundamenta eruuntur. Hic Regiam Philippi & Alexand. fuisse incolæ credunt. *Jenizza* autem, seu melius *Janizza* est novum opp. à Turcis primum excitatum, 8 horis à Berthœa, Turcis *nova civitas* significans, Critopulus. De ea Lucanus libro 10.

Exiguo secura fuit Provincia Pella.

Hinc *Pellæus*. Juvenal. *Sat.* 13.

Unus Pellæo juveni non sufficit orbis.

Martialis libro 9. epigr. 44.

Hoc habuit nomen Pellæi mensa tyranni,
Qui cito perdomito victor in orbe jacet.

Alexander III. cognomento Magnus, (ob quam causam Græci ἀλεξανδρεῖδης pro Θαυμασίου, *admirabile*, dixerunt, quod ad libr. 13. Silii Hemsius observat) Philippi Macedonum regis, & Olympiadis filius quamlibet Olympias nobiliorem ei patrem acquirere affectaverit, cum se coitu draconis gravidam affirmaret. Ita tamen & ipse erat, ut Deo genitus videretur. Peragravit orbem, rectoribus Aristotele & Callisthene usus. Subegit Asiam, Armeniam, Albaniam, Cappadociam, Syriam, Ægyptum; Taurum, Caucasumque montes transgressus est. Bactros domuit, Medis & Persis imperavit. Cepit Indiam, emensus omnia, ad quæ Liber prius accesserat. Forma fuit supra hominem augusta, cervice celsa, latis oculis, & illustribus malis ad gratiam rubescentibus, reliquis corporis partibus non sine majestate quadam decoris. Tanto honore homines ingenio & scientia præstantes prosecutus est, ut Homeri scripta ferinio Darii Persarum regis includi, ac tanquam pro viatico servari jusserit & Pindari vatis familiæ, penatibusque pepercerit, cum Thebas caperentur, & Aristotelis Philosophi patriam condiderit. Plinius 7. 29. Edixit autem, ne quis alius ipsum, quam Apelles, pingeret, quam Lysippus ex ære duceret, quam Pyrgoteles sculperet. Plin. ibidem capite 37. Demum vero victor omnium, inter voluptates, quas vincere non potuit, perit, morbo ex vinolentia contracto apud Babylonem, ut post Athenæum, & Senecam, Solinus, c. 14. prodit; quanquam plures sint, qui veneno extinctum sentiant, cum annos 32. regnasset. Dies vero mortis ejus nos latet. Scio verba Lampridii *in Severo. Eadem die natalem habet hic Mammææ Alexander, qua ille Magnus excessit è vita.* Utinam vero diem, quam intelligit, charactere certo designasset. Nam tempus mortis Alexandri parum perspicue veteribus indicatum, scimus quam varie doctissimi viri hodie prodant. Joannes vero Chrysostomus non obscure affirmat, diem, quo Alexander M. excessit, certo indicari non posse. Sic enim scribit *Hom. 26. in posteriorem ad Corinthios.* Πῶ, εἰπέ μοι, τὸ σῶμα Ἀλεξάνδρου; δεῖξόν μοι, ποῦ εἰπὲ τὴν ἡμέραν, καθ' ἣν ἐτελεύτησε; Quanquam possis dicere cum Onuphrio, natum esse Alexandrum Mammææ 4. Kal. Julii, sed tamen non nimis huic ἐπιλογισμῷ fidendum. Annum vero mortis Alexandri ignorare nos non sinet Josephus lib. 1. *contra Apionem*, his verbis, Ἀλέξανδρον δὲ πάντων πόλις ὁμολογεῖν ἐπὶ τῆς ἑκατοστῆς πεντηκοστῆς Ὀλυμπιάδος. hoc est, *Alexandrum vero profitentur omnes mortuum fuisse Olympiad.* 114. videlicet incunte, adeo ut Olympiades 113. elapsæ sint, & primus annus Olymp. 114. jam curreret. Vitam ejus ac res gestas luculenter scripserunt tres optimi auctores, Q. Curtius, Plut. & Arrianus,

Ὃς μοι ἐπεσκήνου πιφιλημένῳ ἔσχατα πίνων.

Josephus Gorionius in ea historia, quam Ebraice conscripsit in usum popularium suorum, Alexandri patrem ait neque Philippum fuisse, neque Hammonem Deum, sed Magum quendam Ægyptium, qui in specie Hammonis venerit ad Gabriam

Αὐτὸν δεδάμασο, καὶ ἐσπερίη πολύολβος,
Ὃν Βαβυλὼν ἤλεγξε, ναίειν δ' ὤρεξε Φιλίππῳ,
Οὐ Διὸς, οὐκ Ἄμμωνος ἀληθὴς φημιχθέντα·
Εὐσυλαι χρεὼς τε καὶ αἵματος Ἀσσαράκοιο,
Ὃς ἔξει Τρώων ὅς τις πυρὸς ἔκλεισεν ὁρμήν.

Dives & occasus domitori, quemque Philippo
Restituit Babylon, demonstravitque putatum
Ammonis falsa Jovis ortum semine fama:
Assaraci existent de stirpe & sanguine creti,
Autor erit quorum qui Trojæ diffidit ignes.

Πολλὰς

(sic enim appellat) uxorem Philippi; ex quo congressu natus sit Alexander. Ait enim Magum illum, cui nomen Nactenabor. (alias Nactegibor, forte leg. Nectanebus, vel Nactenabis, de quo mentio apud Plutarchum) quondam imperitasse Ægypto. Cumque ex astrorum scientia prævidisset, quod etiam post evenit, fore, ut Persæ potirentur Ægypto, deserto regno, clam omnibus fugisse Antiochiam: inde porro habitu, qualis esse solet procerum Babyloniæ, venisse in Macedoniam ad Philippum regem, ibique cum in aula versaretur, atque in summo honore esset, captum amore Olympiadis; cui, quod ἄπιστος esset, non optime conveniebat cum viro: noctu venisse ad eam in forma Hammonis Dei, atque hinc natum Alexandrum, vulgo creditum Hammonis filium. Hujus historiæ autores citat Josephus, Straboncm Cappadocem, Nicolaum Damascenum, Titum Romanum, nec non Ægypti sapientes, quos aut conscripsisse de rebus gestis Alexandri. Drusius *M. scel. cent. prima*, cap. 40. *Hofmannus.* De Alexandro Magno loquitur, qui annos tres & triginta natus Babylone mortuus est. Expressimus autem in hoc versu lectionem Regii codicis, sed quid ea sibi velit, aut etiam vulgata *νίλω δ' ὤρεξε Φιλίππῳ*, non satis intelligo, nisi legamus *νιὸν* (pro *νῦν*) vel *νίὸν δ' ὤρεξε Φιλίππῳ*, *Adolescentem sive filium ostendit Philippi.* quasi dicat, Babylonia arguit impostentiam Alexandri se pro Deo coli præcipientis, & ostendit cum Philippi gnatum, non Jovis aut Hammonis, ut jactaverat, filium fuisse: quia illic insidiis suorum & fraude civili interemptus est; quemadmodum postea dicit Neronem, quod se Deo æquasset, morte convincendum. *Opsopæus.*

4 Ἀσσαράκοιο] *Assaracus*, Trois regis Trojanorum, ex Callirhoe, fil. frater Ili regis, genuit Capyn, à quo Anchises Æneæ pater. Euseb. *Chron.* Hinc *genus Assaraci* apud Virgil. & *Assaraci tellus* pro Troja apud Horat. *Hofmannus.*

5 Ὃς ἔξει] Opsopœus ad oram hujus versus adscripsit, forte, legendum est ὃς τέξει aut τεκεῖ Ῥωμύλων ἐς Ῥώμην. Regius codex habet ὃς ϑ' ἕξει, quæ obtinebit. *Opsopæus.*

6 Θαρσὲ

Πολλοὺς δ' ἀῶ μετ' ἄνακτας, ἐρικυδέας μετὰ φῶτας,
Καὶ μὴν ὀπηδὸς τέκνα τὰ δίπλοα μηλοφάγοιο,

Post reges autem multos, & bellipotentes,
Postque feræ geminos natos balantivorantis,

Esay

6 Θηρὸς τέκνα &c.] Ut intelligit Romulum & Remum, de quibus hæc sunt notanda: *Romulus*, Martis & Iliæ filius, Numitoris nepos, Remi frater, eodem cum illo partu editus. Erat enim Numitori frater nomine Amulius præferoci ingenio, qui non contentus, fratri natu majori imperium præripuisse, ut posteritati quoque suæ tyrannidem stabiliret, Lausum, prolem illius masculam, interemit. Iliam quoque, ut spem omnem nepotum fratri eriperet, sub specie honoris Virginem Vestalem legit, eoque modo perpetua virginitate damnavit. Hæc tamen postea ex Marte (ut Romani credi voluerunt) gravida deprehensa, gemellos peperit, quos Amulius in Tyberim abjici jussit, matrem autem vivam in ripa fluminis defodi. Verum cum id temporis Tyberis extra ripas restagnasset, nec adire usquam ad justi amnis cursum posset, qui mergendorum puerorum negotium susceperat, proxima eos alluvie, ubi postea Ruminalis ficus fuit, expositos reliquit. Quo ibi loco à Faustulo regii pecoris magistro inventi sunt, & Laurentiæ uxori educandi traditi; quæ quod vulgato corpore quæstum faceret, ideoque *Lupa* inter pastores vocaretur, factus est locus fabulæ, Romulum & Remum à *lupa* educatos fuisse. Lactantius libro 1. capite 10. *Romuli nutrix lupa honoribus est affecta divinis. Et ferrem, si animal ipsum fuisset, cujus figuram gerit. Author, esi Livius Laurentiæ esse simulachrum, & quidem non corporis sed mentis ac morum. Fuit enim Faustuli uxor, & propter vulgati corporis vilitatem Lupa inter pastores, id est, meretrix, nuncupata est.* Hæc ille. Non desunt tamen, qui veram belluam Romuli nutricem velint fuisse, non autem prostitutam Laurentiam. Strabo, qui Tiberii temporibus, è Ponti regibus oriundus, clarissimus fuit, lib. 5. Μυθεύουσι μὲν ἐξ Ἄρεως θηλάσαι τὴν παῖδα, σκληθύνας δ' ὑπὸ λυκαίνης ἐκβαλεῖν συνλαμβάνουσιν. Justinus libro 38. ex emendatione Dempsteri: *Ipsi ferum conditores suos lupæ uberibus alitos.* Plin. 8. 17. *Quæ de infantibus ferarum lacte nutritis, cum essem expositi, produntur, sicut de conditoribus nostris à lupa, magnitudini faterum accepta ferri æquius quam ferarum naturæ arbitror.* Adscribam in tyronum gratiam celebriores poëtas. M. Tullius libro 1. de *Divinatione*:

Hic sylvestris erat Romani nominis altrix
Bellua. ——— ———

Propertius libro 2. eleg. 6.

——— *Tu criminis auctor*
Nutritus duræ, Romule, lacte lupæ.

Idem libro 3. eleg. 8.

Eductosque pares sylvestri ex ubere reges.

Et libro 4. eleg. 1.

Optima nutricum nostris lupa Martia rebus,
Qualia creverunt mœnia lacte tuo.

Et ejusdem libri eleg. 4.

——— *Quem non sine matris honore*
Nutrit

Nutrit inhumanæ dura papilla lupæ.

Ovidius *Fastor.* 2.

Lacte quis infantes nescit crevisse ferino?

Martialis libro 2. epigr. 75.

A nostra pueris parcere disce lupa.

Juvenalis *Satyr.* 11.

Romuleæ simulachra feræ mansuescere jussæ.

Claudianus:

Hic patrius Mavortis amor, partusque notantur
Romulei, post armus inest, & bellua nutrix.

Sidonius Apollin. *Carm.* 2.

Præbuit intrepido mammas lupa fœta Quirino.

Hi postea cum adolevissent, an. æt. 15. Festum *Lupercalia* instituerunt, posteaque de genere suo à Faustulo edocti Amulium trucidarunt; avumque Numitorem in regnum restituerunt. Nec ita multo post collecta magna pastorum manu, urbem novam in Palatino monte, ubi educati fuerant, ædificant. Et quoniam fratres gemini erant, nec ætatis verecundia differentiam facere poterat, orta inter eos contentione, uter novæ urbi nomen daret, & conditam imperio regeret, placuit rem avium judicio permitti. Cumque Remo in Aventino vultures 6. priores, Romulo autem in Palatino 12. sed posteriores apparuissent; illo tempore, hoc numero se priorem esse asserente, exorta inter pastores primum altercatio est, quæ deinde ad manus pervenit. Ibi Remus ictus cecidit. Vulgatior fama est, ludibrio fratris Remum noves muros transiliisse: inde à Romulo, sive à Celere quodam militum tribuno, Romuli jussu, fuisse interfectum. Ovidius in *Fastis*:

Mœnia condantur, quæ quamvis parva futuræ,
Non tamen expedit transiluisse Remum.

Solus itaque regno potitus Romulus, ut urbem incolis frequentiorem redderet, Asylum aperuit. Senatores centum, quos ab honore Patres appellavit, constituit. Vicinis connubia negantibus, virgines, quæ ad Consualium spectaculum convenerant, rapuit. Cecinentes bellum inferentes prælio vicit, regeque obtruncato, Jovi Feretrio, opima spolia obtulit. Antemnates deinde & Sabinos prælio superatos in civitatem recepit. Fidenates acie fudit, & ad oppidum fugientes insecutus urbem eodem impetu cepit. Vejientibus quoque, post adversam pugnam pacem petentibus, centum annorum induciis concessit. Hisce rebus gestis, legibusque egregiis conditis, cum ad Capreæ paludem concionem haberet, ingente coorta tempestate, repente nusquam comparuit, Patrum, ut creditur, manibus discerptus, an. regni 38. Vid. Liv. *Hist.* libro 1. Florum, Dionysium Halicarn. Vellejum Paterc. Eutropium, Plutarchum, &c. *Romulus* autem & *Remus* à *Ruma*, i. e. *mamilla* dicti sunt, teste Festo. Idem tamen alibi, *Romulus & Remus a virtute hoc est robore appellati.* Hinc *Romulus* adjectivum: ut *Romula tellus* apud Virgil. Æn. 6. & *Gens Romula* apud Horatium. Item *Romulus*, ut *urbs Romulea*, apud Ovidium. *Remus*, frater Romuli, primi Romanorum regis, qui quod nova urbis Romæ mœnia per ludibria transiliisset, à fratre est interfectus, aut, ut alii volunt, à Celere quodam Tribuno. Post cujus mortem oborta pestilentia consulto oraculo responsum est, placandos esse manes Remi: ob quam rem sella curulis cum sceptro & diademate, & cæteris regni insignibus, semper juxta Romulum quidvis sanctionem ponebantur, ut mortuus etiam Remus pariter imperare videretur. Unde est illud Virgil. Æn. 1.

— *Romæ cum fratre Quirinus*
Jura dabunt.

Hic una cum Romulo urbem Romam condidisse fertur. Plin. 8. 17. *Sicut de conditoribus nostris accepimus.*

Marcus Manilius *Astronom.* lib. 5.

Qua genitus cum fratre Remus hanc condidit urbem.

Tibullus libro 2. eleg. 5.

Romu-

Εσαι ἄναξ πρώτιστος, ὅς τις [7] δέκα δὶς κορυφώσῃ,
Γράμμα Θ' ἀρχόμενος· πολέμων δ' ἐπὶ πολλὰ κρατήσῃ·
Ἕξει δ' ἐν δεκάδ Θ' πρῶτον τύπον· ὥς τε μετ' αὐτὸν
[8] Ἄρχειν, στοιχείων ὅς τις λάχε γράμμα Θ' ἀρχλῶ,

Primus erit regum, cujus capitalis habebit
Littera bis decies, poterit qui plurima bello,
Et numeri formam primam denarii habebit.
Proximus hunc princeps sequitur, quem littera signat

Ov

Romulus æterna nondum firmaverat orbis
Mœnia, conserti non habitanda Remo.

Mihi tamen (inquit Dempsterus) animadversum, à Remo fundamenta ejus jacta, erat enim major natu. Stat. *Sylv.* 5. 2.

— *Neque enim de sanguine cretus*
Tirmali, trabeaque Remi.

Idem *Sylv.* 2. *ult.*

Dices culminibus Remi vagantes
Infandos domini ascendis ignes.

Propertius 2. 1.

Quis gradibus domus ista Remi se sustulit olim.

Idem libro 4. eleg. 1.

Regnave prima Remi, aut animos Carthaginis altæ.

Martialis 10. 76.

Sed de plebe Remi, Numaque verna.

Juvenalis *Sat.* 10.

Turba Remi sequitur fortunam.

Et ante omnes Catullus epigr. 56.

Glubit magna nimos Remi nepotes.

A fratre Romulo occisum volunt poëtæ. Propertius,

Si modo Avernalis tremulæ cortina Sibyllæ
Dixit, Aventino rura piauda Remo.

Idem libro 3. eleg. 9.

— *Et cæso mœnia firma Remo.*

Horat. *Od.* 7. *epod.*

Ut immerentis fluxit in terram Remi
Sacer nepotibus cruor.

Lucanus,

Fraterno primi maduerunt sanguine muri.

Hic, ut Romulus, nomen habet à *ruma*, *i. e.* mamma, quam lupa infantibus præbuit, vel ipso Plinio teste, apud quem hactenus libr. 15. cap. 19. mendose scriptum est *rumen*. *Hofmannus.*

7 Δίκα δὶς] His & sequentibus versibus ænigmatice nomina nonnullorum Imperatorum proponit, ac intelligit Cæsarem Julium, Augustum, Antonium, Cleopatram, uti illos ad oram hujus loci expressit. *Opsopœus.*

8 Ἄρχειν &c.] Vel sic lege, ἀρχλῶ στοιχείων· ὅς τις λάχε γράμματ Θ' ἄρχειν. *Idem.*

Ον Θρήϊκη πτήξει, καὶ Σικελίη, καὶ Μέμφις,
Μέμφις πλωιχθεῖσα δι' ἡγεμόνων κακότητα,
Ἡδὲ γυναικὸς ἀδηλώτῳ ὑπὸ κύμα πεσούσης·
Καὶ θεσμὰς θήσει λαοῖς, καὶ πάντ' ἀνατάξει
Ἐν μακρῷ ὑ χρόνῳ ἑτέρῳ ὑπαδώσεται ἀρχὴν,
Ὃς τε τριηκοσίων ἀριθμῷ [9] κεράλῳ ὑπὸ πρώτῳ
Ἕξει, καὶ ποταμὸν φίλον ὄνομα, ὅς τ' ὑπὸ Πέρσας
Ἄρξει, καὶ Βαβυλῶνα· βαλεῖ δ' ὁρὶ δὴ [10] τότε Μήδους.
Εἶτα τελῶν ἀριθμῷ κεράλῳ ὅς τις λάχεν, ἄρξει.

Prima elementorum, horrebit quem Thracia terra,
Et Sicula, & Memphis: Memphis cui causa ruinæ
Culpa ducum fuit, & mulier servire rebellis,
Per fluctus elapsa: feret quoque gentibus ille
Leges, & subiget cuncta, & post tempore longo
Imperium tradet cuidam, cui prima valebit
Litera tercentum, qui carum nomen habebit·
Fluminis, & Persas, Babylonemque aggredietur,
Et tandem rigida percellet cuspide Medos.
Deinde notam trini numeri sortitus habebit

[11] Δὶς

9 Κεράλῳ &c.] Ubique scribitur cum diphthongo vox κεφάλαιον in reg. cod. apud Hesychium tamen sine ea. Usurpatur eadem Matth. 5. *Idem.* Loquitur de Tiberio, sed quæ Sibylla de eo refert non sunt vaticinia sed narrationes post rerum eventum. *Gallæus.*

10 Τότε &c.] Forte πότε est legendum Opsopœus.

11 Δὶς

[11] Δὶς δέκα ὅσις ἔπειθ' ἕξει κερέων ἐπὶ πρώτῳ,
Ἔσται ἄναξ· κεῖνος δ' [12] βαθύτατον ὠκεανοῖο
Ἵξεται ὕδωρ, ἅμπασιν ὑπ' Αὐσονίοις ἀνάσσας.
[13] Πεντήκοντα δ' ὅσις κερέων λάχε, λοίγιος ἔσται,
Δεινὸς ὄφις, φυσσῶν πόλεμον βαρύν, ὅς ποτε χεῖρας
Ἧς γυιῶν πανύσας ὀλέσει, καὶ πάντα ταράξει,
Ἀθλεύων, λαὸν κτείνων, καὶ μυρία τολμῶν·
Καὶ τμήξει τὸν δίιδυμον ὕδωρ, Ἄθω τε πατάξει.

Imperium: mox quem nota vicenaria monstrat,
Rex erit, Oceani extremas penetrabit ad undas,
Et tunc indomitum Ausoniis subdet maris æstum.
Quem vero dominum nota quinquagesima signat,
Dirus erit serpens, spirans lachrymabile bellum,
Distentasque manus perdet suæ originis olim,
Cunctaque turbabit certans, plebemque trucidans,
Et permulta patrans, bifidas & dividet undas,
Et percellet Atho. sed funditus interimetur:

Αλλ'

11 Δὶς δέκα &c.] Hæc ut & præcedentia post rerum eventum fuisse conscripta cuivis patet. *Gallæus.*

12 Βαθύτατον &c.] Regius Codex legit κατ' ὕτατον pro βαθύτατον. *Opsopæus.*

13 Πεντήκοντα &c.] Neronem intelligit hic pseudo-Sibylliста, de quo quidem vera narrat sed illa ut & sequentia fuisse prædicta aut acta ante Imperatoris illius nativitatem, nunquam credidi, nec unquam credam, clariora enim illa ac sequentia quæ de cæteris Cæsaribus narrat, quam ut ante rerum eventum innotuerint, nullus prophetarum adeo dilucide prænuntiavit de Regum aliorumque actionibus quam suppositicia hæc Sibylla. *Gallæus.*

Αλλ' ἔσαι ϰ᾽ αὖϑις ὁλϑίῳ, εἶτ' ἀναϰάμψει
Ιστάζων ϑεῷ αὐτὸν. ἐλέγξει δ' ὕμιν ἐόντα.
Τρεῖς δ' μετ' αὐτὸν ἄναϰτες ὑπ' ἀλλήλων ἀπολοιῦνται.
Εἶτα τὶς [14] ἀσεβέων ὀλετὴς ἥξει μέγας ἀνδρῶν,
Επτάϰις ὃς δεϰάτῳ ϰερέῳ δείϰνυσι πεφύϰλον.
Τῷ δ' τριηϰοσίης ϰερϰίης ὅπ πρῶτον ἐλέγχων,
Παῖς ϰρατὶ ἀξαφελεῖ. μετὰ δ' αὐτὸν μόρσιμον ἔσαι
Τέλειόν ϑ' ὁμ ϰερέης τ' ἔφοβ ϑ' μόρος. αὐτὰρ ἔπειτα
Πεντήϰοντ' ἀριθμὸς γαμαρὸς βεβοτὸς. αὐτὰρ ἐπ' αὐτῷ,

Deinde revertetur, ſeſeque Deo æquiparabit.
Sed non eſſe Deum tandem Deus arguet ipſe.
Poſt quem tres reges à ſeſe alterna peribunt.
Hinc veniet quidam magnus, cæſorque piorum,
Quem nota perſpicue decies ſeptena docebit.
Filius aſt hujus (nota tricenaria monſtrat)
Auferet imperium: poſt quem fatale tenebit
Imperium. numeri quem quarti littera ſignat.
Hinc quinquagenum numerum vir honeſtus habebit

Os

14 Ἀσεβέων &c.] Ἀσεβῶν habebant veteres editiones, & verterat Caſtalio, *caſorque malorum*. Sed ſcriptorum codicum lectio verior viſa eſt, quanquam de Judæis locus accipiatur, quos Veſpaſianus ad interneciones cecidit. *Opſoparus*.

15 Καλ-

Ος τε τριηκοσίης κερέης λάχεν ἔντυπον ἄρχλιὼ
Κελτὸς ὀρειοβάτης, σπεύδων ἐπὶ δῆριν ἐῶσαν.

Quem sequitur, cui dat nota tricenaria nomen,
Gallus montivagus, properans orientis ad arma.

Μοῖραν

15 Κελτὸς &c.] Gallum montivagum nominat Trajanum non à patria (fuit enim Hispanus) sed à militiæ loco, quia in Gallis militabat, & cum Imperator renunciaretur, Agrippinæ agebat. Inde per Alpes ad Orientis arma properavit. Nam, Dione teste, Orientales populos armis agitare & debellare non cessavit. *Idem.* De Celtis autem hæc etiam notanda censemus. *Celtæ*, pop. Gall. Comatæ inter Gerumnam & Sequanam fluvios, ita dicti, ut vulgo volunt, à *Celto* Polyphemi ex Galathea filio, Appianus. Alii à Celthe, 9. Gallorum vert. Rege. Aliud etymon suppeditat nobis vir magnus *Phaleg.* lib. 3. cap. 6. In Talmudico tractatu *Nidda*, inquit, חלת pro *cretio* sumitur, si quidem fides Hebræis, & viris undecunque doctis Boderiano & Buxtorfio. Idem autem חלת si libeat Chaldæo more inflectere, fit חלתא *Chalta*, vel *Chelta* vox proxime accedens ad *Celtas*. Ita cruceis capillis Galli tam Celtarum & Galatarum, quam Rhodaniorum nomen debebunt. Sane Gallos τὰ ξανθὰ ἔθνη passim appellari notat vir doctissimus Is. Vossius. Diodorus Siculus, Οἱ δὲ Γαλάται τῆς μὲν σώμασιν εἰσὶν ὑψηλοί, πυκνὰς δὲ σαρκὶ κεκρυμμένοι τὰ λευκροί, πυκνὰς δὲ κόμας οὐ μόνον ἐκ φύσεως ξανθὰς, ἀλλὰ καὶ διὰ τεχνασμῶν ἐπιτηδεύσει αὐξοντες τὸ φυσικὸν τῆς χρόας ἰδίωμα. Strabo *de Britannis* libro 4. Οἱ δὲ ἄνδρες ὑπερπίπτουσι τὰ Κελτοὶ εἰσὶ, καὶ ξανθοτέρους. Atque ob hoc ipsum, Britannos Gallicæ esse originis, conjectat Jornandes *historia Gothorum* cap. 9. quod illis sint *rutila coma*. Ubi *rutilas* dixit pro *flavis*, quomodo Ammianus libro 15. *Candidi pæne Galli sunt omnes & rutili*; capillitii ratione scilicet. Claud. *in Rufinum* lib. 2.

Inde truces flavo comitantur vertice Galli.

Bodinus *Celtas*, κελητὰς dictos volunt, quia liberis equis, haud stratis, aut ad currum junctis vehi consuescerent. Lazius à *Galatu*, per contractionem. Strabo ait, Κελτοὺς appellatos ἀφ' ὧν ἐπικρατήσαν, quod authoritate præ valuerint, sive quod robusta & valens natio fuerit. Id sonat *Gelten* hodie, Germanorum lingua. Nominis vestigium remanet in *Gelderis*. Belgis quoque *Gelte-baars* est pisciculus melioris notæ: *Gildos*, est *bos præstans valore*, Pontanus. Horum regio Κελτικὴ dicitur, quæ apud vetustissimos Græcos ea tantum Galliæ erat pars, quam mare mediterraneum alluit, nam eam tantum noverant. Postea vero id nomen etiam ad alias partes, quæ paulatim cognosci cœpere, translatum est, donec tandem toti Galliæ, postquam tota cognita fuit, est attributum. Idem de Romana Galliæ appellatione sentiendum: Nam qui *Celtæ* proprie appellantur; ii à Romanis *Galli* dicti sunt, auctore Cæsare; deinde ea vox latius accipi cœpit. Polybius autem, Κελτοὺς proprio nomine appellat eam Austrinæ oræ partem, quæ est inter Narbonem & Pyrenæos, Casaubonus. Horum Imperium celebre, sub Ambigato, Rege Bituriorum, qui Tarquinii Prisci tempore vixe-

tat, Liv. libr. 5. Porro Celtarum nomine, præterquam quod quidquid Europæarum gentium erat, antiquissimis temporibus illud continebat, dein facta regionum & populorum distinctione, & unicuique proprio nomine indito, veteres non solum Gallos intelligebant, auctore Appiano, sed & Germanos; ut ex Herodoto libro 2. & 4. aliisque constat. Maxime tamen eos Germanos fuisse crediderim, quippe quod Aristoteles *Polit.* 7. hunc morem tribuit Celtis, quod recens natos ad fluvium explorarent, quod ipsum Germanorum moribus tribui apud Cæsarem & Melam legas. Eodem refero Græci poetæ testimonium de Celtis, probantibus prolem spuriam vel legitimam Rheni lavacro. Sunt enim Celtæ Germani, qui Celtica dicta Gallia expulsis Gallis, aut saltem iis permixti trans Rhenum confederunt; unde factum, teste Dione, libro 39. ut Celtæ uno nomine sint appellati, ἀμφότερα ἐς ἓν ἀμφότερα ἔθνη ἐπωνυμίαν ἐκόντες. Quemadmodum enim veteres Romani gentem utramque (*Gallos & Germanos*) nondum satis sibi cognitam *Gallorum* vocabulo nuncuparunt, ita Græci *Celtarum* nomen utrisque indiderunt. Hinc Herodotus Danubium in *Celtis* oriri scribit, cum illum in Germania & quidem in eo tractu, quem *Baronatum* vocant, profluere constet. Sed & Bassus Poëta, Germanicum cum Celtis pugnasse canit. At eo tempore nulli ad Septentriones populi, præterquam Germani, cum Romanis bella gessere. Hujus rei ignorantia multis errandi causam præbuit tribuentibus Gallis, quæ liquet esse Germanorum. Refert Appianus, satellitem illum, qui ad occidendum Marium in carcerem missus est, *Celtam* fuisse: at Paterculus *Germanum* fuisse testatur. Sic Strabo profectos ad Alexandrum Magnum, in Getis tum agentem, *Celtas* memorat, haud dubie Germanos intelligens. Illud unum præterea addendum, eam fuisse *Celtarum* audaciam & fortitudinem, ut Aristoteles hujusmodi audaciam, quæ cum propriæ salutis contemptu fit, *Celticam* vocaverit. Baudrando, Celtæ fuere pop. Galliæ, à quibus una pars *Gallia Celtica* dicta, olim amplissima. Præter Lugdunensem enim & pop. intra Ligerim & Garumnam fluv. Massiliam usque atque Narbonem extendebatur, Strab. Postea angustior, vulgo *Lugdunensis* dicta est. Qui fines ejus sub Cæsare, qui sub Augusto, Vid. Cluver. libro 2. Sanson. *de antiqua Gall.* Ausonius Gallos sive *Celtas* à Belgis Matrona fluvio dividi, diserte testatur, in *sua Mosella.*

Non tibi se Liger anteferet, non Axona præceps,
Matrona non, Gallos Belgasque interfita fines.

In quæ verba Hadr. Valesius, *Certe*, inquit, *Matrona Gallos vel Celtas à Belgis dividit, non dividit, saltem exacte, Sequana, fluvius interior: quod tamen Julius Cæsar, Plinius, Ptolemæus, Ammianus Marcellinus, aliique plurimi affirmant.* Hofmannus.

16 Κελτὸς &c.] *Trajanus*, M. Ulpius Brinitus, inter Cæsares optimus, quemadmodum testatur acclamationis in creandis Impp. formula: *Sis felicior Augusto, melior Trajano.* Italica urbe Andaluziæ, oriundus: secundum alios Italus, sub Vespasiano & Tito, in bello contra Judæos egregie rem gessit, duodecimæ Legionis Præfectus. Dein, à Nerva in consortium Imperii allectus, accepto de morte ejus nuntio, An. 98. Coloniæ Imperator ab exercitu salutatus est. Qua de re literis ad Senatum datis; Christianos non quidem edictis terruit, nihilominus prohibendo nocturnos cœtus, & Religiones à Romana alienas, occasionem præbuit Præfectis Præsidibusque provinciarum, acriter in illos sæviendi, quamvis Plinius in causâ fuit, ut aliquantulum persecutionem remitteret. Audito, Decebalum Dacorum Reg. rebellasse, illo bis victo, Daciam in Provinciam redegit: Romam reversus, Legatos ex omnibus terræ partibus, remotissima quoque India, excepit. Dein colu-

Μοῖραν ἀείκελίῳ ἀ φεύξεται, ἀλλὰ καμεῖται.
Οὐ κόνις ἀλλοῖρίη κρύψει νέκυν, ἀλλ' ἀνεμείης
Ἀνθεσ' ὄνομ' ἔχουσα. μετ' αὐτὸν δ' ἄλλος ἀνάξει
17 Ἀργυφέχεανος ἀνὴρ. τῷ δ' ἕστεται ὄνομα πόντου.

Triſte nec effugiet fatum, feſſuſque jacenſque,
Mortuus externa tectus tellure premetur,
Floris de vento vocitati nomen habente.
Poſt hunc argento galeatus nomine ponti.

Εσαι

columnam Trajani orſus, ſeptennii ſpatio abſolvit, Architecturæ ultimum conatum, quem Coliſeum Sixtus V. erigi curavit, Petri ſtatua deſuper impoſita. Poſt modum contra Armenios, Parthos, Oſdroënos, Arabas, Aſſyrios, Iberos, Colchos, & Perſas victor, undecim millia Chriſtianorum militum in Armeniam relegando, gloriam nominis ſui non parum obſcuravit. Terræ motu, quo Antiochia concuſſa fuerat, tantum non obrutus poſtea Judæos rebelles extinxit. Obiit Selinunte, Ciliciæ urbe, quæ Trajanopolis ab ipſo dicta, an veneno propinato? An. 117. ætat. 64. Imp. 19. A Plinio panegyrice laudatus, inſignis omnino cætera imperator, ſed ſævitia, puerorum amore, vini nimio uſu, idolomania infamis. Scripſiſſe dicitur hiſtoriam belli Dacici. Dio *in Trajano*. Aurel. Victor. *de Cæſar*. Eutropius, Euſebius, &c. Claudianus de Theodoſio, libro de 4. *Conſ. Honorii*:

——— *Victura ferantur*
Gloria Trajani; non tam quod Tigride victo
Noſtra triumphati fuerint provincia Parthi,
Alta quod invectus fractis Capitolia Dacis,

Quam patriæ quod mitis erat. Idem. Trajanus morbo correptus & Selinuntem Ciliciæ urbem delatus, ibidem extinctus eſt. Selinuntem autem ab herba vocitatum qui ignorat, is, ut eſt in proverbio, εἰδ' ὁ σέλινος verſatus eſt. Sed cur ἀνεμείης vocat Sibylla? an eo nomine Selinum notabant Sibyllæ cives, ut ſolent herbarum appellationes vulgo uſitatæ ſingulis fere in locis variare? an quia ſelinum locis altis & vento perviis gaudet, quemadmodum peculiariter dictum oreoſelinum? *Opſopœus.*

17 Ἀργυφέχεανος &c.] Ἀργυφέχεανος idem eſt quod πολιοκρανος, *cano capite ſenex.* inſita & χυανοχαίτης hoc ipſo loco. *Idem.* Adrianum Imperatorem intelligit, de quo hæc ſunt notanda. *Imper. Rom. Hadrianus*, cognom. Ælius, à Trajano adoptatus huic in imperio ſucceſſit. Inſignibus animi dotibus inſtructus, in populi incubuit commoda, peragrato hunc in finem toto imperio. Galliam enim ingreſſus, dein in Britanniam trajecit, ubi ad incurſiones Barbarorum frænandas murum duxit 80. m. p. Regreſſus in Galliam, ut in Hiſpaniam tranſiret, audita in Aquitania Plotinæ, Trajani viduæ, morte, ei Nemauſi templum ſtruxit. Hinc in Hiſpaniam profectus, poſtmodum Orientem

Εσαι ϗ παναίσιος ανηρ, ϗ παντα νοησει.

Dictus regnabit: vir is optimus; omnia noscet.

Καὶ

tem adiit, Parthis ibi coërcitis. Altero itinere eodem delatus, Athenas pervenit, Cererisque Eleusinæ Sacerdotibus accenseri voluit: quo tempore Quadratus Episc. Atheniensis, & Aristides Philosophus Christianus, durante semper persecutione Christianorum, auctoritate suffulti Sereni, unius ex Legatis Imperatoris, apologiam ei pro Fide sua obtulerunt eo successu, ut Imperator mitigationem aliquam pollicitus sit. Dein Judæos rebelles semel atque iterum vicit, & loco Hierosolymæ destructæ Æliam condidit, templo Jovis in monte Calvariæ, & fano Adonidis Bethlehemi excitato, porcorum quoque imaginibus in portis Æliæ seu Hierosolymæ collocatis: Cætera Mathematicarum artium, Astrologiæ, Arithmeticæ, Geometriæ, Poëseos, Philosophiæ & Medicinæ peritissimus. In arte Sculptoria supra alios: memoria tam invicta, ut etiam locorum minoris notæ, fluviorum, militumque singulorum nomina sciret. Sed magicis artibus nimium deditus, sævus in proceres, etiam leviter suspectos, fuit. Senio tandem sanguinisque fluxu debilitatus, cum omnia, etiam illicita, nullo successu tentasset, Bajas se contulit, ubi desperabundus animam efflavit, Anno Christi 140. vel 138. secundum alios. Imperii 20. ann. 10. mens. 29. d. Xiphilin. Spartianus, Baronius ab Anno 119. usque ad An. 140. &c. Post vexatos Christianos, morbo aquæ intercutis perit. Vitam ejus inter cæteros conscripsit Ælius Spartianus. Moriens hos versus fudisse dicitur,

Animula, vagula, blandula,
Hospes, comesque corporis,
Quæ nunc abibis in loca,
Pallidula, rigida, nudula,
Nec, ut soles, dabis jocos.

Mirum autem, quare Spartiano hi versiculi parum videantur elegantes, nam ita mox judicat. Videbimus alibi, inquit Casaubonus, quantum isti Scriptores (Historiæ Augustæ) poëtica facultate valuerint. Multa enim de Græcis à se versa his libris inseruerunt: præ quorum venustate scilicet sordere *Hadrianea* debuerint. Nobis vero hi dimetri mollissimi, & melioris seculi elegantia dignissimi cum viderentur, etiam Græce idem fecimus *Hadrianum* dicere, nisi hoc potius balbutire est:

Ἐφίστιον ψυχάριον,
Ξένη, χ' ἑταῖρε σώματος,
Ποῖ νῦν πάλιν ἰκάνεις,
Ἁμηνές, χλιερόν τι ϗ σκιῶ,
Οὐδ' ὡς πάρος σκωφήσεις;

Subdit Historicus prædictus, *Nec multo meliores fecit & Græcos.* Atqui extant nonnulli adhuc, non quales hic Criticus judicat, sed qui merito suo, cæterorum quos amisimus, ingens desiderium in nobis excitent. Quare etiam non defuere, qui argutias illius imitarentur. Ejusmodi est, quod apud Theophylactum Simocattum, scriptorem eximium inter Græcos recentiores, observabamus, epistola illa, quæ incipit: Ὁ φυτικὸς σου κτημάτων πανήχυρος. Clauditur autem sic: ϗ γήρως μὲν πολιάς, ϗ νεότητα, τῷ μὲν μὴ ἐπαγγελλομένῳ διδοῦσας, τὸ δὲ κεκτημένον ἀπολλύντας. *Hadrianum* sine dubio imitatur, qui ægro & mendico homini, à quo fuerat his versibus compellatus:

Ἡμοῦ μὲν τίθηαι. τὸ δ' ἥμιον λυμὲς ἰαλίγκοι,
Σωτὴρ μὲν Βασιλῆς, μακαρῆς ἡμίτεον.

Respondit hoc argutissimo distichio:

Ἀμφοῖρις, δώσεις ϗ Πλατῖνα ϗ Φαιθοῦσα,
Τὸν μὲν τὸ ἥμισυν, ϗ σὲ λοιμακόμορφον. *Hofmannus.*

Καὶ ἐπὶ σοὶ παναίσιε, πανέξοχε κυανοχαῖτα,
Καὶ ἐπὶ σοῖσι κλάδοισι τάδ' ἔσται ἤματα πάντων.
Τρεῖς ἄρξουσιν; [18] ὁ δὲ τρίτος ὀψὲ κρατήσει ἁπάντων.

Τέρμαι ἡ τριτάλαινα κακλῶ φάτιν ἐν φρεσὶ θέσθαι,
[19] Ἰσιδος ἡ γνώστη καὶ χρησμῷ ἔνθεον ὕμνον.

Atque hæc, cæruleis ſub te inſignite capillis
Optime, ſubque tuis excellentiſſime ramis
Omnia tempora erunt tres rerum ſumma tenebunt,
Omnibus at tandem potietur tertius ille.
Torqueor infelix, dum triſtia fata recordor
Iſidis ipſa ſoror divina oracula pandens.

Πρῶ-

18 Ὁ δὲ τρίτ⊙] Reg. cod. ὁ δὲ τρίτατ⊙ τοῦτ⊙ ἐπὶ γενήσ. Idem vaticinium iterarur infra. *Opſopœus.*

19 Ἰσιδ⊙] *Iſis*, quibuſdam Jo à Jove rapta, aliis Ceres aut Luna viſa eſt. Vide *Jo.* Fuit autem uxor Oſiridis, & pro Dea ab Ægyptiis ſolennibus feſtis ſtatuiſque ferto ex ariſtis contexto coronatis, culta. Hæc enim Inachi filia cum eſſet, unde *Inachis* vocata, in Ægyptum venit, primaque triticum & hordeum inveniſſe, legeſque ſtatuiſſe dicitur. Apud Alexandrinos autem in præcipuo honore fuit: Nihilominus à Senatu Rom. recepta, Lucan. libro 8.

Nos in templa tuam Romana recepimus Iſim.

Eademque in Italia ei ſacrificia inſtituta ſunt, quæ olim in Ægypto, de quibus fuſiſſime Apulejus *Mileſiar.* libr. ult. Durantibus ſacris, novem noctibus integris ſecubare moris erat, Ovid. *Amor.* lib. 1. eleg. 8. Quia autem ſacra ejus turpiſſima, hinc quidquam evulgare nefas. Imo Piſone & Gabinio Coſſ. Romæ cultus iſte prohibitus eſt, quem Commodus Imp. reſtituit, ipſe raſo capite Anubim geſtans: Nec quandiu Romæ fuit, ulli Deorum majori ſuperſtitione, quam ei litatum, maximuſque honor ejus ſacerdotibus delatus eſt. Hinc Domitianus *Iſiaci habitu velatus, inter ſacrificulos vanæ ſuperſtitionis latuit.* Sueton. in eo cap. 1. Templum ibi habuit, prope ſepta ſeu ovile, in regione 9. in cujus penetrali habitabant ſacerdotes, à populo velo diſcreti. Sueton.

Πρῶτον μὲν περὶ σεῖο βάσιν ναὸς πολυκλαύστε
Μαινάδες αὔξουσιν, ἐν παλάμαισι κακαῖσιν

Principio circum ima tuæ lachrymabilis ædis
Mænades augebunt: atque in manibus sceleratis

Εστία.

in Tib. capite 36. Tacit. Annal. libro 2. Dion libro 40, 42, 47, 53, 54. Lamprid. in *Commodo*. Tertullian. in Apol. cap. 6. Quidam duas *Isides* fuisse asserunt, Clemens 1. Strom. Herodot. libr. 2. Euseb. Præp. Evang. libro 1. Lilius Gyraldus de Diis Gentilium *Syntagm.* 12. E veteri orbe in novum transisse, una cum reliqua Ægyptiorum superstitione, vidit P. de Valle. Itiner. tom. 4. Sacerdotes ejus *Isiaci* dicti, qui vestibus tantum lineis, quas illi λινοστόλας appellabant, amiciebantur, ideo forsan, quia *Isis* lini usum prima mortales docuisset. Hinc etiam illi, qui ad Deam supplicaturi accedebant, vestes è lino induere habebant necesse. Sacerdotes hi, ex religionis præscripto, abstinebant à suillis & ovillis carnibus, sales carnibus non adhibebant, ne castitatem violarent: vinum ipsi bene dilutum non bibebant, radebant caput, calceisque papyraceis usi, Isidis Imaginem humeris portabant: quam tamen & asinus interdum gestabat. Porro sistrum concutiebant, cujus usus in bellis quoque fuit. Plura de his vide apud Diod. Sic. libro 1. & Plut. *peculiar. lib. de Iside & Osiride*. De habitu vero eorum adi Torrentium *ad Domitianum Suetonii* capite 1. Dempsterum *Antiquit. Rom.* libro 2. cap. 22. &c. Ovid. *Metam.* lib. 9. fab. 12. totam pompam ita describit:

Inachis ante thorum pompa comitata sacrorum
Aut flevit, aut visa est, inerant lunaria fronti
Cornua cum spicis nitido flaventibus auro,
Et regale decus, cum qua latrator Anubis,
Sanctaque Bubastis, variisque coloribus Apis,
Quique premit vocem, digitoque silentia suadet.
Sistraque erant, nunquamque satis quæsitus Osiris,
Plenaque somniferis serpens peregrina venenis.

De *Isidis* sacris Romæ sublatis, An. Ch. 120. Vide quoque *Paulina*. Hinc *Isidis Insula*, *Isidis Portus* Plinio, *Isidis Templum* Straboni, inf. sinus Arabici. Item urbs Ægypti ad Nilum prope Coptum urb. *Hofmannus*. Heic Sibylla profitetur se Isidis esse sororem, hoc si verum est quomodo cum Noacho diluvii tempore in arca degit? Mendax ergo hic deprehenditur Sibylla quæ se Divinitus inspiratam jactitat. *Gallæus*.

20 Μαινάδες] *Mænades*, Eadem quæ Bacchæ, h. e. mulieres insanientium ritu Bacchi orgia celebrantes, ἀπὸ τῆς μανίας, quod significat *insanire*. Propert. lib. 3.

Seu sequitur medias, Mænas ut acta, vias.

Ovid. *Fast.* 4.

Mentis inops rapitur, nt quas audire solemus
Threicias fusis Mænadas ire comis.

Propert. iterum, ubi supra,

——— *Neque enim illa quondam*
Verax Pergameis Manas habenda malis.

Juvenal. *Sat.* 6.

— *Crinemque rotant ululante Priapo*
Mænades. ——— Idem.

21 Νύμφη

Εσεῖαι ἤματί τῳ δε, ὅταν ποτὲ Νεῖλος ὀδοῦσῃ
Γαῖαν ὅλην Αἴγυπτον ἐως πηχῶν δέκα καὶ ἑξ,
Ος κλύσῃ γλῶ πᾶσαν ἐπαρδεύσῃ τε βεβῶσι·
Σιγήσῃ δὲ χάεις γαίης, καὶ δόξα τεθνώτα.
[21] Μέμφι σὺ μὴν κλαύσῃ γε Αἰγύπτε τὰ μέγιστα.
Πρόσθε γὰρ ἡ μεγάλως γαίης [22] κεκλαίουσα, γένηαι
Λυπρὴ, ὡς τε βοῶσα κ' αὐτὸν τερπικέραυνον
Οὐρανόθεν φωνῇ μεγάλῃ· μεγαλόδεμε Μέμφι,

Una dies veniet, cum tota feretur in arva
Ad ſex atque decem cubitos Ægyptia Nilus,
Abluat ut terram omnem, mortaleſque rigentur:
Et decor & terræ facies ſpecioſa ſilebit.
Memphi vicem Ægypti multum lachrymoſa dolebis:
Nam prius imperio terræ dominata potente
Fies vilis, uti de cœlo clamet & ipſe
Fulmineus magna voce: O fortiſſima Memphi,

H 2 Tu

21 *Μέμφι* &c.] *Memphis*, Hebr. *Meph*, vel *Noph*, & *Migdol*, urbs Ægypti exciſa, olim regia, ab Oſiride condita, apud verticem Deltæ, ex adverſo Babylonis à vertice 15. m. p. in Auſtrum diſtans. Ibi papyri copia. *Ægyptia Memphis* Lucano dicitur lib. 1. Martialis,

Barbara Pyramidum ſileat miracula Memphis.

Pyramidum ſtarum veſtigia adhuc cernuntur. Locus *Menchis*, & *Mitzir* hodie Poſtello. Sunt qui *Cairo* eſſe putent, ed Memphis ex altera parte Nili fuit, è regione Cairi. Quin & *Memphin* Arcadiæ Ægyptiacæ urbem memorat Dioſcorides lib. 4. cujus mentionem faciunt Euſtath. Lib. Notit. & Steph. Horat. 3. Od. 26.

Cærens Sithonia nive Memphis.

Vide quoque Ovidium 2. Amor. eleg. 13. Propertium lib. 3. Hinc *Memphitis*, patronymicum fœmininum; Juven. Sat. 15. Tibullus Eleg. 1. 7. &c. Item *Memphiticus*. Ovid. 1. *Art. Am.* Idem.

22 *Κεκλαίουσα*] Scribe *κεκλαίουσα* ex Regio Codice, & MS. *Gallæi*.

Ἡ τὸ πάλαι θειλῆσι βεβλοῖς αὐχήεσσα μέγισσα,
Κλαύσεαι ἀργαλέη, καὶ πάμμορος, ὡς τε νοῆσαι
Ἀθανάτου θεὸν, ἄμβροτον ἐν νεφέεσσι.
Πᾶσι λῆμμα κεφαλαιοῦν ἐν ἀνθρώποισι τέτυκται,
Ἀνθ' ὧν ἐξεμάνης ἐς ἐμοὺς παῖδας [23] θεοχρίστους,
Καὶ τε κακλὼ ὤτειρας ἐν ἀνδράσιν οἷς ἀγάθοισιν·
Ἐξεις ἀντὶ τόσων τοίαν [24] τροφὸν εἵνεκα ποινῆς.
Οὐκέτι σοι φανερῶς θέμις ἔσαι ἐν μακάρεσσιν.
[25] Ἐξ ἄστρων πέπτωκας, ἐς οὐρανὸν οὐκ ἀναβήσῃ.
Ταῦτα μοὶ Αἰγύπτῳ θεὸς ἔννεπεν ἐξανύσασθαι

Olim mortales inter celebrata ſuperbe,
Infortunata ærumnoſaque flebis, ut alta
Immortale Dei cognoſcas numen in æthra
Factus ubi tuus eſt, homines tumidiſſimus inter?
In natos etenim quoniam Divinitus unctos
Es bacchata meos, juſtiſque immitis inique
Uſa, boniſque viris: ideo pro talibus auſis
Talis habenda tibi veſtis, pœnæque luendæ.
Jam tibi non inter ſedes erit ulla beatos.
Ex aſtris es lapſa, nefas tibi ſcandere cœlum,
Hactenus Ægypto Deus hæc me dicere juſſit

Ισα-

23 Θεοχρίστους] Loquitur de Chriſtianis, at illorum perſecutiones in arca Noachi fuiſſe prædictas, credat hoc Judæus apella. *Gallæus.*

24 Τροφὸν &c.] Conjectura Opſopœi putat legendum eſſe Τροφὸν vel Τροφὼ.

25 Ἐξ ἄστρων &c.] Ex ſcriptis novi teſtamenti phraſis hæc deſumpta eſt, ideoque in arca Noachica hæc non fuerunt prædicta. *Gallæus.*

26 Ἐξ

Ἰσατίῳ καιρῷ, ὅτε πάγκακοι ἄνδρες ἔσονται,
Ἀλλὰ ταλαιπωρῶσι κακοὶ κακότητα μιμοῦντες
Ὀργὴν ἀθανάτοιο, βαρυκτύπου, ὑρανίονος·
Ἀντὶ θεῶν λίθους καὶ κνώδαλα θρησκεύοντες,
Πολλὰ μάλ' ἄλλυδις ἄλλα φοβούμενοι, οἷς λόγος οὐδείς,
Οὐνῶς, ὦ κακοί· ἄγε μοι θέμις ὀλοὰ ἀγορεύειν,
Εἰδώλων τε ἔκασα, βεβηλῶν παλάμαις γεγαῶτα.
[26] Ἐξ ἰδίων ὧν κόπων καὶ ἀταθαλίων ὑπνοιῶν
Ἄνθρωποι δέξαντο θεοὺς ξυλίνους, λιθίνους τε,
Χαλκοῦς τε, χρυσοῦς τε, καὶ ἀργυρέους τε ματαίως,

Tempus ad extremum, quo gens humana futura eſt
Peſſima: ſed durantque, malique malum opperiuntur,
Iram immortalis cœleſtis & altitonantis:
Proque Deo lapides & ficta animalia, multa
Religione colunt, trepidi, diverſaque: quorum
Non ullus ſermo, mens nulla: auditio nulla eſt.
Singula nec fas eſt verbis ſimulachra referre
Mortali fabricata manu. quos namque creavit
Humanæque manus labor, ac induſtria mentis.
Accepere deos ſtulti, ſaxove, vel auro,

Ἀψύ-

26 Ἐξ ἰδίων &c.] Abeſt à Regio codice verſus iſte. Oporinus.

Ἀψύχους, κωφοὺς, καὶ ἐν πυρὶ [27] χωνευθέντας
Ποιήσαν᾽ μάτην γε πεποιθότες ἐν τριάσι.
[28] Θμοῦις καὶ Ξοῦις βάλλεται, καὶ κόπτεται βουλὴ
Ἡρακλέους τε Διός τε, καὶ Ἑρμείαο.
Καὶ σὲ δ᾽ [29] Ἀλεξάνδρεια κλυτὴ θρέπτειρα

Ære vel argento factos, lignove dolatos,
Exanimos, surdos, conflatos ignis in æstu
Fecere, atque his frustra commisere salutem.
Opprimitur Thmuis & Xouis: consiliumque
Herculis atque Jovis fragetur; Mercuriique.
Te quoque Alexandrea altrix celebris

Οὐ

27 Χωνευθέντας] Idem habet χωνεύσαντες, & supplet sequentem antehac imperfectum. Cæteris nullum suppetebat remedium. *Idem.*

28 Θμοῦις] Ætate Ptolomæi Θμοῦς erat Mendesii nomi metropolis Ptol. l. 5. c. 5. quæ etiam Ammiani tempore urbs maxima. Ammian. lib. 22. *Marsham.*

29 Ἀλεξάνδρεια &c.] *Alexandria*, urbs multiplex. *Prima Ægypti in ora ab ostio Canopico 12. m. pass. in occid. opus Alexandri M. Caput urbium*, Am. Marcellini libro 2. Herodian. libro 7. *Scanderia* Turcis, & *Alessandria* Italis, urbs Patriarch & emporium celebre, quo ex India merces, præsertim aromata, per universam Europam distribuenda advehuntur. Olim ante Cairi erectionem (à quo itinere quattridui distat) clarior. Ipsa deficit in dies. Ad ostium portus Insula Pharos est, quæ jam injecta mole terræ adjacet, ubi turris Pharos nunc destructa: Super cujus rudera arx est Turcarum, qui juxta portum alteram arcem habent. V. Curt. lib. 4. Strab. lib. 17. Plin. 5. 10. Belon. l. 2. 19. Sanut. libr. 9. Leon. pag. 8. P. de Valle. Hinc *Alexandrinus.* Prop. lib. 3.

Noxia Alexandrina, dolis aptissima tellus.

Ob cœli clementiam, incolæ passim apud scriptores luxus maxime notati sunt, velut apud Quinctilianum, libr. 1. & Ammian. lib. 22. Et ante utrumque *Alexandrina vita, atque licentia* apud Cæsar. lib. 3. *de B. C.* cap. 110. Inde Ovid. *Trist.* 1. 2.

Non ut Alexandri claram delatus in urbem,
Delicias videam, Nilejeeose, tuas.

Aër illic adeo temperatus est, ut quolibet die solem videant; unde, ob delicias, per excellentiam πόλις dicitur, ut ἄστυ Athenæ, & *urbs* Roma. long. 58. 20. lat. 31. 25. Varia hic Concilia. Vid. 1, 2, 3. *tom. Concil.* Athanas. Cyrill. Evagr. *Hist. trip.* Baron. Godeau. *Secunda*, Albaniæ, ad Caucasi radices, & oram Caspii maris urbs, & emporium regionis præcipuum, *Demircapi* Turcis, quasi portæ ferreæ, & incolis

Οὐλείψῃ πόλεμός τ' ἀ
Τῆς ὑπερφανίης δ' ὡς ὅσσα τὸ πρόσθεν ἔρεξας,
Σιγήσεις αἰῶνα πολὺν, καὶ νόσιμον ἦμας.
Κοὐκέτ' ἔσοι ῥεύσῃ τευφερὸν πόμα.

*

Non ceſſabit bellum non
Quæ feciſti ante ſuperbe
Diu taciturna eris & reditus tempus.
Nec tibi jam ſuavis potus fluet

*

Καὶ

incolis *Derbent*, à Taureſio, ſeu Ecbatanis, regia Perſarum, itinere 20. dierum diſtans in Bor. ubi ex Aſia in Scythiam per anguſtias tranſitus eſt. *Tertiam*, Arachoſiæ, *Cabul* hodie, teſte Caſtaldo, regionis metropolis ad Arachotum fluv. à Prophthaſia regia Drangarum 515. mill. paſſ. diſtans in Ort Indiam verſus. long. 117. 00. lat. 32. 30. Aliis eſt *Candahar*, urbs munita Indiæ cis Gangem, ſub dominio magni Mogolis. *Quartæ*, Ariæ, *Hieri* Caſtaldo & aliis (quod nomen eſt etiam ipſi provinciæ) urbs primaria, & regia ad Arium fluv. inter Hecatompylon, regiam Parthiæ ad occ. 565. mill. paſſ. & Bactra, regiam Bactrianæ in ort. 484. m. p. Sunt qui *Burgian* dici velint. long. 111. 30. lat. 38. 50. *Quintæ* Carmaniæ, *Serent*, teſte Caſtaldo, urbs regia, & regionis primaria, inter Armuziam, & Arium. long. 109. 00. lat. 39. 30. *Sextæ*, Ciliciæ, ſeu Syriæ in confinio, urbs Epiſcopalis ad ſinum Iſſicum, *Scanderoon* Turcis, teſte Leunclavio, *Alexandrete* Gallis. Emporium celebre, long. 68. 00. lat. 38. 10. *Septimæ*, *Margianæ*, *Indion* hodie dici putatur in tabb. recentt. urbs præcipua, & emporium earum regionum. *Octavæ*, Staticllorum, Anno 1178. à Mediolanenſibus, Placentinis & Cremonenſibus condita, urbs Liguriæ non obſcura ad Tanarum fluv. illam interfluentem, ampla & permunita, epiſc. ſub archiep. Mediolan. inde 52. m. p. in Auſtro-Libycum, media fere inter Genuam ad ort. & Auguſt. Taurinorum ac occ. Ab Alexandro III. Pontifice epiſcopalis effecta, à quo & nomen habet, cum prius Cæſarea diceretur. Ibi pons lapideus, & longitudinis admirandæ. vulgo *Aleſſandria della Paglia*, ſic per contemptum dicta, à Frider. I. Imper. In Duc. Mediol. long. 30. 30. lat. 43. 54. *Nonæ*, Troadis, quæ & Troas, quod nomen etiam regionis eſt, quæ & Phrygia minor, urbs archiep. ſub arch. Cyziceno. Nunc locus *S. Mariæ* dicitur, ac Turcis *Carafia*, teſte Leunclavio. Plures Alexandrias ſi velit lector, conſulat Curt. libro 7. Plin. 6. 16, 23, & 25. ut & Stephanum. *Hofmannus*.

30 Λέχη

Καὶ σὺ πᾶσαν ὀλεῖ γαῖαν, ἀνθρώπους κακοτέχνους
Αἵματι καὶ νεκύεσσι παρ' ἐκπάγλοισί τε βωμοῖς,
Βαρβαρόφρων, θεναρὸς, πολυδείματος, ἄφρενα λυσσῶν
Παμπληθεὶ ψάμαθόν σὺ ἀπαίξων σὸν ὄλεθρον.
Καὶ τότ' ἔσῃ πόλεων πολύολβος, πολλὰ καμοῦσα.
Κλαύσεται Ἀσὶς ὅλη δ' ὥρων χαρίνων ἀπὸ σεῖο
Στεψαμένη κεφαλὴν ἀχαρῆ, πίπτουσ' ἐπὶ γαίης.
Αὐτὰρ ὃς Περσῶν [30] λάχει, Αἰγύπτου πολεμίξει,
Κτείνας ἄνδρα ἕκαστον, ὅλον βίον ἁλαπάξει.

†
†

Vastabitque tuam terram vir pessimus omnem,
Sanguineque inficiet, diris & cædibus aras,
Barbarus, immanis, rabie demente tremendus,
Ingentesque tuæ structurus stragis acervos.
Tunc eris urbs olim felix, tunc plena laborum,
Plorabitque tuis Asia omnis compta venustis
Turpe caput donis: ad terram prona cadendo
Cui vero Persæ contingent, bella movebit
Ægypto, occisisque viris prædabitur omnem

Καὶ

30 Λάχει &c.] Lege λάχῃ Αἰγύπτῳ πολεμίξει. Ὀρσόπαυλ.

31 Κτεί-

Καὶ [31] Κισσὶς θεόθεν βασιλεὺς πεμφθεὶς ἐπὶ τοῦτον,

Ὡς τρομέειν μοῖραν τελέτλιον ἀνθρώποισι βροτοῖσι.
Αὐτὸς δ' ἐκ δυσμῶν ἐπαΐσσεται ἄλματι κούφῳ,
Σύμπασαν γαῖαν πολιορκῶν, πᾶσαν ἐρημώσας.
Ἀλλ' ὅταν ὕψι ἔχῃ κρατερὸν, καὶ τάρβος ἀνδρῶν,
Ἠξεῖ δ' αὖ μακάρων ἐθέλων πόλιν ἐξαλαπάξαι.
Κἀκεῖνος θεόθεν τεναρὸς βασιλεὺς ἐκπεμφθεὶς,

Victum, & rex Ciſſis miſſus Divinitus illi,
Ut ſic tertia pars maneat mortalibus ægris.
Ipſe ex occaſu ſaltu veloce volabit,
Terram deſolans & vaſtans funditus omnem.
Sed cum terribilis multum diruſque valebit,
Iamque beatorum veniet populetur ut urbem,
Rex quidam fortis miſſus Divinitus illo

Πάντας

31 Τοῖσι πάρεν &c.] Non eſt quod labores de hoc Liſſi rege: verſus eſt partim vitioſus, partim male locatus. Tollentum, ſententia erit perſpicua. Sed ubi reponendus ſit, non petinde liquet. Lubens exterèrem tertium à fine, & hunc inſererem. Idem certe eſt ſenſus utriuſque, ſi modo κισσὶς in κενὸς mutes. Imo audacter illine ejiciendum & huc recipiendum pronuncio ex auctoritate Lactantii lib. 7. cap. 18. *Sibyllæ quoque* (ſcribitis *non aliter fore oſtenduntur, quam ut Dei filius à ſummo patre mittatur; qui & juſtos liberet de manibus imperiorum, & injuſtos cum tyrannis ſævientibus deleat, è quibus una ſe tradidit.*

Ἠξεῖ δ' ἐκ μακάρων ἐθέλων πόλιν ἐξαλαπάξαι.
Καὶ κεῖνος θεόθεν βασιλεὺς πεμφθεὶς ἐπ' ἰθύν,
Πάντας ἀλεῖ βασιλεῖς μεγάλους, δ' φῶτας ὀρίνας.
Εἰσ' ὅτου κρατερὸν ἐπ' ἀφθίτοις αἰθέρα ποιεῖ.

Vides ne alterum ex Lactantiana collatione natum? nam ne te moveat ἐπ' ἰθύν, in vet. Lactantii membrana ſcribitur *ἐπὶ τοῦτον, ad iſtum.* Eadem porro pro κρατερὸν habet κρίσις ἴσην. Atque huc uſque frui licuit beneficio regii codicis, de reliquis nihil amplius exhibentis, ſi octavum librum exceperis, qui in illo eſt primus. *Idem.*

Πάντας ὀλεῖ βασιλεῖς μεγάλους, ἠδ' ἀνδρας ἀρίστους.
Εἰθ' ὕτως τέλος ἔσται ἄφθιτον ἀνθρώποισιν.

Αἰ αἴ σοι κραδίη δειλὴ, τί με ταῦτ' ἐρεθίζεις
Δηλῶσαι, Αἰγύπτου πολυκοιρανίην ἀλεγεινὴν,
Βαῖνε σὺ πρὸς ἀντολίην Περσῶν γλυκερὰς ἀνοίκτους,
Καὶ δήλα [32] τοῖσιε παρὸν τὸ μέλλον πότ' ἔσεσθαι.
[33] Εὐφρήτου ποταμοῦ ῥεῖθρον καταχλυσμὸν ἐποίσει,

Omnes exscindet magnos regesque viroſque.
Sic hominum finis exiſtet deinde perennis.

Heu miſero tibi cor, quid me narrare laceſſis
Ægypti miſerum multo ſub principe fatum?
I, genus ad ſtultum Perſarum ſolis ad ortus,
Iis monſtra quæ ſint præſentia, quæque futura.

Diluvium immittent Euphratis fluminis undæ,

Καὶ

32 Τοῖσι παρὸν &c.] Putat Opſopœus forte legendum eſſe τὸ παρὸν τότε μέλλον ἐσεσθαι.

33 Εὐφρήτου &c.] *Euphrates*, Meſopotamiæ fluvius celeberrimus & maximus. Magnitudinem ejus innuit Callimachus. *Hymn.* 2.

Ἄσκυρις πολυμῆο μίγας ῥόος. ---

Itemque Dionyſius,

Φαίνετ' ἀπειρεσίῃ πολυμῆ ῥόος Εὐφρήτας.

Major ſiquidem eſt Tigride, ſicut refert Strabo libro 2. Εἰ δὲ μείζων ὁ Εὐφράτης ἢ πλείω διέξεισι χώραν σκολιὸς ὢν ἢ εὐθύς. Inde *vagus Euphrates* Strabo *Sylv.* 2. & *flexuoſus* Matt. Capellæ dicitur, De eodem Lucanus libro 3.

Quaque caput rapido tollit cum Tigride magnus
Euphrates, &c.

Sic appellatur in libro Joſ. 1. 4. הַנָּהָר הַגָּדוֹל נְהַר פְּרָת ubi Sept. Ἕως τοῦ ποταμοῦ τοῦ μεγάλου ποταμοῦ Εὐφράτου. Similiter in Apocalypſi 9. 14. Ἐπὶ τῷ ποταμῷ τῷ μεγάλῳ Εὐφράτῃ. Ob fertilitatem eum celebrat M. Tullius *de N. D.* 2. *Meſopotamiam fertilem efficit Euphrates, inquam quotannis quaſi novos agros invehit.* Itemque Lucanus libro 3.

——— *Sparſus in agros*
Fertilis Euphrates, Pharia vice fungitur unda.

Strabo

Καὶ Πέρσας ὀλέσῃ, καὶ [34] Ἰβήρας, καὶ Βαβυλῶνας.

Et Persas perdent, & Iberos, & Babylonas,

[35] Μασ-

Strabo libro 16. Πλημμυρεῖ δὲ ὁ Εὐφράτης κατὰ τὰ ἀρχαῖα ἔτη, καὶ ὑπερβάλλει. Plinius de Euphrate: *Increscit autem & ipse Nili modo statis diebus, paulum differens, ac Mesopotamiam inundat Sole obtinente vicesimam partem Cancri. Minui incipit in Virgine & Leone transgresso. In totum vero remeat in vicesima nona parte Virginis.* Originem nominis sui, quod, postquam Taurum prætergressus est, denuo habet: Vide Cluver. *Introd. Geogr.* haud dubie debet linguæ Arabum, quibus *Pharata* inundare denotat, unde *Iphraten* inundatio, ex quo postea corrupte *Euphraten* suum Græci finxerunt. Alii dictum volunt ab eo quod legitur, Gen. cap. 11. v. 14. הוּא פְרָת *Hu perath*, unde Εὐφράτης. Utrumque verum. Græci enim suo more ludunt, dum καὶ τὸ εὐφραίνειν petunt. Vide Boch. *Phaleg.* 1. cap. 8. pag. 38. & 39. Strabo ex Niphate Armeniæ monte nasci tradit. Si Boëtio credimus,

Tigris & Euphrates uno se fonte resolvunt.

Lucanus libro 3.

——— *Quos non diversis fontibus edit*
Persis, & incertum, tellus si misceat amnes.

Oppian. Κυνηγ. δ.

Αὐτὰρ ἐυῤῥείτεω παρ' ὄχθας Εὐφρήτεω.

Orpheus *in Lithiacis*, Συεπλησίῃ κελαδοντι

Ὕδατι Εὐφρήτεω. ———

Baudrando ortus in Armenia maj. paulo post recipit Harpagum & Arsamietem, dein à Sept. in Mer. tendens, Armeniamque maj. à min. separans, alluit urbes Azirim, Zimaram, Melitenem, & recipit Arsaniam & Melam fluv. postea Syriam & Arabiam à Mesopotamia dividens, & rigatis Samosatha, Zeugmate & aliis innumeris, auctus fluviis, Marsya & Chabora, aliisque infra Seleuciam, prope Cresiphontem, in Tigrim cadit, & cum ipso paulo post in sin. Persicum se exonerat. *Hofmannus.*

34 Ἰβήρας] *Iberia*, reg. Asiæ inter Colchidem ad Occid. & Albaniam ad Ort. Armeniæ maj. ad Merid. contermina, ad Boream montibus Caucasæis definita. Nunc *Gurgistan* incolis, Gall. *Georgie.* Ibi urbes alias celebres, Armotica seu Harmastis, nunc *Cori* & Artanilla, nunc *Bassachiue.* Dividitur ab Albania Caspio monte ad Ort. à Colchide Mosæicis montibus. Sub Principe proprio, sub clientela tamen Regum Pers. Baudr. Populi *Iberes* Strabonis, aliis *Iberi*, *Giorgiani* vulgo: quamvis Giorgiana reg. magnam Armeniæ partem complectitur. V. quoque infra. *Iberia*, primum appellata fuit Hisp. regio Ibero fluv. proxima, an hinc, an ab Ibero R. quam postea, Celtæ Gallorum pop. relictis sedibus suis habitavere, unde compositio ex nomine gentis utriusque vocabulo, *Celtiberi* dicti sunt. Lucan. lib. 4.

——— *Profugique à gente vetusta*
Gallorum Celtæ miscentes nomen Iberis.

Porro Ar. Montanus Iberiam Asiaticam hodie *Georgiam*, in sacris literis sub nomine *Tubal* describit, atque hinc profectos Hispanos, qui Europæ ultimam partem versus Occid. occupant, testatur. Hoc ipsum etiam voluit Josephus. Plinius quoque Varronem secutus Iberes sive Iberos primo loco collocat inter nationes, quæ ante Romanos in Hisp. sedes fixerunt. Sic enim scribit 3. 1. *In universam Hispaniam M. Varro pervenisse Iberos, & Persas, & Phœnices, Celtasque & Panos tradit.* Longe tamen aliter Megasthenes, qui Se-

leuci Nicanoris tempore ferum Chaldaicarum, & Assyriarum historiam condidit, ex qua sic Abydenus apud Eusch. *de Præp. Evang.* lib. 9. cap. 41. Μεγασθένης δὲ φησι Ναβουχεδόσορον Ἡρακλέους ἁλκιμώτερον γεγονότα, ἐπὶ τὰ Λιβύων, καὶ Ἰβηρίαν στρατεῦσαι. Ταύτας δὲ χειρωσάμενον, δοῦλον αὐτῶν εἰς τὰ μάλιστα τῶν ἔθνων κατοικίσαι. Strabo etiam in primo tradit, Iberos Occidentales in loca ultra Pontum, & Colchidem commigrasse. Imo & similiter Dionysius *in Periegesi* scribit:

Τῷ δ' ἐπὶ πουτίοισιν ἰωδὲς ἔθνος Ἰβήρων,
Οἵ ποτε Πυρήνηθεν ἐπ' ἀντολίην ἀφίκοντο.

Sequitur hanc opinionem etiam Socrates, *Hist. Eccl.* 1. 16. Non pauci tamen ab hac sententia recesserunt. Nam Appianus *in Ibericis* tradit, cum aliqui putarunt, Iberos Europæ esse ἀποίκους Iberum Asiæ; alios contra existimasse, eos istorum esse ἀποίκους, fuisse etiam, qui neutros vel progenitores, vel colonos, arbitrarentur. Quomodo Ἴβηρ ratione gentis utriusque erit ὁμώνυμον ἀπὸ τύχης. Atqui si diligentius perpendamus, multo verisimilius videtur, Hispanos esse colonos Iberum in Asia: quam ut contra Hispani per immensa terrarum spatia ultra Colchidem commigrarint. Quod eo minus arridet, quia ab Oriente propagatum est genus humanum. Quanquam vero facilius in animum induxero, Iberes Asiaticos coloniam duxisse in Hispaniam, quam è contra, Hispanos in loca Asiæ Septentrionalia: inprimis tamen eo propendeo, ut putem, neutros alteris originem suæ gentis debere: præsertim quando, ut Appianus ait, ἴδιος οὐδὲν τῷ ὁμοίῳ, ἢ γλώσσα, *Nec moribus ulla ex parte, nec lingua conveniunt.* Iberiæ Europææ meminit, Claudianus ad Serenam:

Sola novam Latiis vectigal Iberia rebus
Contulit.

Iberiæ vero Asiaticæ, Virgilius *Georg.* libro 3.

Aut impacatos à tergo horrebis Iberos.

De nomine sic Bochartus, Iberiæ vox, inquit, (id est, Hispaniæ) ex Phœnicum lingua petenda est. Nam Caucaseos Iberos in Hisp. venisse, & regioni dedisse nomen meræ nugæ sunt. Quid igitur? Ebræis עבר *eber*, Chaldæis עברא *ebra*, vel *ibra* est *transitus*, & quicquid est ulterius. Inde plurale *ebrin*, vel *ibrin*, *termnos*, & *fines* significat. In Evangelio Syro, & in versione Syra Psalmorum passim usurpatur hæc vox, ubi Græca habent πέρατα τῆς γῆς, אפסי ארץ *Aphse eretz*, id est, *fines terræ*. Merito igitur *Iberi* dicti, qui ex Phœnicum sententia terrarum fines ultimos habitarunt, Hispani nempe, quorum urbem Calpen Tyrii putaverunt, esse πέρατα τῆς οἰκουμένης, ut in Strabone habetur. Tale est quod Gaditanum templum Posidonius scribit esse ἐσχατιὰν γῆς Φοινίκης πέρας. Et quod in Homero Proteus Menelaum ita compellat:

Ἀλλά σ' ἐς Ἠλύσιον πεδίον, καὶ πείρατα γαίης
Ἀθανάτοι πέμψουσι. - - - -

Id est, in Hispaniam, ut interpretatur Strabo. Eodem sensu apud Dionysium πόλεμοι, id est, *remotissimi* dicuntur:

Οἵπερ δὴ πολέμων μετανίσσεται ἔθνος Ἰβήρων.

Ita legendum, non τερπόμενοι, ut vulgo legitur. Unde Claud. libro 3. *Paneg. de Stilic.* ait:

In extremos aciem mittebat Iberos.

Notandum hic, Galliam olim etiam *Iberiam* nominatam, ut constat ex Strabone libro 3. ubi antiquitus Iberiam ait dictam, quicquid foret inter Pyrenæos montes & fluv. Rhodanum, ut verisimile etiam sit eam veteribus extensam usque ad Rhenum, eamque credo causam esse, cur Nonno libro 23. *Dionys.* dicatur Ῥῆνος Ἴβηρ *Rhenus Iberus*. Sed quanto aliter Goropius Becanus senserit lib. *Hispanicorum* 2. ubi suspicatur Ἴβηρ Germanicam esse vocem, quia Germanis *Iver* idem sit ac *Zelotypia*, quomodo Rhenus in vet. epigram. Ζηλήμων vocatur. Sed ejus sententiæ eo minus ratio habenda est, quia apud veteres omnes

35 Μασσαγέτας τε Φιλοπτόλεμους, τόξοισί τε πάντας.

Ἀσσὶς ὅλη πυρίφλεκτ' ἔως νήσων ἁλαγήσῃ.

Massagetasque armis claros, atque arcubus omnes.
Tota Asia igne ardens æquor stillabit aduſque:

36 Πέρ-

omner de hoc Rheni cognomine ſilentium ſit, nec Nonnus homo Ægyptiacus ſciverit Germanice, Voſſius. *Iberia* tota ad Chriſtum converſa eſt ſec. 4. mulierculæ captivæ opera, quæ cum invocatione nominis Domini Jeſu Reginam à graviſſimo morbo liberaſſet, hæc fide ſuſcepta maritum Regem quoque convertit; ſicque utcunque ritus Chriſtianos à fœmina edocti, *Rex viris, Regina mulieribus*, Chriſtum prædicarunt, donec iis à Conſtantino Magno Epiſcopi ſummiſſi ſunt. libro 1. cap. 10. Socr. libro 1. cap. 6. &c. *Idem.*

35 Μασσαγέτας τε &c.] *Maſſagetæ*, pop. Sarmatiæ Europæ juxta Euxinum mare, qui *Alani*, quaſi graves Getæ, *Maſſa* enim apud Scythas *grave* ſignificat, teſte Iſidoro. Ultra mare Caſpium, Orientem verſus, trans Araxem eos ponit Dionyſius verſ. 739.

Τοὺς δὲ μετ' ἀγχιάλοιο δι', πέρην χιλάδοντος Ἀράξεω
Μασσαγέται ναίουσι, θοὸν ῥυτῆρες ἵππων
Ἀνέρες, οἷς μήτ' αὐτὸς ἰὼν, μήθ' ὅστις ἐπαύρῃ
Ἔμπλακίας· μάλα γάρ τε κραιπνοτάτοισιν ἄεθλοι.
Οὐ γὰρ σφιν σίτοιο μελόφρων ἐστὶν ἀλωή,
Οὐδὲ μὲν οὐδ' οἶνος μεθυσφόρος, ἀλλὰ γάλα πῖνον
Ἵππειον μίσγοντες λευκὸν γάλα, δαῖτα πάσσιτον.

Salluſtius *de Diis, & mundo.* Μασσαγέται μὲν τὸν ἥλιον ἵππον. Statius *in Achilleide*:

Lactea Maſſagetæ veluti qui pocula fuſcant
Puniceo. ——— ———

Lucanus libro 3.

Longaque Sarmatici ſolvens jejunia belli
Maſſagetes qui fugit equo. ———

Claudianus:

Maſſagetæque truces, duro gens aſpera bello.

Idem:

Eſt qui cornipedes in pocula vulnerat audax
Maſſagetes. ——— ———

Uxores habent communes, cum quibus in publico coire non verentur. Sub tentoriis habitantes, nulla templa habent, Solem præcipue venerantur, cui & equum immolant, cæteros habent neglectui. Sævi & crudeles, hoſtes propinquoſque defunctos devoratunt, Strab. libr. 11. Ptolem. Herodot. *Alani* Ammiano & Gregorio. *Abaſgos* eſſe putat Joh. Tzetza, poſtea *Argos* vocatos dicit Iſacius Tzetza. Thevetus eos *Abiſadal* vocat. Baudrando erant populi Scythiæ, intra Imaum, inter Jaxartas & Alano-Scythas, ubi nunc pars Auſtr. Tartariæ deſertæ, verſus Zagatajam. *Idem.*

36 Πέργαμος ἡ τὸ πάλαι σεμνὴ βοτρυοδὸν ὀλεῖται.
37 Καὶ Πιτάνη πανέρημος ἐναὐθρώποισι φανεῖται.
38 Λέσβος ὅλη δύσεα βαδὺν εἰς βυθὸν, ὥστ' ἀπολεῖται.

Pergamus insignis quondam, succisa peribit.
Desertamque homines Pitanem, vastamque videbunt.
Lesbos tota petet fundum, penitusque peribit.

Σμύρ-

36 Περγάμ@-] *Pergamus*, arx summa urbis Trojanæ, Hesychius. Πέργαμος, ἡ ἀκρόπολις Ἰλίου. *Pergamus*, urbs Troadis, seu Mysiæ mediter. ad Caicum fl. diu sub Attalicis regibus fortunata, caput exigui regni, quod ab. circiter 470. U. C. sub Philætero, Lysimachi Thraciæ R. Thesaurii præfecto, inchoatum, succedente ipsi nepote Eumene, transiit ad Attalum 1. regem, qui regnavit Ann. 44. Ei Eumenes 2. successit, per an. 42. Hunc Attalus 2. frater excepit, per an. 41. velut tutor Attali 3. qui impubis defunctus; an. 621. U. C. pop. R. hæredem instituit. Sic postea Romanorum provincia fuit, expugnata à Musomo Saracenorum Præfecto, cùm cives crudeli facto se ad defensionem obstrinxissent, ann. C. 718. Apud hanc chartæ usus inventus est, quæ nunc quoque vulgo *Pergamena* dicitur; ab Attalo; ut Ælianus; vel ab Eumene, ut Plinius ait, condita, & Galeni patria. Fuit olim Episc. sub Arch. Ephesino, dein Metropolit. In hac urbe Æsculapium medicinam exercuisse, ibique officinam habuisse Lucianus in Jatromenippo tradit. Martialis 9. 17.

Consilium formæ speculum, dulcesque capillos
Pergameo posuit dona sacrata Deo.

Erat Pergami pavimentum, opus Zenodoti præclarum, Vitruv. Hic Carpus, Paphylus & Agathonica passi, an. 170. Eusebius, lib. 5. cap. 2, & 3. Hodie *Pergamo*, teste Sophiano. Strab. lib. 13. Plin. lib. 5. cap. 30. lib. 13. cap. 11. Justin. lib. 27. Polyb. lib. 5. Pancirolus *de mirab.* P. 2. tit. 13. *Idem.*

37 Καὶ Πιτάνη] *Pitane*, urbs Æolidis in Asia, non procul à Caici fluv. ostio, duobus insignis portubus, cujus incolæ *Pitanei* & *Pitanitæ* nominantur. Baudrando Urbs Mysiæ maj. versus oram maris Ægæi, 68. m. p. circiter ab Æolide. Fama est apud Pitanam lateres inventos esse, qui super aquas innatarent, quod & de aliis locis traditum est, ut Massiæ in Bætica, Plin. Ovid. Met. 7.

Æoliam Pitanen [illegible] parte reliquit.

Item *Pitane* op. Laconicæ mediter. ad Eurotam flu. & op. Macedoniæ maritt. in ora orientali. Pitane urbs à Pelasgis capta, illis servire coacta fuit, donec ab Erythræis liberata, in pristinam libertatem vindicata est. Hinc adagium: *Pitane jam*, de iis, qui redacti ad extremam calamitatem, rursus ad priorem fortunam restituti sunt, apud Zenodotum. Troadis quoque oppidum. Item fluv. Laconicæ. Plin. Strab. Ptolom. &c. *Idem.*

38 Λέσβ@- &c.] *Lesbos*, insula maris Ægæi, ante Adium promont. Troadis

Lesbia

Σμύρνα κ' κρημνῶν εἰλισσομένη καλαλαύσει,

Smyrnaque per præceps prolabens flebit: & olim

H ϙ

Lesbia Plauto *in Mercatore*, *Metelin* hodie. Olim universa Troadis imperium obtinuit. Ambitus ejus stadiorum 1000. supra 1000. à Borea in Austrum protensa, quingenta sexaginta stadia longitudinis habens; feraci agro, & multa materia ad classes conficiendas idonea. Baudrando versus oram Troadis est & Mysiæ maj. 12. mill. ab Asso prom. in Austrum. *Metelino* Italis, ab urbe ejus prim. Mitylene alias dicta, in parte Or. Circuitus est 130. mill. circiter. ex Thoma Porcaccio, 50. mill. à Chio in Septentr. 80. à Lemno in Austrum, 150. circiter à Delo in Bor. Portus habet duos capacissimos *Geremia & Calonni*. Venetis erepta est à Mahum. II. Huic insula ortum suum debent Pittacus, unus ex septem Græciæ sapientibus; Alcæus poëta & Antimenides ejus frater, vir ad arma tractanda natus: Hic quoque nati sunt Theophrastus & Fania, Philosophi Peripatetici, amici intimi Aristotelis: Musicus quoque Arion & Terpander cum Sappho fœmina. Metel. Huc relegata à Nicephoro Patritio Irene est, an. C. 800. ubi mœrore contabuit. Sic dicta à primaria urbe, Archiep. quæ & in ea potentissima fuit, sive à *Lesbo* Japeti filio, qui in eam insulam navigavit. Ut autem eruatur Lesbi etymon, sciendum est, veteres meminisse septem majorum insularum in mari mediterraneo. In quarum dimensione, quamvis parum sibi constent, tamen in eo conveniunt, quod Lesbon semper censent septimo loco, Scylax scilicet, Alexius Comicus apud Eustathium, Author *libri de Mundo* cap. 3. ubi de majoribus insulis, Apulejus, Timæus, *apud Strabonem* libro 14. Diod. Sic. libro 5. Inde suspicatur Bochartus, Lesbum insulam *Esbuith* & contracte *Esbu*, i. e. *septima*, dictam esse à Phœnicibus, voce deflexa ex Ebræa שביעית *hassebiith*. Ex quo factum, ut præfixo Lamed להשבוין *Lesbus* diceretur urbs insulæ metropolis, i. e. *ad septimam*, supple *insulam*. Qua nominum forma nihil frequentius apud Pœnos, sic *Ad septem aras*, *Ad septem fratres*, &c.

Λέσβος ἀμυχίοπος. - - -

Dionys. vers. 537. Hinc *Lesbius*, ut *Lesbia vina*, Horat. *Epod.* 9. Item *Lesbous*, ut *Lesbōum barbiton*, apud eundem, *Carm.* 1. 1. A Lesbiis ortum est adagium apud Arist. libro 5. *Moral.* quod est *Lesbia regula*, cum ratio ad factum, non factum ad rationem, vel lex ad mores, non mores ad legem accommodantur. Lesbii inter alias turpitudinis notas, hanc contraxerunt, quod sellationis, & irrumationis primi authores feruntur; unde Græce Λεσβιάζειν apud Aristoph. pro *pollucre*. Divinandi tamen arte pollebant: quapropter apud Plut. hoc adagium legitur *Lesbius Prylis*, nam Prylis Mercurii fil. fuisse traditur divinandi peritissimus. Lesbii etiam cantores celebres fuisse dicuntur, qui accersiti Lacedæmonem, cives tumultuantes suavitate cantus ad concordiam revocabant: Unde ortum proverbium apud Suidam, & Zenod. *Post Lesbium cantorem*, cum aliquem non primas, sed secundas tenere debere significamus. Soli fertilitate, & vini generositate inter alia præstans insula, nec non puellarum formositate. *Idem*.

Ἡ τὸ πάλαι σεμνὴ καὶ ἐπώνυμος ἐξαπολεῖται.
Βιθυνοὶ κλαύσουσιν ἐλὼ χθόνα τεφρωθεῖσαν,
Καὶ Συρίης μεγάλης καὶ Φοινίκης πολύφυλον.
Αἰαῖ σοι Λυκίη, ὅσα σοι κακὰ μηχανάται

Quæ fuit insignis fama, celebrisque, peribit.
Bithynii patriæ flebunt incendia terræ,
Et Syriæ magnæ, Phœnicesque arbore crebræ.
Eheu te Lyciam, tibi quot molitur acerba

Παν-

39 Βιθυνοὶ] *Bithynia*, Asiæ min. reg. ad Pontum sita, Thraciæ adversa, Troadi proxima, Solino, Servio, & Mar Nicæa, ubi duo Concilia Oecumenica, & Chalcedone, ubi simile Concil. celebris. Capellæ primum *Bebrycia*, postea *Mygdonia*, dein à *Bithyno* rege dicta est *Bithynia*. Sunt qui scribunt *Thynos* populos transisse ex Europa, & hanc regionem occupasse, à quibus *Bithyni* dicuntur. Claud. 2. *in Eutrop.*

Thyni Thraces erant, quæ nunc Bithynia fertur.

Vastata est mirum in modum à Cosacis, anno Christi 1616. Bithyniæ incolas *Halizonas* vocat Suidas, itemque Herodotus, qui ait, eos primum *Strymonios* dictos. Hodie *Besçangia* vocatur, teste Castaldo; aliis *Burfia*, Turcis *Osmanli*, uti docet Leunclavius. A situ, non à conditore dicitur, teste Bochartο בטן *beten* Ebræis est *venter*, & Arabice באטן *batin interius* sonat: Bithynos enim interiora occupasse veteres docent. Plinius 6. 32. *Tenent oram omnem Thyni, interiora Bithyni.* Et ante illum Pomponius Mela lib. 1. cap. 19. *Interius Bithyni sunt & Mariandyni.* Laudes ejus decantat vetus Geographus à Jac. Gothofredo editus, Μεθ' Ἑλλήσποντόν ἐστιν διείκουσα γωνιοειδὲς Βιθυνία, ἡ μεγίστη καὶ βελτίστη, ἣ ὅπως πάντα πρὸς τὸν πλοῦν. Libanius extremo *Basilici*, Λοιπὸν δὲ τὰ Βιθυνῶν ἴθι καὶ τοῖς ὀπὸν ἐπιθυμοῦσι λαβεῖν. Vide Steph. *Manilio libro* 4. *Bithynia dives* vocatur. Hinc Horatius 1. Ep. 6.

Ne Cybiratica, ne Bithyna negotia perdas.

Et Carm. 3. Od. 7.

Thyna merce beatum.

Idem libro 1. Od. 35.

Quicunque Bithyna lacessit
Carpathium pelagus carina.

Juvenalis primam syllabam corripuit,

Quanquam & Cappadoces faciem, equitesque Bithyni.

Dionysius post *Mariandynos* collocat. vers. 793.

Ἄγχι δὲ Βιθυνὶς λιπαρὴν χθόνα ναιετάουσι. *Idem.*

40 Λυκίη] *Lycia*, reg. min. Asiæ inter Pamphyliam, & Cariam: *Milias* alias, & *Ogygia* Steph. qui incolas *Tremiles* dictos scribit. Unde *Trimilis* reg. apud Liberalem. Aliis *Mylias* fuit ejus pars Bor. olim (si poetarum fabulis credimus) Chimæræ monstri ignibus infestata. Cujus fabulæ

41 Πάντες ἐπ' αὐτὸ μῖτυς ὀπιθὰς χώρης ἀνεγεινῆς,
Ὡς κλαῦσαι σεισμῷ τε καχῷ, καὶ νάμασι πικρῇς,
42 Τὴν Λυκίης ἄμυρσιν, καὶ τὴν μυρίπνευν ποτὲ χέρσον.
Ἔσαν καὶ Φρυγίη δεινὸς χόλος εἵνεκα λύπης,
Ἧς χάριν ἦλθε 43 Ῥέη, καὶ ἐμπεδέμεινε.

Omnibus in miseram terram vadentibus ultro,
Ut fleat ob motum tristem, latices & amaros
Expers unguenti Lycia, id quod oleverat olim.
Et Phrygiam gravis ira manet, conflante dolore,
Propter quem Jovis ivit eo Rhea, mansit & illic.

44 Πόν-

fabulæ occasionem præbuit Chimæra ejus reg. mons crebro ignem eructans. Dicta est autem Lycia, à *Lyco* Pandionis filio. Urbem habet Pataram, Apollinis oraculo celebratam. Unde *Patareus Apollo*, apud Horatium. Et *Lyciæ sortes* apud Virg. *lib.* 4. Æn. id est, sortes Apollinis, qui in Lycia apud Pataram responsa edebat. Terminatur à Mer. mari Mediterr. seu Lycio, à Sept. Phrygia, ab Ortu Pamphylia, ab Occ. Caria. Nunc *Aidinelli*, sub Turcis, à 3. seculis. Estque pars Caramaniæ late sumtæ. V. Strab. Plin. Isidor. Castald. Cluverium, &c. Pop. *Lycii*, qui in luctu, ut citius stolidum deponerent mœrorem, muliebres vestes induisse legumtur. Eosdem *Termilas* vocatos etiam Herodotus scribit. Erant autem arte sagittandi celeberrimi. Virg. *Æneid.* 8.

Ille mihi insignem pharetram, Lyciasque sagittas
Discedens dederat.

Et *libr.* 7.

Lyciam ut gerat ipse pharetram.

Stat. *Theb.* 6.

Cætera plebs Lyciis gaudet contenta sagittis.

Silius *lib.* 8.

Lycios arcus.

Item reg. parva Troadis, juxta Idam montem, ubi Apollo natus traditur, teste Strabone ex Homero. *Idem.*

41 Πάντες, &c.] Feliciter hoc carmen emendavit Guil. Canterus Nott. lect. l. 5. cap. 17. legendo πάντ' ἐπ' αὐτὸ μῖτυς ὀπιθὰς χώρης ἀνεγεινῆς.

42 Τὴν Λυκίης, &c.] Id est, tota Lycia terræ motu & diluvio vastabitur, tam ea quæ floribus & unguentis odoratis abundat, quam quæ hisce caret. Nam ex Lyciæ parte præsertim montana ob nareissi & croci excellentiam unguenta exportabantur, de qua etiam supra. *Idem.*

43 Ῥέη, &c.] *Rhea*, Cœli & Terræ filia, Hesiod. ubi de Terræ filiis:

Οὐρανῷ ἐν παρέτεκε, τὸν Ὠκεανὸν βαθυδίνην,
Κοῖόν τε Κρεῖόν θ' Ὑπερίονά τ' Ἰαπετόν τε,
Θεῖάν τε Ῥείην τε, Θέμιν τε Μνημοσύνην τε.

44 Πόντος ὀλῇ, Ταύρων θ' ἑλεὴ, ἠ βάρβαρον ἔθνος

Barbara gens ab eo Pontus, Taurique peribunt,

45 Καὶ

At Orpheus *in Hymnis* Rheam primam omnium à Deo factam fuisse, inquit, quem *Protogonum* appellant:

Πότνια Ῥέα θύραπις πολυμήδεα Πρωτογόνοιο.

Quæ cùm fuisset postea Saturni uxor credita, de illa scripsit idem Orpheus:

Παῦλαν ἀγλαόμοιρε, Κρόνου σύνευνε μέναιρα.

Hanc ipsam Jovis fuisse matrem testatur Callimachus:

Ἐν δὲ σι Παῤῥασίῃ Ῥείη τέκε, τῇ μάλιστα Ἔσκεν ὄρος θαίοισι πελέσκετο.

Hujus sacrificia fiebant die nono Lunæ, ut innuit Nicander *in Alexipharmacis*, magna cum vociferatione:

Ἠ ἅ τι κερσοφόρῳ ζάκορος βωμίσσια Ῥείης
Εἰλιόδι λειοφόρτοισι σὺν ἐλμίνθεσσι καλιδρις,
Μακρὸν ἐπιμύσσας γλώσσῃ θρόον· εἰ δὲ τρίτοιο
Ἴδοιης ἐγγὺς ἰὼν, ὀτ' ἐπιστέψωσι γλαγμοί.

Quod autem Rhea Terra sit, vel vis Terræ, quæ ad generationem rerum pertransit, testatur Apollonius *Argon.* 1.

- - - - Ἐνθεν ἰὼν αἶψ'
Ῥέμβῳ κῆ τυπέντι Ῥείῃ Φρύγας ἰλάσκοντας,
Ἠ ἅ πῃ ἐκγάσσωσι ἐπὶ Φρίξου θηλαμονάδες
Λυκάβαι δούμους· τὰ δ' ἐσιόντα σήματ' ἴχνια,
Ἀστρομάτη φάτο γαῖα τετεύχατο δ' ἀθρὰ πέλοιο,
Θῆκεν δ' αἰόλους ἐς κρῆδ ξυλίχους τε λεπάστης
Οὐδῶν ταίνεντες ἐπήλυθον.

Alio nomine *Ops*, *Mater Deûm*, & *Magna Mater*, & *Cybele* dicta. Item *Dea Phrygia*, *Juno*, *Berecynthia*, *Dindymene*, & *Pessinuntia*. Dictam volunt *Rheam* ἀπὸ τοῦ ῥεῖν, quod *affluat* rebus omnibus terra. Vel potius *Rhea* est à verbo Ebræo רעה *Raha*, pavit, & in 2. Conjugatione *Reha*, id est, *associavit sibi commensalem*. Vide Nat. Com. *lib.* 9. *cap.* 5. & Fungerum in *Rhea*. Hofman.

44 Πόντος, &c.] *Pontus*, reg. Asiæ min. à *Ponto* rege sic dicta, ab Occid. Haly fluv. ab Oriente Colchide clausa: à Meridie minori Armenia, à Sept. mari Euxino terminata, Strabo. Ptolemæus vero *lib.* 5. paulo aliter: *Pontus*, inquit, *ab occasu ore Ponti, & Thracio & Bosphoro: à Meridie regione, quæ propriè Asia dicitur: à Sept. parte maris Euxini terminatur*. Est autem hæc reg. in qua floruit Gamba Episcop. An. Chr. 175. & Ecclesia insigniter, sub Diocletiano, cum aliis, pressa fuit, venenorum in primis ferax, unde & fabulæ de Medeæ veneficiis locum videtur arripuisse. Virgil. *Ecl.* 8.

Has herbas, atque hæc Ponto mihi lecta venena,
Ipse dedit Moeris; nascuntur plurima Ponto.

Veneni quoque Pontici, & herbarum Ovidius quoque meminit. Seneca *in Herc. Oet.*

Quas Pontus herbas generat aut quas Thessala
Sub rupe Pindus. ——

Virgilius *Georg.* 1.

——— *Virosaque Pontus*
Castorea. ———

Hinc *Pontica*. Ovid. *de Nuce*:

Sic ubi detracta est a te tibi causa periclo,
Quod superest tutum, Pontice Castor habes. Idem.

45 Καὶ

Καὶ [45] Λαπίθας δ' ἀπεδον κῆ γλεῦ [46] ἐναρήξει.
[47] Θεσσαλίδων χώρων ἀπολεῖ ποταμὸν βαθυδίνην,

Et Lapithas ad humum prostratos dispoliabit.
Thessalicos fines undosum flumen & altum,

[48] Πη-

45 Λαπίθας] *Lapithæ*, populi Thessaliæ, Pindum & Othryn montes incolentes, Pirithoi olim imperio parentes, arrogantes, unde in Prov. Hi primi omnium frænos, & strata equorum creduntur inveniſſe. Virg. *Georg.* 3.

Fræna Pelethronii Lapithæ, gyrosque dedere
Impositi dorso.

A Lapitha Apollinis & Stilbes nymphæ filio sic dicti *Sylvestres* Ovidio *lib.* 2. *amor. eleg.* 12. Hinc adjectiv. *Lapithonius*: Statius *Theb. libr.* 7.

Confudere modos: puerum Lapithonia Nympha. Idem.

46 Ἐναρήξει] Scribe ἐναλήξει ab ἐναλίζω, *interimo*, *dispolio*. Opsopœus.

47 Θεσσαλίδων, &c.] *Thessalia*, reg. & pars ampla Macedoniæ apud Ptol. Achaiæ, seu Helladi ad Merid. & Epiro ad Occ. confinis; ad sinum Pelasgicum & Maliacum: licet apud Plinium ac Melam & Solinum sit regio à Macedonia distincta, inter illam ad Arctos, & Bœotiam ad Austrum, montibus Olympo, Ossa, Pelio ad Bor. Othry, & Œta ad Merid. Pindoque ad Occ. cingentibus. Antiquitus sub Regibus propriis, dein Macedones Dominos habuit, his Romani, Romanis Græci, à quorum Imp. Hentico, Bonifacius Marchio, Thessaliæ R. creatus est, An. Ch. 1210. succeſſere, donec sub Turcarum, quorum Imperator Amurathes, jam Ann. Ch. 1380. multa in Macedonia & Thessalia occupavit, jugum redacta est. V. infra. Varia nomina habuit apud veteres. *Æmonia* enim teste Halicarnass. *Dryopis*, teste Plinio, *Hestiæotis*, teste Strabon. *Estiotis*, Ptol. *Pelasgia*, teste Steph. *Argos Pelasgicum* Homero, teste Strabone, & Solino, dicta est. Varie quoque vulgo nominatur. *Comenolitari* Castaldo. *Thumenessia* Anton. Geufrao; *Lamina* Lazio. In 4. reg. distribuitur à Strab. in *Thessaliotim*, *Pythiotidem*, *Pelasgiotim*, & *Hestiotim*. Hic genitus Rex, nomine *Græcus*, à quo *Græcia*; Hic Hellen, à quo Hellenes: quos Homerus Myrmidonas quoque & Achæos vocavit: donec *Thessalæ* nomen invaluit. Ibidem primum equi domari cœperunt. Vide Pausan. *initio Phocicorum sive lib.* 10. Unde versiculus:

Ἵππει Θεσσαλικοὶ, Λακεδαιμόνιοί τε γυναῖκες.

Fuit & *Thessalia* op. illius reg. olim, teste Solino præcipuum. Pop. *Thessali*, Gic. Cæs. & al. In Thessalia diluvium sub Deucalione contigit, stagnante Peneo fl. Unde Claud. *lib.* 2. *de Raptu Pros.*

Sic cum Thessaliam scopulis inclusa teneret
Peneo stagnante palus, & mersa negaret
Arva coli, trifida Neptunus cuspide montes
Impulit adversos: tum forti saucius ictu
Dissiluit gelido vertex Ossæus Olympo.

Cæterum ora Thessaliæ inter Penei fluv. ostia ad Bor. & Thermopylas ad Austr. continetur. Incolæ edaces fuisse perhibentur, quod *Thessala bucca* sit in proverbio, apud Athenæum & Jul. Pollucem: sicut & *Thessalicum nummisma*, apud Suidam

[48] Πηνειὸς βαθύρους, [49] μορφὰς ἥρωϊν ἀπὸ γαίης.

Peneus perdet, avens homines avellere terræ,

Hpi-

dam & Hesychium pro pecunia adulterina, sive pro fuco & fraude. *Thessalæ equæ*, pro præstantissimis. *Thessalorum* quoque *commentum* apud Suidam in eos, qui fraude alios circumvehunt, dicitur, & *Thessalicus missus*, apud Paus. *in Atticis*, de lauta mensa. Thessali maleficiis addicti fuisse, à Medea superstitiones & veneficia edocti, traduntur: unde apud Aristoph. Apul. & Plin. 30. 1. magiam apud Thessalos propagatam apparet. Testantur id passim Poetæ. Plautus *in Amphitryone*,

Ego pol illum ulciscar hodie Thessalum veneficum.

Horatius *in Odis*:

Quæ saga, quis te solvere Thessalis
Magus venenis, &c.

Idem *in Epodis*:

Quæ sidera excantata voce Thessala
Lunamque cœlo deripit.

Idem *Ep. lib.* 2.

Somnia, terrores magicos, miracula, sagas,
Nocturnos Lemures, portentaque Thessala rides.

Tibullus 2. 4.

Quicquid & herbarum Thessala terra gerit.

Loquitur de venenatis. Unde Propertius 1. 5.

Et bibere è tota toxica Thessalia.

Idem 3. 24.

Quod mihi non patrii poterant avertere amici.
Eluere aut vasto Thessala saga mari.

Lucanus *lib.* 5.

Thessala quin etiam tellus herbasque nocentes
Ruribus ingenuit.

Claudianus *in Ruf. lib.* 1.

— Novi quo Thessala cantu
Eripiat Lunare jubar. —

Baudrando fuit hæc regio à Macedonia propr. distincta divisaque in V. partes, nempe in Thessaliotim, Phthiotidem, Pelasgiotim, Æsthiotim & Magnesiam. Ejus urbs præc. Larissa, aliæ minores fuere Tricca, Demetrias, Pharsalus, Thebæ Phthioticæ, Pheræ & Gomphi, V. infra. Nunc *Janna* maxima pro parte dicitur, Brietio teste. *Hofman.*

48 Πηνειὸς] *Peneus*, fluv. Thessaliæ inter Ossam & Olympum decurrens, collibus dextra lævaque molliter curvis. Ex Pindo monte oritur & per Tempe in sinum Pegasicum influit. Ovid. *Met.* 1.

Est nemus Hæmoniæ, prærupta quod undique claudit
Silva: vocant Tempe, per quæ Peneus ab imo
Effusus Pindo spumosis volvitur undis:
Dejectuque gravi tenues agitantia fumos
Nubila conducit, summasque adspergine silvas
Impluit, & sonitu plusquam vicina fatigat.

Catullus:

Quale ferunt Graji Pencum propter amœnum.

Torrens dicitur Senecæ,

Nova concurrit Thessalus torrens via.

Ἀεγροδίνης Homero,

Οὐδ' ὅγε Πηνειῷ συμβλήσεται ἀργυροδίνῃ.

Hujus fluvii ripa Daphne in laurum fingitur commutata. Unde *Peneia Daphne* apud Ovidium; & *Peneia laurus* apud Val. Flaccum. Hodie *Salampria* Sophiano; *Pezin* vero Theveto dicitur. Recipit fluvios Jon, Pamissum, Phœnicem, Curalium & Apidanum; dein Larissam rigans, 40. m. pass. infra ad Ort. inter Olympum

&

Ηριδανὸς φάσκων ἠρῶν μορφὰς τότε γίγνεσθαι.
Ἑλλάδα τλὴν τειρᾶλαιναν ἀννήξεσι ποιηταὶ,
Ἡνίκ' ἀπ' Ἰταλίης ἰσθμὸν πλήξειε τένοντα,
Τῆς μεγάλης Ῥώμης βασιλεὺς μέγας, ἰσόθεος φῶς,
Ὅν (φασιν) αὐτὸς Ζεὺς τέκεν, ⁵⁰ ἠδ' ἐπότνια Ἡρη,
Ὅς ἧς παμμήστωρ φθόγγῳ μελιηδέας ὕμνους
Θεατρήκοπων, ἅπολλ' πολλὸς σὺν μητρὶ τᾶλαίνῃ.
Φεύξεται ἐκ Βαβυλῶνος ἄναξ φοβερὸς καὶ ἀναιδής:
Ὃν πάντες συγέσι βεβροὶ, καὶ πάντες ἄεικοι.
Ὤλεσε γὰρ πολλὸς, καὶ γαστέρι χεῖρας ἔθηκεν.

Eridanus formas dicens generare ferarum.
Græcos vexabunt miseros bis terque poëtæ,
Quando ex Italia processum ruperit isthmi
Magnæ rex magnus Romæ, similisque Deo vir,
Juppiter (ut perhibent) quem de Junone creavit,
Mellea qui dulci modulamine carmina fundens
Per cœtus, perdet multos, miseramque parentem.
Aufugiet Babylone malus rex, horribilisque,
Quem male mortales omnes odere, bonique,
Cum tot ob occisos, tum cæsa matre scelestum,

Eis

& Ossam, prope Thessalica Tempe in sinum Thermaicum se exonerat. *Idem*

49 Μορφὰς] Forte μίμησιν legendum esse putat Opsopœus.

50 Ἠδὲ πότνια] Lego ἠδ' ἡ πότνια. Describit hic sceleratam vitam Neronis: quam ex historicis petere licet. *Idem.*

Εἰς ἀλόχους ἥμαρτε, καὶ ἐκ [51] μιαρῶν ἐτέτυκτο.
Ἥξει δ' εἰς Μήδων καὶ Περσῶν πρὸς βασιλῆας,
Πρώτους οὓς ἐπόθησε, καὶ ῥίζ' ἐκλέψ' ἐγκατέθηκε,
Φωλεύων μὴ τῷδε κακῶν εἰς ἔθνος ἀνδρῶν.
[52] Εἰς ναὸν θεότευκτον ἔλεν καὶ ἔφλεξε πολίτας,
Λαοὺς εἰσανιόντας, ὅσους ὕμνησε δικαίως.
Τοῦτο γὰρ φανέντος, ἡ κτίσις ἐξελύσχθη,
[53] Καὶ βασιλεῖς ὤλοντο, καὶ ἐν τοῖσιν μένει ἀρχή·
Εἰς δ' ὄλεζαν μεγάλῳ τε πόλιν, λαόν τε δίκαιον.

Conjugibusque parum fidum, praviſque creatum.
Et Medos autem reges, Perſas & adibit,
Quos primos cupiit, decus & quis conciliavit,
Inviſæ genti mala commentando per illos.
Suſtulit & templum Divinitus ædificatum,
Et cives igni miſeros combuſſit, eoque
Scandentes populos, quos juſte concelebravit.
Hoc etenim tremuit rerum natura creato,
Et reges periere, poteſtas manſit in illis.

Αλλ'

51 Μιαρῶν] Male ante μικρῶν recte μιαρῶν. Domitius namque pater Neronis ajebat impoſſibile virum bonum ex ſe & Meſſalina adeo flagitioſis procreari poſſe, teſte Dione. *Idem.*

52 Εἰς ναὸν &c.] Hæc omnia quæ narrat heic Sibyllista de Nerone non ſunt ante prædicta, ſed tota quanta ex hiſtoriis petita: alioqui prophetarum varietatem ſuperaret hæc ſpeudo-Sibylla. *Galiæus.* Templum Divinitus ædificatum ſuſtulit Nero in Paulo & Petro, cæteriſque martyribus: nolo enim de Apollinis templo ab eodem deſtructo interpretari. *Opſopœus.*

53 Καὶ βασιλεῖς &c.] Intelligit Cottium & Polemonem reges, quorum altero defuncto, altero concedente, Pontus & Alpes Cottiæ Neronis imperio acceſſerunt. *Idem.*

54 Αὖ-

Αλλ' ὅταν ἐκ τελεάρου ἔτεος λάμψῃ μέγας ἀστὴρ,
Ος πᾶσαν γαῖαν καθελεῖ μόνῳ εἵνεκα τιμῆς,
Αὐτοὶ πρῶτον ἔθηκαν τ' ἐναλίῳ Ποσειδῶνι·
Ἥξει δ' ἐξανόθεν τ' ἀστὴρ μέγας εἰς ἅλα δεινὴν,
Καὶ φλέξει πόντον βαθὺν, αὐτήν τε Βαβυλῶνα,
Ἰταλίης γαῖάν θ', ἧς εἵνεκα πολλοὶ ὄλοντο
Ἑβραίων ἅγιοι πιστοὶ, καὶ ναὸς ἀληθής·
Ἔσεται ἐν δηρῷ πανακοῖς κακὰ μοχθήσαντα.
Ἀλλὰ μύρεῖς πανέρημος, ὅλοις αἰῶνας ἐπ' αὐτῆς

Perdiderunt magnamque urbem, populumque bonorum.
Sed cum astrum stato magnum lucebit in anno,
Quod solum perdet terram omnem, propter honorem
Ipsi Neptuno primum posuere marino:
Deque polo veniet sidus magnum in mare magnum,
Altumque exuret pontum, atque ipsam Babylonem
Italiæ terram, per quam periere frequentes
Sancti Hebræorum fidi, delubraque vera:
Tum vero duros patiere scelesta labores
Præmia digna tuis factis, desertaque in omne

Εσε-

54 Αὐτοὶ &c.] Lego *ἑῶτοι*, nempe *πυλὼ*, pro *αὐτοὶ*. *Idem*. Gallæi MS. legit Ἀὐτοὶ.

55 Ἀλλὰ μύρεῖς &c.] Idem est cum sequente, magno Centonis indicio. legitur item infra pœne simulis. *Idem*.

56 Ne-

Εσεται, ἀλλὰ μένεῖς εἰς αἰῶνας πανέρημος,
Σὸν συγέουσ' ἔδαφος, ὅπ φαρμακίοις ἐπόθηςας.
[56] Μοιχείαις ὠδῖνι, καὶ παίδων μίξις ἄθεσμος,
Θηλυγόνης, ἄδικός τε, κακὴ πόλι, δύσμορε πασῶν.
Αἰ αἰ παντ' ἀκάθαρτε πόλι Λατινίδος αἴης,
Μαινὰς ἐχιδνοχαρὴς, χήρη καθεδεῖο παρ' ὄχθας,
Καὶ ποταμὸς [57] Τιβερίς σε κλαύσει, καὶ σὸν ὠδίνων
χοῖτον.

Tempus erit, tempus deserta manebis in omne,
Osa solum proprium, quia delectata veneno es.
Mater adulterii, marium teterrima nutrix
Concubitus: urbs mollis, iniqua, sceleſta, nefanda.
Eheu urbs terræ prorsum impurata Latinæ,
Mænas viperea, ad ripas viduata sedebis,
Teque suam uxorem Tiberis lachrymabitur amnis.

Ητε

56 Μοιχείαις &c.] Hos duos versus refert Clemens Alexandr. in pædagogo l. 3. Legit autem αἰῶσι pro παίδων, & παντ' ἀκάθαρτε pro δύσμορε πασῶν. quod forsan ex tertio versu assumpsit. *Idem.*

57 Τιβερὶς &c.] *Tiberis*, vulgo *il Tevere*, celeberrimus Italiæ fluv. e. media fere longitudine Apennini, Arretinorum finibus defluens, qui multis deinde fluv. auctus, ab Hetruria Latium Janiculumque ipsum ab urbe Roma dirimit, tandemque decimo sexto ab urbe lapide 2. ostijs modico intervallo diremptis in mare evolvitur, ea in parte, qua Ancus Ostiam exstruxit, Dionys. Halic. l. 1. Ὁ Τιβερις ποταμὸς τὰς μὲν ἀρχὰς λαμβάνει ἀπὸ τῆς Ἀπεννίνου ὀρῶν, εἰς δὲ τὸν Τυρρηνικὸν ἐξιὼν αὐλῶνα πέλαγος, Ὠστίας πεδίον ἐκπλήττει ὑπὲρ ὃ Ἄγκιος Μάρκιος Ὄστιαν ἐκτίσατο. Strabo libr. 5. Ῥέων δὲ ὑπὲρ Ἀπεννίνου ὀρῶν ὁ Τίβερις πλησιάσας δὲ ὀλίγον πολλῶν ποταμῶν μεγάλων μίγνυται δὲ αὐτῷ φερόμενος ὁ Τυβρηνίας· τὸ δὲ ἐφεξῆς διαρρεῖ ἤδη αὐτὸς αὑτοῦ, μέχρι τῶν Ὁμολωΐδων εἶτα ὡς Σαβίνους ἔπειτα Λατίνους. Vide Plinius jun. libro 3. capite 5. & Plinius sen. libro 3. ep. 6 Dionys. libro 9. de latitudine altitudineque ejus, inter urbem & ostium ita tradit: Τὸ δὲ Τιβέριος πλάτος τὸ μὲν ἄρξασθαι πεντήκοντα πλέθρων μάλιστα, τὸ δὲ ἐλάττω, ἄλλοτε ἄλλο, ἐξὸν μὴ δύνασθαι ἐμμένειν μεγάλας, ἐν οἷς ἴσον πλοῖς

πολεῖς διελθών, εἰ μὴ κῆ γίφυραν. Bandrando oritur ex Apennino, ex monte *Falterona*, ad vicum *monte Cervajo*, in agro Florentino, in limite Romandiolæ. Becmanno in Apenninis finibus Aretinorum, eadem fere parte, ubi fons Arni supra Aretium. Hinc in Mer. tendens, Burgum S. sepulchri rigat. Dein per dit. Pontificiam fluens, juxta Tifernum Tiberinum labitur, uti prope Perusiam; postea recipit Tiniam, & Tuderum rigat. Hinc auctus fluv. Pallia *Paglia*, cujus ostium scaphas tolerat, Nare 8. m. p. supra Civ. Castellanam, Aniene, alisque minoribus amnibus usque ad 42 Romam interluit, & 12. mill. p. infra in mare Tyrrh. duobus ostiis, à quibus Ostiæ nomen, se exonerat. Ejus ostia 100. mill. p. ab ostio Aterni in Oce. distant, inter ostia Vari fluv. vix 400. & Leucopetram prom. 370. circiter. Ex ejus ostiis hodie sinistrum subiri non potest, sed dextrum tantum, quod *Fiumicino* vulgo, ideoque portum immenso sumptu & opere ad hoc ostium prisci Cæsares extruxere; & nunc in ejusdem ostii conservatione multum laborant Pontifices. Hujus flumin. inundationes magnæ calamitates belli famisque sequi solent. Gignit id lupum, ut Ravenna rhombum, clopem Rhodus, Sicilia murænam Plin. sed Tarteſſia muræna laudatissima, Quintil. Hoc Maxentius, hostis à Senam judicatus, mersus est, ann. Ch. 312. A Dracone terribili, comitato immani serpentum caterva ita infectus est, ut pestis hinc ingens sequeretur, paulo ante quam Bonifacius III. *Universalis* titulum à Phoca impetrasset, an. Chr. 606. Supra modum intumuit an. Chr. 717. Sub Papa Gregorio II. qui conventu Lateranensi *imaginum venerationem* sanciverat, an. C. 715. Formosi dein Pontif. cadaver à Stephano VI. in eundem fluv. projectum est, ann. Chr. 896. cujus undis multa millia hausta sunt, Henrico V. Imp. cum Paschali de Investitura litigante, an Ch. 1111. Itidem sub Frederico Barbarossa, ob insolentiam verborum, A. C. 1155. mersi ad mille, coërcitique Romani sunt. Iterum alveo egressus, longe lateque stragem dedit eadem nocte, qua cum Albano Romam obsidente transactum est, an. Chr. 1557. Pauli IV. statua, ob Inquisitionis rigorem in Tiberim præcipitata est, an. Ch. 1559. in eundem sparsi sunt cineres Marci Antonii de Dominis, cujus cadaver exustum fuerat, an. Chr. 1625. In hujus pontem olim Imperatores Germani, coronationis causa Romam profecti, Equites creare in more habuerunt, edicto prius per præconem promulgato, an præsentes adsint unus vel plures è famulis Monachorum Basilienſium, Beierorum Argentinensium, Camerariorum Wormatiensium, Bopparteſiumque Bavarorum: prius enim nullus eques creari poterat. Joh. Heroldus *in Solone*. Ob turbam in Tiberis ponte periclitantem, à Nicolao V. Jubilæum, non sine clade celebratum est, a. C. 1450. &c. De ratione nominis diversi diversa prodidere. Livius à *Tiberino* Albanorum rege dictum existimat, in trajectu ejus submerso, quum ante *Albula* diceretur. In qua sententia Ovidius quoque fuisse videtur libro 2. *Fast.*

Albula, quem Tiberim mersus Tiberinus in undis
Reddidit, hybernis forte tumebat aquis.

Servius autem Tiberis nomen ipsa etiam Alba vetustius esse contendit, ideoque nominis ejus originem ad *Tybrin* potius Hetruscorum regem referendam putat, qui Latium etiam crebris latrocinis infestans, tandem circa hunc fluvium est occisus. Cui sententiæ Virgilius quoque non obscure subscribit, apud quem sic loquitur Evander, libro 8. Æneid.

Tum reges, asperque immani corpore Tybris,
A quo post Itali fluvium cognomine Tybrim
Diximus, amisit verum vetus Albula nomen.

Dicitur & Θύμβρις. Stephanus: Θύμβρις, πόλις Ἰταλίας ἀπὸ τοῦ Τίβεως. Vocabatur etiam Θύβρις, & sine adspiratione Τύβρις.

Η τε μιαιφόνον ἦτορ ἔχεις, ἀσεβῆ δέ τε θυμόν.
Οὐκ ἔγνως τί θεὸς δυνάται, τί δὲ μηχανᾶται·
Αλλ' ἔλεγες, μόνη εἰμὶ, καὶ οὐδείς μ' ἐξαλαπάξει,
Νυῦ δέ σε καὶ σὺς πάντας ὀλεῖ θεὸς αἰὲν ἐὼν ἄρχων,
Κ' οὐκ ἔπι σε σημεῖον ἔτ' ἔσεται ἐν χθονὶ κείνη,
Ως τὸ πάλαι, ὅτε σὰς ὁ μέγας θεὸς ηὔξατο τιμάς.
Μοῦνον ἄθεσμε μόνη, πυρὶ δὲ φλεγέθοντι μιγεῖσα,

Impius eſt animus tuus, & cor cæde cruentum.
Neſcis quid poſſit Deus, & quid cogitet: atque
Sola (inquis) ego ſum, non ſum ſuperabilis ulli
Nunc Deus æternus diſperdet teque, tuoſque,
Nec ſuper ulla tui in terra monimenta manebunt,
Ut quondam, magnus tibi cum Deus auxit honores.
Sola ſceleſta mane, & flagrantibus indita flammis

Tar-

Unde Servius in Æn. 8. *In ſacris Tiberinus, in κατολεξίᾳ Τίβερις, in poëmate Tybris vocatur.* Dionyſius, ubi de terra Latinorum:

- - - Ἥς ἀπὸ μέσσης
Θύμβρις ἑλισσόμενος κυανώδεϊ ῥόῳ εἰς ἅλα βάλλει,
Θύμβρις ἰοβλήτης, πολεμοῦ βασιλίδος ἀλλων,
Θύμβρις, ὃς ἱμερτὴν λιπαίνεται ἄνδρα Γαῖαν.

Silius libro 8.

Nec non ſceptriferi qui potant Tybridis undam.

Virgilius Æneid. 8.

— *Ego ſum pleno quem flumine cernis*
Stringentem ripas, & pinguia culta ſecantem
Cæruleus Tybris, cœlo gratiſſimus amnis.

Idem alibi:

— *Ubi Lydius arva*
Inter opima virum leni fluit agmine Tybris. Opſopœus.

58 Μοῦνον] Opſopœus exiſtimat legendum eſſe forte μοῦνη.

59 Tar-

[59] Ταρταρέον τ' οἴκησον ἐς ἀΐδα χώρον ἀθέσμον.
Νεῦ ὤ παλιν Αἴγυπτε τέλω ὀλοφύρομαι ἄτλω.
Μέμφι πόνων ἀρχηγὲ, σέτε πληθεῖσα τένοντ@,
Εν σοι [60] πυραμίδες φωνὴ φθέγξονται αὐαδῆ.

Tartareas habita ſedes inamabilis Orci.
Nunc Ægypte tuos iterum deploro dolores.
Memphi laborum autor, tumulis & vertice plena,
In te pyramides audaci voce loquentur.

Πυθὼν,

59 Ταρτάριον &c.] *Tartarus*, fluvius Venetiæ, ex Atheſi in Padum per Hadriæ fines decurrens; unde unum ex Padi oſtus *Tartarum* à Plinio nominatur. Eſt & *Tartarus*, & *Tartara* numer. plural. locus inferorum à poëtis plurimum celebratus; in quo fontes plectuntur, Virgilius *Æneid.* 6.

Exercet pœnas, & ad impia Tartara mittit.

A verbo Græco ταράσσω, *conturbo*, quod illic omnia plena ſint perturbationis; vel ἀπὸ τῦ ταρβεῖσθαι, id eſt, à tremore frigoris. Sole enim caret, inquit Servius. Aliis placet ab ὕπερο derivari, ſecundo indefinito τῦ τείρω, Τάρ@, atque per anadiploſin Τάρτ@. Doctiſſimo D. Windetto origo Chaldaica multo magis placet, à themate דרדר *dardar*, id eſt, *decidit*; quo ſenſu Tartarus pro eo quod ſubſidit, ac fundum petit, accipitur. Sic Hebræi תחתיות ארץ *infima terræ* pro Gehenna uſurpant. Hom. *Iliad.* 9.

Ἡ μὲν ὑλὸν ῥίψω εἰς Τάρταρον ἠερόεντα,
Τηλε μάλ' ὅσσον ἀπ' αὐγὰς ἔσ' ἀφθίτους ἠδὲ βίοιο,
Τόσσον ἔπειθ' αἰδὼς ὅσσον κύνος ἐσ' ἀνδρὸς ἐμοῖο.

Virgilius *Æneid.* 6.

——— *Tartarus ipſe*
Bis patet in præceps tantum, tenditque ſub umbras,
Quantus ad æthereum cœli ſuſpectus Olympum.

Non deſunt, inquit vir magnus, quibus Tartarus nihil aliud eſt, quam aër craſſus, frigidus ac tenebroſus circa polos. Ita Craces apud Stephanum: Τάρταρ@, Κεφάτις, τὸν ὑπὸ τοῖς πόλοις ἀέρα παχὺ τε & ψυχρόν τινα, ᾗ ἀφώτιστον. Heſychius: Τάρταρ@, ὁ ὑπὸ τὴν γῆν κρυπτὸς τόπ@. *Hoſmannus.*

60 Πυραμίδες] *Pyramides*, nihil aliud fuerant, quam regum Ægyptiorum pecuniæ otioſa & ſtulta oſtentatio. Harum enim una à 360000. hominum 10. annorum ſpatio conſtructa traditur, tanta impenſa; ut in aliis, cæpis & raphanis 1800. talenta fuerint inſumta, Plinius libro 36. capite 12. Haſce moles faciendi cauſa à pleriſque traditur, ne pecuniam ſucceſſoribus, aut æmulis inſidiantibus præberent. Plures in Ægypto paſſim exiterunt. Baudrando 20. ſunt, nullæ tamen clariores tribus illis, de quibus Mela ſcribit, libro 1. capite 9. quæ orbem implevere fama, conſpicuæ undique adnavigantibus, ſitæ in parte Africæ, monte

saxeo, sterilique inter Memphin op. & Delta. Unde Martialis,

Barbara Pyramidum sileat miracula Memphis.

Baudrando vix 2. leuc. à Cayro distant in Occ. suntque quadrifrontes. Earum major in rupe fita habet basin 693. pedum Anglic. ex utraque parte. Altitudo eadem, & ad ejus summum adscensus est per 207. gradus. Excitata fuit à Chemi seu Cheope Rege. Secunda vix 200. p. abest à priori; ejusdem altitudinis, sed minoris circuitus, cum ejus basis ex utraque parte sit 560. pedum Anglic. seu 625. pedum Romanorum. Tertia vix à secunda distans jactu lapidis, sedet in tumulo. Latitudo ejus in utraque basi 320. pedum Anglic. ut & altitudo. Aliæ autem 17. multo minores sunt, & à primis distant. Ex Joh. Greaves, Oxon. Acad. Prof. Sunt autem turres, inquit Solinus, fastigiatæ ultra excelsitatem omnem, quæ manu fieri possit. Sub his Ægyptiorum reges sepulti fuerunt. Sunt autem proprie Pyramides, moles Geometrica ratione constructæ in modum flammæ (ἀπὸ τοῦ πυρὸς) ut à lato videlicet in acutum tendant. Ammianus Marcellinus libro 22. *Pyramidas ad miracula septem profectæ, quarum diuturnas surgendi difficultates scriptor Herodotus docet, ultra omnem omnino altitudinem, quæ humanis manibus confici potest, erectæ sunt turres abimo latissimæ, in summitates acutissimas desinentes. Quæ figura apud Geometras ideo sic appellatur, quod ad ignis speciem & πυρὸς, ut nos dicimus, extenuatur in conum: quarum magnitudo, quoniam in celsitudinem nimiam scandens gracilescit paullatim, umbras quoque mechanicaratione consumit.* Aliqui dictas volunt ἀπὸ τοῦ πυροῦ, h. e. à tritico, quo illic per regem collecto, magna annonæ caritas per Ægyptum secuta est. Docet id Stephanus ἔστι πόλις· Ἀπομιμοῦνται δὲ Πυραμίδες ἀπὸ τοῦ πυροῦ, ὡς οἱ τῶν ἀρχαίων βασιλεῖς, ἵνα δῆλον ἐποίουν σῖτου τῷ χρόνῳ Ἄγνωστον. Videtur hoc etymon priori præferendum, eo quod *Pyramis* & πυρὸς conveniant primæ syllabæ modulo, contra quam fit in πῦρ, ejusque derivatis. *Pyramidis* autem vocabulum forsan Ægyptiacum est; quod illis *Paramon*. Certe Arabes Ægyptiis vicini, *Haramen* vocant Pyramidem. Sicut *Alharamain* duæ Ægypti Pyramides in occidentali ripa Nili dicuntur. *Haramon* itaque *Pyramis* dicta. Ita Græci palus ab ἕλος, *pubes* ab ἥβη. Sicut הרמון *harmon* Ebræis *arcem & palatium* denotat, uti ab altitudine quoque *Hermon* mons dictus videtur. Pyramidum primam, à Chemmi, secundam à Gopho, tertiam à Rhodope excitatam, vult Morer. *in Diction. Hist.* qui citat Vartieri *Ægyptum*, Pouleti, *Itiner. Orientis*, Vinc. Blancum, Monconisium &c. Sed quis de his accuratius doctiusque scripsit Petro de Valle? *Itiner. tom.* 1. quem Vide si adi, operæ erit pretium. Luc. libro 6.

Non mihi Pyramidum tumulis evulsus Amasis.

Propertius 3. 2.

Nam neque Pyramidum sumptus ad sidera ducti.

Inde *saxa Pyramidum*, apud Statium *in Sylvis*. *Pyramus*, adolescens Babylonius, qui Thisben mutuo amore prosecutus est: verum cum adeo à parentibus uterque observaretur, ut nullo modo se complecti possent, egredi urbem ad constitutum locum decreverunt. Quo quidem cum prior pervenisset Thisbe, à leæna illic transeunte perterrefacta in antrum vicinum confugit. Pyramus deinde adveniens, cum velum, quod fugienti Thisbe è capite ciderat, cruentatum reperisset, eam putans à feris fuisse dilaniatam, gladio, quem secum habebat, sub moro arbore incubuit. Thisbe autem ex antro egressa, cum Pyramum vulnere confectum vidisset, eodem se gladio confodit. Utrumque autem sub moro arbore occisum volunt, ejusque fructus, cum antea candidi essent, ex eorum sanguine atrum colorem traxisse. Ovid. *Met.* 4. *Hofmannus.*

Πυθὼν, ἡ τὸ πάλαι δίπολις κλυθεῖσα δικαίως,
Αἰῶσι σίγησον, ὅπως παύσῃ κακότητος.
Ὑβρι κακῶν, ἠπιαυρε πόνων, μανιὰς πολύθρηνε,
Αἰνοπαθὴς, πολυδακρυμανὴς, χήρα διὰ παντός,
Πλυνετὴς ἐγχύσε, σὺ μόνη κόσμοιο κρατοῦσα.
Ἀλλ' ὅταν ἡ [61] Βάρκη τὸ κυπάσιον ἀμφιβάλητας

Python urbs olim geminæ urbis condita jure,
Tempus in omne sile, ut finem des improbitatis.
Triste scelus, mænas lugubris, fœta dolore,
Anxificis fletura malis, vidua omne per ævum,
Annosa effecta es mundum tu sola gubernans.
Verum quando super sordenti vestiet album

Λάχνον

61 Βάρκη &c.] Barce est urbs in regione Pentapolitana, ab Alexandro Magno in monumenta rerum à se gestarum condita, postea Ptolemais vocata, & Hammonis oraculo illustrata. Plinius lib. 5. cap. 5. & Justinus hist. Sed vix ea aliquid huc facere possit, lector expendat. Non absimile est quod de Hilaria dicitur. Porro κυπάσιον idem videtur quod κύπασις, vestis muliebris è lino contexta. *Opsopœus.* *Barce*, nutrix Sichæi, Virg. Æn. 4.

Tum breviter Barcen nutricem affata Sichæi.

Barce, vel *Barca*, eadem quæ *Marmarica*, teste Bocharto. Ingens Africæ regio, inter Ægyptum, & regnum Tunetanum, in ora maris Mediterr. Sterilis admodum. Morerius. Et urbis nomen in Cyrenaica vetustissimæ, a Barto, fil. Arcesilæ, Ægypti regis conditæ, postmodem ab Amali destructæ. De qua multa Herodotus, libro 3. & 4. Strabo libro 17. Ptol. libro 4. capite 4. Pomponius Mela, libro 1. capite 8. Marmol. lib. 6. Et Silius, libro 3.

—— *Barce sitientibus arida venis*
Nec non Cyrene. Claud. *de bello Gildonico.*
Dissidet occiduis quod Gadibus arida Barce.
Plerique eandem esse volunt cum Ptolemaide. Strabo l. 17. Εἶθ' ἡ Βάρκη σφόδρα, νῦν ἡ Πτολεμαΐς. Plin. 5. 5. *Ptolemais antiquo nomine Barce.* Servius in lib. 4. Æn. *Barce autem civitas est Pentapoleos, quæ hodie Ptolemais dicitur.* Steph. Βάρκη πόλις Λιβύης, ἥτις νῦν Πτολεμαΐς. Suidas, & Sophoclis Schol. *in Electram*, Βάρκη δὲ πόλις Λιβύης ἡ νῦν Πτολεμαΐς καλουμένη. Tamen in Ptolemæo, libro 4. capite 4. *Ptolemais* & *Barce* sunt diversæ urbes, quarum illa littorea est, hæc in mediterraneis. Sed & apud Scylacem Caryandensem, ἡ πόλις ἡ Βαρκαίων λεπτὴ γραμμόσης ἀπέχει σταδίους ρ', id est, *Barcæorum urbs stadios centum à mari distat*, cum in littore Ptolemaidem etiam alii describant.

Λευκὸν Βαρκυπαρφὼ, μήτ' εἶναι, μήτε γενέσθαι.
Ὦ Θῆβη. τί πάσχει τὸ μέγα σθένος; ἄγριος αὐτὴ

Barce vestitum, nolim nascive vel esse.
Thebe, quid facta est tua tanta potentia? dirus

Exo-

Itaque Ptolemaidem Ptolemæi condidere, non quo loco erat urbs, sed quo loco erat portus Barces, de quo Scylax, Ἐκ δὲ Λιβύης τῆς Κυρήνης πλέοντι ἐστὶν ἐμπόριον Βάρκης πόλις Ἑλληνὶς, ἀπὸ πόντου Κυρήνης ἐπὶ τὸν Βάρκης σταδίους φ. a portu Cyrenes ad portum Barces stadia 500. Ut ut sit, Barcæorum nomen à Barce factum sumitur multo latius, quam pro solis Barces civibus. Extenditur enim ad omnes barbaros undiquaque diffusos, ut apud Virg. Æn. 4. ubi ponuntur in censu populorum, qui terrori erant Pœnis,

Nec venit in mentem, quorum consederis arvis? (bello,
Hinc Gætulæ urbes, genus insuperabile
Et Numidæ infreni cingunt, & inhospita
Syrtis,
Hinc deserta siti regio, lateque furentes
Barcæi. D. Hieronymus *latêque vagantes* legit.

Mihi autem (inquit Bochartus) non fit verisimile, unicam gentem tam late fuisse diffusam; Tantum, ut Marmarica hodie dicitur desertum *Barca*, ita Barcæos olim eosdem fuisse probabile est cum Libybus & Marmaridis, qui erant circa Cyrenen. Huc facit, quod Βαρκαῖοι Stephanus Λίβυες exponit. Et Hesych. Βαρκαῖον ἅρμα, Λιβυκὸν. Οἱ γὰρ ἱππεύειν δεῖ ἱππικῶς φίλοι, φασὶν αὐτοὺς ἅμα ζεύξαι, διὸ καὶ Ποσειδῶνα τὸν δὲ ἵππιον ἐν τῷ Ἀθηνᾶ, ὡς Μνασέας ἐν τοῖς περὶ Λιβύης, h. e. *Barcæis curribus*, i.e. *Libycis. Illi enim equis aliendis studebant, & primi dicuntur junxisse currum, & agitasse, illud à Neptuno, hoc à Minerva edocti, ut refert Musæas in libris de Libya.* Hæc ille, haud dubie, ex Electra Sophoclis v. 728.

Μίτραισι συμπλοκαῖσιν Βαρκαίδων ὄχων.
Barcæi rectis frontibus, feriunt juga.

Ubi Βαρκαίων ὄχοι, *Barcæi currus* iidem sunt, de quibus paulo ante dixerat,

Λιβύων ζυγωτῶν ἁρμάτων ἱππεύτου,
Regunt habenas currum auriga Libyes.

Est quoque *Barce* mons & prom. Libyæ. Vid. etiam *Barcha*. Idem.

72 Ὦ Θῆβη] Opsopœus putat legendum esse Θήβη, quod probo. *Gallaus. Thebe, Theba*, & *Thebæ*, vulgo *Theves*, teste Jo. Leone Africano, urbs Ægypti, super. Thebaidis, in qua sub Diocletiano ingens fidelium numerus sublatus est, an. Chr. 304. Euseb libro 8. capite 6, & 12. hodie *Mu'to* Santom, caput Præfecturæ seu Callifatus cognomin. paucorumque nunc incolarum. Sub Turcis. Olim a Busiride rege condita, ambitu 140. stad. uti refert Herodotus; centum portis nob.lis. Dionys. versu 249.

Θήβην Ὠγυγίην ἑκατόμπυλον.

Juvenal. *Sat. penultima:*

Atque vetus Thebe centum jacet obruta portis.

Mela libro 1. capite 9. *Et Thebæ*, (*ut Homero dictum est*) *centum portas, sive* (*ut alii ajunt*) *centum aulas habent, totidem principum domos; solitasque singulas, ubi negotium exegerat, dena armatorum millia effundere.* Ubi nunquam sine laude nominandus clarissimus Vossius: Primus Pintianus hunc locum ita conatus est corrigere, *ducentos armatos milites effundere*: eamque emendationem valde probant viri eruditi. Nempe non recte intellexerunt versus istos Homeri *Iliad.* 9.

- - - Οὐδ' ἐπὶ Θήβας

Αἰγυ-

Αἰγυπτίους, ὧν ἑκάστη δύναται εἰς πόλεμον πεζοὺς μυριάδας ἑπτακοσίας, Αἰθ' ἱππότας χιλιάδας εἴκοσι, δυνάσται δ' εἰσὶν ἑκάστων. Λέγει ἐξοχωτάτους εἶναι τοὺς ἵππους καὶ ὄχεσφι.

Loquitur hic, non de universa Thebanorum militia, sed de solis aurigantibus & ἁρματοτρόφοις. Vigiuti enim curruum millia ex hac urbe ad bellum solita fuisse prodire, affirmat Diodorus Siculus. Sed vero numerus militum is omnem videtur fidem superare. Nam si ex unaquaque porta dena armatorum millia ad bellum proficiscerentur, jam oportet, ut numerus militum fuerit decies centenum millium. Recte tamen sese habere locum hunc Melæ, apparebit ex illustri loco vetustissimi cujusdam auctoris, cujus verba nobis servavit Scholiastes quidam, *ad nonum Homeri librum*, ante aliquot annos in Germania editus. Is itaque hoc pacto de Thebis loquitur; Ἐν ταύτῃ δὲ ὧν ἐστὶν ἡ βασιλικὴ τῶν Αἰγυπτίων, εἰς ἃ πολλοὶ ἔφυγον φόβῳ Λίβυες, Αἰγύπτιοι, Αἰθίοπες. Νῦν δὲ Διοσπολις ὀνομάζεται· εἶχε δὲ κύκλῳ μὲν τετρυμυρίας πεζικὰς πεντήκοντα. Τὸ δὲ ἄνω εἶχεν ὁρμὰς γ΄, ἐξ πύλας ἑκατὸν, αἰσθηταὶ δὲ μυριάσιν ψ. Ταύτῃ ἐπέλαυνεν ὁ βασιλεὺς Ὀσιρις. Ἐξ ἑκάστης δὲ πύλης ἐξεφέροντο ὁπλίται μὲν αὐτῶν, ἵππεις δὲ χίλιοι, ἁρματηλάται δ' διακόσιοι. Hæc verba unice confirmant hanc, quam reddidimus Melæ lectionem. Sed quis non obstupescat, tam portentoso numero, aut credat in una urbe vel mille millia armatorum, vel septuagies centena hominum millia claudi potuisse & comprehendi? Docet tamen id ipsum etiam Strabo, qui eos centum myriadum exercitus habuisse scribit. Aliquanto pauciores refert Corn. Tacitus. Is namque libro 2. Thebas olim habitasse, inquit, septingenta millia ætatis militaris. Nonnulli viri eruditi, & hanc summam nimiam esse existimant, ideoque *septuaginta* millia pro *septingenta* reponunt. Verum illos errare, satis indicat is quem adduximus locus. Sunt tamen & in hoc nonnulla, de quibus aliquis merito possit inquirere. Qui enim fieri potuit, ut hic centum equitum millia afferentur, cum tantum centum illic numerarit equilia Diod. Siculus; quorum unumquodque ducentos caperet equos? Possit tamen hoc ita excusari, ut nempe 100. ista equilia dicantur destinata fuisse equis tantum Curulibus. Strabo suo tempore, cum minimæ essent Thebæ, in longitudine occupasse inquit octoginta stadia. Sed vero, antequam Cambyses urbem eam vastaret, tum longe maximam fuisse certum est. Eustathius *ad Dionysium* inquit, eam tunc extensam fuisse ad 420. stadia. Porphyrius *in optimis Scholiis ad Iliada Homeri nondum editis*, nec non Stephanus Grammaticus similia supra memoratis ex Catone citant, ac 400. stadiorum faciunt longitudinem. Sed quomodo tanta potuit esse longitudo Thebarum, si mille tantum & septingentas ὁρμὰς comprehenderit? Iste enim ὁρμῶν numerus commode contineri potest ambitu ducentorum & sexaginta quatuor stadiorum. Videtur autem hæc urbs in longum fuisse porrecta, ad ripas Nili, ac non multum possedisse latitudinis. Sed vero omnia prius credam, quam tantam incolarum copiam in ulla unquam fuisse urbe. Unum adferam, unde quam maxime absurdum id esse apparebit. Tradunt Diodorus Siculus & alii, Ægyptum cum maxime populo abundaret, habuisse in universum septuagies centena hominum millia. Atqui si totidem quoque Thebis fuissent, jam oporteret cæteras Ægypti urbes vacuas fuisse habitatoribus. Hinc apparet, quæcunque de Thebanis Ægyptiis, eorumque potentia dicuntur, accipienda de tota Ægypto. Verum id esse & universam Ægyptum Thebas olim fuisse vocatam luculentissimus testis est Herodotus libr. 2. ubi de Delta, Πάλαι, inquit, αὐτὴ Θήβη Αἰγυπτίῃ ἐκαλέετο. Sed & Aristoteles *Meteorolog.* 1. Τὸ ἀρχαῖον ἡ Αἴγυπτος Θήβη καλέμενη. Hæ Thebæ palmis inclytæ fuerunt. Vide Passeratium *in illud Propert.* 4. 5.

Sed

Ἐξολέσῃ λαὸν. σὺ δ' εἵματα φαιὰ βαλοῦσα,
Θρηνήσεις δύσπνε μόνη, καὶ πάντ' ἀποτίσεις,
Ὅσα τὸ πρόσθεν ἔρεξας ἀθέσμων εἵνεκα ἔργων.
Καὶ κοπετὸν ὄψονται ἀναιδέα δημὸν ἔχουσαν.
63 Συηνίην δ' ὀλέσειε μέγας φῶς Αἰθιοπῶν τε

Perdet homo populum: tu pullo induta colore
Lugebis sola infelix, & præmia digna
Accipies factis, quæcunque sceleſta patraſti.
Cernenturque tui planctus, ignara pudoris.
Syenen perdet vir magnus: vique ſubacta

Τεύχα-

Seu quæ palmifera mittunt venalia Thebæ.

Hanc urbem Corn. Gallus, Poëta inſignis, Virgilii Ovidiique *σύγχρονος*, Ægypto ab Auguſto præpoſitus exſpoliavit. Unde de repetundis accuſatus & à domo Auguſti excluſus, ſibi ipſi mortem ferro attulit, inviſus omnibus, ob maledicentiam. Tacit. *Annal.* 2. 19. Amm. Marcell. Suetonius; Adde his Strab. libro 17. Plin. libro 5. capite 9. &c. Vide quoque *Dioſpolis*. Idem.

63 Συηνίην &c.] *Syene*, *Aſua*, teſte Jo. Leone, urbs Ægypti extrema, in Æthiopiæ confin. ad Nilum, olim Rom. Imperii, ſicut & nunc Turcici, terminus, inter Alexaud. Ægypti ad Arctos 570. & Meroën ad Auſtrum 962. m. p. teſte Plinio. Sed apud Strab. abeſt à Meroë 3000. ſtad. & apud Anton. ab Alexandria 600. m. p. à Memphi 160. ſchœnis, à Thebis 60. Ovid. *Ponticorum* libro 1. eleg. 6.

Quid tibi ſi calida, proſit, laudare Syene,
Aut ubi Taprobanem Indica tingit aqua?

Dionyſius:

--- Βαθυκρήμνου Συήνης.

Πολλὰ δὲ ἱστορίας (inquit Scholiaſtes *ad verſum* 223. *eiuſdem Dionyſii*) ἡ Συήνη, ἀπὸ Συήνου τινὸς οὕτω κληθέντος, ὃν ἡ Φειμὼ οὖσα φησὶ τοὺς ἥλιους τοῖς ἐκεῖ ἀφιστημένους ἡλίοις πρόπους· ὅτι δὲ ἀκριβῶς κατὰ μεσημβρίαν εἰσὶν οἱ ἀρολογικοὶ γνώμονες ἀφ' οὗ τὸ ὑπερκείμενον τῆς τοπικῆς τούτων σκιᾶς. Ammianus Marcellinus libr. 22. *Dein Syene, in qua Solſtitii tempore, in quo Sol aſtivum Auſtrinus curſum extendit, recta omnia ambientes radii excedere ipſis corporibus non ſinunt. Inde ſi ſtipitem qui quam fixerit rectum, vel hominem aut arborem viderit ſtantem, circa lineamentorum ipſas extremitates contemplabitur umbras abſumi.* Heliodor. Æthiopic. hiſt. libro 9. Ἐδείκνυσαν δὲ καὶ τὰς τῶν ὀρθογωνίων γνώμονας σκιὰς κατὰ μεσημβρίαν οὔσας, τῆς ἡλιακῆς ἀκτῖνος καὶ πρόπους ἥλιος τοὺς ἐκεῖ Συήνης εἰς ἀκρίβειαν καὶ κορυφὴν ἱσταμένους, &c. Lucan. libro 2.

--- *Umbras nuſquam flectente Syene,*

Claudianus *atram* vocat, *Eidyllio de Nilo*:

Is loca continuo Solis damnata vapore

Irro-

Τεύχαεν οἰκήσουσι βίη μελανόχροες Ἰνδοί.
[64] Πενταπόλι κλαύσῃ τ' Σόης μεγαλόσθενος ἀνήρ.
Ω Λιβύη παγκλαυτε, τίς ἐξηγήσεται ἄτας;
Τίς δέ σε [65] Κυρηνη μερόπων ἐλεεινα δακρύσει;

Teucharis Æthiopum nigris habitabitur Indis.
Pentapoli flebitque Soes vir robore magno.
O Libye fletura, quis enarret tua damna?
Quis te autem Cyrene hominum miserabile flebit?

Irrorat, populisque salus sitientibus errat,
Per Meroën, Blemyasque feros, utramque Syenen.

Statius *Eoam*, *Sylv.* 2. 2.

—— *Quod Eoa repperit vena Syenes.*

Idem *Theb.* libro 4.

—— *Nullaque umbratam nube Syenen.*

Obiter emenda Stephanum: Σοήνη, inquit, πόλις Αἰγύπτου ἡ Αὐθοπίας ἐπὶ τῷ Νείλῳ. Lege μεταξὺ Αἰγ. καὶ Αἰθ. Hodie *Asna*, urbs est Ægypti superioris in præfectura *Girgii*, 450. mill. pass. ab Alexandria in Mer. 200. ab ora prox. Sinus Arab. in Occ. uti 480. in Ptolemaide Ferarum. *Idem.*

64 Πενταπόλι] Pentapolis, regio Cyrenaicæ, mari Libyco exposita, sic à numero urbium quæ sunt in illa appellata. Sunt autem ex ordine Berenice, Arsinoe, Ptolemais, Cyrene, & Apollonia. Est & Pentapolis Orosio regio Palæstinæ, ad lacum Asphaltiten, in qua Sodoma, Gomorra, & aliæ urbes tactæ de cœlo. Fuit quoque Pentapolis urbs Hetruriæ episcopalis, Nepiæ & Sutrio proxima, nunc exesa: locus apud montem Rosulum Stracca Cappe nominatur. [*Pentapolis, Asiæ minoris regio erat, in qua 5. urbes Doricæ, Gamiros, Camirus, Lindus, Cos, Ialysus, & Lindus. Vide Scholiast. Theocr. ad Idyll. Ceterum alteram quoque Pentapolis regionis in Italia circa Anconam meminit Nicephorus Patriarcha Constantinopolitanus in compendio Historiarum. Ejus civitates sunt Arminum, Pisaurum, Fanum, Auximum, & Ancona.*] Ferrarius.

65 Κυρήνη] Cyrene, Peneï flu. filia, cujus amore flagrans Apollo in Pelio Thessaliæ monte eam rapuit, & in eam Africæ partem transtulit, quæ ab ea postea Cyrenaica dicta est, ubi & Arittæum ex ea suscepit. *Cyrene*, nobilis meretrix δωδεκαμάχου (duodecim quara machinarum) dicta, quod totidem figuras in coitu ederet. Vide Scholia *in Aristophanis Ranas*. *Cyrene*, sive *Cyrena*, plur. num. insigne Libyæ op. inter Syrtim majorem, & Marcotidem sinum, unum ex iis quæ Pentapolim efficiunt, à Batto Thereo (quem Callimachus progenitorem suum fuisse tradit) conditum, à *Cyrene*, Peneï amnis filia sic dicta. Hodie *Corene* Villanovano; cujus incolæ olim equitatu plu-

Οὐ παύσει θρῆνός συγερὸς ποθ' ὡς καιρὸν ὄλεθρον
Ἑσπέρᾳ ἐν Βρίτεσι, καὶ ἐν Γάλλοις πολυχρύσοις,
Ὠκεανὸς κελαδῶν πληρούμενος αἵματι πολλῷ
Κ' αὐτὸς γὰρ κακότητα θεὸς τέκνοις ἐποίησαν,

Non unquam decrit tristis tibi perdita luctus.
In Gallis auro locupletibus, atque Brittannis,
Oceanus multo resonabit sanguine plenus:
Quippe Dei natis ipsi quoque damna tulerunt,

Hvica

rimum valebant. Max Tyr. *Serm.* 7. Τὰ Κυρηναϊκὰ (παιδεύματα) ἁρματεῖαι, *instituta Cyrenaica sunt auriga tiones.* Dionysius Periegetes,

Κυρήνη τ' ἐρόεσσα καὶ Ἀμυκλαίων ἀνάκτων.

Quod sumptum videtur ex his Pindari *in Pythiis*, Od. 4. *statim initio*:

Σάμερον μὲν χρὴ σε πρὸς ἀνδρὸς φίλου
Σὺν ἵππῳ βασιλῆα Κυρήνας.
Hodie quidem oportet te apud virum amicum
Sillere equestris Regem Cyrenes.

Idem Pindarus Cyrenen appellat ἰυκόμαντον πόλιν. Hinc Ephorus, Κυρηναίους φησὶ τῇ ἀφράστῳ ἐπιστήμῃ ἐμοὶ ἐχρῶντο. *Cyrenæi ad curulem artem te applicarent.* Strabo: Λέγεται ἡ Κυρήνη εἴσοικος Βάττου, ἱπποτροφοῦσα ἄριστα. Condita à Græcis, qui ex Insul. Platera in Africam trajicientes, dein sub Pœnorum ductu, urbem Zoam, prope Solis fontem extruxerunt: Batto ibi Rege constituto. Cui Arcesilas successit, propriæ Cyrenes conditor. Destructam postmodum à Romanis repiraruit, sed à Catone post mortem Pompeii prima oppugnata. Postea ab Arabibus iterum vastata est. Patria Aristippi, filiæ ejus Arctæ, Callimachi, Eratosthenis, Carneadis, &c. Strab. *l.* 17. *sub finem.* Mela, *l.* 1. *c.* 8. Plin. *l.* 5. *c.* 5. Ptol. *l.* 4. Marmol. *l.* 8. *c.* 10. Cyrenensis Ecclesiæ fundamenta jacta sunt, à Cyprius quibusdam. A. C. 39. Hic laserpitium herba provenit. Catullus *epigr.* 7.

Quam magnus numerus Libyssæ arenæ
Laserpiciferis jacet Cyrenis.

(ubi corripuit primam syllabam, quæ aliis producitur, nec tamen ad sine exemplo. Callimachus,

- - - Τρίβολόν γα μὲν ἄνυ Κυρήνης.

Hermesianax: Ἄνδρα Κυρηναῖον. Cur autem laserpiciferas Cyrenas dixerit Catullus, intelligi potest ex iis, quæ scribit Suidas in voce Σιλφιον. Plin. 19. 3. *Ab his proximum ducetur authoritate clarissimum laserpitium, quod Græci σιλφιον vocant, in Cyrenaica provincia repertum.* Nunc urbs hæc *Cairoan*, in Regno Barcæ, versus Syrtim magn. ad Doerum fluv. 10. leuc. ab ora Maris Mediterranei, in Austr. 25. leuc. Gall. à Barce in Ort. 375. m. p. ab Ammonis templo, in Occas. 90 mill. à Phycunte prom. in Austrum. In colle est; deficit indivs. Adjacens reg. *Mezrata* quibusdam, Baudr. Cæterum de Cyrenaica vide Voss. *ad Melam l.* 1. *c.* 6. *Hofmannus.*

Ga-

Ηνίκα Σιδονίοις βασιλεὺς Φοῖνιξ γαλικανὸν
Ηγαγ' ὑπ' Συρίης πλῆθος πολύ, καί σε φονεύσ-
Αὐτὴν [66] Ραβέννητε, καὶ εἰς φόνον ἡγεμόνευσε.

Tum cum Sidoniis rex Phœnix Gallica multa
Agmina de Syria deduxit, teque peremit.
Ipsa Ravennaque ad cædem dux extitit.

[67] Ινδοὶ

66 Ραβέννη τε &c.] *Ravenna*, urb. Gall. Togatæ; Æmiliæ archiep. & metropolis apud oram litoream, ubi rhombus laudatissimus, Plin. inter Ferrariam 50. & Ariminum in ort. 35. m. p. à Bononia 45. ab Ancona 102. Ἀρχαία πόλις vocat Geographus *lib.* 5. Unde Claudianus *de 6. Conf. Honorii*:

Dixit, & antiquæ muros egressa Ravennæ
Signa movet, jamque ora Padi, portusque relinquit
Flumineos, certis ubi legibus advena Nereus
Æstuat. & pronas puppes nunc amne secundo,
Nunc redeunte vehit, undataque litora fluctu
Deserit, Oceani lunaribus æmula damnis.

Silius Italicus *lib.* 8.

Quique gravi remo limosis segniter undis
Lenta paludosæ proscindunt stagna Ravennæ.

Sidonius Apollinaris *Carm.* 9.

Undosæ petiit situm Ravennæ.

Nempe inter marinas paludes dulcibus aquis destruebantur Ravennates: Martialis:

Sit cisterna mihi, quam vinea, malo Ravennæ:
Cum possim multo vendere pluris aquam.

Ranarum, culicumque multitudinem in his Paludibus, adnotavit idem Martialis:

Meliusque ranæ garriant Ravennates,
Et Hadrianis dulcius culex cantet.

Strabo *libr.* 5. Ἐν δὲ τοῖς ἕλεσι μεγίστη πόλις ἐστὶ Ραβέννα. Condita à Sabinis, Plin. anno post diluvium 480. Hic desidi Honorio, pugnacemque gallum urbi Romæ, tum ab Alarico captæ, præferenti, imperium victor abrogavit, An. C. 410. Dein sedes Theodorici Gothorum Reg. qui post triennii obsidionem Odoacrum ad deditionem coëgit, An. 490. Exin postquam Vitiges Gothorum Rex, victus à Belliza-rio, & expugnata urbe captus est, An. C. 540. Exarchorum fuit, quos in Italiam Impp. Orientis miserunt. Horum primus Longinus, à Justino missus huc venit, An. 568. Huic successere Smaragdus, Romanus, Callinicus, Smaragdus iterum, Johannes Remigius, Eleutherus, Isaacus, Theodorus Calliopas, Olympius, Theodorus Calliopas iterum; alius Theodorus, Johan. Plato, Theophylactus, Johannes Rhizocopus, quem cives à Papa, qui Philippicum Bardanem excommunicaverat, excitati interemerunt, An. C. 712. Scholasticus & Paulus: Sub quo, ductu Luitprandi R. urbe à Longobardis capta, sed recepta est, An. 727. Venetorum ope. Eutyches, ultimus Exarchus Paulo successit, quem tota Italia pepulit Aistulphus. Longob. Reg. 752. quo victo, Pipinus Exarchatum sub Stephano II. Pontificiæ sedi donavit,

67 Ἰνδοὶ μὴ ταρβεῖτε, ἢ Αἰθίοπες μεγάθυμοι.

Præstantes animi Æthiopes, Indique pavete.

Hvixa

an. 716. Proin hodieque Romanæ lucæ caput est. Sensim defecit, insignis victoria Ludovic. XII. an. 1512. Sub Pontif. alias inscitore, nunc 3. mill. ab ora recedit. Baudrand. Ravennates ob Venetos cum Venetis bellum gesserunt, an. Chr. 1240. Episcopus urbis, quod à Valentiniano Imper. laneo donatus esset pallio, quali solus utebatur Imperator, Cœlestino Leonis M. successori, qui Primatum Papæ acriter propugnabat, eum dubium reddidit. Verum Constantinus Pogonatus Imper. Benedicti II. sanctitate permotus, non solum Clero Rom. pecuniam pro ordinatione Episcopi debitam remisit, sed Ravennatem etiam Episcopum, ut se ei subjiceret, jussit, an. Chr. 684. Vide Sigon. *Histor.* Lætum *Comm. Histor. Universi. &c.* Hic porta ex marmore, & templum præc. quatuor illustrioris columnarum ordinibus innixum: Concilium quoque habitum anno 901. quo Lambertus Imper. seu Italiæ R confirmatus est, & anno 967. quo collapsum Ecclesiæ statum instauraturus Otto M. Johannem XIII gravissimorum criminum reum, deposuit, substituto Leone VIII. Luitpr. libro 3. capite 12. & libro 6. capite 7. Sigon. libro 7. &c. Adde Leandr. Alb. *descr. Ital.* Rubeum, *Hist.* Rav. Ughel. *Ital. sacr.* Idem.

67 Ἰνδοὶ] Sic nominantur ab India quæ est regio Asiæ amplissima, inter Indum fluv. ad Ort. à quo nomen habet, & Serum ad Ort. à mus separantem, in longum extensa, Oceano Indico ad Merid. & Eurnotis, alisque mont. ad Bor. à Scythia secernentibus, terminata, à Gange fluv. in duas divisa, citer & ulter Citerior *intra Gangem* à Ptol. nominatur. *Indostan* incolis, cujus pars australis *Malabar* dicitur. Ulterior *extra Gangem*, non unico hodie nomine dicta. Indiæ ora 60. diebus ac noctibus, teste Mela navigatur, Ferr. Baudrando India, *l'Inde* Gallis, *India* Hispanis & Italis regio est Asiæ amplissima, quæ etiam persæpe dicitur Indiæ Orientales, *les Indes Orientales* Gallis, *Oost Indie* Belgis, & *las Indias orientales* Hispanis, ad differentiam Americæ, quæ à multis, licet improprie, dicitur India occidentalis. India hæc orientalis, quæ vera est & propria, dicitur ab incolis *Indostan*; habetque ad Ortum regnum Sinarum, ad Septentrionem Tartariam, ad Occasum Persiam, & ad Meridiem Oceanum Indicum. Historia ejus, circa antiquiora tempora, ob exiguum Indorum cum Europæis commercium, multis involuta fabulis est. Bacchum cum seu Liberum, in Indiæ celeberrima urbe Nysa de Indis primum triumphasse regnaque ejus subjugasse ferunt. Post ea tempora certum est, partem Indiæ à Persis occupatam esse, donec his devictis eo quoque Alexander M. victrices arma intulit, Porumque potentissimum Indorum Regem superavit: quamvis non desint, qui Semiramidem jam, Ninicongem, res ibi egregias gessisse tradant Scriptores. Sequentibus temporibus, sub propriis Principibus diu tranquille vixerunt, pacem cum exteris colentes, & Majestatem Imperii Rom. comiter venerati, Autonimum Piumque Imp. per Legatos salutasse, circa an. Chr. 142. leguntur. Donec Lusitani, sæculo 15. ductu Vasconi de Gama ibi sedem figere, magno Hispaniæ Regis bono, cœpere: quos secutæ postea aliæ Europæorum gentes, Belgæ inprimis, non exiguam ejus regionis partem occuparunt, sub finem sec. præt. Dividitur nunc in tres partes præcipuas, nempe *in Indiam versus Septentrio-*

nem

Ηνίκα γὰρ τὰ τερας τεγχὸς ἄξονος [68] αἰγοκέρωτος,

Cum perstringet enim capricornu circulus axis,

[69] Taῦ-

nem seu Imperium Magni Mogolis inter Gangem & Indum, in *Peninsulam Indiæ intra Gangem* seu ad Occasum, & in *Indium extra Gangem* seu ad Orientem. In parte septentrionali seu Imperio Magni Mogolis sunt 37. regna aut provinciæ amplæ. In Peninsula Indiæ intra Gangem sunt quatuor partes præcipuæ, nempe regna Decani, Golcondæ, & Narsingæ seu Bisnagariæ, cum Malabaria: sub quibus plurima alia regna minoris famæ. In India extra Gangem sunt tres partes præcipuæ, nempe regna Peguanum ad Boream, Siamum ad Meridiem, & Cocinsinæ ad Ortum: sub quibus etiam quamplurima regna comprehenduntur. Indiæ pars septentrionalis, quæ proprie *India*, vulgo *l'Indostan*, seu Imperium Magni Mogolis, *l'Etat du grand Mogol* tota subest Mogolis Imperio à centum quinquaginta annis tantum. Alii *Mogorem* vocant: qui divitiis, unionum imprimis, gemmarumque, à quibus etiam titulos sumit, copia, florentissimus, cætera Mahometanus, è Tamerlanis familia originem ducit: à quo decimus ordine fuit, qui ante paucos annos obiit Gelal Edim Muhammed, cujus filii quatuor mutuis cædibus in se sævientes miras dedere turbas, donec tertio genitus Aorangzetus, tribus reliquis sublatis, thronum tenuit. Ex antecessoribus Accabas R. septimus à Tamerlane armis pariter ac ingenii perspicacitate toto Oriente celeberrimus fuit. Vid de Majestate M. Mogoris, Kircherum *descr. Chin.* libro 2. capite 5. P. de Valle *Itin.* tom. 4. &c. De turbis ultimis Mandelslovium libro 1. capite 28. & seqq. Henr. Rothium *Diar. Europ. Contin. &c.* Terminatur hæc Indiæ pars à Septentrione Tartaria magna & regno Thibeto, ab Occasu regno Persiæ, ab Ortu fluvio Cosmino, quo à reliqua India extra Gangem dividitur, à Meridie sinu Gangetico & Peninsula Indiæ intrà Gangem. Sed aliquot regna trans Gangem fluvium & versus Chiamæum lacum ac confinia Sinarum Reges habent proprios. Mogolis regia est Agra, *Agra*; & ei subsunt 37. regna. *Idem.*

68 Αἰγοκέρωτος] *Capricornus*, Decimum Zodiaci signum, quod Sol ingrediens Solstitium facit hybernum. Hunc *Pana* fuisse nonnulli existimant, qui in Ægypto, repentino adventu Typhonis Gigantis perterritus, posteriorem sui partem in piscis caudam, priorem in formam hirci commutavit: cujus ii genium admirans Jupiter figuram hanc dicitur in cœlum transtulisse. Horat. 2. *Carm.* 7.

——— *Seu tyrannus*
Hesperiæ Capricornus undæ.

Propert. 4. 1.

Lotus & Hesperia quid Capricornus aqua.

Manilius libro 4.

Tu Capricorne regis, quicquid sub sole cadente
Expositum. ———

Vide de hoc sidere prolixe agentem Cassium *Cal. Astron.* pag. 89. Natus hoc sidere Augustus, nummos complures ex argento, auro & ære ejus nota percussit, Car. Patinus in Suet. *August.* cap. 49. Idem sidus natale habuisse, Cosmum Medicæum, Magnorum Florentiæ D. primum, refert Thuanus. *Idem.*

[69] Ταῦρός τ' ἐν [70] διδύμοις μέσον ὄρανὸν ἀμφιελίξῃ,

Taurus & in geminis medio vertetur Olympo,

[71] Παρ-

69 Ταῦρός τ' &c.] *Taurus*, secundum Zodiaci signum, stellarum, ut Hygino placet, 44. quod à Sole subitur 3. Idus Apriles. Hunc Poetæ fabulantur Taurum cum fuisse, qui Europam rapuit. V. Cæsii Cælum *Astronomico-poet.* ubi *de Tauro. Idem.*

70 Διδύμοις] *Gemini*, unum ex XII. Zodiaci signis, Græcis Δίδυμοι, receptiori Astrologorum opinione sunt Tyndaridæ sive Ledæi Juvenes, Castor & Pollux, quos, ut Hyginus ait *Poet. Astronom. cap. de Geminis*, *Jupiter inter notissima sidera constituisse existimatur; Neptunus autem pari consilio numerasse: nam equos his, quibus vectantur, donavit; & dedit potestatem naufragis salutis esse.* Unde *fratres Helenæ*, Horatio lib. Epod. 3. & *pueri Ledæ* eidem Od. 12. salutare sidus nautis habentur. Causam *Comment. in Aratea Germanici* Cæsius sive Calpurnius Bassus hanc reddit: *Castorem & Pollucem Geminorum honore decoratos, quod principes pacationis dicantur: quod mare totum prædonibus malefici[s]que pacatum reddidissent &c.* At alii, eodem Hygino teste, Herculem & Apollinem; nonnulli Triptolemum & Jasona, à Cerere dilectos. *Geminorum* nomine intellexerunt, priorum opinionem Arabibus sequutis, qui eum, qui cancro vicinus, *Abrachaleum*, alterum *Avellar*, corrupte vocitarunt. Imo alii, inquit memoratus Arati Interpres, *volunt Zetum & Amphionem esse: ideo unus zonam, alter lyram habet. Nigidius Deos Samothraces dixit*: ducem viz. sequutus eum cujus sub *Orphei* nomine hymni vel *Initia* potius extant. Nam *Carmine*, quod Κυρίνου Θυμίαμα inscribitur, sic is de iis:

Κυρῆτες Καβίριοι, διδυμάονες ἰσοδίαιτοι τε

Et Σαμοθρηικὴν ἄνακτες ——

Et mox:

Οἵ τε θεοὶ αἰθέριοι Δίδυμοι κλείζοιθ' ὑπ' ὀλύμπῳ.

Et qui cœlestes Gemini *vocantur Olympo &c.*

V. Gerh. Jo. Vossium *de orig. & progr. Idolol.* libro 2. capite 36. uti de signi hujus figura, Salmasium pag. 1237. Cæterum *Gemini*, iidem cum *Gemellis*; quorum sibi per omnia similium exemplum; Dautia & Tymber, Rutuli, Lari

—— *Simillima proles,*
Indiscreta suis, gratusque parentibus error;

Apud Virgilium Æneid. libro 10. V. quoque Statium *Thebaid.* libro 9. vers. 295. & seqq. Lucanum libro 3. Claudianum ubi de Castoribus, Alios. Quanto magis mira similitudo non una provincia natorum, apud Plinium, quos Toranius Mango Antonio Triumviro, ut *geminos* vendidit, cum alter in Asia, alter trans Alpes genitus esset: detecta fraude, quum à furente esset increpitus magnitudinem pretii inter alia conquerente, argute respondens, *ob id ipsum se tanti vendidisse, quoniam non esset mira similitudo in ullis, eodem utero edutis. Diversarum quidem gentium natales tam concordi figura reperiri, super omnem esse taxationem; adeoque tempestivam admirationem intulit, ut ille proscriptor animus, modo & contumelia furens, non aliud in censu magis ex fortuna sua duceret*, lib. 8. cap. 21. Recens exemplum nobile, in Sebastiano Portugalliæ R. aliisque nonnullis, de quibus infra ubi de *Pseudonymis*. Idem.

71 Παρ-

71 Παρθένος ἐξαναβᾶσα, καὶ ἠέλιος ἀμφὶ μετώπῳ

Et virgo adscendens, & zonæ tectus amictu

Πηξά-

71 Παρθένος] *Virgo*, inter sidera & signa Zodiaci XII. relata, ex vulgari sententia, Astræa fuit seu Justitia, vel Æquitas. Hinc Aratus,

- - - Καὶ ἣ Δίκην καλέουσι.

— *Et Justitiam vocitarunt.*

Illa namque, hominibus ab æquitate delinantibus, ad Superos transisse credita est, ut Nigidius docet, apud Germanici Interpretem. At continuo ante legas ibid. *Nonnulli eam esse Cererem, eo quod spicas teneat; alii Atergatin; quidam vero Fortunam pro eo, quod sine capite Astru infertur.* Similiter Hyginus in hoc Signo: *Sed hanc alii Fortunam, alii Cererem dixerunt. Et hoc magis non convenit inter eos, quod caput ejus nimium obscurum videtur.* Festus Avienus *in Arati Phænomenis*:

Aut Pelusiaci magi & Dea litoris Isis,
Digna thori consors, & cura latrantis Anubis:
Seu tu diva Ceres.

Sed nil attinebat, pro diversis afferre opinionibus, quod alius sit Isis, aliis Ceres. Nam quæ *Isis* Ægyptiis, ea *Ceres* Romanis. Esse vero Cererem potius, quam Fortunam, eo comprobatur, quod spicam manu teneat; ut mox subjicit Avienus:

— *Sic nam sibi fragrat arista*
Et seu Siriaco torretur spica calore,
Protentate manu &c.

Nec abludit, quod quibusdam Atergatis fuerit credita, namque eandem Atergatim cum Cerere esse, ostendit Vossius de *Idolol.* libro 2. capite 55. Alias autem *Virgo* non Justitia aut Ceres est, sed Concordia vel Pax. Pro Cerere est *Virginis* imago in veteri Venera Nygini editione expressa, ubi spicas manu tenet. Sed pro Concordia aut Pace, est illa veteris MS. à Commelino in Hygino suo, item ab H. Grotio *in Arateis Germanici*, efformata, manu dextra olivam, sinistra caduceum tenens. Concordiam vero & Pacem inter Numina fuisse habitam, satis constat: Namque Concordiæ templum fuit in Capitolio, juxta ædem Junonis Monetæ; Pax vero templum habuit Foro proximum; quod Cæsar quidem Claudius exorsus est, Vespasianus vero absolvit. V. iterum Vossium de *Idolol.* lib. cod. cap. 36. Historiam si respicianus, *Virgo* hæc Erigone fuit; cujus Pater Icarius (qui tempore Amphictyonis Athenensium Regis vel potius Erichthonii, ob quadrigarum inventum, inter sidera relatus *Heniochique* seu *Auriga* dicti, floruit) cum à Libero vini faciendi modum edoctus, à rusticis venenum ab eo sibi propinatum ratus occisus esset; filia, luctus impatiens, laqueo vitam finivit, atque ob hanc in Patrem pietatem in cœleste *Virginis* signum conversa credita est, ut inter alios refert Hyginus *Fab.* 216. apud Eundem, *de orig. & progr. Idolol.* lib. 1. capite 13. V. quoque in voce *Erigone.* Iuter desiderata Seldeni, *de Synedriis Vett. Hebræor* libro 3. capite 16. §. est 9. cujus argumentum: *Commentum Orientalium vetustissimum de Virginis, velut in Ebræorum terra, cibantis Puerum, cui nomen Jesu, imagine invisibili, in primo signi Virginis Decano semper adscendente. Albumasaris Mahumedani & R. Abenezræ Judæi, ea de re, è Persarum aliorumque sectis antiquissimis traditiones. Numina tria Barbarica cum signo illo coorientia. Etiam in Christianismo veteri, persuasio habita de Virgine Deipara, in signo Virginis, denotata.* Item §. 10. *De codice sub titulo de Vetula P. Ovidio Nasoni per ruticulam Christiani alicujus, ante*

seculo

Πηξάμενος ζώνην, ἐπειπάμπολον ἡγεμονεύσῃ,
Ἑσπερίης ἐμπῆξαι μέγας αἰθέριος κὴ γαίαν,
Ἄστρων δ' ἐν μαχίμοις καινὴ φύσις, ὥς τ' ἀπολέσθαι
Ἐν πυρὶ καὶ σοναχαῖς Ἰνδῶν γλῶ Αἰθιόπων τε.
Μύρε καὶ σὺ Κόρινθε τὰ σὰ λυγρὰ ὄλεθρα.
Νήκατα γὰρ τρεπίοισι μίτοις μοῖραι τριάδελφαι

Sol frontem ductor totum peragrabit Olympum,
Ardore ingenti flagrabit ab æthere tellus,
Astrorumque novum certamen surget, ut omnis
India & Æthiopum tellus considat in ignes.
Tu quoque deplora tua tristia fata Corinthe.
Nam cum tergeminæ volvendo stamine Parcæ

Κλω-

secula aliquot, sive ignorantiam, sive imposituram tributo, in quo parapiraste metrica, sed miserrima, disciplinæ illius Albumasarianæ, de primo Virginis Decano exoriente. Idem.

72 Τριάδελφαι] Loquitur de Parcis filiæ Jovis ex Themide, an ex Nocte, Chao, Necessitate? &c. Deæ fatales, humanæ vitæ stamina dispensantes. Dictæ autem videntur *Parcæ* a *partu*, teste Varrone, eo quod nascentibus hominibus bona malaque conferre censeantur. Sed duriuscula hæc immutatio. Et, si id esset, una tantum foret Parca; Nisi forte dices, pro triplici partus mensefres fuisse Parcas, atque hoc *Nonæ*, & *Decimæ* vocibus firmari. Sed hanc qui sententiam sequatur, *tertiæ Parcæ* nomen itidem à numero sumptum ostendat, necesse est. Si tamen *Parcam* qu. *Partam* dici cum Varrone statuere lubet; quanto melius dixeris, *Parcam* sive *Partam* dicta a *partiendo*, quia unicuique per eam fatalis vitæ suæ portio obtingat. Sane & Græci similiter Μοῖραν λέγουσι ἀπὸ τοῦ μείρεσθαι vocant, hoc est, *dividere*, τιζοῖς διλήθη, ὅτι μὲν καὶ γίφ. ἐμοι Bauparturi. Alius, & plurimus placet, *Parcis* inde nomen esse, quod minime *parcant*: quod etymon asserunt Apuleius. Martianus Capella libro 4. Donatus *de barbarismo*. Servius *ad 4. Eclog.* aliique. Hinc à Statio *aura* dicuntur. *Thebaid. 6.*

Sed juvenem duræ prohibebunt discere Parcæ.

Eidem Statio *sævæ & graves* vocantur, Sylv. 2.

O sæva nimium gravesque Parcæ.

Idem *ibidem*:

——— *Sublatas inimica levavit*
Parca manus. ———

Ab Ovidio *tetricæ*:

Moverunt tetricas tam pia vota Deas.

Ab Horatio *iniquæ*: *Carm. 2.*

Unde si Parcæ prohibent iniquæ.

A Pro-

A Propertio *immites*, libro 4.

Immites habuit Cornelia Parcas

A Tibullo *tristes*, libro 3.

Aut si fata negant reditus, tristesque sorores.

Denique *inexorabiles* passim audiunt, Martialis:

Lanificas nulli tres exorare sorores
Contigit, observant quam statuere diem.

Omitto Græcos. Atqui antiphrasis, ut ait Vossius, est nugale Grammaticorum commentum, merumque insciticæ asylum. Quare audiendus Jul. Scalig. qui *lib. de R. Poëtica* 3. cap. 90. *Parcæ*, inquit, quia *parcant*, *una enim tantum dicitur filum incidere; duæ vero, altera vitam dare, altera vitæ tractum continuare. A pluribus igitur fit nominatio. Quinilla quoque parcit, sustinet enim aliarum opus, quoad fatorum jussibus pareat.* Hæ autem Parcæ tres esse sorores finguntur, *Clotho* scil. *Lachesis*, & *Atropos*, ita concordes, ut nulla unquam illarum dissensio, sicuti exterorum Deorum, audita fuerit. Jovis autem ac Themidis fuisse filias scriptum reliquit Hesiodus *in Theogonia*, hoc pacto:

Δόσπερ ἰηάχῳ λιπαρῷ Θέμις, ἠ τέκεν Ὥρας
Εὐνομίην τε Δίκην τε ϗ Εἰρήνην τεθαλυίας,
Αἵ ἔργ' ἀράσσουσ κατὰ θνητοῖσιν βροτοῖσι,
Μοίρας θ' ἧς πλείστῳ τιμὴν πόρε μητίετα Ζεύς,
Κλωθώ τε Λάχεσίν τε ϗ Ἄτροπον, αἵτε διδοῦσι
Θνητοῖς ἀνθρώποισι ἔχειν ἀγαθόν τε κακόν τε.

Idem tamen Poëta, *in eodem libello*, inter Noctis filias Parcas numerat:

Καὶ Μοίρας ϗ Κῆρας ἰηλήμονι τλησικάρδους.

Cui sententiæ accessit etiam Orpheus, qui ita scripsit *Hymno in Parcas*:

Μοῖραι ἀπειρεσίαι, Νυκτὸς φίλα τέκνα μελαίνης.

Harum primam natu minimam, colum volunt gestare; secundam grandiorem nendo humanæ vitæ terminum præfinire; tertiam maximam natu, filum incidere, hoc est, vitam tempore statuto abrumpere. Apulejus Parcarum ternarium numerum, à triplici tempore ductum, existimat. Nam quod in fuso perfectum est, præteriti temporis habet speciem, & quod in digitis torquetur, momenti præsentis indicat spatia: & quod nondum ex colo tractum est, futuri & consequentis sæculi posteriora videtur ostendere. Veracitatem Parcis fere tribuunt antiqui: Horatius in *Carmine Seculari*:

Vosque veraces cecinisse Parcæ.

Ovidius:

Nec tua veridicæ discunt responsa sorores.

Et ante utrosque Catullus *in Argonauticis*:

Talia præfantes quondam, felicia Pelei
Carmina divino cecinerunt ore Parcæ.

Idem *ibidem*:

Veridicos Parcæ coepere edere cantus.

Quæcunque enim Parcæ facta esse volunt, infecta fieri nequeunt, Tibullus libro 1. capite 7.

Hunc cecinere diem Parcæ fatalia nentes
Stamina, non ulli dissoluenda Deo.

Seneca Tragœdus:

Non illa Deo vertisse licet
Quæ nexa suis currunt causis.

Idem *in Hercule Furente*:

Duræ peragunt pensa sorores,
Nec sua retro fila revolvunt.

Has Parcas officio suo sedulo fungentes graphice admodum describit Catullus, ubi supra; cujus versus non possum non adscribere:

His corpus tremulum, complectens undique vestis
Candida purpurea talos incinxerat ora,
At roseo niveæ residebant vertice vittæ,
Æternumque manus carpebant vitæ laborem.
Læva colum molli lana retinebat amictam,
Dextera tum leviter deducens fila supinis
Formabat digitis, dum prono in pollice torquens

Κλωσάμφυαι φεύγοντα δόλῳ [73] ἰσθμοῖο παρόμφλοῦ,
Ἄξεσιν μετέωρον, ἕως ἐσίδωσί σε πάντες,

Nentes deducent fallaciter aufugientem,
Ad ſortes iſthmi ſublimem, dum videatur

Τὸν

Libratum tereti verſabat turbine fuſum:
Atque ita decerpens æquabat ſemper opus dens,
Laneaque horridulis hærebant morſa labellis,
Quæ prius in leni fuerant extantia filo.
Ante pedes autem candentis mollia lanæ
Vellera virgati cuſtodibant calathiſci.
Hæ tum clariſona pellentes vellera voce,
Talia divino fuderunt carmine fata
Carmine, perfidiæ quod poſt nulla arguet ætas. Idem.

73 ἰσθμοῖο] *Iſthmus*, tractus eſt terræ anguſtus, per quem ex lata terræ parte in aliam talem venitur: Hic multiplex. 1. Peloponneſi, qui & *Corinthiacus*, quo Peloponneſus reliquæ Græciæ connectitur, 40. ſtad. inter ſinum Corinth. ad Oceaſ. & Saronicum ad Ort. patens, quem Nero perfodere fruſtra tentavit, unde Proverb. *Iſthmum fodere*. Non primus autem Nero hanc inſaniam inſanivit. Clara res ex Herodoto, Strabone, Philoſtrato, Luciano, & Pauſania, cujus vere pia vox de hac re, quam adſcripſiſſe, pretium ſit operæ: Οὕτω χαλκὸν ἀνθρώπου τὸ θεῖον βιάσεται. Vide Paulum Æmilium in Carolo M. *ſub finem* libro 2. Hujus *Iſthmi* meminit Lucan. libro 1.

— *Qualiter undas*
Qui ſecat, & geminum gracilis mare ſeparat Iſthmos,
Nec patitur conferre fretum: ſi terra recedat,
Ionium Ægæo frangat mare.

Silius Italicus, libro 15.

Ut cum ſæva fretis immiſit prælia Corus,
Iſthmo curvata ſublime ſubegerit unda,
Et ſpumante ruens per ſaxa gementia fluctu
Ionium Ægæo miſcet mare.

Vide Fungerum in *Iſthmus*. 2. Cherſoneſi Thraciæ, uterque *Hexamili* Nigro, & Volat. 3. Ægypti inter mare Mediterr. ubi Peluſium, & ſin. Arabicum, ubi urbs Heroum, *Dorſum Arabiæ* Ptol. dictus. *Sur* vulgo, teſte Geropio, quo Ægyptus Paleſtinæ & Arabiæ Petreæ jungitur. 4. Tauricæ Cherſoneſi, de quo Xen. & Ptol. *Zucala*, teſte Joſepho Barbaro, quo Taurica Sarmatiæ continenti copulatur. 5. Acanthæus, in Macedonia, qui Athonmont. continenti jungit, à Xerxe, teſte Ælian, perfoſſus. 6. Italiæ, inter ſinum Scylletium, & Hipponiatem. Ferr. In parte Bor. Calabriæ ulter. Magino & aliis, eſt tantum 20. m. ab Ortu in Occaſ. prope Sqillacium. 7. Aſiæ, inter Tarſum & Amiſum. 8. Græciæ inter ſinus Criſſæum & Oetæum, ubi Thermopylæ. 9. Panamenſis, inter Americam Sept. & Merid. Baudrando eſt tractus Americæ, quo America Sept. jungitur Merid. leuc. Hiſp. 17. à Borea in Merid. nempe à Portu Belo ad Penamam urb. Totus tractus extenditur etiam ab Ortu in Occ. per 30. leuc. diciturque proprie *Terra Firma*, eſtque ſub Hiſpan. *Idem*.

74 Πρὸς

Τὸν πάλαι ἐκκόψαντα πέτρῃσι πολυῤῥήνατι χαλκῷ.
Καὶ σφὶν γαῖαν ὀλεῖ, καὶ κόψῃ ὡς πρόσθεν ἔπλαγε.
Τέτῳ γάρ τοι δῶκε θεὸς μόνῳ ἐς τὸ ποιῆσαι.
Οἷα τις ἐκ προτέρων τῶν συμπάντων βασιλήων.
74 Πρῶτα μὲν ἐκ τριττῶν κεφαλῶν σὺν πληγάδι ῥίζης
Σπασάμενος μεγάλως ἑτέρῃσι δώσει πάσασθαι.
Ὡς τε φαγεῖν σάρκας γονέων βασιλῆος ἀνάγνου.
Πᾶσι γὰρ ἀνθρώποισι φόνος καὶ δείματα κεῖται
Εἵνεκα τῆς μεγάλης πόλεως, λαῶν τε δικαίων,

Omnibus is, ferro qui rupem ruperit olim,
Vastabitque tuas late fataliter oras:
Nam Deus huic uni vires dedit efficiendi,
Quæ potuit regum cunctorum nemo priorum.
Primum quidem è tribus capitibus cum falce radicis
Insistens eximie aliis dabit evellere.
Regis ut infandi comedantur membra parentum.
Namque manent cunctos homines cædesque metusque,
Propter magnam urbem, & populum virtutis alumnum,

Σωζο-

74 Πρῶτα μὲν &c.] Sensus admodum obscurus. puto Sibyllam notare quod Suetonius scribit, quod, ut aliis in Isthmo perfodiendo exemplo esset, primus rastello humum effoderit, & corbulo congestam humeris extulerit. *Oppsopæus.*

Σωζομένη διὰ παντὸς, ὃν ἔξοχος εἶχε θεήοια.
Ἀσάλε καὶ κακόβουλε, κακαῖς ἐπιειμένε κῆραις,
[75] Ἀρχὴ κὴ καμάτοιο, κὴ ἀνθρώποις μέγα τέρμα
Βλαπομένης κτίσεως, κὴ Ζωζομένης πάλι μοίρης.
Υβρικακῶν, καὶ πῆμα, κὴ ἀνθρώποις μέγα τέρμα.
Τίς σε βροτὸς ἐπόθησε, τίς ἔνδοθεν ὰ χαλεπήνῃ;
Εἰ δὲ τίς βασιλεὺς σεμνὸν βίον ὤλεσε ῥιφείς;
[76] Πάντα κακῶν διέθηκας, ὅλον τε κακὸν κατέκλυσας·
Καὶ διὰ σὲ κόσμοιο καλαὶ πύχαι ἠλάχθησαν.
[77] Εἰς ἔριν ἡμετέρην τυχὸν ἄσατα ταῦτα θεβάλλω.

Provida quem semper durantem cura tuetur.
Inconstans, perverse, malis circumdate fatis,
Principiumque mali, mortalibus exitus ingens,
Quem natura malis fatis infensa creavit:
Triste nefas, dirum, monstrum mortalibus ingens:
Quis tibi quis bene vult? quis non irascitur intus?
Intus te quis vitam amisit rex præcipitatus?
Omnia turbasti misere, sentina malorum,
Et per te pulchri natavit machina mundi.
In lites nostras hæc mobilis objice forsan.

Πῶς

75 Ἀρχὴ &c.] Admodum confusa sunt ista & intricata, ut te extricare non possis, & ita esse testantur iidem versus pagina sequenti denuo inculcati. *Idem.*

76 Πάντα κακῶν &c.] Alludere videtur ad probrum Isidori Cynici Neroni objectum, quod Nauplii mala bene cantillaret, sua bona male disponeret. *Idem.*

78 Εἰς ἔριν &c.] Ad oram MS. Gallæi hæc leguntur verba, quis dubitet hæc à Christiano ficta, cui annotationi plane subscribo. *Gallæus.*

79 Ἰνδικὸν

Πῶς ᾧ λέγεις· πείσω σε, καὶ, εἴ τι σε μέμφομαι, αὐδῶ;
Ἦν ποτ' ἐν ἀνθρώποις λαμπρὸν σέλας ἠελίοιο,
Σπειρομένης ἀκτῖνος ὁμοπαθέος φρεσφιν·
Γλῶσσα μὲν ἀΐσσουσα καλὸν πόμα πᾶσι βροτοῖσι
Φαίνετο, καὶ προὔβαινε, καὶ ἡμέρα πᾶσιν ἔτελλε.
Τῷ δ' ἔνεκεν τενόθυλε, κακῶν ἀρχηγὲ μεγίστων,
Καὶ ῥαμφὴ καὶ πένθος ἐλεύσεται ἤματι κείνῳ,
Ἀρχὴ καὶ καμάτοιο, καὶ ἀνθρώποις μέγα τέρμα,
Βλαπομένης κτίσεως, ἠδὲ βλαπομένης πάλι μοίρης.
Κλῦθι πικρᾶς φήμης δυσπαχέος ἀνθρώποισι πῆμα.
Ἀλλ' ὁπόταν Περσὶς γαῖα ἀποσχοίσῃ πολέμοιο,

Quo pacto dicis tibi persuadebo? quod in te
Si quid reprendro, dico. Solis jubar inter
Mortales olim clarum fuit, irradiante
Lumine concordi vatum: totique suavem
Humano generi diffundens lingua liquorem
Extitit, & pergebat; & omnibus orta dies est.
Ergo summorum vilissime causa malorum,
Advenient illis gladius luctusque diebus,
Principiumque mali mortalibus exitus ingens,
Quem natura malis fatis vitiata creavit.
Tristem audi famam, pestis mortalibus atrox.
Verum cum bellis jam Persica terra carebit,

Λοιμῷ τε, σοναχῇς τε, τότ' ἔσεται ἤματι κείνῳ
79 Ἰουδαίων μακάρων θεῖον γένος ἀθανιόνων,

Et peste & gemitu: tunc illo tempore vivet
Judæum dium genus, & cœleste beatum,

Οἱ

79 Ἰουδαίων &c.] Lactantius libro 4. c. 20. *Domus autem Juda & Israel non utique Judæos significat, quos abdicavit, sed nos qui ab eo convocati ex gentibus, in eorum locum adoptione succeſſimus, & appellamur filii Judæorum: quod declarat Sibylla, cum dicit* Ἰουδαίων, &c. *Oppoſuerus.* Pop. Judæi qui & *Hebræi*, *Populus Dei* olim, *les Juifs* Gallis, *Judeos* Hiſpanis, *Juden* Germanis, gens quæ quondam Palæſtinam habitavit, nunc autem per totum orbem terrarum diſperſa vagatur, nuſquam proprium locum poſſidens, ubique apud omne genus hominum odioſa & tributaria. Multa autem de origine gentis & religione confixerunt profani ſcriptores, qui Judæum, & Hieroſolymum fratres, Typhonis filios, fabulati ſunt, unde & nomen genti, & urbi principi manarit, de quo Plut. *lib. de Iſide & Oſiride.* Alii à monte *Ida* nomen deduxerunt. Quidam volunt Bacchum eos, aut ejus loco vitem auream coluiſſe; nonnulli aſinum, & porcum. Vide Florum 3. 5. Plut. *Symp.* 4. 5. Petron. *in Catalectis*, & ibi Interpretes, nec non Orig. libr. 5. *contra Celſum.* Minime omnium corrupte de religione eorum Strabo, qui & *juſtos*, & *vere religioſos* appellat. Itemque Dio loco ſuperius prolato. Iidem Pagani ſcriptores Judæorum, & Chriſtianorum nomen non raro confundentes, illos pro his poſuerunt, quod Lipſius ad 15. ann. *Tac.* itemque Pithæus libro 2. *Adverſ.* capite 2. & Barthius *ad Rutilium Numatianum* libro 1. verſ. 159. obſervant. Hiſtoria eorum paucis hæc eſt: A Jacobo Patriarcha progenati, *Iſraëlitarum* habuere nomen, quo tamen omnes 12. continebantur Tribus, quæ pro peculiari gente tum demum haberi cœperunt, poſtquam in Ægypto prodigioſa fœcunditate multiplicati eſſent. Hanc cum fruſtra ſupprimere per 200. annos tentaſſent Ægyptii, à Moyſe tandem divino juſſu, è ſervitute eorum educti, Legem à Deo acceperunt, in monte Sinai, & poſt quadraginta annorum in deſerto errores, terram Canaan Joſuæ auſpiciis occuparunt. Poſt hujus mortem Seniorum imperium venerati, Judices poſtmodum habuerunt, quorum ultimus Samuel fuit. Hoc adhuc ſpirante, Regem petiere, qui ipſis irato Deo obtigit, Saul vid. Cui ſucceſſit David, vir ſecundum voluntatem Dei, quem fil. Salomo excepit, ſapientia & divitiis ſupra omnes Reges terræ. Poſt hujus mortem ob nimium Rehabeami, filii ejus, rigorem, diviſum regnum eſt an. M. 3060. in regnum Iſraëlis, ſub Jeroboamo, cui 10. tribus adhæſere, & regnum Judæ, ſub Rehabeamo, cui duæ ſolæ ſervarunt fidem; Priusà 19. Regibus adminiſtratum eſt, per an. 255. uſque ad Hoſeam ultimum, qui Samariæ à Salmanaſſore Aſſyrio obſeſſus, in ejus poteſtatem tandem cum toto regno pervenit, anno Romæ conditæ 14. regni Ezechiæ Regis Judæ 6. Poſterius 20. habuit Reges, à Rehabeamo uſque ad Sedeciam, quo Hieroſolyma capta eſt à Nebucadnezare, templumque deſtructum & Judæi Babylonem abducti, Olymp. 40. an. 1. Nabonaſſaris 140. à fundatione templi 424. Romæ conditæ an. 146. Mundi an. 3446. 608. cir-

Οἱ περιοικοῦσι τὴν πόλιν ἐν μεσογαίοις·

Qui terræ mediis habitabunt finibus urbem

Ἀχρὶ

608 circiter ann. ante C.N. Duravit captivitas 70. annos, quibus effluxis, Cyrus Babyloniorum domitor, Judæis in patriam revertendi & templum reparandi veniam dedit, quod factum auspiciis Ducis Zorobabelis, Esræ & Nehemiæ; mortuo Zorobabele à Pontificibus summis gubernati, postea Aslamonæis fuere subjecti, per annos 130. qui regio titulo resumto, præfuerunt genti; usque ad Herodem, quo regnante, JESUS CHRISTUS natus est. Hunc cum impii cruci affixissent, ultorem mox sensere Deum: & rebellione iterata irritatis Romanis, captis ann. Chr. 70. à Vespasiano & Tito Hierosolymis, post horrenda ac inaudita mala, & occisa eorum 1100000. captaque 97000. libertate penitus exciderunt, signavitque nummum Vespasiani mœsta sub cedro sedens JUDÆA CAPTA. Neque ulla ab hoc tempore maledictæ genti emergendi copia fuit: namque sub Trajano primum, dein Adriano, Duce Barchocheba, postea Antonino Pio, &c. jugum excutere conati, aliis item temporibus idem molientes frustra fuere. Imo ab Hadriano ægre impetrarunt, ut semel in anno adire sanctæ urbis deformes reliquias, ibique per paucas horas, vectigali libertate, inspectantibus militibus, pretio lachrymas suas redimere, ruinam templi & urbis deflere, miseramque gentis suæ sortem lugere ac deplorare liceret. Nec quicquam juvit Juliani indultus, Deo cœlitus fulminibus & terræ motu opus turbante. Etiam sub Theodosio minore, in Creta ad libertatem, à quodam qui Moysen se venditabat, vocati, magno numero mersi sunt, circa ann. Chr. 132. Iterum rex eorum Julianus, sub Justiniano, victus est an. Ch. 533. Intra domorum claustra certis diebus concluſi sunt, lege Childeberti an. Ch. 564. & cum circa an. C. 600. in eodem regno plus libertatis nacti essent, adeo ut etiam *Christiana mancipia possiderent*, querente Massonio *in Hist. Gall.* eadem postea rursus privati sunt. In Hispania à Sisibuto, ab Astrologis monito, à circumcisa gente metum imminere, ad fidem quidam compulsi, reliqui regno ejecti sunt, ann. Ch. 614. Iterum circa an. Ch. 694. Egica Rex eos, quod insidias regno struxissent, bonis fisco addictis, in servitutem redegit. Sub Leone Isaurio, non pauci, quod ad Christianismum compellerentur, cum totis familiis sese ipsos ustularunt, circa an. C. 722. Gallia pulsi sunt, sub Ludovico IX. cui Saraceni exprobraverant *Regi minus esse charum Jesum Christum, qui infensissimos ejus hostes in visceribus regni foveret*, circa an. 1260. Ex Anglia eosdem ejecit Eduardus I. an. Ch. 1287. ob intoxicatas aquas, Basileæ aliisque in locis, ustulati partim, partim in exilium acti, circa ann. 1348. & nuper admodum omnibus hæreditariis provinciis à Leopoldo I. Imp. cedere jussi sunt. Plura qui volet, videat Eusebium, Josephum, Severum, Guil. Tyr. &c. imprimis, qui de ritibus eorum & consuetudinibus accuratissime scripsit, Johannem Buxtorfium Fil. *Synagoga Patris Judaica ingenti accessione locupletata.* Hinc *Judæus* Ovid.

Cultaque Judæo septima sacra viro.

Item *Judaicus*, ut *Superstitio Judaica* Quinctiliano. Juven.

Judaicum ediscunt & servant, ac metuunt jus. Hofmannus.

Ἄχει δὴ κὴ [80] Ἰόπης τεῖχος μέγα κυκλώσαυλες,
Ὑψόσ' ἀείρηλαι ἄχει κὴ νεφέων ἐρεβεννῶν.
Οὐκέτι συρίξει σάλπιγξ πολεμόκτονον ἦχον,
Οὐδ' ἁιμαινομένοις παλάμαις ἐχθρὸς διαλῶν),
Ἀλλὰ θήσουσι τε κακῶν αἰῶνι τρόπαια.
Εἷς δέ τις ἔσται αὖθις ἀπ' αἰθέρος ἔξοχος ἀνὴρ,

Divinam, & magnis ambibunt mœnibus usque.
Ad Joppen, celsas tangentes culmine nubes.
Non jam terribili sonitu tuba bella ciebit,
Non hostes manibus furiosis interimentur.
Sed statuent mundo præclara trophæa malorum.
Existetque olim quidam vir ab æthere præstans,

Ού

80 Ἰόπης] *Jope*, urbs Phœniciæ prope Jamniam. Steph. Ab *Jope* Æoli filia, uxore Cephei sic dicta. Vocabatur & *Joppe*. Italis *Jaffo*. A *Japhet* Noachi filio conditore quidam appellatam volunt, vel à יפה *formosus fuit*. Strabo vocat Ἅρπων λῃστήριον *latronum receptaculum*, locumque adeo editum tradit, ut inde conspici posset Hierosolyma Judæorum metropolis. Andromedam hic balænæ expositam fabulantur Poëtæ. Nunc *Jaffa*, urbs Palæstinæ, & tribus Dan Septentrionalior, Episcop. sub Archiepiscopo Cæsariensi, cum portu in ora maris Mediterran. 35. mill. à Cæsarea in Austr. paulo minus ab Hierosolymis. 6. à Lydda in Occas. 47. ab Ascalone in Bor. In edito saxo, & sub urbe portus, in quem ligna & lapides è Libano mari indeque Hierosolymam terrestri itinere deferebantur, ad templi structuram. Baudrand. Ejus hodie nil extat, nisi turris & diversorium, accipiendis peregrinis. Ferr. Una ex antiquissimis urbibus totius mundi, jamque ante diluvium quibusdam condita videtur Joppe. Hic Jonas divino monito inobsequens navem conscendit, Thraciam petiturus. Vastata aliquoties à Juda Maccabæo, dein à Tito quoque expugnata est. Refecta ab Arabibus, qui inde à Godofredo Bullionæo pulsi: quo tempore Episc. fuit, ut modo dictum. A Saladino postmodum destructa, sed reparata à Richardo Angl. R. Iterum capta est à Ludovico IX. Sed recidit in Barbatorum manus, qui eam plane everterunt. Vide Joseph. *de Bello Jud.* Guil. Tyr. Jac. Vitriacensem, Itinerariorum scriptores, &c. Est & *Jope* Thessaliæ. Quærant autem eruditi, quænam sit *Jope* illa apud Propertium *lib.* 2.

Vobiscum est Jope, vobiscum est candida Tyrus. Idem.

81 E-

Οὗ παλάμας ἤπλωσεν ἐπὶ ξύλα πολυκάρπα
[81] Ἑβραίων ὁ [82] ἄριστος, ὃς ἠέλιον πότε σῆσεν,

Cujus frugifera distendit in arbore palmas
Optimus Hebræus, licuit cui sistere solem,

Φω-

81 Ἑβραίων] *Hebræi*, dicti sunt Judæi, ab *Heber*, qui fuit abnepos Sem filii Noë. Et quia in ejus familia remansit lingua, quæ prius humano generi creditur fuisse communis, quum gentes linguarum diversitate sunt divisæ, deinceps Hebræa est nuncupata: sic quidem, ut alii observant, posteros Heber Hebræos appellatos non fuisse, usque ad Abrahamum, qui primus *Hebræus* appellatus est, idque à Cananæis, qui hoc nominis illi indiderunt; quod à regione trans Euphratem in terram Canaan venisset. Et sic etiam Ethnici scriptores Ebræorum nomen ab Abrahamo deducunt. Ita enim apud Eusebium asserit Artapanus, Καλεῖσθαι αὐτοὺς Ἑβραίους ἀπὸ Ἀβραάμου. Et Charax apud Steph. Ἑβραῖοι, οἵτινες Ἰουδαῖοι ἀπὸ Ἀβραμμῶν (sic legendum, non Ἀβραάμων) in quam sententiam videtur propendisse Augustinus, qui *de Civitate Dei*. 16. 3. postquam Ebræos ex Ebere deduxit, aliam addit posse esse opinionem, ut ex *Abraham* tanquam *Abrahi* dicti esse videantur. Sed idem *lib.* 2. *Retractationum c.* 16. hunc locum etiam retractavit; atque id quidem merito; Ebræos enim Abrahamo antiquiores fuisse, vel ex eo constat, quod ipse Abrahamus *Ebræus* vocetur Gen. 14. 13. In Eusebianis, ubi de tempore transitus: Ἐνθεν ἤρξατο ἡ Ἑβραίων ἀποδημία, Ἑβραῖοι γὰρ οἱ Περάται ἐκαλοῦντο, ἀλλαχοῦ δὲ Εὐφρατίνων Ἀβραάμ, ἢ ἐκ τοῦ διαβαίνειν τινας, ἀπὸ Ἑβὲρ. Inde Hesychius: Ἀβραάμ, περάτης, ἢ πατὴρ μετάρσιος. Melius autem alibi. Ἑβραῖ, Ἑβραῖος, ἢ ὁ Ἑβραῖος περάτης. *Ad Hebræos* Epistola, à Paulo Apostolo conscripta, capp. 13. docet, JESUM CHRISTUM non Redemptorem solum & Messiam illum esse Patribus promissum, sed & in illo omnes Vet. Test. ceremonias impletas, sicque finem illis impositum esse. In div. hanc Ep. extant: Amyraldus *in cap.* 6. *&c.* Balduini *Analysis.* Blandratæ Socin. *Expositio in c.* 1. Borussi *Resolutio.* Capelli *Observationes.* Coccei *Explicatio.* Coduretus. Constantinus Presbyter. Crellii *Paraphrasis in c.* 2. *pr.* Croquetii *Enarratio*, octav. Duaci, 1578. Dalæus *in cap.* 12. Delphinus. Deringti *in c.* 5. *pr. & partem* 6. Angl. quart. Londini 1590. Gerhardi *Commentar.* quart. Jenæ, 1641. 1660. Gomari *Explic. locor. difficil.* Gouge Angl. fol. Londini 1657. Grandis *Comm.* octav. & fol. Parisiis. Graweri *Examen Neorianorum, inc.* 1. Jenæ 1613. Grynæi *Explanatio*, octav. Basil. 1585. Hegendorffii *Annotation.* Hagenoæ 1529. Hornejus. Jonesii *Expositio* Angl. fol. Londini 1635. Lawsoni *Commentar.* fol. 1662. Lushingtoni itidem, Angl. fol. Londini 1646. Lyseri quoque, quart. Majoris *Commentar.* Megander. Mejereri *Resolutio* octav. Hanoviæ 1605. Mestrezatii *Conciones*, Gall. tom. 5. in octav. Genevæ. Nahumi *Explicatio Anal.* octav. 1602. Oecolampadii *Explicationes*, Argentor. 1534. Osiandri *Explicatio* quart. Tubingæ, 1584. de Palatio. Pareus. Perkinsius. Quistorpii *Comm.* Ribera. Rollocus. Sculteti *Idea Conc.* Stevartius. Stresonis *Comment.* Tenæ *Commentar. & Disput. cum exercit. Fried. Spanhemii de Auctore & Epist. ad Hebr. &c.* fol. Londini,

Φωνήσας ῥήσῃ τε καλῇ καὶ χείλεσιν ἁγνοῖς.
Μηκέτι τείρεο θυμὸν, μὴ φίθεσσι μέγαιρε
Θειογλυφὴς, πάμπλειε, [83] μόνῳ πεποθημένον ἄνθος,
Φῶς ἀγαθὸν, σεμνόν τε θάλος, πεποθημένον ἄγνον,
[84] Ἰουδαία χαρίεσσα, καλὴ πόλις, ἔνθεος ὕμνων·

Clamando pulchris verbis, castisque labellis.
Desine jam mentem cruciare, & pectora curis,
Diva genus, summe locuples, optate Deo flos,
Lux bona, delubrum venerabile, germen amœnum,
Urbs elegans, Judæa venusta, & laudibus alma.

Οὐ-

1661. Turretinus *in c.* 12. Vasquez. Ursens. Zuinglii Jun. *Comm. in c.* 11. fol. Basil. 1592. Vide Crowæi *El.* Idem.

82 Ἀμεσ.] Loquitur de Josua filio Nun, qui fuit minister & successor Mosis, qui populum Israel per siccatum Jordanis alveum in terram Canaan introduxit. Ὁμώνυμος & typus Servatoris nostri Jesu Christi, qui filios promissionis Abrahæ per Jordanem æruminarum hujus vitæ & mortis in requiem vitæ æternæ introduxit. Obiit Anno Mundi 2600. æt. 110. Princip. 25. V. Morer. Historia ejus è sacra scriptura petenda est. Jos. *Ant.* 5. 9 Λύσῃς μηδὲ συνίσεως αὐτὸν εἰδέναι, μήτε ἓν τῶν γεγονότων αὐτῷ τοῖς πέλας διαφέρειν ἐξαπεγκεῖν ἄπειρον, ἀλλ' ὁ ἀκριβέστερος ἄκρος. Περὶ τῶν ἔργων καὶ τῆς πολιτείας αὐτοῦ μεγάλα ὄφελεν, περιττεύειν τε τὰ καθ' ἑαυτὸν εἰρημένα δεξιώτατος, ἐ αὐτὸς ἅπαντα καιρὸν τῶν ἀρετῶν ἡμερωμένος. In *Josuam* extant: R. Aharon aben Chajim. Antoninus. Augustinus. Bedæ *Quæstiones*. Boustretius. Borthai *Comm.* fol. Basileæ 1565. Brentii *Comm.* fol. Tubingæ 1575. Buntingus, Angl. Quart Londini 1629 Calovii *Annotationes*. Calvini *Commentarii*. Crommii *Theses Theol.* Lovan. 1631. Chytræi *Enarratio.* fol. 1590. Drusii *in loca difficil.* Quart. Franekeræ 1618. Fetus. de Hales. Hannekinii *Annotata*. Helingii *Periocha.* 8. Notib. 1593. Isidorus Hispal. de Lapide. Lavateri *Homiliæ*. Magaliani *Comm.* tom. 2. fol. Lugd. 1612. Malvenda. Masii *Illustrationes*. Londini 1660. Montani *Commentar.* Quart. Antv. 1585. Naxera, Nezenius, Jenæ 1611. Origenis *Homeliæ*. Paulutius. Piscatoris *Comment.* Procopius. Seratius. Strigelius. Theodoretus. Theodorus. Tostatus. de S. Victore. Wolfii *Sermones*. fol. Tiguri 1592. &c. V. Crovæi *Elenchum*. Idem.

83 Μόνῳ] Forte scribendum esse Θεῷ pro μόνῳ, putat *Opsopæus*.

84 Ἰουδαία] Judæa, quæ & *Chananæa*; & *Promissionis terra*, Syriæ regio notissima:

Οὐκέτι βακχεύσει Περσῶν χθόνα πὰς ἀκάθαρτος
Ἑλλήνων, ὁμόθεσμον ἐνὶ φρεσὶν ἔχων νόον.
Ἀλλά σε κυδάλιμοι παῖδες θελήμησι,
Καὶ μύσταις γλώσσαις ἁγίαισιν ὑμνήσουσι,

Persica non dein pes Græcus bacchabitur arva,
Impurus, diram qui fert in pectore mentem.
Sed nati multum decorabunt egregiè te,
Et modulata sacris dicent tibi carmina linguis,

Παν-

ma: de cujus situ post sacras literas Josephus inprimis, post quem Strabo *lib.* 16. Dio Cassius *lib.* 36. & Tacitus *Hist. libr.* 5. ubi de Judæa, cujus hæc sunt verba: *Terra, finesque, qua ad Orientem vergunt, Arabia terminantur; à Meridie Ægyptus objacet: ab Occasu Phœnices, & mare: Septentrionem à latere Syriæ longe prospectant* Solum, si Straboni credimus, infœcundum, præsertim circa Hierosolyma. Sic enim ille: Ἐπὶ δὲ πετρώδες, αὐτὸ μὲν ἄυδρον, τὴν δὲ κύκλῳ χώραν ἔχει λιπαρὰν καὶ ἄυδρον, τὴν δὲ ἐντὸς ὑπήνεμόν τε καὶ ὕδατι, καὶ φυτοῖς πυκνόν. E contra Tacitus, ubi supra: *Rari imbres, uber solum. Exuberant fruges nostrum ad morem, &c.* Huic soli balsamum ferre concessum est. Plin. 12. 5. Baudrando *Judæa* regio est Syriæ meridion. parva, sed nobilissima, melle olim & lacte fluens, quæ antiquissimis temporibus appellata *Terra Chanaan*, postea *Terra Promissionis*, & *Palæstina* tempore Romanorum dicta fuit *Judæa*, nunc autem à Christianis dicitur *Terra Sancta*, Germanis *das Gelobte Land*, Gallis *la Terre Sainte*; quanquam Judæa strictius sumpta complectatur tantum Tribus Judam, & Benjamin: Becmanno Judææ nomine veniunt Tribus Judæ, Benjamin, Dan tota, & Ephraimitidos ac Manassitarum Occidentalis portio, Vide Joseph. *de bello Jud. lib.* 3. *cap.* 1. Ejus quondam Metropolis Hierosolyma fuit, non Judææ modo, sed totius orbis ocellus. Reliquæ urbes, Bethlehema, Jericho, Ascalon, Bethoron, Azotus, Joppe, &c. Tota autem regio subest dominio Turcarum; male admodum culta, cum incolæ deficiant in dies propter frequentes incursiones Arabum. Alias divisa fuit Judæa in duodecim Tribus, quarum nomina & situm videbis in voce *Tribus*, quæ omnes etiam in unicum, tandemque in duo regna descriptæ sunt sub nominibus *Israël* & *Juda*: Judæa autem omnis Christi ætate divisa fuit in partes sex, in Galilæam, Samariam, & Judæam proprie dictam, quæ cis Jordanem fluvium & ad mare Mediterraneum, & in Trachonitidem, Ituræam sive Peræam, & Idumæam, quæ trans Jordanem & in mediterraneis politæ sunt. Ejus mem. Lucan. *l.* 2.

Incerti Judæa Dei, mollisque Sophene.

Et Juvencus *lib.* 4.

Judæamque petit qua pinguia rura, &c.

Hofman.

Παντοίαις θυσίαισι, καὶ δίκαις ἐνθεοπίμοις.
Ἐκ μικρῶς γενόπλῳ ὅσοι καμάτους ὑπέμειναν,
Πλείονα καὶ χαρίεντα [85] καλὸν ἄρξουσι δίκαιοι.
Οἱ δ' κακοὶ εἰλαυλες ἐπ' αἰθέρα γλῶσαν ἄθεσμον,
Παύσονται λαλέοντες ἐναντίον ἀλλήλοισιν·
Αὐτὰς δ' κρύψουσιν, ἕως κόσμῳ ἀλλαγῇ.
Ἔσαι δ' ἐκ νεφέων ὄμβρος πυρὸς αἰθομένοιο.
Κ' οὐκ ἐπὶ καρπούσουσι βροτοὶ σάκχω ἄλλαον ἐκ γῆς,
Πάντα μὲν ἄσπαρτα καὶ ἀνήροτα, ἄχει νοῆσειν
Τὸν πρύτανιν πάντων θεὸν ἄμβροτον, αἰὲν ἐόντα,
Ἀνθρώπους θνητὰς, καὶ μηκέτι θνητὰ γεραίρειν,

Omnigeniſque Deo ſacris, precibuſque litabunt
Ex parviſque malis quicunque tulere labores,
Multo plura malis juſti bona læta tenebunt.
At mali, in æthera qui linguam jecere ſceleſtam,
Ceſſabunt inter ſeſe maledicta referre,
Seque abdent, donec fiat mutatio mundi.
Igneus exiſtet vero de nubibus imber:
Nec jam homines pulchras carpent telluris ariſtas
Nec ſatio prorſum fiet, nec aratio, donec
Norint mortales numen quod cuncta gubernat,
Æternum, neque jam morti ſubjecta colantur,

Μή-

85 Καλὸν, &c.] Opſopœus putat legendum eſſe καλὰ ἔξουσι aut καλ' ἀνάξουσι.

86 E-

Μήδε κυώας ἠ γῦπας, ἃ Αἴγυπ]ος κατέδειξε
Σεμνύειν σομάτεσι νέοις ἠ χείλεσι μωροῖς.
[86] Εὐσεβέων δ' ἔσται χθὼν αἰγλήεσσα, πάντα τά δε οἵσι
Νᾶμα μελισαγέος ἀπὸ πέτρης, καὶ διὰ γλώσσης,
Καὶ γάλα δ' ἀμβρόσιον ῥύσει πάντεσσι δικαίοις.
Εἷς ἕνα γὰρ γενετῆρα θεὸν μόνον ἔξοχον ὄντα
Ἤλπισαν, εὐσεβίῃ μεγάλῃ ἠ πίστιν ἔχοντες.
Ἀλλὰ τί δή μοι ταῦτα νόος σοφὸς ἐγγυαλίζει;
Ἄρπ δέ σε τλήμων Ἀσίη καδύρεται οἰκτρῶς,

Aut canis, aut vultur, quorum monstravit honores
Oribus Ægyptus stultis, fatuisque labellis.
Sancta sed Hebræis erit, & feret omnia tellus,
Et de rupe fluent latices, linguaque, suaves,
Omnibus & justis lac immortale scatebit.
Quippe quibus genitore Deo, præstanteque solo
Fretis, magna fuit cordi pietasque fidesque.
Verum quid tandem sapiens mihi suggerit hæc mens?
Te te Asia infelix tristi deploro querela,

Καὶ

86 Εὐσεβέων, &c.] Hæc apud Lactantium lib. 7. cap. 24. nonnihil variant:
Εὐσεβίων ἢ μᾶλλον αἰγλὴ χθὼν πᾶσιν τοῖ δ' οἵσι,
Νᾶμα μέλιτος καὶ πίτυος ἠδ' ἀπὸ πηγῆς
Καὶ γάλα τ' ἀμβροσίης ῥύσει.
E quibus alter mancus est: famabilis tamen è veteri Lactantii codice, exhibente Ναμα ΜΙΛΙCΤΑ ΤΑΙΗCΑΡΟ, hoc est, νᾶμα μελισταγέος ἀπό, ut in Sibyllinis scribitur. Orpheus.

Καὶ γῆρ᾽ [87] Ἰώνων, Καρῶν, Λυδῶν πολυχρύσων.
Αἰ αἰ [88] Σάρδεις, αἰ αἰ καὶ πολυήρατε Τράλλις·
Αἰ αἰ Λαοδίκεια καλὴ πόλι· ὡς ἀπολεῖσθε
Σεισμοῖς ὀλλύμεναί τε, καὶ εἰς κόνιν ἀλλαχθεῖσαι.
Ἀσία τηλόφερπῆ, Λυδῶν τε πολυχρύσων.

Jonumque genus, Carumque, auroque ſcatentum
Lydorum. heu Sardis, heu multum Trallis amœna:
Eheu Laodicea, urbs pulchra: peribitis ergo
Motibus everſæ terræ, pulviſque redactæ
Aſia caliginoſæ Lydorum auroque potentum.

[89] Ἀ-

87 Ἰώνων] Jones ab Ionia, Aſiæ minoris regione, quæ ſeparatur ab Æolide Hermo fluvio, rigaturque fluviis Caiſtro & Mæandro, & per oram littoris extenditur, tum cœli bonitate, tum ſitus commoditate nulli regionum poſthabenda. Herodot. *lib.* 1. *& ſeqq.* Hinc *dives* Ovid. dicitur Faſt. *lib.* 6.

——— *Quem præbet Jonia dives.*

Sarchiom hodie, teſte Leunclavio, *Quiſcum* vel *Quiſcon* Turcis dicitur. Ejus urbes præc. fuere Epheſus, urbs olim clariſſima, Miletus, Smyrna, nunc præcipua & ſedes Præfecti, Colophon, Erythræ, Leuca, Lebedus, Clazomenæ, Hippi & Heraclea. Nunc vulgo *Sarchan* dicitur, & ſub Turcis eſt. Baudrandus. Martialis *l.* 13. *ep.* 5. attageuas Jonicas commendat,

Inter ſapores fertur altum primus
Jonicarum guſtus attagenarum.

Et ante eum Horatius *Epod.* 2. (*meum*:

Non Afra avis deſcendat in ventrem
Non attagen Jonicus
Jucundior, quam &c.

Unde Hieronymus *ad Salvinam: Procul ſunt à convivis tuis Phaſidæ aves, craſſi turtures, attagen Jonicus. Jonia* Propertio *libr.* 1. *eleg.* 6. *mollis* dicitur. Vide Proverbium: Γλῶς Ἰωνικὸς, & Athenæum *lib.* 12. Unde Ἰωνικῶς ἀντὶ τοῦ ἁπαλῶς, i. e. *molliter*. Plautus *in Sticho.*

Quis Jonicus, aut cinædicus, qui talia
facere poſſet?

Horat. 3. 6.

Motus doceri gaudet Ionicos
Matura virgo. ———

Et Plato *lib.* 3. *de Rep. Jonicam harmoniam*, ut nimis mollem expellit ſua civitate. Plin. 29. 5. Cæterum *Jones* bellis celebres olim erant contra Perſas, altoſque vicinos, & Colonias plurimas deduxerunt. Sectæ Jonicæ nomen Thaletis Mileſii diſcipulis hæſit. Ab Javan, Japeti fil. forte ortundi, cognominatique: Strabo, Plinius, Pauſanias, Diogenes Laërtius, Ortelius, Leunclav. &c. *Hofman.*

88 Σάρδεις, &c.] Trallis terræ conſederunt ſub imperio Auguſti: Laodiceæ ſub Nerone. Sardes vero & Epheſus corruerunt anno Dom. xx. inter tredecim urbes quas Euſebius in Chronico enumerat. Ορϕ. *pœus.*

89 Ἀ-

[89] Ἀρτέμιδος σηκὸς Ἐφέσῳ πηγνυμένου,
Χάσματι καὶ σεισμοῖσι ποθ' ἥξειν εἰς ἅλα δεινὸν
Πρωὴς, [90] ἢν ὅτε νῆας ἀναπλύζουσιν ἀέλλαι.
[91] Ὑψόθεν δ' οἰμώξει Ἔφεσος κλαίουσα παρ' ὄχθας,

Aſt Epheſi ſtructum Dianæ nomine fanum,
Motibus & vaſto ſubter mare ſidet hiatu,
Præceps, ut naves rumpunt ſi quando procellæ.
At lachrymas Epheſus recubans ad littora fundet,

Καὶ

89 Ἀρτέμιδος, &c.] *Templum* Dianæ Epheſiæ, Strab. & al. unum ex ſeptem Orbis admirandis operibus, à Cteſiphonte architecto deſignatum, 220. annis exædificatum eſt, habens pedes in longitudine 425. in latitudine 220. columnis 127. à totidem Regibus factis, longitudine 60. pedum, è quibus 36. quarum una à Scopa, cælatæ, conſtans. De cujus conſtructione plura Vitruvius. In ſolo paluſtri locatum erat, ne terræmotus ſentiret, aut hiatibus abſorberetur. Rurſus, ne in lubrico atque inſtabili fundamenta tantæ molis ponerentur, calcatis ea carbonibus primum, dein lanæ velleribus ſubſtravere. Miraculo inprimis fuit, epiſtylia tantæ molis attolli potuiſſe, ſed conſecutus eſt id Architectus peronibus arena plenis, molli pulvino ſuper capita columnarum exaggerato, paulatim exinaniens imos, ut ſenſum totum inſideret. Difficillime hoc in ipſo limine contigit: etenim ea maxima moles fuit, nec ſedit in cubili, anxio artifice mortis deſtinatione ſuprema, traduntque in ea cogitatione defeſſum, nocturno tempore in quiete vidiſſe præſentem Deam, hortantem ut viveret: ſe compoſuiſſe lapidem, ut poſtero die apparuit. Habuit templum hoc ingentem libertatem, doniſque ex omnibus regnis ac civitatibus locupletatum eſt: acceſſit à præſtantiſſimis adverſus varia morborum genera remediis ibi affixis ingens Fama. At tandem ab Heroſtrato, ut famam maleficio ſibi compararet, incenſum fuit, eadem Olympiade ac die, qua Alexander M. natus eſt. Poſt hujus obitum, urbe à Lyſimacho renovata, cives, ſi Straboni credimus, Templum inſtauraruut, tanta quidem ſedulitate ac diligentia, ut prioris etiam gloriam ſuperaret: ad quam rem fœminæ quoque ornatum ſuum, è locis etiam maxime diſſitis, aliaſque res pretioſas liberali manu ſuppeditarunt, &c. Vide Adamum Freyelium, *in Admirandis Aſiæ & Europæ cap.* 13. Hofman.

90 Ἦν ὅτε] Forte legendum eſt ἀὴς ὅτε. *Opſopœus.*

91 Ὑψόθεν, &c.] Duos hos verſus refert Clemens Alexandrinus in oratione exhortatoria pag. 20. ita ſcribens: Σεσυλημένα μὲν τὰ ἱερὰ τῶν θεῶν ὁρᾶτε, ἡ μὲν τοῦ Ἐφεσίου Κτησιφῶντος χάσματι καὶ σεισμοῖς πεπτωκυῖα θεὰ, ὀδυρομένη κεῖται. ὑψόθεν, &c. *Sibylla quidem prædicit tibi ruinas templorum, ſignificans fore, ut templum Dianæ Epheſiæ terræ hiatibus & motibus abſorberetur, his verbis:*

Ab-

Καὶ νηὸν ζητῆσα τὸν οὐκέτι ναιετάοντα.
Καὶ τότε θυμωθεὶς θεὸς ἄφθιτος, αἰθέρι ναίων,
Οὐρανόθεν πρηνῆρα βαλὼν κὴ κράτος ἀνάγνυς.
Ἀντὶ ὧ[92] χειμῶνος θέρος ἔσεται ἡμαλὶ τῷδε,
Καὶ τόδε δὴ μετέπειτ' ἔσεται ἀνδρεσι βεβίοισι.
Ἐξολέσει γὰρ πάντα ἀναιδέας ὑψικέραυνος,
Βροντῇ τε, σεισμοῖς τε, κεραυνοῖς τε φλεγέθουσιν,
Ἀνδρὰς δυσμενέας τε κὴ ὡς ἀσεβεῖς ὀλοθρεύσει,
Ὥς τε μένειν νέκυας κὴ γῆς πλέονας ψαμάθοιο.
Ἡξει γὰρ κὴ[93] Σμύρνα ἑὸν κλαίουσα Λυκοῦργον

Et quod erit nuſquam templum gemebunda requiret.
Tum Deus indignans æternus, in æthere degens,
Fulmine præcipites ſceleratos deſuper uret.
Proque hyemis glacie fiet tunc temporis æſtas.
Tunc homines placida tandem requiëte fruentur.
Nam pater omnipotens ſceleratos eruet omnes,
Fulgureque, & tonitru, flagranteque fulmine diras
Exercens iras, & delens flagitioſos,
Terraque defunctos plures portabit arenis.
Nam veniet quoque Smyrna, ſuum plorando Lycurgum

Abjecta autem Epheſus triſtiſque in littore flebit,
Et templum quærens, quod tunc non incolet ullus. Idem.

92 Χειμῶνος, &c.] Falſum eſt hæc accidiſſe paulo poſt conflagrationem templi Epheſini. *Gallæus.*

93 Σμύρνα] Meus Codex legit Σμύρζα, &

Εἰς Ἔφεσιο πύλας, ἢ αὐτὴ μᾶλλον ὀλεῖται.
94 Κύμη δ' ἠμφοβάτει νάμασι τοῖς θεοπνόοις
Ἐν παλάμαισι θεῶν, ἀνδρῶν ἀδίκων καὶ ἀθέσμων,

Ad portas Epheſi, porro magis ipſa peribit.
Cuma autem demens, cum tactis numine lymphis,
In manibus divum, ſceleratorumque virorum,

P'i-

& meo quidem judicio melius. *Idem. Sparta*, Peloponneſi civitas nobiliſſima, Laconiæ caput, ad Eurotam fluv. Lycurgi legibus optime olim inſtituta. Mœnibus diu caruit, ſed muri loco civium virtus fuit, quemadmodum ex Ageſilai reſponſione ad quendam, cauſam quærentem, quamobrem tanta civitas non eſſet mœnibus cincta, liquet. Euſtath. *in Odyſſ. α.* ſic dictam ſcribit, λέγ τ μυθολογούμενον μ τ Κάδμου σπαρτῶν ἀνδρῶν, οἱ μ τὴν παλαιὰν ἱστορίαν ὡς ἐπιπίπτοντες σπάρτοις ἀλλ' ἑαυτῶν τὴν πόλιν ὠνόμασαν. Hiſtoriam hanc ex Timagora citat Stephanus Byzantinus, in Σπάρτη. Hinc Epaminondæ ſepulchro clypeus impoſitus eſt cum dracone inſculpto, quo ſignificabatur eum eſſe ἐ ὄφεως, τ Σπαρτῶν. Ita Suidas habet in Ἐπαμινώνδας. Sed ipſi Ethnici agnoſcunt, quicquid narratur περὶ τ μ Κάδμου σπαρτῶν, commentum eſſe putidiſſimum. Multo verius igitur, quod alii volunt, *Spartam* vel à *Sparta* dictam Eurotæ filia, & uxore Lacedæmonis, vel à *Sparto* Phoronei filio, vel ἀφ' τ τὰς πρώτας τὰς συνοικισάντας πόλιν Λελέγας διασπαρείσας εἰς πάντα συνελθεῖν, ἢ μίαν οἴκησιν ποιήσασθαι. *Spartani* autem generoſiſſimi fuere, ſervitutis impatientes, ut potius ad imperandum, quam ad ſerviendum nati viderentur; unde Proverb. *Generoſior Sparta*; de generoſis, ac minimè timidis: Spartani enim nunquam tyrannidem admiſerunt in urbe. Apud hos ſummus honor tenibus habebatur, teſte Plut. *in Laconicis*: Unde proverb. *In ſola Sparta expedit ſeneſcere.* Quod de iis etiam dici poteſt, apud quos virtus in pretio ſit, ut fuit apud Spartanos. Σπάρτῃ ἔλαχες, τοῦτο κόσμει; Sign. Sorte tua contentus eſto, & officium tuum ſtrenue facito. Cicer. *lib. 1. ad Attic.* *Eam quam mihi dicis obtigiſſe Σπάρτην, non modo nunquam deſeram, ſed etiam ſi ego ab illa deſerar, tamen in mea priſtina ſententia permanebo.* Statius 1. *Sylv.*

Daclaque Cyrene, Spartæve animoſa creavit.

Idem *in Achilleide*:

Progeniem cœli, Spartæve potentis alumnam.

Sparta Junonem maxime coluit; Ovidius *lib. 3. Faſtor.* Hic violæ & myrti plurimæ. Hodie *Muſithra*, in Tzaconia prov. ſub Turcis, nullius pene nominis, 60 m. p. à Nauplia in Merid. verſus Tænarium prom. 50. & 60. à Malea prom. in O.c. 1140. ſtad. ab Athenis, quæ Philippides biduo confecit, Plin. 7. 20. Vide *Lacedæmon.* Hofman.

94 Κύμη, &c.] Huc videtur reſpexiſſe Plutarchus in eo loco quem citavimus pag. 84. Corruit autem Cuma terræ motu eo anno, quo ſupra Epheſus & Tralles, cum pluribus aliis. *Opſopœus.*

Ῥιφεῖσ', οὐκέτι[95] τὸ σὸν ἐς αἰθέρα ἅλμα πεδήσει·
Ἀλλὰ μυχεῖ νεκρὰ ἐν νάμασι Κυμαίοισι.
Καὶ τότ' ἀνέξεσι ὁμοῦ κακότητα μένουσες.
Εἰδήσῃ σημεῖον ἔχων ἀνθ' ὧν ἐμόγησε.
Κυμῶν γὰρ δῆμος χαλεπὸς, καὶ φῦλον ἀνδρῶν.
Εἶθ' ὅταν ἔξεσι κακλὼ χθόνα τεφρωθεῖσαν,
Λέσβος ἐπ' Ηριδανὸν αἰώνιον ἐξαπολεῖται.
Αἰαῖ σοι[96] Κόρκυρα, καλὴ πόλι, παύεο κώμων,

Dejecta, haud tantum saltabit in æthera deinceps,
Verum in Cumæis remanebit mortua lymphis.
Tunc adversa simul degentes perpetientur,
Scies signum habens quia labores toleraſti.
Nam genus invisum Cumanum, gensque proterva est.
Hinc postquam in cineres fuerit mala terra redacta
Lesbus in Eridanum per secula tota peribit.
Eheu te Corcyra venusta urbs, desine luxum.

Καὶ

95 Τὸ σὸν, &c.] Opsopœus putat forte legendum esse κυφοὶς αἰθέρα ἅλμα, quod Lectori judicandum relinquitur.

96 Κόρκυρα] *Corcyra*, insula maris Jonii non procul ab Epiro, à cujus ora vix 6. mil. sicut 90. à Japygio prom. Ital. in Eurum, abest, Ulyssis naufr. & Alcinoi hortus nobilis, Plin. *l.* 4. 12. olim *Scheria* & *Phæacia* dicta, nunc est sub ditione Venetorum, ab an. 1382. ac vulgo *Corfu* vocatur. Cum urbe cognomine Archiepisc. & duabus fortissimis arcibus. Divisa est Insula in quatuor Baronias, sub totidem Nobilibus. Aër hic salubris, solum vitium olearumque ferax, citrea arbores, &c. Incolas habuit olim, navigandi peritissimos. Cum Corinthiis gestum bellum, describit Thucyd. A Solimanno frustra tentata, vastata tamen, A. C. 1537. Thuan. *lib.* 12. Ortel. Merc. Mitæus, *pol. Eccl. l.* 1. *& Geogr. Eccl.* Botterus, *de Ven. Rep. l.* 1. Meminit illius Lucan. *lib.* 2.

——— *Seu vela ferantur*
In portus Corcyra tuos, seu læva petatur
Illyru Ionias vergens Epidamnus in undas.

Unde

Καὶ [97] Ιεράπολι γαῖα μὲν πλέτῳ μιγεῖσα,
Ἕξεις ὃν πεπόθηκας ἔχειν χῶρον πολύδακρυν,
Εἰς γλῶ [98] χωσαμένη ῥοῇσὶ χεύμασι Θερμώδοντος.
Πετροφυὴς [99] Τρίπολίς τε παρ' ὕδασι [100] Μαιάνδροιο,

Solaque divitiis Hiera ô ſpacioſa potita,
Sede quidem multi luctus potiere cupita,
Complanata jacens ad flumina Thermodontis.
Petroſa & Tripolis Mæandri ad fluminis amnem,

Κύμα-

Unde dicatur, non ſaris conſtat. Græci ab ejuſdem nominis nympha Aſopi filia, quam Neptunus ibi compreſſit, vocatam volunt. Bochartus ab Arabico קרקרה *carcara* deducit, quod *terram* ſig. in qua tuto, ac pacate vivitur. Proinde Judic. 8. 10. pro eo, quod in Ebræo eſt *Zeba*, & *Salmana erant* בקרקד *in Carcar*, Hieronymus habet *requieſcebant*; Quod Corcyræ quomodo quadret, docet poëta Odyſſ. Z.

Οὐκ ἔσθ' ὅτῳ ἀνὴρ δυὼὼ βροτὸς, ὅστις ἱκάνει,
Ὡς νεὸν Φαίηκων ἀνδρῶν ἐς γαῖαν ἵκηαι
Δαῖτα τε φέρων. ——
Οἰκίοιό τ' ἀνάκτεσσι πολυκλήϊσιν ἐοῖσι πάσσῃ
Ἔχεθι, καὶ τις ἄμμι βροτῶν ἐπιμίξεται ἄλλος.

Incolarum pars maxima Græci ſunt, aut Græco more vivunt. Hujus Inſ. long Baud. eſt 45. mill. dividiturque in quatuor partes. Urbem habet permunitam, cum duplici arce in colle, armamentario & portu capaciſſimo, in Cherſoncſo; Archiep. dign. decoratam, etiam *Corfu* dictam. V. ſupra. Eſt & alia inſ. ejuſdem nominis *Melena*, id eſt, nigra dicta, 20. p. m. à priori diſtans. Plin. 3. *ult. Curzola* Sophiano. *Karkar* Slave Joh. Luc. *Hofman.*

97 Ιεράπολις] Hierapolis civitas Aſiæ in qua ſpecus putidus, teſte Dione in Nerone. *Gallæus.* Hierapolis terræ motu concidit ſub Nerone, cum Laodicea & Coloſſe, teſte Euſebio. *Opſopœus.*

98 Χωσαμένη] Forte legendum eſt, inquit Opſopœus ὀσαμένη. Alii hoc examinent.

99 Τρίπολις] *Tripolis*, urbs gemina: Una Phœniciæ maritim. Archiepiſc. & emporium ac ſedes Præfecti, *Tripoli di Soria*, inter Orthoſiam ad Arctos 50. & Byblum ad Merid. 36. mill. paſſ. Sub Chriſtianorum in terra ſancta imperio, proprios habuit Comites: quorum unius inconſtantia Emmanuel Imper. Orientis admodum infeſtatus eſt, a. C. 1161. Nicetas *in Hiſtor.* perfidia, dein auro à Saladino corrupti, Guido Luſiguanus Rex Hieroſol. magnam cladem accepit, a. C. 1187.

quam regni ruina paulo post sequuta est, Vide Paul. Æmilium l. 5. Blond *decad.* 6. libro 6. Eadem postea crudelissime à Sultano Babyloniæ anno 1289. igni ferroque vastata, Idem libro 8. sed refecta pristinam magnitudinem recepit. Hac postmodum Achmetes Imper. Turc. ab Alipiensi Bassa rebelli, ut & Damasco thesaurisque exutus est, anno C. 1606. Thuan. *Hist.* libro 63. Turc. *Tarapolo.* Fuit autem *Tripolis* vocata, quod *tribus urbibus* stadio inter se distantibus olim constaret, seu quod *trium urbium*, hoc est, Aradi, Tyri & Sidonis esset colonia, teste Steph. Dionys. vers. 914.

Καὶ Τρίπολιν λιπαρὴν, Ὀξυδόκῃ τε Μάρῳθόν τε.

Patria fuit Theodosii Poëtæ, qui de ætate scripsit. Altera *Tripolis* Solino, *Leptis magna* Plinio, Antonin. & Ptolemæo, (qui Neapolim & Leptim magnam eandem urbem facit) urbs Africæ litoralis apud Syrtim partam ex *tribus urbibus* & ipsa constans, Taphris, Abretono & Lepti magna, quæ ad eam constituendam convenere. Baudrando *Tripolis*, urbs Africæ, in ora maris Mediterranei: Duplex est, nempe Tripolis vetus, *Tripoli vecchio* ubi alias *Sabrata*, urbs Africæ in ora maris Mediterranei & in Tripolitana regione, media inter Leptim magnam ad Ortum & Tacapam ad Occasum, cum portu capaci. Sed parva est, & in dies deficit, à paucis tantum habitata, propter ætris inclementiam. Tripolis autem nova, *Tripoli*, seu *Tripoli de Barbarie*, urbs est ampla & opulenta Africæ, ubi alias Oea urbs, teste Sansone; estque regni Tripolitani, inter Oceanum & regnum Tuhetanum, versus Occid. satis ampli, sed in quo paucæ urbes, caput, cum portu capaci & munito, verum piratica infamis, 150. mill. pass. distat à Cyrene in Occasum, & fere 400 à Carthagine in Eurum. Alias capta fuerat ab Hispanis, sub Ferdinando, ann. Ch. 1510. & concessa Equitibus Meli ensibus, ut commodius servaretur; sed inde postea ejecti fuere à Turcis quibus paruit per aliquot annos, nunc autem fere sui juris est, Respublicæ formam quandam servans sub clientela Turcarum. Erant aliæ hujus nominis urbes; una in Thessalia, teste Liv. alia in Caria, Steph. & alia in Lydia, *Tripoli de Natolie*, teste Plin. Pop. *Tripolitani.* Hosinannus.

100 Μαιάνδροιο] *Mæander*, vulgo *Madre*, fil. Terræ & Oceani, pater Cyanes, quæ Caunum & Biblida genuit, secundum Poëtas. Fluvius ingens Asiæ, in Phrygia magna, ex Aulocrene fonte oriens, obliqueque adeò fluens, ut in seipsum recurrere videatur, 600. flexiones faciens, teste Dione Prusæo. Catiam ab Jonia separat, ac mare inter Heracleam, & Miletum subit. Mæandrum constat fluviorum omnium esse maxime sinuosum. Μόνος δὲ τῶν πάντων τὸν πλησίον ἀεὶ τῷ ἰδίῳ δρόμῳ πάλιν εἰς ἑαυτὸν παλινδρομεῖ. Ita Plutarch. *in lib. de Fluminibus.* Et de Labyrintho Dædaleo Ovid. *Met.* 8.

Non secus ac liquidus Phrygius Mæander in undis
Ludit, & ambiguo lapsu refluitque fluitque,
Occurrensque sibi venturas respicit undas:
Et nunc ad fontes, nunc ad mare versus apertum
Incertas exercet aquas.

Et libro 11. *Fab.* 1.

Quique recurvatis ludit Mæander in undis.

Et libro 9. *Fab.* 5.

—— *Mæandri tortus videntis eodem.*

Silius libro 7.

Qualis Mæonia passim Mæandrus in unda
Cum sibi surgentibus flexis revolutus obstat.

Propertius libro 2.

—— *Ut Phrygio fallax Mæandria campo*
Errat, & ipsa suas decipit unda vias.

Sen. *in Herc. Insano*,

—— *Qualis incerta vagus*
Mæander unda ludit, & cedit sibi,
Influat-

Κύμασι νυκλερινοῖσιν ὦτ' ἠόνι πληρωθεῖσα,
Ἀρδλέως ἐξολέσῃ σε θεοῦ ποδὴ τε φρόνια.
Μή μ' ἐθέλεσαν ἐλεῖν Φοίβε τὴν γείτονα χώρην·
Μίλητον πυφερὴν ἀπολεῖ πτησὴς πότ' ἄνωθεν,

Nocturnis undis repleta in littoris ora,
Omnino perdet Divinum consilium tc.
Ne me vicinam Phœbi vastare volentem
Terram †
Miletum mollem delebit fulmen ab alto,

Ανθ'

Instatque dubius litus, an fontem petat.

Hinc à Lucano *errans* dicitur.

Errantem Mæandron adit.

Calaber 1. vers. 281.

Μαιάνδρη τι ῥείθρα βαθυρρόου, ὄφρ' ἐτι γαῖαν
Καμπὺν ἀμπλέκεται καὶ Φρυγίης πολυμηλὶς
Εἴη πολυγαμπτῆσι ἑλισσόμενος σφυρῆσι.

Hinc & ab Orpheo πολυπλανὴς, à Nonno πολυχυδὴς, & σκολὸς appellatur. Vide Solinum cap. 43. Æthicus, *Fluvius Mæandrus nascitur in campis Asiaticis, bicornis, currit quasi sint duo redigentes se in unum, influit in mare Cycladum, currit millia 997.* Plinius, *Mæandri, &c. crebris ita sinuosis flexibus; ut sæpe credatur reverti.* Strabo, Σκολὸς δὲ καὶ ἀτραπεζολὸς, ὥστε ἐξ ἑκείνου τοὺς σκολιοτρόπους ἀπὸ τοῦ Μαιάνδρου κεκλῆσθαι. Sic apud Hesychium: Μαίανδρος, ὁδὸς ἱππικὴ, quo equi multiplicibus flexibus & gyris agitantur. Apud Festum, *Mæandrum picturæ genus dictum à similitudine flexus amnis, qui appellatur Mæandrus.* Unde Poëta Æn. 5.

——— *Plurima circum*
Purpura Mæandro duplici Melibœa cucurrit.

Paria fere Nonnis, apud quem Varro *Mæandrata* pro flexuosis. Sed & *Mæandri* dicuntur vafra, & obliqua consilia. Cic. *pro Pisone: Quos tu Mæandros, quæ diverticula flexionesque quæsisti.* Prudentius *Cathemerinon Hymn. 6.*

O tortuose serpens,
Qui mille per Mæandros
Fraudesque flexuosas,
Agitas quieta corda,

Item *Mæandrus*, quæ & *Mæandropolis*, Magnesiæ urbs Steph. Cariæ oppidum, ad *Mæandrum* fluvium, *Madre.* Et Indiæ extra Gangem mons. Ptolom. Item *Mæandria*, Epiri oppidum Plinio, *Malandriana* Pineto. Et *Mæandrini* pop. circa Mæandrum fluv. Dictys Cret. *Idem.*

101 Μίλητον &c.] *Miletus*, urbs in finibus Joniæ & Cariæ, Herod. à Neleo, quamvis alii velint, à Mileto, Apollinis fil. vel à Sarpedone, ædificata, ann. M. 2953. cum Cyzico, decem stadiis ab ostio Mæandri amnis secreta. Baudrando urbs Joniæ, versus limites Cariæ, cum portu capaci, in ora maris Ægæi; *Melaso* hodie, 6. mill. p. ab ostio Mæandri in Mer.

Αὐθ' ὧν εἵλετο τὴν Φοίβου δολόεσσαν ἀοιδὴν,
Τήν τε σοφὴν ἀνδρῶν μελέτην, καὶ σώφρονα βουλήν.
Ἱλαθι πασιγενέτωρ τευφερῇ χθονὶ τῇ πολυκάρπῳ,
Ἰουδαίᾳ μεγάλῃ, ἵνα σὰς γνώμας ἀποδῶμεν.

Accepit quoniam Phœbi fallacia dicta.
Consiliumque virum prudens, curamque sagacem.
Parce ô omniparens teneræ terræ atque feraci,
Judææ magnæ, tua quo decreta feramus.

Tau-

uti 90. à Smyrna, Halicarnassum versus. Mela l. 1. Miletus (inquit) *urbs quondam Joniæ totius, belli pacisque artibus princeps, patria Thaletis Astrologi, Timothei Musici, & Anaximandri Physici, aliorumque civium inclytis ingeniis merito inclyta.* Adde Anaximenem, Pittacum, Æschinem, &c. Nunc urbs parva, cum arce: Sub Turcis. Ab hac *Milesii* pop. dicti sunt, qui quum essent prius potentes, clari bello, (unde *Milesii olim strenui*, oraculo responsum fuit Samiis primo, dein Caribus, Milesios adversus Persas socios habere cupientibus) & opulenti, sed deliciis dediti, & opes & potentiam amiserunt, Stephanus: postquam enim matis Domini per annos 18. fuissent, 7. Olymp. &c. & Naucratidem in Ægypto condidissent: Sadiatem Lydum infestum sensere, dein à tyranno Histiæo arma contra Persas sumere inducti, urbem amiserunt, anno 250. U. C. 69. Olymp. Quæ quoque ab Alex. M. capta, dein sub Romanis fuit: donec, ut dictum, Turcis cederet. Vid. Aristoph. & Athenæum libro 12. Et quia labracum apud illos copia, hinc *Labrax Milesius*, Prov. in magnum, avidumque stolidumque. Idem tamen Aristophani *Sapientissimus piscis* dicitur. Porro adeo luxui fuere dediti *Milesii*, ut *lascivi* passim dicantur, apud Lucianum & Apulejum. Prius *Leleges* vocabatur, teste Plinio, quod Leleges eam inhabitarent. Deinde *Pityusa*, à piceis arboribus. Postea *Anactoria* nominata est ab *Anactore* (sic enim legendum videtur in Steph.) Terræ, & Cœli filio. Urbem hanc præstantissimæ lanæ proventus nobilitavit, ex qua fiebant Milesia stragula, & vestes Milesiæ, ob insignem mollitiem, in matronarum deliciis habitæ. Virg. *Georg.* 3.

——— *Quamvis Milesia magno*
Vellera mutentur Tyrios incocta colores.

Fuit insuper hæc urbs caput regionis satis luculentæ, in qua Apollinis oraculum Didymæi, Strabo libro 14. Plin. libr. 5. cap. 29. Athen. lib. 10. Herodot. lib. 1. & seqq. Euseb. *in Chron.* Diodor. Thucyd. Arian. &c. Alia fuit ejusdem nominis in Creta. Hom. Il. 2. Altera in Brutiis, de qua supra. Urbecula nunc Episc. Calabriæ Ulter. *Melito* vulgo, 5. m. p. ab Hipponio in Mer. 7. mill. p. à Nicotera in Ort. uti ab ora maris Tyrrh. totidem à Suriano in Occ. fere media, inter Consentiam ad Bor. & Rhegium ad Mer. Deficit indies. *Idem.*

Ταύτην γὰρ πρώτην ἔγνω θεὸς ἐν χαρίτεσσιν·
Εἰς τὸ δοκεῖν πρόσχαρμα τὸν πάντεσσι βροτοῖσιν
Εἶναι, καὶ [102] προτέχειν, οἷον θεὸς ἐφυάλιξεν.
Ἰμείρω τειτάλαινα τὰ Θρηκῶν ἔργα ἰδέσθαι,
Καὶ τεῖχος διθάλασσον ἀπ' ἠέρος ἐν κονίῃσι
Συρόμβδον ποταμηδὸν ἐπ' ἰχθυόεντι κολύμβῳ.
[103] Ἑλλήσποντε τάλαινα [104] ζεύξει σ' Ἀσσυρίων παῖς·

Hanc etenim primam novit per munera numen,
Ut videant omnes Divino munere primam
Mortales hanc esse, Deo præcellere dante.
Infelix aveo spectare negocia Thracum,
Et murum bimarem per pulveris aera plenum,
Fluminis in morem piscoso gurgite ferri.
Hellespontе eheu, vastabunt Assyrii te,

Εἰς

102 Προτέχειν] Forte legendum est προσέχειν. Opsopæus.

103 Ἑλλήσποντε] *Hellespontus*, fretum angustum inter Propontidem, & mare Ægæum, Asiam ab Europa septem non amplius stadiorum intervallo disterminans. *Stretto di Gallipoli*, Castaldo, *Braccio di S. Georgio*. Volater. Baudrando, inter Thraciam & Asiam min. Extenditur à Sept. in Mer. per 45. fere mill. nempe à Propontide usque ad mare Ægæum. Maxime restringitur ad Austr. inter Sestum & Abydum, nunc *les Dardanelles*. Hinc aliquando quibusdam Gall. *les bouches des Dardanelles*. Ovid. *in Epistola Leandri*.

Fluctibus immodicis Athamantidis æquora cauent,
Vixque manet portu tuta carina suo.
Hoc mare cum primum de virgine nomina mersa
Quæ tenet, est natum, tale fuisse puto.
Et satis amissa locus hic infamis ab Helle,
Utque mihi parcat, crimine nomen habet.
Invideo Phryxo; quem per freta tristia tutum
Aurea lanigero vellere vexit ovis.

Ovis illa Aries fuit, qui postea inter sidera collocatus est, teste eodem Ovidio *Trist.* 3. eleg. 12.

Impositamque sibi qui non bene pertulit Hellen,
Tempora nocturnis æqua diurna facit.

Vide Diodorum Siculum libro 4. Solinus capite 15. *magnum* vocat. Sic enim ait,

Omnis

Εἰς σὲ μάχη Θρηκῶν, καὶ σε θένος ἐξαλαπάσῃ.
Τὼ τε Μακηδονίλω βασιλῆς Αἰγύπτιος αἱρεῖ,
Καὶ κλίμα βαρβαρικὸν ῥίψῃ θένος ἡγεμονήων.
Λυδοὶ καὶ Γαλάται, Παμφύλοισιν [105] Πισίδαισι
Πανδημεὶ κρατέουσι κακλὼ ἔριν ὁπλισθέντες.
Ἰταλίη τριτάλαινα μνηστῆς πανέρημος, ἀκλαυστος,
Ἐν γαίῃ θαλερῇ, ἀλγὸν δάπος ἐξαπολέσθαι.

Pugnaque teque tuasque evertet Thracia vires.
Rexque Macedonios Ægypti depopulabit,
Robur & imperii pervertet barbara pubes.
In Pisidis Lydi, Galatæ, Pamphylii, omni
Cum populo armati, certamen triste tenebunt.
Italia infelix, deserta, infleta manebis,
In terra viridi, in saltum sylvamque redacta.

[106] Ἐσαῦ

Omnis autem magnus Hellespontus stringitur in stadia septem, Latitudinem dat ei Hom. *Iliad.* η.

Σῆμά τε οἱ χεύωσιν ἐπὶ πλατεῖ Ἑλλησπόντῳ.

Ita etiam Q. Calaber libro 9.

Μεσσηγύς τε πόληος ἰδ' ἀμφιρύτοιο Ἑλλησπόντου.

Longitudinem Ovidius *Met.* 13.

Longus in angustum qua clauditur Hellespontus.

Idem *Fast.* 4.

Perque urbes Asiæ longum petit Heilespontum.

Rapiditatem denique Catullus *in Epithal.*

Quæ passim rapido diffunditur Hellesponto.

Unde Musæus,

Νέξομαι Ἑλλήσποντον ἀγαύριον.

Et ante eum Homerus,

Ὅσσος Ἑλλήσποντος ἁλμυρὸς εἴσιν ἰδέσθαι.

Vide Voss. *ad Melam* pag. 7. Item, reg. Asiæ, pars Mysiæ, apud mare prædictum. Ubi urbes Cyzicus, Parium, Lampsacus, Abydus cum Dardano. Hinc *Hellespontiacus*. Ferrar. Et reg. *Hellespontias*, Steph. *Hofmannus*.

104 Ζάξῃ] Aliter legitur ξάσῃ. *Opsoporus.*

105 Πισίδαισι] *Pisidæ*, antea *Solymi* vocati à *Solymo* Jovis & Chaldeæ filio, dein *Pisidæ*, à *Pisida*. Populus est barbarus juxta Aspendum & Ciliciam habitans, Stephan. *Hofmannus.*

106 Ἔσαυ

[106] Ἔσται δ' αἰθέρος εὐρὺς ὑπερθεν,
[107] Βρυντὴ δὲν κελάδημα θεοῦ φωνεῦ ἐπακοῦσαι.
[108] Ἠελίου δ' οὐκέτ' ἀπὸ φλόγες ἄλμπετ' ἔσονται·
Οὐδ' ἔτι σελήνης λαμπρὸν φάος ἔσται αὖθις,
Ὑστατίῳ καιρῷ ὁπότ' ἂν θεὸς ἡγεμονεύσῃ.
Πάντα μελανναίη σκοτιὴ δ' ἔσται κατὰ γαῖαν,
Καὶ τυφλοὶ μέροπες, θῆρές τε κακοὶ, καὶ ὄϊζυς
Ἔσται ἦμαρ ἐκεῖνο, χρόνον πολλὸν, ὥς τε νοῆσαι
Αὐτὴν ἀνάγκη θεὸν πανεπίσκοπον ἐρχόμενόν περ.
Αὐτὸς δυσμενέας δ' ἀνδρας τότε οὐκ ἐλεήσει,

Omnibus & dabitur ſpatioſo ex æthere cœli
Divinam vocem ritu exaudire tonitrus.
Jam non exiſtent flammantia lumina ſolis,
Lumine nec claro ſplendebit luna deinceps,
Cum Deus extremo regnabit tempore: verum
Omnia per terras caligo nigra tenebit,
Atque homines cæci, plangorque furorque ferarum
Tempore erit longo tunc, cognoſcatur ut ipſe
Rex Deus, omnia qui cœlo ſpeculatur ab alto.
Nec vero tunc ipſe ſuos miſerabitur hoſtes,

Ag-

106 Ἔσται δὲ &c.] Verſus mutilus, ſed cujus teleſtichium exſtet apud Heſiodum in Theogonia, αὐτὰρ ὃς ἐστι γυῖα τῷ ἐρεμνὰ κὴ ὄμματα φαεινὰ ὑπερθεν. *Opſopœus.*

107 Βρυντὴν δὲν] Non diſſimilia ſunt apud Lactant. lib. 7. cap. 16. ut hinc tranſtuliſſe videri queat, niſi quod ratio pugnare videtur. *Idem.*

108 Ἠελίου &c.] Omnia hæc ex ſcriptura ſunt deſumpta, ideoque non ſunt è Sibyllis prædicta, *Gallæus.*

Αρνῶν; ἠδ' οἰῶν, μόχων τ' ἀγέλας ἐριμύκων
Ἐκθυσιάζοντες, μόχων μεγάλων κεραχρύσων,
Ἀψύχοις δ' ἑρμαῖς, καὶ τοῖς λιθίνοισι θεοῖσιν.
Ἠείδω δὲ θέμις σοφίης, καὶ δόξα δικαίων,
Μήπολε θυμωθεὶς θεὸς ἄφθιτος ἐξαπολέσῃ
Πᾶν γένος ἀνθρώπων, βίοτον καὶ φῦλον ἀναιδές.
Δεῖ σέβειν γενετῆα θεὸν σοφὸν, αἰὲν ἐόντα.
Ἐσχατιῇ ἀτίῳ καιρῷ πρὸς τέρμα σελήνης
Κοσμομανὴς πόλεμος, καὶ ἄπιστος ἐν δολότητι.

Agnorumque oviumque greges, vitulos & opimos
Mactantes, vitulos magnos, & cornibus aureis,
Exanimis, diviſque ex marmore factis.
Quod fas eſt, juſtiſque placet, ſapientia habetor,
Ne Deus æternus ſuccenſens deleat olim
Omne genus, vitamque hominum, ſtirpemque nefandam.
Aeternus genitor, ſapiens Deus uſque colatur.
Sub lunæ finem poſtremo tempore bellum
Ingruet inſanum, fallax, ac inſidioſum.

Hξ

109 Μήπολε &c.] Variant etiam hi verſus: {λίοσι.
Μήποτε θυμωθεὶς θεὸς ἄφθιτος ἐξαπο-
Et recte. Nam ſic Caſtalionem etiam legiſſe apparet: quia ſequentes etiam duos, ita ut apud Lactantium ſunt, tranſpoſuit. leguntur autem apud Lactantium in hunc modum:
Γαῖ γένος ἀνθρώπων βιοτὸν καὶ φῦλον ἀναιδὲς

Δεῖ σέβειν γενετῆα θεὸν σοφὸν αἰὲν ἐόντα. Betuleius.

110 Κοσμομανὴς &c.] Acroſtichium eſt ſimile in quo κοσμοκαιρὶς ſcribitur. Utraque lectio locum habere poteſt. vide tamen an non ἐσχατιῇ ubique reponendum ſit: qua voce uſa eſt Sibylla Erythræa Scalig. Opſopœus.

111 Τὰ

Ἠξέ δ' ἐκ πρώτων γαίης μητροκτόνος ἀνὴρ,
Φεύγων ἠδ' ἐνόον, ὀξὺ στόμα μερμηρίζων,
Ὃς πᾶσαν γαῖαν καθελεῖ, καὶ πάντα κρατήσει,
Πάντων τ' ἀνθρώπων φρονιμώτερα πάντα νοήσει,
Ἧς χάριν ὤλεθρός τ' αὖτις, ἑλεῖ τ' αὖτις ὦ δαχρῆμα,
Ἀνδρας τ' ὀξολέσει πολλὰς, μεγάλους τε τυράννους.
Πάντας τ' ἐμπρήσει, ὡς δήποτε ἄλλος ἐποίει.
Τὰς δ' αὖ πεπτηῶτας ἀνορθώσει πάλιν ζῆλον.
Ἔσται δ' ἐκ δεσμῶν πόλεμος πολὺς ἀνθρώποισι,
Ῥεύσει δ' αἷμα ''' τάτ' ὄχθας ἕως ποταμοὺς βαθυδίνους.

Matris & occisor quidam de finibus orbis,
Vir fugiens veniet, spirans immane, fremensque,
Omnes qui terras vastabit, & omnia vincet,
Ante hominesque omnes prudenter cuncta videbit.
Propter quam periitque, & protinus auferet ipsam,
Et multos homines perdet, magnosque tyrannos,
Exuretque omnes, alius faciebat ut olim.
Rursus & attollet collapsos æmulus idem.
Ast ex occasu nascentur plurima bella,
Per ripasque cruor rapidos manabit ad amnes.

Τῆς

111 Τὰ τ' &c.] Forte legendum est κατ' inquit *Idem*.

Τῆς τε Μακηδονίης στάζει χόλος ἐν πεδίοισι.
Συμμαχίην δ' ὧδ' ἐκ δυσμῶν, βασιλεῖ ὄλεθρον.
Καὶ τότε χειμερίη πνοιὴ πνεύσει κὴ γαῖαν,
Καὶ πεδίον πολέμοιο κακῆ πληθήσεται αὖτις,
Πῦρ γὰρ ἀπ' οὐρανίων δαπέδων βρέξει μερόπεσσι,
Πῦρ καὶ αἷμα, ὕδωρ, πνοιὴ, γνόφος, οὐρανίη νὺξ,
Καὶ φθίσις ἐν πολέμῳ, καὶ ἐπὶ σφαγῇσιν ὁμίχλης·
Πάντας ὁμοῦ τ' ὀλέσει βασιλεῖς, καὶ τοὺς τότ' ἀρίστους.
Εἶθ' ὕτως πολέμοιο πεπαύσεται οἰκτρὸς ὄλεθρος.
Κοὐκέτι τις ξίφεσι πολεμίσεται, οὐδὲ σιδήρῳ,
Οὐδ' αὐτοῖς βελέεσσιν, ἃ μὴ θέμις ἔστεται αὖτις.
Εἰρηνίῃ δ' ἔξει λαὸς σοφὸς, ὥστε ἐλείφθη,

Atque Macedoniæ ſtillabit bilis in arvis,
Auxilium occaſus quærens, regique ruinam.
Tunc tempeſtatum perflabunt flamina terram,
Infauſtoque ſolum bello replebitur ejus,
Inque homines ignis de cœli depluet oris,
Ignis, ſanguis, aquæ, fulmen, nox ætheris atra,
Et belli clades, atque in caligine cædes.
Et reges omnes perdet ſimul, eximioſque.
Sic belli exitium capiet miſerabile finem.
Nec quiſquam gladiis aut ferro belligerabit
Poſtea, nec telis, quæ deinceps eſſe nefas eſt:
Sed ſapiens populus gaudebit pace ſuperſtes,

Πειρα-

Πειραθεὶς κακότητα, ἵν' ὕστερον ἀὐφραν θείη.
Μητρολῆται παύσασθε θεράσους, τόλμης τε κακέργου,
Οἳ τὴν πάλαι παίδων κοίτην ἐμπορίζετ' ἀνάγνως,
Καὶ τέγεσιν πόρνας ἐστήσατε τὰς πάλαι ἁγνάς,
Ὑβρεσι, καὶ κολάσει, κ' ἀχημοσύνῃ πολυμόχθῳ.
Ἐν σοὶ γὰρ μήτης τέκνῳ μίγη ἀθεμίστως,
Καὶ θυγάτης γήμετο ἑῷ συζύξατο νύμφη.
Ἐν σοὶ καὶ βασιλεῖς σόμα δύσμορον ἤσεμίναν.
Ἐν σοὶ καὶ κτηνῶν εὗρον κοίτην κακοὶ ἄνδρες.
Σίγησον πανόδυρτε κακὴ πόλι, κῶμον ἔχουσα.
Οὐκέτι γὰρ σὰ σεῖο τιὴ τῆς φιλοθρέμμονος ὕλης.

Adverſa expertus, lætis ut deinde fruatur.
Matrum cæſores, animos cohibete feroces,
Audaceſque manus, qui fœdos inſtituiſtis
Concubitus olim puerorum: proſtibuliſque,
Quæ fuerant caſtæ, meretrices proſtituiſtis,
Flagitiis victas, & fœde ſollicitatas.
In te nam mater nato commixta ſceleſte eſt,
Concubuitque ſuo genitori filia ſponſa.
In te etiam miſerum reges os commaculârunt,
In te homines pecudum coitum invenere nefandi.
Deplorata ſile, ſcelerata, urbs luxurioſa.

111 Παρθενικαὶ κεραὶ πῦρ ἔνθεον εὑρήσουσιν.

Non jam perpetuo servatas fomite flammas

Εσθε-

111 Παρθενικαὶ &c.] Mallem ἀίσουσι, *custodient*, quam *ἐυρήσουσι invenient*. Loquitur enim de Vestalibus virginibus, quibus ignis perpetui custodia commissa erat. Notum est quidem illas casu extinctum ignem sollicite inquisivisse & multis precibus ac sacrificiis novum è solis radiis elicuisse: sed id raro fiebat, & nonnisi maximorum malorum præsagio, ut Romani credebant. Quod autem aut Sibylla se vidisse secundum Vestæ ædem igni crematam, elevat auctoritatem horum oraculorum. Palatium namque incendio Romæ facto, ædes Vestæ, plurimaque urbis pars solo coæquata sunt sub Commodo Imperatore anno Dom. CXCIX. quod secundum fuit incendium: cum primum contigerit Olympiade CXXXIV, anno antequam Q. Ennius nascereturus. *Opsopœus*. Livius, cum Vestæ sacra vetustissima esse asserit, & ab Albanis accepta, à Numa autem Pompilio primum Romæ instituta, multisque cæremoniis venerabiliora effecta. Primum enim is templum Vestæ prope Castoris exstruxit, licet alii Romulo id tribuant. De quo sic Plutarch. *Traditur, Numam custodiæ causa, perenni igne Vestæ templum circumdedisse: quod rotundum ab eo exstructum est, non ut terræ, sed ut Universi figuram exprimeret.* In eo idem perpetuum atque æternum ignem tanquam Imperii certissimum pignus, asservari jussit. Servius *ad illud* lib. 4. Æneid.

——— *Vigilemque sacraverat ignem.*

Fuit autem is non in focis aut altaribus, sed in vasculis quibusdam fictilibus suspensus, Valer. Max. libro 4. capite 4. tantumque in eo fiduciæ fuit, ut nunquam sine portento crederetur extingui, & anxia solicitudine, si id forte contingeret, expiaretur. Uri factum ante initia bellorum civilium, motaque inter Cæsarem & Pompejum arma. Præter hunc, alia quoque sacra occulta, solis ædituis, virginibusque, de quibus paulo post, cognita, hic asservata fuisse, colligere est ex Dionysio libro 2. & Plutarch. *in Camillo*: unde in ædis incendio, tempore primi belli Punici, unus ædituorum L. Cæcilius Metellus vir Consularis, posthabito publicæ utilitati privato periculo, in ardens penetrale irrupisse legitur, ut sacra à virginibus, quæ metu diffugerant, deserta eriperet. Idem Numa sacerdotes ei virgines creavit, stipendioque publico donavit, perpetuaque virginitate frui eas lege jussit: quæ à Numine, cui inserviebant, *Vestales* dictæ sunt. Harum potissimum cura erat, ut ignem perpetuum alternatim excubando, conservarent; qui si forte per negligentiam fuisset extinctus, Virgo, cujus incuria id factum, à Pontifice severe plectebatur, flagro, verberibusque, Festus Pomp. libro 9. Jul. Obsequens *de Prodig.* cap. 62. Valer. Max. lib. 1. cap. 1. tit. 7. neque alio ex igne reparare fas erat, sed accensa per fomites, beneficio τῶν σκαφείων, id enim instrumento nomen, ex Sole flamma purus & cœlestis ignis eliciebatur. Paulo aliter modo laudatus Festus, *Ignis Vestæ, si quando intersticuisset, Virgines verberibus afficiebantur à Pontifice, quibus mos erat tabulam felicis materiæ tamdiu terebrare, quousque exceptum ignem cribro æneo Virgo in ædem ferret.* Interim etiam cum non extinctus est, accendebatur quotannis Calendis Martiis & renovabatur ignis, quem asservabant in operto, Jan. Parthal. *Epist.* 57. Ovidius *Fastor.* libro 3.

Adde quod arcana fieri novus ignis in æde
Dicitur, & vires flamma refecta capit.

Porro

Εἶδεσαν ὦδὰ σεῖο πάλαι πεποθημένον οἶκον.
Ἠίκα [113] δεύτερον εἶδον ἐγὼ ῥιπῇ πυρὸς οἶκον
Πρίν ποτὲ, πυρὶ τελόμενον διὰ χειρὸς ἀνάγνου,
Οἶκον ἀεὶ θάλλοντα, θεῦ τηρήμονα ναὸν,
Ἐξ αἰῶνος γεγαῶτα, καὶ ἄφθιτον αἰὲν ἐόντα.

Virgineæ invenient in te, diasque puellæ.
Extincta est isthic ædes peramabilis olim,
Tum, cum præcipitem flamma superante secundum
Vidi labentem manibus crudelibus ædem,
Ædem perpetuo florentem, numine templum

Ex

Porro virgo *Vestalis* legebatur intra annum 16. suæ ætatis, 30. vero annos oportebat eam manere virginem, postea nubere licebat. Earum autem tanta dignatio, ut interventu illarum gravissima dissidia fuerint compositæ, ut testamenta custodirent, ut Consules Prætoresque iis via cederent. Vide Senec. lib. 6. *Controv.* 8. Quoties vi morbi atrio excedere cogebantur, matronarum committebantur curæ: interque eas una auctoritate præcipua fuit, quæ *Maxima* dicebatur, Suet. *in Cæsare.* Quod si interim forte stuprum virgo commisisset, viva defodiebatur. Unde Juvenalis:

— *Cum quo nuper vittata jacebat,*
Sanguine adhuc vivo terram subitura sacerdos.

Tota insuper lugebat civitas, ut in clade publica, eratque is dies lugubris: quod usque adeo observatum est, ut in Annalibus, prodigii loco, Vestalis damnatio haberetur. Locus, ubi defodiebantur, prope portam Collinam erat, dicebaturque *sceleratus campus*, Festi libro 17. Adebatur eis panis & lac, ne vinceretur fame interisse. Porro locum in Amphitheatralibus & scenicis Circensibusque habuere ludis Vestales peculiarem, carpentumque sepulentis, ut alias matronæ, vehebantur. Vestitus earum *Suffibulum* dicebatur, vittæ iis, ut matronis, capitis ornamentum erant, & sceptrum ex ære gerebant manibus: Duravitque hoc sacerdotium usque ad Theodosii Sen. tempora, à quo, una cum aliis Sacerdotiis, nequaquam reclamante Senatu; omnino est sublatum: id quod ex epistolis Symmachi & Ambrosii responsionibus manifestum est. Vide Voss. *de Idol.* libro 2. capite 63. Lips. *Syntag. de Vesta & Virgin. Vestal.* Th. Dempsterum *Antiq. Rom.* libro 2. capite 2. & libro 3. capite 19. &c. *Hofmannus.*

113 Δεύτερον &c.] Nonnulli hunc locum de secunda ædis Vestæ conflagratione, alii de templi Hierosolymitani incendio intelligunt. Videantur Dissertationes nostræ. *Gallæus.*

114 Πολὺ-

Ἐκ ψυχῆς ἐλπιζόμενον, καὶ σώματος ἁπτοῦ.
Οὐ γὰρ ἀκηδέως αἰνεῖ θεὸν ἐξ ἀφανοῦς γῆς·
Οὐδὲ πέτρῳ [114] ποιῆσε σοφὸς τέκτων ἐξ ἀτάκτου·
Οὐ χρυσὸν κόσμῳ ἀπάτῃ ψυχῶν τ' ἐσεβάσθη·
Ἀλλὰ μέγαν γενετῆρα θεῶν πάντων θεοπνεύστων
Ἐν θυσίαις ἐγείρειν, καὶ ἁγίαις ἑκατόμβαις.
Νεῶν δέ πις ἐξανιὰς ἀφανὴς βασιλεὺς καὶ ἄναγνος,
Ταύτῃ ἔρριψεν, καὶ ἀνοικοδόμητον ἀφῆκε,
Σοὶ πλήθει μεγάλῳ, καὶ ἀιδρείῃσι κυδαλίμοισιν.
Αὐτὸς δ' ὤλετο χέρσον ἀπ' ἀθανάτῳ ἐπιβὰς γαίῃ.

Auguſtum, à ſanctis ſtructum, ſemperque futurum
Ipſius ex animo ſperatum, & corpore, quippe
Numen ab obſcura terra non ſegniter ornat.
Nec lapides apud hos opifex fabricavit acutus:
Nec ſaxum mundi cultum eſt errore, vel aurum:
Sed magnum patrem cunctorum, quos Deus afflat,
Sacrificando Deum colucre, ſacriſque litando.
At nunc quidam rex ignobilis atque ſceleſtus,
Præſtantum numero magno comitante virorum
Venit, & hanc proſtravit, inexſtructamque reliquit.
Ipſe immortalem in terram graſſatus obivit.

Κἀκέπ

114 Ποιῆσε] Scribe ποίησεν: quod aoriſton eſt detracto augmento. Opſopœus.

115 Τοῦς

Κὐκέτι σῆμα τοιῦτον ἐπ' ἀνθρώποισι τέτυκτο,
Ὡς ἑτέρους ἑτέρους μεγάλην πόλιν ἐξαλαπάξαι,
Ἦλθε γὰρ ἐξ οὐρανοῦ νώτου αἰνὸς μακαρείτης,
Σκῆπτρον ἔχων ἐν χερσὶν, ὅ οἱ θεὸς ἐγγυάλιξεν,
Καὶ πάντων ἐκράτησε καλῶς, πᾶσίν τ' ἀπέδωκε
Τοῖς ἀγαθοῖς τὸν πλοῦτον, ὃν οἱ πρόσθε ἑλίλαβον
ἄνδρες,

Necdum tale fuit signum mortalibus ullum,
Ut magnam urbem alii videantur diripuisse,
Venit enim cœli vir ab alta sede beatus,
In manibus gestans Divino munere sceptrum,
Omnes qui pulchre vicit, retulitque bonorum
Divitias ipsis, quas diripuere priores:

Πᾶσας

115 Τοῖς ἀγαθοῖς &c.] Videtur innuere de Theodosio, Gallæi MS. habet ad scriptum. Potest hic locus accipi de Theodosio seniore, qui pontificum, augurum, omniumque sacerdotum reditus publicos privatosque, quos hic divitias priorum appellare videtur, uno edicto sustulit. Lactantius tamen Christum & extremum ejus ad judicium adventum designari existimavit, ut colligo ex ipsius verbis libro 7. capite 24. *Peracto judicio civitas sancta constituetur in medio terræ, in qua ipse conditor Deus cum justis dominantibus commoretur, quam civitatem Sibylla designat, cum dicit:*

Καὶ πόλιν ἣν ἐπόησεν ἀνὴρ, πάντων ἐπόησεν
Ἀμεμφεστέρην ἄρμα τε καὶ ἐλίκι, καὶ πολίταις. Idem.

Theodosius I. Magnus, Imper. Fil. Theodosii, Ducis inclyti, qui Valentis, quem à tyrannide Firmi liberaverat, jussu in Africa occisus est. Gente Hispanus, per omnes militiæ gradus, brevi Ducis legatus, in Mœsia, contra Sarmatas, evasit. Audita patris morte anno 374. jam sæpius contra hostes victor, prudentiæ quoque non vulgaris varia edidit specimina: in tantum; ut Gratianus Imper. quo Gothis & Alemannis acrius obsisteretur, Theodosium collegam adsciverit, quem Aur. Victor *in epit. Cæsar.* à Trajano descendisse ostendit. Purpura ergo Syrmii ornatus, ann. 379. æt. 43. mox in Thracia, Gothios ad internecionem cæcidit, ipsemet Gratiano victoriæ nuntius. Anno post, Thessalonicæ æger Baptismum recepit, editisque variis contra Hæreticos evulgatis, pacem Unionemque in Ecclesia omni ope conservare annisus est. Athanasium

 deni

Πάσας δ' ἐκ βάθρων εἶλεν πόλις ἐν πυρὶ πολλῷ,
Καὶ δήμους ἔφλεξε βροτῶν τοὺς πρόσθε κακούργων.
Καὶ πόλιν, ἣν ἐπόθησε θεὸς, ταύτην ἐποίησε

Atque solo cunctas urbes multo eruit igni,
Et dedit in flammas populos hominum ante malorum;
Præcipueque Deo dilectam reddidit urbem,

Φαν-

dein Gothorum R. regno suo exulem, Constantinopoli humaniter excepit, paulo post pace Persis petentibus concessa. Sed, *qui magis gaudebat, quod membrum Ecclesiæ esset, quam quod in terris regnaret*, Theodor. lib. 5. cap. 24. Concil. 2. Constantinop. an. 381. indicto, Macedonianos & Apollinaristas condemnavit, fide Concilii Nicæni stabilita. Postmodum, contra Maximum Tyrannum; qui Gratiano occiso se Imperatorem fecerat, Valentiniano in Occidente regnanti gravis, movit, precibus prius & jejunio præparatus, cumque binis prœliis, in Hungaria & Italia fractum, Aquilejam usque persecutus est, illi tamen dedito parsurus, nisi milites è tentorio extractum illum capite truncassent. an. 388. Anno sequente Romam pervenit, triumphaturus, ibique Idololatriæ reliquias abolevit: à Latino Pacato, in Senatu Panegyrice laudatus. Sed an. 390. ob occisum Præsidem Botericha, in Thessalonicenses sævus, 7000. è plebe sustulit: ob quod crimen excommunicatus ab Ambrosio Episc. Mediolanensi, octo mensium censuram benigne tulit, absolutusque, ejusdem consilio, capitalem sententiam in posterum, in tricesimum diem differri præcepit. Idem Antiochenis ob dejectas suas conjugisque Placillæ statuas iratus, per Flavianum Episc. qui Imperatoris Musicis, ut in cœna lugubres Antiochensium cantiones decantarent, suasetat, placatus est. Tandem Arbogastum, qui occiso Valentiniano, Eugenium de vulgi fœce, ut qui Grammaticem docuerat, ad imperium evexit, acie vicit, ann. 394 Eugenio capite plexo, & Arbogasto ad desperationem adacto. Ita victor, Mediolanum regressus, Obiit ann. 395. æt. 60. Arcadio & Honorio filius, quorum illum Orientis, hunc Occidentis Imp. declaravit, pietate legata: *Hæc enim*, inquiebat, *& pax conservatur, & bella conficiuntur, & hostes dantur in fugam, & trophæa excitantur, & conciliatur victoria.* Theod. libro 5. capite 25. Princeps laudatissimus, à solo Zosimo idololatra minus commendatus. V. Paulin. *ep.* 9. Socr. Sozom. &c. *Hofmannus.*

116 Καὶ πόλιν &c.] Sermone quinto: ubi versus nonnihil variant:

Καὶ πόλιν, ἣν ἐπόθησε θεὸς, ταύτην ἐποίησε
Φαιδροτέραν ἄστρων τε, ἑλίκων, ἠδὲ σελήνης.

Lactantiana tamen lectio magis arridet. neque enim video quid verbum πρόσθεν sibi velit, licet ταύτην, quam αὐτὴν, vel propter positionem rectius legitur. Cæterum sive λαμπροτέραν, sive φαιδροτέραν; juxta

Φαιδροτέραν, ἄστρων τε καὶ ἠλίου, ἠδὲ σελήνης.
Καὶ κόσμον κατέθηκε, ἅγιόντε ναὸν ἐποίησεν,
Εὐσαρκον, καλὸν, θείαλλέα, ἠδὲ ἔπλασε
Πολλοῖς ἐν σταδίοισι μέγαν καὶ ἀπείρονα πύργον,
Αὐτῇ ἁπόμφυον νεφέων, καὶ πᾶσιν ὁρατὸν,
Ὡσε βλέπειν πάντας πιστοὺς, πάντας τε δικαίους,
Δόξαν ἀιδίου θεοῦ, πεποθημένον εἶδος.
Ἀνατολίας δύσεις τε θεοῦ κλέος ἐξύμνησαν.
Οὐκέτι γὰρ πέλεται δειλοῖσι βροτοῖσι τὰ δεινὰ,

Et sole & stellis & luna splendidiorem.
Illic ornatum posuit: tum condidit almum
Corporeum pulchrum templum, turrimque sub auras
Multis in stadiis magnam produxit, & amplam,
Ipsas tangentem nubes, cunctisque videndam:
Omnes ut justi videant, omnesque fideles,
Splendorem æterni, spectacula dulcia, patris.
Ortusque occasusque Dei celebravit honores.
Non etenim deinceps mala sunt mortalibus ægris,

117 Οὐδὲ

juxta splendidam lectionem arbitror. στρογγύλη γῆ, rotundius est. Sic reddidi:
Urbem quam statuit Deus, isthanc ædificavit,
Quam lunam aut solem, vel astris splendidiorem.

Hujus urbis amplior πεποίησις sequitur: quam si voles, pete ex codice Sibyllino. Sed confer cum his eam quæ est in Apocalypsi capite penult. & Esaiæ 60. & 65. *Betuleius.*

[117] Οὐδ' ἐγαμοκλοπίαι, ἢ παίδων κόπις ἀθεσμος,
Οὐ φόνος, οὐδ' κυδοιμὸς [118] ἔεις δ' ἐν πᾶσι δικαία.
Ὑσταῖον ἔσσ' ἁγίων καιρὸς, ὅτι αὐτὰ πεφαίνῃ
Θεὸς ὑψιβρεμέτης, κτίσης ναοῖο μεγίστου.
Αἰ, αἰ σοι Βαβυλὼν χρυσόθρονε, χρυσοπέδιλε,
Πυλιετὶς βασίλεια, μόνη κόσμοιο κρατοῦσα,
Ἡ τὸ πάλαι μεγάλη τε πάμπολις, οὐκ ἔτι νείσῃ
Οὔρεσιν ἐν χρυσέοις ἢ νάμασιν Εὐφρήτοιο·
Στρωθείσῃ σεισμοῖο χρόνῳ. [119] Πάρθοι δέ σε δ' εἶναι

Furtave conjugii, in puerosve nefanda libido:
Aut cædes, turbæve: sed est lis omnibus æqua.
Ultima sanctorum sunt tempora: namque ea condit
Altitonans, opifex templi super omnia magni.
Eheu te Babylon solium aurea, & aurea plantas,
O regina vetus, quæ mundum sola gubernas,
Urbs olim magna & celebris, non amplius aureis
Montibus, Euphratis liquidas resedebis ad undas:
Tempore sterneris motus, ut cuncta domares,

Πάντα

117 Οὐδὲ γαμοκλοπίαι] Versus similis primo Phocyclidis; μήτε γαμοκλοπίαν; μήτ' ἄρσενα κύκλοι εἶναι. *Opp. Græc.*

118 Ἔεις] Ἔεις in bonam partem sumitur, ut apud Hesiodum, ἀγαθὴ δὲ ἔρις ἥδε βροτοῖσιν. *Idem.*

119 Πάρθοι &c.] *Parthos* autem e Scythia primum profectos *Parthiam* ab ipsis dictam occupasse refert Justinus, lib. 41. idque nominis indicio probat, quod *Scythico sermone Parthi exules* dicantur; quod & Eustathius, aliique confirmant. Regionem hi nacti sterilem & desertam, atque ob hoc ipsum Macedonibus neglectam,

Iam, in tantum sequentibus seculis potentia creverunt, ut cum Romanis de Imperio Orbis contenderent. Arsaces conditor hujus monarchiæ fuit, cujus successores *Arsacidæ* dicti, præfuerunt, usque ad Artabanum, quo ab Artaxerxe Persa occiso; Regnum hoc post 400. a. utpote inchoatum ann. ante Christum 250. finitum est, anno Chr. 227. Vide supra, & insuper Justin. libro 41. Herodian. lib. 6. Agathiam libro 1. Plin. Appian. &c. Ex Parthiæ Regibus Phraate, fraude Thermusæ pellicis, & filii ejus sublato, Phraates regnum rapuit, ann. Chr. 16. mox subditis propterea invisus periit: surrogato Orode, sed & hic ob sævitiam sublatus ann. 17. Tum Romæ Vonones, obses à Phraate patre datus, in regnum missus, sed ab Artabano victus est, anno Ch. 34. Tacit. *Annal.* lib. 6. Huic iterum à Sinnace & Abdo Eunucho pulso, submittitur est à Tiberio Tiridates, qui à L. Vitellio in regnum deductus, mox à Parthis, revocato Artabano, iterum expulsus est, an. 36. interim hunc per Alanos graviter affluxit Imperator. Postea dissidus intestinis cæso Artabano, Gotarzes frater regno potitus est, ann. 47. Meherdatis à Romanis missi victor, ann. 49. Huic Vonones successit, ann. 50. quem brevi Vologeses filius excepit. Idem lib. 11. & 12. Joseph. *Antiq.* lib. 20. capite 2. Hic rebus variis præclare gestis inclytus, tandem tamen à Cæsare regnum petere & accipere coactus est, Tacit. *Annal.* lib. 15. Dion. lib. 63. ann. Ch. 64. Postea magna Parthiæ pars à Trajano subacta, Parthamaspatem ab eo Regem accepit, anno 107. 115. sed Æl. Adrianus Pfamatorium impositum Parthis amovit, anno 120. Antoninus Pius Parthorum Regem ab Armeniorum expugnatione solis literis repulit, an. Ch. 151. Vologeses quoque ab Antonino Phil. ad incitas redactus est, anno 166. Dion lib. 71. ut & à Severo Artabanus, a. 201. quem sub prætextu nuptiarum filiæ, oppressit Caracalla, ann. 218. Idem lib. 78. Iterum sub Macrino victorem, anno 226. regno exuit Artaxerxes, ut dictum. Arcu plurimum valuerunt *Parthi*, quo vel fugientes hosti bus plurimum detrimenti afferebant. Virgil. *Georg.* 3.

Fidentemque fuga Parthum, versisque sagittis.

Idem libro 4. *de apibus*:

— *Aut ut nervo pulsante sagittæ,*
Prima leves incunt sudando prælia Parthi.

Horatius libro 1. *Carm.*

— *Et versis animosum equis*
Parthum dicere. —

Et libro 2. *Od.* 13.

Miles sagittas & celerem fugam Parthi.

Idem *alibi*:

Aut labentis equo describat vulnera Parthi.

Claudian.

— *Refugo qua sit fiducia Partho.*

Catullus,

Seu Sacas sagittiferosque Parthos.

Ovidius 1. *de Art. Am.*

Tergaque Parthorum, Romanaque pectora dicam,
Telaque ab adverso quæ jacit hostis equo.

Idem *ibidem*:

Ut celer aversis utere Parthus equis.

Idem *alibi*:

— *Parthus inutus ab hoste fuga est.*

Propertius libro 2. 16.

Jam negat Euphrates equitem post terga tueri.

Idem libro 3. eleg. 7.

Parthorum astutæ tela remissa fugæ.

Et libro 4. eleg. 3.

Subdolus & versis increpat arcus equis.

Senecain *Oedipo*:

Vidit & versas equitis sagittas
Terga fallaci metuenda Parthi.

Idem *in Thyeste*:

Nil armis & inertibus
Telis, quæ procul ingeris
Parthus, cum simulat fugas.

Boëtius libro 5.

Rupis Achæmeniæ scopulis, ubi versa sequentum

Πάντα κρατεῖν ἐποίησαν. ἔχε στόμα φιμὸν ἀνάγνη
Χαλδαίων γλωσσῆ, μήτ' εἴρειν, μηδὲ μερίμνα,

Parthi fecerunt acres: os comprime fœda
Gens Chaldæorum: ne cura, neve rogato,

Πῶς

Pectoribus figit spicula pugna fugax.
Statius 1. *Sylv.*
—— *Arcuque horrenda fugaci*
Armenia. ——
Lucan libro 1.
—— *Torto Balearis verbere funda*
Ocyor, & missa Parthi post terga sagitta.
Unde *refugi* dicti ab eodem libro 6.
—— *Fragili circumdata testa*
Mœnia mirentur refugi Babylonia Parthi.
Erant porro vino libidinique dediti, sed bello laboreque indefatigabiles. Tandem superstitiose admodum & venerabunde Regi suo obsequium impendisse dicuntur, osculis pedum & servili supplicatione: quin eum adituri terram ore tangebant, teste Xenophonte. Virgilius *Georg.* 3.
Præterea regem non sic Ægyptius, & ingens
Lydia, nec populi Parthorum, aut Medus Hydaspes
Observant. ——
Martial. libro 10. epigr. 72.
Frustra blanditiæ venitis ad me,
Ad Parthos procul ite pileatos
Et turpes, humilesque, supplicesque
Pictorum sola bajulate regum.
Hofmannus.

120 Χαλδαίων, &c.] *Chaldæa*, Asiæ maj. regio, inter Euphratem, Tigrim, sinum Persicum, & montana Arabiæ desertis adeoque Arabiæ contermina, plana, fontium indiga, in qua Babylon civitas magna. Populi *Chaldæi*. Hebraice *Chasdim*, id est, *quasi dæmones*, aut *quasi deprædatores*, vel *quasi mamillæ*, aut *quasi agri*. Glossæ Philonis: Χαλδαῖοι, οἱ δαιμόνια. Putabat componi, ex *Caph*, nota similitudinis & *Scheddim*, id est, *dæmones* à שדד *Schadad vastavit*. Hinc Hieron. *De Chaldæis*, inquit, *nullus ambiget, quin dæmones sonet*. Hos Arphaxad instituit (inquit Josephus) & à se *Arphaxadeos* nominavit. *Cephenes* (teste Stephano) prius dicti, à *Cepheo* Andromedes patre. Hellanicus scribit, hanc gentem, mortuo jam Cepheo, relicta ea regione, alio in militiam abiisse: proinde regionem non amplius *Cepheniam* dictam, sed *Chaldaicam* à *Chaldæo* rege, qui (Dicæarcho teste) quartus decimus à Nino fuit; & Babylone juxta Euphratem condita omnes Chaldæos in eam collegit. De his ita Strabo *lib.* 7. *Constat nunquam diligentius severiusque mathematica studia exculta fuisse, quam apud Chaldæos.* Præcipue vero eam astrologiæ partem tractarunt, & invenerunt, an ab Abrahamo? cum Arithm. & Geometria, acceperunt, quæ ex stellarum positu, qui in nativitate fuit, de cujusque fortuna pronunciat: unde & ipsa ars *Chaldaica*, & qui profiterentur, *Chaldæi* appellati sunt, licet de gente illa haud essent. Cic. *lib.* 1. *de Divin. Principio Assyrii, ut ab ultimis auctoritatem repetam, propter planitiem magnitudinemque regionum, quas incolebant, cum cœlum ex omni parte patens, atque apertum intuerentur, trajectiones, motusque stellarum observaverunt: quibus notatis, quid cuique significaretur, memoriæ prodiderunt. Qua in natione Chaldæi, non ex artis, sed ex gentis voca-*

Πῶς Περσῶν ἄρξεις, ἢ πῶς Μήδων τε κρατήσεις.
121 Εἵνεκα γὰρ σῆς ἀρχῆς, ἧς ἔχεν ὄμηρα,
Εἰς Ῥώμην πέμψασα, καὶ Ἀσίδι δουλεύουσας,

Quo pacto Persasque reges, Medosque domabis,
Propter enim tuum imperium, cujus habuit obsides,
Romam mittens, & Asiæ mercede servientes,

vocabulo, nominasti, diuturna observatione siderum, scientiam putantur effecisse, ut prædici posset, quid cuique eventurum, & quo quisque fato natus esset. Cum dicit, *non ex artis, sed gentis vocabulo nominari*, non obscure significat, *Chaldæorum* nomen dupliciter sumi, semel cum gentem notat, proprie puta; deinde cum artem per figuram designat: ut in genere omnes *Chaldæi* dicerentur, qui Chaldæorum rationes secuti ex natali cujusque die futura audent prædicere. Sic *Chaldæorum natalitia prædicta*, eodem libro; itemque *Chaldæorum promissa* dixit. *Multos*, inquit, *promissis suis fefellerunt Chaldæi.* Idem 2. *de Divin. Quam multa huic ipsi Cæsari à Chaldæis dicta memini.* Aliquoties *Chaldæorum* vocabulum ita Tacitus quoque posuit: Et cum Juvenalis *Sat.* 10. scribit:

Principis angusta Caprearum in rupe sedentis
Cum grege Chaldæo. - - - -

Genethliacos istos intelligit. Loquitur enim de Tiberio, qui Thrasyllum Mathematicum comitem habuit, eique multum attendit. Præterea mundum æternum statuentes hi Philosophi, jactabant Astrologiam à majoribus, per annos 43000. jam exercitam; Divisi in Orchenos & Borsippenos, Magos quoque inter se habuerunt, quorum quidam dæmones ciendi artem, longa abstinentia & peculiaribus lustrationibus præparati, profitebantur. Reliquis, Principum gesta æternitati consecrandi cura imposita. Ab his Herodotus *lib* 2. Ægyptios elevationem Poli, usum quadrantis, diei διαγραμμὸν &c. edoctos ait. Plura de *iterum* studiis, & ratione philosophandi lege apud Diod. *l.* 2. & 3. Strab. *lib.* 12. 15. & 16. Curt. *lib.* 5. Jos. c. *App. lib.* 2. Aug. *de C. D.* Voss. *de Sectis Phil. cap.* 1. §. 3. *de Mathem. c.* 30. §. 5. & *cap.* 38. §. 10 Inde *Chaldaicus*, Cic. *de Divin. lib.* 2. *Scylax Halicarnassæus familiaris Panætii, excellens in astrologia, idemque in regenda sua civitate princeps, totum hoc Chaldaicum prædicendi genus repudiavit.* Idem ibidem, *Lucius quidam Tarutius Firmianus familiaris noster, inprimis Chaldaicis rationibus edoctus.* Ubi per *Chaldaicas rationes*, μαθηματικὴν designat, quam & Χαλδαϊκὴν Periegenes appellavit. Ita enim apud Schol. Apollonii, qui libros ejus περὶ τῆς Χαλδαϊκῆς καὶ μαθηματικῆς laudat, legendum esse, Janus Rutgersius *libro quinto variarum Lectionum, cap.* 6. præclare ac erudite observavit. *Chaldæi* pop. & *Chaldæa* reg. nunc *Turack* & *Curdis* etiam dicitur, ante sub Persis, nunc fere tota Turcis subest. Ibi Euphrates & Tigris conjunguntur. Urbes præcipuæ Bagdatum, Balsera, Cusa, & Waserum. Alias etiam Babylonia dicta. Baudrandus. *Idem.*

121 Εἵνεκα γὰρ &c.] Vix verba Latina istorum versuum reddere, nedum sensum eicere licuit: adeo mihi obscuri videntur. *Opsopœus.*

122 Αὐ-

Τοι γάρ τις καὶ τὴ βασιλὶς φεύξεσ' εἰς κρίσιν
Ἀτικῶν ἥξεις, ὧν εἵνεκα [122] λυτρα πέπονθας.
Δώσεις δ' ἀντὶ λόγων σκολιῶν πικρὰν χόλον ἐχθρῆς.
Ἔσαι δ' ὑστατίῳ καιρῷ ξηρὸς ποτὲ πόντος,
Κὐκ ἔτι πλωτεύσουσιν ἐς Ἰταλίλω ποτὲ νῆες.
Ἀσὶς δ' ἡ μεγάλη τότε πάμφορος ἔσεται ὕδωρ,
Καὶ Κρήτης πεδίον, Κύπρος δ' ἕξει μέγα πῆμα.
[123] Καὶ Πάφος αἶξει δεινὸν μόρον, ὥστε νοῆσαι
Καὶ Σαλαμῖνα πόλιν μεγάλλω μέγα πῆμα παθεῖν.
Νεῶ μὴ χέρσος ἄκαρπος ἐπ' ἠόνος ἔσται αὖθις.

Idcirco & ipsa regina sapiens in judicium
Atticorum venies, quorum causa mala perpessa es.
Proque malis verbis pœnas dabis hostibus acres.
Porro siccus erit postremo tempore pontus:
Tum nec in Italiam vadent per cærula naves.
Tunc Asia illa ferax rerum, redigetur in undas,
Cretaque campus erit, feret & mala tristia Cyprus:
Et Paphus ut sapiat, patietur tristia fata.
Et Salamina urbem magnam, mala tristia passam
Tunc erit infelix, steriliſque in littore tellus.

Ἀχρὶς

122 Λύτρα] Forte λυγρὰ. *Idem.* Pro Ἀτικῶν Gallæi MS. legit Ἀτίμων.

123 Καὶ Πάφος &c.] Paphi & Salaminos clades supra prædicta quoque fuit & tempus ab Eusebio notatum. *Idem.*

124 Σα-

Ἀκρὶς δ' οὐκ ὀλίγη χθόνα Κύπριον ἐξαλαπάξει.
Εἰς Τύρον αἰνόμοροι μέροπες κλαύσεσθε βλέποντες,
Φοινίκη, δεινός σε μολὼν χόλος, ἄχεα πεσεῖν σε·
Πτῶμα κακὸν [124] Σειρῆνες ὅπως κλαύσωνται ἀληθῶς.

Cypria non paucæ vastabunt arva locustæ.
Spectandoque Tyrum mortales flebitis ægri.
Phœnice, gravis ira tibi est vectura ruinam:
Ut vere plorent casum Sirenes acerbum.

Εσαι

124 Σειρῆνες] *Sirenes*, monstra marina, poëtarum fabulis celebratissima. Has finxerunt antiqui Acheloi fluminis, ac Terpsichores fuisse filias. Nicander autem libro 3. *Mutationum*, Melpomenen Sirenum matrem fuisse scribit, alii Steropen, alii Calliopen. Hæ igitur Siculum lieus incolentes, nautas præternavigantes, suavitate cantus, in naufragium pelliciebant. Ovid. *Art. Am.* libro 3.

Monstra maris Sirenes erant, quæ voce canora
Quaslibet admissas detinuere rates.

Nomina vero illarum fuerunt *Aglaope*, *Pisinoe*, *Thelxiopia*. Ut autem Chœrilus voluit, *Thelxiope*, *Molpe*, *Aglaophonos*. Clearchus vero Solensis *in Amatoriis* lib. 3. unam illarum *Leucosiam* nominat, aliam *Ligeam*, tertiam *Parthenopen*. Mirabilis profecto dicebatur harum Sirenum suavitas cantus, quando vel in apertam perniciem homines trahebant, efficiebantque, ut sui ipsorum obliti, in manifestam ædem se trahi paterentur. Nonnus *Bassarico* libro 2.

Εἰ δ' ὅτε τις Σειρῆνος ἐπιπλόος ὕμνις ἀκούσῃ
Εἰς μέσον ἀτρεμίδην εἶδος· ἅλικες ἄνδρες
Θελγόμενοι μελίσσι δ' ἐπ' ἴκμενα χαρμόσυναν
Γλαυκὴν ἀκυμβόλοιτιν ὕδωρ λάσιαιτι ἰμῆρις:
Ἀλλὰ λιγυφθόγγοιο τινὸν ἐπὶ δίκτυα μοίρης
Τέρπεται πηδαλίοιο λελιημένος, ἄορα λάσιος
Πλευρὸς ἐπιθρώσκων δ' ἄντυγα κουλαίνης Ἀρχίλος.

Idcirco cum Minyæ per ea loca navigarent, Ancæo navem gubernante, se citharam sumpsisse scribit Orpheus *in Argonauticis*, suoque cantu Sirenum cantum retudisse. Sic enim ille:

Καὶ δ' ἐφεζόμενος λιγυρὴν ὅπα χαλκέου Κύρης, ἀνστήσας δὲ βροτῶν θέλξιν ἀκοιτὶς.
Δὴ τότε δὴ Μούσαων ἐφράσσατο πάντας ἀοιδῆς
Σειρήνων, ὅτε πρῶτα παρὲξ ἁλὸς ἤλασαν Ὀθρυϊὼν ἐλαμεῖνα, χαρὰ δὲ σφιν ἔπλετο μυρί.

Illæ autem postea desperatione captæ, mutæque factæ in mare musica instrumenta abjecerunt, uti testatur idem poeta in his:

Δὴ τοτε φορμίζοισθ· ἀπὸ σκοπέλω πιφύσθ·
Σειρῆνες ἡμέων, ἵν' ἀμπνυσαι ἀοιδῆς·
Καί ῥ' ὅ μιν λυτὸς, ἐοὶ αὖ χέλυι ἔκβαλε χερσίν.

Quæ omnia Apollonius ita declaravit *Argonauticon* libro 4.

- - - Λιψὰ δὲ νῆσον
Καλὴν, εὐλιμένοισιν ἐοικυῖαν, ἐνθα λίγειαι
Σειρῆνες σίνονθ' Ἁχελωίδες, ἠδὲ νέεσθαι
Θέλξουσιν μολπῇσιν, ὅτις ἁθρήσῃ κεῖσε βάλοιτο.
Τὰς μὲν ἄρ' Εὐρυβίης Ἀχελωίδι δίῳ ἐέσσης
Γείνατο Τιρψιχόρη Μούσέων μία. Καὶ τότε δηθὰ
Θυγατέρ' ἰφθίμω ἀδμῆτ' ἔτι παρθενίῃσιν
Ἀμμιγὰ μελπόμεναι· τοὶ δ' ἄλλο μὲν οὐ μενοεῖσιν,
Ἄλλο δὲ πᾶσιν ἐπιλήσεται ἔσσετο ἰδίζῃ,
Αἰεὶ δ' ἄορι δεδαημένοι ἐν φρεσὶν ἧσιν.
Ἤ ῥα καὶ ἀμφὶ πολίων μελιηδέα γῆρυν ἔλοιεν
Τερπόμενοι φθινύθουσιν ἀπηλεγέες δ' ἄρα τῇ γε
Ἵστασ' ἐν ῥηγμῖνι ὕπα λίμενον, οἱ δὲ λαοὶ νηὸς
Ἠὲν πίσματ' ἔμιμνον ἐπ' ἠπείροιο βαλέσθαι,
Εἰ μὴ ἄρ' Οἰάγροιο πάις Θρηίκιος Ὀρφεύς,
Βεσσικὸν εἰς χορὸν ἐσσάς φόρμιγξι παννυχίδας,
Κραιπνὸν ὑπεξάλτο βίλθρ· ἐμπλήσατο ἀοιδῆς.

Erat autem illa Sirenum astutia, ut quibus rebus maxime quisque audiendis delectaretur, eas præcipue canerent; eratque mirifice omnium præteritorum negotiorum memores; quare ita inquiunt apud Hom. *Odyss.* μ.

Δοῦρ' ἀγ' ἰὼν πολέων Ὀδυσεῦ, μέγα κῦδος Ἀχαιῶν,
Νῆα κατίσσησον, ἵνα νωΐτερόν γε ἀκούσῃς.
Οὐ γάρ πω τις τῇδε παρήλασε νηὶ μελαίνῃ,
Πρὶν ἡμέων μελίγηρυν ὀπ' ἐκ στομάτων ὀπ' ἀκοῦσαι,
Ἀλλ' ὅγε τερψάμενός τε νέεται, ἠδὲ πλείονα εἰδώς.
Ἴδμεν γάρ τοι πάνθ' ὅσ' ἐνὶ Τροίῃ εὐρείῃ
Ἀργεῖοι Τρῶάς τε θεῶν ἰότητι μόγησαν
Ἴδμεν δ', ὅσσα γίγνεται ἐπὶ χθονὶ πολυβοτείρῃ.

Quoniam vero multi, cum eo applicuissent, suavitate cantus irretiti, recedere non poterant, sed moriebantur inhumati, in desertis insulis, opus erat multa & prudentia, & animi contentione ad illa pericula devitanda. Ideirco Ulyssem Circe sic instruit apud Homerum,

Σειρῆνας μὲν πρῶτον ἀφίξεαι, αἵ ῥά τε πάντας
Ἀνθρώπους θέλγουσι, ὅστις σφέας εἰσαφίκηται.
Ὃς τις ἀϊδρείῃ πελάσῃ, καὶ φθόγγον ἀκούσῃ
Σειρήνων, τῷ δ' οὔ τι γυνὴ, ἓ τέκνα τέκνοις
Οἰκαδὲ νοστήσαντι παρίσταται, οὐδὲ γαυδήσ-
Ἀλλά τε Σειρῆνες λιγυῇ θέλγουσιν ἀοιδῇ,
Ἥμεναι ἐν λειμῶνι, πολὺς δ' ἀμφ' ὀστεόφιν
Ἀνδρῶν πυθομένων, φῶτε δὲ ἱππότα μινύθουσιν
Ἀλλὰ σὺ ῥωμὴξ ἐλάαν, ἐπὶ δ' ἦατ' ἀλεῖψαι
Ἐταίροις,
Κηρὸν δι' ψεστὸν μελιηδέα, μή τις ἀκούσῃ
Τῶν ἄλλων, ἀτὰρ αὐτὸς ἀκουέμεν αἴ κ' ἐθέλῃθα;
Δεσμὸν τοι σ' ἐν νηῒ δοῆ χειράς τε πόδας τε
Ὀρθὸν ἐν ἰστοπέδῃ, ὄφρ' αὐτῷ τέρπεαι ἀκούσ-

Hoc pacto Sirenum illecebras evasit Laertæ filius. Quo allusit Juvenalis his verbis:

——— *Nam cum pro me Fortuna rogatur,*
Affixit ceras illa de nave petitas,
Quæ Siculos cantus effugit remige surdo.

Martialis libro 3. ep. 64.

Sirenas hilarem navigantium pœnam,
Blandasque mortes, gaudiumque crudele,
Quas nemo quondam deserebat auditas,
Fallax Ulysses dicitur reliquisse.

Erat autem tota fere illa ora alba, propter insepultorum ossa, quod etiam ait Virgil. libro 5.

Jamque adeo scopulos Sirenum advecta subibat
Difficiles quondam, multorumque ossibus albos.

Cum vero Ulysses illarum fallacias obturatis auribus sociorum, ipseque malo alligatus fefellisset, fama est ipsas Sirenas se in

in mare præcipitasse, neque amplius postea auditas. Cum vero se in mare præcipitassent, sive illud Orphei, sive Ulyssis arte factum est, dicuntur in saxa fuisse conversæ, sicuti testatur Orpheus *in Argon.*

Δευτὰ δ' ἀοιδυάχησαν, ἐπεὶ πότμον ἄλις λυγρὸν
Μοισάων ἠνύσατο, σφέας δ' ἀπὸ γυμνὰ δ' ἄκρης
Ἐς βυθὸν ἵεσαν ἁλίρροθον ἠλάσσαντες,
Πέτρῃς δ' ἀλλάξωσι δίμας, μορφὴν δ' ὑπέρασαν.

Prope Pelorum vero fama est habitasse Sirenes. Servius in libro 5. *Æn. Sirenes secundum fabulam tres in parte virgines fuerunt, in parte volucres, Acheloi fluminis, & Calliopes Musæ filiæ. Harum una voce, altera tibiis, altera lyra canebat. Et primo juxta Pelorum, post in Capreis insula habitarunt.* Unde est quod Sirenas recenset Ovidius inter Proserpinæ Siculæ Deæ comites, Met. 5.

An quia cum legeret flores Proserpina vernos,
In comitum numero mixtæ Sirenes erant is?

Et apud Nonnum *Dionysiacorum* libro 13. vers. 313. Catanenses Γήϊνοα Σειρήνων πόλιν ἄκρην. Hinc Statius *Silv.* libro 2. in epicedio Glauciæ:

——— *Tergeminum Siculæ de virgine carmen.*

Id est, trium Sirenum cantus. Et Juvenalis *Sat.* 9.

Quæ Siculos cantus effugit remige surdo.

Et Claudianus *in Epigr.*

Dulce malum pelago Siren, volucresque puellæ
Scylleps inter fremitus, avidamque Charybdim
Musica saxa fretis habitabant dulcia nostra.

Alii Sirenibus alias sedes assignant: de quo non amplius hoc loco quæremus. Tantum asserimus cum Bocharto, *Sirenum* nomen esse mere Punicum. Pœnis enim שיר *Sir*, est *canticum*. Inde libro Salomonis titulus שיר השירים *Sir hassirim*, i. e. *canticum canticorum*. Itaque שיר *Siren* est *canorum monstrum*, quale a poetis singitur. Grammaticos interim nihil moror, qui deducunt ἀπὸ τοῦ σύρω à *trahendo*; inde enim non dicerentur Σειρῆνες, sed Συρῆνες. Varia autem de Sirenibus, earumque fabula tradiderunt veteres. Platoni Sirenes Deæ canendi sunt sive Musæ, quæ orbes cœlestes (si qui sunt) vertunt & rotant; de quo Macrob. lib. 2. *in Som. Scip.* cap. 3. Alii vero (uti supra diximus) unius Musarum & Acheloi amnis filias tradiderunt: unde *Siren Achelöias* apud Sil. Italicum. Suidæ αἱ τῆς ψυχῆς εὐαρμόστως καὶ μουσικῶς διάθεσις Sirenes vocantur. Pausanias *in Atticis*, quod Torrentius *ad Hor.* libro 4. *Od.* 2. observat, auctor est, apud veteres Poematum, Sermonumque quorumvis efficacem ad suadendum venustatem assimulatam Sirenibus; & inde Sophoclem appellatum *Sirena*. Quemadmodum & Val. Cato propter suavitatem carminum à veteri Poeta *Latina Siren* dictus est, ut Suetonius *de illustribus Grammaticis* capite 11. refert. Petronius: *Hæc ipsa cum diceret, tanta gratia conciliabat vocem loquentis, tam dulcis sonus pertentatum mulcebat aera, ut putares inter auras canore Sirenum Concordiam.* Heliodotus *in Æthiopicis*: Ὑπὸ δὲ τῶν λόγων ὥσπερ πὸς Σειρήνων κηλούμενος, τῷ σκοπῷ τὸ πρόσωπον κατεπλάττετο. Hinc in Isocratis sepulchro *Siren* posita fuit, tanquam perfectæ & efficacissimæ eloquentiæ symbolum, de quo Plut. *in vita Isocratis*, & Philostratus *in Sophistis*. Alii vero à Musis, & vera eloquentia, quæ in rebus gravibus, seriisque occupatur, *Sirenas* distinguunt: quippe quas nugacibus rebus sermonis & elegantiæ curam impendere volunt: de quo videri Torrentius potest ad libr. 1. *Horat.* ep. 2. Vulgatissima ratio est, Sirenum fabulam ad illecebrosas voluptates referre, quæ blandis præstigiis irretiunt homines, atque evertunt, de quo Synesius epist. 145. Nec alio interpretantur, quod 3. Sirenas commenti veteres fuerint. Eo enim numero triplicem illam voluptatem,

Ἑσαῦθ' [125] ὅτ' ἐν πέμπτῃ γλυκερῇ, ὅτ' ἐπαύσατ' ὀλέθρου
Αἰγύπτου, βασιλῆες ὅταν μιχθῶσιν ἀνδρεῖς,
Παμφύλων γενεαί, κ' εἰς Αἴγυπτον καθεδοῦνται,
Ἐν τε Μακηδονίῃ, καὶ ἐν Λυκίοισι, καὶ Ἀσίδι, καὶ Λυκίοισι
[126] Κοσμοκαρὴς πόλεμος, πολυαίματος ἐν κονίῃσιν,
Οὗ παύσει Ῥώμης βασιλεὺς, δυσμῶν τε δυνάσας.
Χειμερίης ὁπόταν ῥιπὴ σάξῃ χιονώδης,
Πλησυμέα μεγάλα ποταμοὶ λιμνῶν τε μεγίστων,

At quinto ſeclo, cum clades deſinet olim,
Ægypti, reges cum miſcebuntur iniqui,
Omnigenæ gentes Ægyptumque aggredientur:
Inque Macedonia, Lyciiſque, Aſiaque tumebit
Exitiale, & humum ſparſurum ſanguine bellum:
Quod Romæ reprimet rex, occiduique potentes.
Hinc poſtquam hybernis nivibus jam defluet aer,
Et fluvii ingentes, & maxima ſtagna rigeſcent,

Εὐθὺς

rem, quæ in *ſirtibus*, ὁ πόντος, ἢ ὁ ἀφρώδεσιν. Platoni & Ariſtoteli ſtatuitur, expreſſam volunt. Servius *ad illud* 5. Æn.

Jamque adeo ſcopulos Sirenum advecta ſubibat.

Poſtquam breviter fabulam de Sirenibus expoſuiſſet: *ſecundum veritatem*, inquit, *meretrices fuerunt, quæ tranſeuntes, quoniam eos ducebant ad egeſtatem, hic fabulæ ſunt inferre naufragia.* Vid. Jov. Pontanum libro 6. *de bello Neapolitano.* Socrates apud Stobæum: Δεῖ ἀπὸ Σειρήνων πρὸς ἡδονὰς πειρᾶσθαι ἢ ἀπὸ ἄλλου τοῦ δοκοῦντος ἡδὺ φέρειν ἐπὶ τὸ ἀγαθὸν πειρᾶσθαι. Horatius,

- - - *Vitanda eſt improba Siren*
Deſidia. - - - - - -

Hinc *Sirenius*; Gell. 16. 8. *Ne, ut plerique alii, tu quoque in illis Dialecticæ gyris, atque Mæandris, tanquam apud Sirenios ſcopulos conſeneſcas.* Hofmannus.

125 Ἐν πέμπτῃ &c.] Aliam ætatum ſequitur rationem quam priores.

126 Κοσμοκαρὴς &c.] MS. Gallæi legit κοσμοκρατὴς.

127 Παλ-

Εὐθὺς βάρβαρος ὄχλος ἐς Ἀσίδα γαῖαν ὁδώσει,
Καὶ Θρηκῶν ὀλέσει δεινῶν ῥῶς, ὡς ἀλαπαδνόν.
Καὶ τότε θυμοβόροι μέροπες κατέδουσι γονῆας,
Λιμῷ τειρόμενοι, καὶ ἐδέσματα λαιφάσσουσι.
Πάντων δ' ἐκ μελάθρων θῆρες κατέδουσι τράπεζαν,
Αὐτοί τ' οἰωνοίτε βροτοὺς κατέδουσιν ἅπαντας.
Ὠκεανός τε κακῶν πλησθήσεται ἐκ ποταμοῖο,
Αἱματόεις σάρκας τε καὶ αἵματα τῶν ἀνοήτων.
Εἶθ' ὕστως ὀλίγη [127] πολιὴ ἔσται καὶ γαῖαν,
Ὥστε νοεῖν ἀνδρῶν τ' ἀριθμὸν, μέτρόν τε γυναικῶν.
Μυρία δ' οἰμώξει δεινὴ χθὼν τέρμα

Protinus invadent Asiæ oras barbara turba,
Et duros perdent, quasi sint sine robore, Thraces.
Tunc homines mœsti vescentur carne parentum,
Et tales epulas, fame sic urgente, vorabunt:
Præbebitque feris mensam domus omnis: & ipsæ,
Et volucres, omnes mortales dilacerabunt.
Oceanusque (malum) fluvio fundente, rubebit
Sanguine stultorum, revolutaque corpora merget.
Sic demum parva tellus requiete fruetur,
Ut numerusque virum, matronarumque sciatur.
Innumerum vero flebit gens dura sub orbis

He-

127 Πολίη, &c.] Forte legendum est, inquit, Opsopœus πωλῇ, aliter πωλεῖ.

Ηελίῳ δ' ὠώνιθ', ἵν' ἔμπαλι μηκέτ' ἀνέλθῃ,
Ὠκεανῷ μείνας ἵν' ἐφ' ὕδατι βαπτισθείη.
Πολλῶν γὰρ μερόπων εἶδεν κακότητας ἀνάγνους.
Ἔσται δ' σκοτόμαινα πέλει μέγαν εὐρανὸν αὐτὸν,
Ἀχλὺς δ' οὐκ ὀλίγη κόσμῳ πτύχας ἀμφικαλύψει
Δεύτερον. αὐτὰρ ἔπειτα θεὸν φάος ἡγεμονεύσει
Ἀνδράσι τοῖς ἀγαθοῖσιν, ὅσοι θεὸν ἐξύμνησαν.
[128] Ἰσι θεὰ τετάλαινα, μόνη δ' ἐπὶ κύμασι Νείλου
Μάνη, μαινὰς ἄταφος, ἐπὶ ψαμάθοις Ἀχέροντος,
Κοὐκέτι σὸν μνεῖά γε μόνη κὴ γαῖαν ἅπασαν.

Occidui finem, ne rursum adscendere possit,
Oceani remanens ut perfundatur ab undis.
Nam multorum hominum vidit commissa nefanda.
At magnum cœlum nox circunfusa tenebit,
Obducetque cavum nigror densissimus orbem.
Rursum deinde bonis ostendet qua sit eundum
Lux Divina viris, qui laudavere Tonantem.
Isi dea infelix, Nili remanebis ad amnem,
Sola furens mænas, permixta Acherontis arenis:
Fama nec ulla tui toto remanebit in orbe.

[129] Καὶ

128 Ἴσι θεὰ, &c.] Clemens Alexandrin. adducit hos versus in oratione ad Græcos pag. 20. ita scribens, τὸ δὲ Ἰσιδος καὶ Σαραπιδος ναὸν ἐν Αἰγύπτῳ καταπεσεῖσθαι φησὶ Σίβυλλα, καὶ βιωτεὸν εἶναι, &c. *Templum autem Isidis & Serapidis in Ægypto diruendum dicit Sibylla & exurendum.* Omittit autem Clemens particulam δ', & legit ἄπαυστος pro ἄταφος. Opsopæus.

129 Καὶ

129 Καὶ σὺ Σέραπι λίθοις ἥμενε, πολλὰ μογήσεις,

Tuque Serapi sedens in saxis, multa dolebis,

Κεί-

129 Καὶ σὺ Σέραπι, &c.] Ita variat Clemens, καὶ σὺ σεραπι λίθοις ἥμενε ἐπικείμενε πολλὰ. *Idem. Serapu*, Ægypti Deus, olim Roma exactus Pisone & Gabinio Consulibus, cum Harpocrate & Iside, dejectis aris, quod turpium religionum, & novarum superstitionum seminarium forent: etsi Athenienses eos olim, in gratiam Ptolemæi, receperint in urbem. Idolum, cujus exemplar Adrianus & Julianus Impp. petierunt, erat conflatum, ex variis metallorum, lignorum & gemmarum generibus. Videtur Plutarcho, sed nimis præcipiti conjectura, significare *lætitiam*, quod τὸ χαμβύειν, id est, *hilaria* festa Ægyptii appellent σαραῖ. Cum vero veteres per Serapin universam mundi molem, & ipsa rerum principia intelligerent, certatim eum templis magnificentissimis honestarunt, cujusmodi Memphi & in Alexandria celebratur. At nunquam ea Ægypti intra oppida admiserunt cum Saturni templis, quod velut pervigiles, excubitoresque Deos in suburbiis suas habere voluerint sedes, ut ita clienti muniti validis illorum præsidiis adversus hostium incursus, ipsimet autem pro aris, focis, templa & patrio solo perpetuo excubarent. Statua ejus in Ægypto proditur fuisse ejusmodi forma, ut Sol exoriens os & labra perstringeret suo fulgore. Effigies ejus, quam ipsemet in Nicocreontis regis gratiam oraculo descripsit, rerum naturam omnem in se complectens, est hujusmodi:

Εἰμὶ Θεὸς πᾶσοδὶ μαθεῖν, ἐὰν κρίνῃ ἐπ' ἐμοὶ
Οὐρανὸς ὁ κόσμος κεφαλή, γαστὴρ δ' ἡ θάλασσα,
Γαῖα δέ μου πόδες εἰσὶ, τὰ δ' ὦτ' ἐν αἰθέρι κεῖται,
Ὀμμασι δ' ἠελίοις λαμπρῷ φάει εἰλίομαι.

Ejus meminit Martialis *lib.* 10.

——— *Nec quæ turba Serapin amat.*

Sic & Varro produxit. Sed Martianus Capella, qui & multa alia sibi fingere voluit, corrupit versu illo:

Te Serapim Nilus, Memphis veneratur Osirim.

Aliqui *Sarapu* scribunt. Unde templum hujus Dei Σαράπιον, à Strab. vocatur, quod mitis laudibus ab Amm. Marcellino celebrari notat Casaubonus *in Strabonem*. Templum, cum Idolo, destructum à Theodosio M. Ann. 389. post seditionem ab Ethnicis Alexandriæ excitatam: quod Theophilus Alex. venia impetrata, in priscí cujusdam templi subterraneis cryptis, pudenda hæc sacra deprehensa revelasset. Alii imagines solum, Idolum inprimis destructum memorant, quod ingressus sacrificulus solebat, sub prætexta Dei, matronis virginibusque illudere: Horum dejectionem subsequuta nocte, auditum in templo esse *Hallelujah & Psalmum*, refert Rufin. *lib.* 2. *cap.* 25. Nomen à Vossio *lib.* 1. *de Theol. Gentili cap.* 29. ab *Apis* & שַׂר *Sar*, id est, *princeps*, vel שׁוֹר id est, *bos* probabiliter deducitur; cum *Apidem*, qui forma bovis celebratur, & *Osiridem* agriculturæ inventorem habitum, idem cum *Serapide* numen fuisse ibidem probetur. Sunt qui Josephum, sub Serapidis nomine, ab Ægyptiis cultum velint. Vide Clem. 1. *Strom.* Jul. Firmicum, *de errore profan. Relig. cap.* 14. Rufin. *lib.* 2. *cap.* 22. Baron. *A. C.* 389. P. de Valle *Itiner. tom.* 4. ubi ostendit, sacerrima hæc sacra hodieque apud Indorum quasdam gentes vigere. *Hofman.*

130 Au-

Κείσῃ πλῶμα μέγιστον ἐν Αἰγύπτῳ τειταλαίνη.
Ὅσσοι δ' Αἰγύπτῳ πόθον ἤγαγον εἰς σὲ, ἅπαντες
Κλαύσονταί σε κακῶς, νεῶν ἄφθιτον ἐν φρεσὶ θέντες·
Γνώσονταί σε δ' μηδὲν ὅσοι θεὸν ἐξύμνησαν.
Καί τις ἐρεῖ τῶν ἱερέων [130] λινσόστροφ ἀνήρ·
Δῦτε θεᾶ τέμενος καλὸν ἑπτωμεν ἀληθές,
Δῦτε τὸν ἐκ προγόνων δεινὸν νόμον ἀλλάξωμεν,
Τᾶς χάεν ἢ λιβίνοις καὶ ὀσεραίνοισι θεοῖσι
Πομπὰς καὶ τελετὰς ποιεύμενοι οὐκ ἐνόησαν.
Στρέψωμεν ψυχὰς, θεὸν ἄφθιτον ἐξυμνεῦντες,

Magnaque in Ægypto infelice ruina jacebis.
Quique per Ægyptum ſtuduere tibi, acriter omnes
Te flebunt: ſed queis illæſa in pectore mens eſt,
Noſcent te nihil eſſe, Deum quicunque celebrant.
Deque ſacerdotum numero quidam vir amictus
Lino: Agedum (dicet) delubrum conſtituamus
Formoſum: verumque Dei pravoſque parentum
Mutemus ritus, factos cretaque petriſque
Qui coluere deos, ſtulti, feſtiſque ſacriſque.
Mutemus mentes: celebretur carmine noſtro

Au-

130 Λινσόστροφ, &c.] Pithœi codex ſcribit litera una minus λινσόστροφ. quod quid ſit, neſcire me fateor, nec aquieſcit animus in Caſtalionis interpretatione, quamvis à ſacerdotum veſtitu non aliena. Laconum dictionem λιστόστροφ, id eſt, interprete Heſychio, ἀγαθὸς, non admittit Sibyllarum dialectus: ſenſus tamen probat. Videtur autem Sibylla Marcum Euangeliſtam deſignare, qui primus in Ægypto Euangelium prædicavit, & Eccleſiam apud Alexandriam conſtituit, ut Philo & Euſebius docent. *Oppſopœus.*

131 Τη-

Αὐτὸν τὸν ϑρεπτῆρα, τὸν ἀΐδιον γεγαῶτα,
Τὸν πρύτανιν πάντων, τὸν ἀληθέα, τὸν βασιλῆα,
Ψυχοτρόφον ϑρεπτῆρα, ϑεὸν μέγαν, αἰὲν ἐόντα.
Καὶ τότ' ἐν Αἰγύπτῳ ναὸς μέγας ἔσεται ἁγνὸς,
Κ' εἰς αὐτὸν ϑυσίας οἵσῃ λαὸς ϑεότυκτος.
Κείνοισιν δ' ὥσῃ ϑεὸς ἀφθίτως βιοτεύειν.
Ἀλλ' ὅταν ἐκπατρολιπόνλες ἀναιδέα φῦλα.[131] Τριβαλλῶν
Αἰθίοπες, μείνωσ' Αἴγυπτον ἐλεύ τε ἀρόσσαι,
Ἀρξονται κακότητος, ἵν' ὕστερα πάντα γένηται.

Æternus genitor, pereuntis neſcius ævi,
Rex verus, rerum cui ſumma potentia, ſemper
Magnus, quique animas fecit, nutritor earum.
Tunc & in Ægypto templum viſetur, & ingens,
Et caſtum, quo ſacra ferat conjuncta Deo gens:
Æternamque dabit Deus illis ducere vitam.
Sed cum deſertis impura gente Triballis
Æthiopes tulerint ſimul Ægyptum & ſuam arari,
Incipient cladem, quo fiant poſtera cuncta.

Νηὸν

131 Τριβαλλῶν] *Triballi*, vulgo *Bulgari*, pop. Myſiæ infer. teſt. Nicephoro & Laonico, cum Lazio & al. quorum reg. *Bulgaria*. In his feruntur fuiſſe qui viſu faſcinabant, & interimebant, quos iratí diutius & fixis oculis adſpexiſſent, teſte Plinio. Hos Steph. in Illyrico perperam ponit. Horum Duces Crales & Ungleſes, Amurathes Turcarum Imp. vicit, A. 1359. tandem in pugna cum Triballis ſive Serviis à ſervo Lazari Deſporæ, transfuga ſimulato, interfectus: An. C. 1388. cujus fil. Bajazetes poſtea, Jacupe fratre ſtrangulato, Lazarum vicit, cepit, & in fruſtra diſcidit. Ann. Chr. 1390. V. Laonic. *lib.* 2. & 3. Leonclav. *in Amurathe & Bajazete, &c.* Hofman.

Νηὸν γὰρ καθελοῦσι μέγαν Αἰγυπτιάδος γῆς,
Ἐν ᾧ θεὸς βρέξει χεῖρ γῆς δεινὸν χόλον αὐτοῖς,
Ὡς ὀλέσαι πάντας τε κακοὺς, [132] πάντας τ' ἀνόμους.
Κἀκέτι δὴ φειδὼ τις γ' ἔσται ἐν χθονὶ κείνῃ,
Ἀνθ' ὧν δ' ἐκεφύλαξαν, ὅ μιν θεὸς ἐγκατέλιξεν,
Ἠελίου φαέθοντος ἐν ἀστράσιν εἶδον ἀπειλὰς,
Ἠδὲ σελήνης δεινὸν χόλον ἐν στέρνοισιν,
[133] Ἀστρα μάχην ὤδινε, θεὸς δ' ἐπέτρεψε μάχεσθαι.
Αἰεὶ γὰρ ἠελίου μάχαι φλόγες ἐστάζοντο,
Φωσφόρος ἔσχε μάχης ἔριδας ἐς νῶτα λέοντος,

Nam templum tollent, quod magnum Ægyptus habebit.
In terrasque Deus duram illis depluet iram,
Ut pereant cunctique mali, cunctique nefandi.
Nec penitus deinceps parcetur finibus illis,
Quod non servavere, Deus quod tradidit ipsis.
Ipsa minas solis vidi splendentis in astris,
Nec non & sævas iras in fulgure lunæ.
Parturiere (Deus permittit) sidera pugnam.
Nam longæ pugnam flammæ pro sole serebant.
Lucifer instabat pugnæ, urgens terga leonis.

H

132 Πάντας γ', &c.] Lego πάντας γ' ἀνόμους τ', ad explendum versum. *Opsop.*

133 Ἄστρα μάχην, &c.] Omnia hæc magis sapiunt Gentilium fabulas, quam divinam inspirationem & hæc Zodiacorum mentio indicat poëmata hæc non esse tam antiqua uti pro talibus illa venditat pseudo Sibylla. *Gallæus.*

134 Ἠλίου

Ἡ ἢ σελωναίης δίχερως ἠλλάξατ' ὀϊζύς,
Αἰγόκερως ἔπληξε νέῳ ταύρεια τένοντα,
Ταῦρος δ' αἰγοκέρωτος ἀφήρπασε νόσιμον ἦμαρ,
Καὶ ζυγὸν ὠρίων ἀπενόσφισε μηκέτι μέσσαι,
Παρθένος ἐν κριῷ διδύμῳ ἠλλάξατο μοῖραν,
[134] Πλειὰς δ' οὐκ ἔτ' ἔφαινε, δράκων δ' ἠρνήσατο
[135] ζώνην.

Eſt etiam lunæ mutata ærumna bicornis.
Percuſſit juvenis tauri nervum capricornus:
At reditum rapide capricorno taurus ademit.
Orionque jugum ſummotum ſede removit.
Et virgo gemino mutavit in ariete ſortem:
Abdita pleias erat, zonamque draco ipſe negavit.

Ἰχ-

134 Πλειάς] *Pleias*, & *Pleiades*, Latine *Vergiliæ* dicuntur, à verni temporis ſignificatione, quo navigatio incipit, quemadmodum Græcis ἀπὸ τοῦ πλεῖν, hoc eſt, *à navigando*, Πλειάδες nominantur, ut quidam volunt. Pleiadum enim ortus vernus navigationis tempus indicavit. Ovidius *Faſtor. 4.*

Ore micant Tauri ſeptem radiantia flammis
Sidera, &c.

Poëtæ filias faciunt Atlantis, ex Pleione Nympha, ideoque *Atlantidas* Virgilius dixit, earumque nomina finxerunt, *Electram*, *Alcinoen*, *Celæno*, *Meropen*, *Steropen*, *Taygetam*, *Majam*. Valde autem inter ſe conſtiparæ ſunt hæ ſtellæ: Unde *glomerabile ſidus* Manilius vocat. Propertius:

Pleiadum denſo cum coit igne chorus.

Ubi alii *ſpiſſo*. Seneca *in Medea*:

Et denſi latitant Pleiadum greges.

Hæ tempeſtatem concitare ſolent Horat. *lib. 4. Od. 14.*

Indomitas prope qualis undas
Exercet Auſter, Pleiadum choro
Scindente nubes.

Propertius *lib. 2. cap. 16.*

Non hæc Pleiades faciunt nec aquoſus
Orion.

Statius *9. Theb.*

--- Cum Pleiadas haurit (tempeſtas)
An nigrum trepidis impingit Oriona nautis.

Lucanus *lib. 9.*

Ibit & imbriferæ ſiccus cum Pleiade Thebas.

Claudianus:

——— Madidaque cadente Pleiade.

Statius *Theb. 4.*

——— *Neque enim violentior exit*
Amnis humo, quum Taurum aut Pleiadas hauſit aquoſas.

Idem primam ſyllabam corripuit, *Sylv.* 1. 3.

Hæc per & Ægæas hyemes, Pleiadumque nivoſum
Sydus, & Oleniæ dignum petiiſſe ſub aſtris.

Valer. Flaccus *lib.* 5.

——— *Deuſæque ſequuntur*
Pleiades, & madidis vorantes crinibus ignes.

Pherecydes has tradit 7. ſorores fuiſſe, Lycurgi filias ex Naxo inſ. Liberi patris nutrices, ab Jove inter ſidera relatas, ne vim ab Orione paterentur. Reliqui Atlantis filias faciunt. Ovid. *ubi ſupra:*

Pleiades incipiant humeros relevare paternos,
Quæ ſeptem dici, ſex tamen eſſe ſolent.
Seu quod in amplexus ſex hinc venere Deorum:
Nam Steropen Marti concubuiſſe ferunt;
Neptuno Alcyonen, &, te ſorinoſa, Celæno
Majan, & Electram Taygetamque Jovi.
Septima mortali Merope tibi Siſyphe nupſit:
Pœnitet, & facti ſola pudore latet.

Vide Nat. Com. *lib.* 4. *cap.* 7. Nomen quoque ſeptem Poëtarum in Græcia fuit, ſub Ptolemæo Philadelpho, quorum Lycophron obſcuriſſimus, *Alexandram*, poëma edidit. Sic ſeculo præt. *Pleias* Poëtarum in Gallia dicta, Morer. *in Dict. Hiſt.* Hofman.

135 *Ζώνας*] *Zonæ*, quantum ad noſtrum attinet inſtitutum, ſunt circuli quidam lati, cœlum, terramque veluti cingula quædam ambientes. Sunt autem numero quinque: ex quibus media, quæ inter Tropicos eſt, nimio calore parum apta creditur habitationi: duæ vero extremæ ſub Arctico & Antarctico circulis ſitæ, nimio frigore horrent, unde & ipſæ quoque habitationi parum ſunt idoneæ. Reliquæ autem duæ, utpote quæ mediæ inter torridam & gelidam ſitum obtinent, temperatæ ſunt, & humanæ vitæ accommodatiſſimæ. Eratoſthenes apud Heraclidem Ponticum, *in Allegoriis Homeri*:

Πέντε δ' αἱ ζῶναι τετμήκασι οὐρανόν,
Αἱ δύο μὲν γλαυκοῖο πελασσότεραι κυκλοτεοῦς,
Ἡ δὲ μία ψαφαρή τε καὶ ἔκτοθι οἷον ἐρυθρὴ
Τυκτοειδὴς φλογμοῖσιν, ἐπεὶ μὰ ὁ μοῖρα τέτακται·
Κυκλεμέσι δ' ἄκτῖσι φαεσιβρίθεις πυρόωσα.
Αἱ δὲ δύω ἐκάτερθε πόλου τετάνυσσαι ἄκραι
Λίαι κρυμοῦσαι, αἰεὶ δ' ὕδατι μορόωσαι.

Virgilius Georg. 1.

Quinque tenent Cœlum Zonæ, quarum una coruſco
Semper Sole rubens, & torrida ſemper ab igni,
Quam circum extremæ dextra lævaque trahuntur
Cærulea glacie concretæ atque imbribus atris.
Has inter mediamque duæ mortalibus ægris
Munere conceſſæ Divum, & via ſecta per ambas
Obliquus qua ſe Signorum verteret ordo.

Ovidius *Met.* 1.

Utque duæ dextra cœlum, totidemque ſiniſtra
Parte ſecant Zonæ, quinta eſt ardentior illis:
Sic onus incluſum numero diſtinxit eodem
Cura Dei, totidemque plagæ tellure premuntur.
Quarum quæ media eſt, non eſt habitabilis æſtu;
Nix tegit alta duas; totidem inter utramque locavit
Temperiemque dedit miſta cum frigore flamma.

Tibullus *lib.* 4. Panegyr. ad Meſſalam:

——— *Circumfuſo conſiſtit in aëre tellus,*
Et quinque in partes toto diſponitur orbe.
Atque duo gelidæ vaſtantur frigore ſemper.

Hæc

Ἰχθύες εἰσεδύοντο καὶ ζωστῆρα λέοντος.
Καρκίνος οὐκ ἐνέμεινεν, ἔδεισε γὰρ [136] ὠρίωνα.

Piſces immerſi cinctum ſubiere leonis.
Cancer non manſit, namque Oriona timebat.

Σκοπ-

Illic & denſa tellus abſconditur umbra,
Et nulla incepto perlabitur unda liquore,
Sed durata riget denſam in glaciemque nivemque.
Quippe ubi non unquam Titan ſuperegerit ortus.
At media eſt Phœbi ſemper ſubjecta calori,
Seu propior terris æſtivum fertur in orbem,
Seu celer hybernas properat decurrere luces.
Non ergo preſſo tellus conſurgit aratro,
Nec frugem ſegetes præbent, nec pabula terræ.
Non illic colit arva Deus, Bacchuſve, Cereſve,
Nulla nec exuſtas habitant animalia partes.
Fertilis hanc inter poſita eſt, interque rigentes,
Noſtraque, & hinc adverſa ſolo pars altera noſtro,
Quas ſimilis utrinque tenens vicinia cæli
Temperat: alter & alterius vires necat aër.
Hinc placidus nobis per tempora vertitur annus,
Hic & colla jugo didicit ſummittere taurus,
Et lenta excelſos vitis conſcendere ramos.
Tondeturque ſeges maturos annua partus,
Et ferro tellus, pontus confinditur ære,
Quem etiam ſtructis exſurgunt opida muris.

Varro,

Mundus domus eſt maxima rerum,
Quam quinque altitonæ fragmine Zonæ
Scindunt, per quam limbus piſtus
Bis ſex Signis ſtellimicantibus,
Altus in obliquo æthere Lunæ
Bigas acceptat. - - - -

Claudianus *lib.* 1. *de R. Proſ.*

Addit quinque plagas, medium ſub tegmine rubro
Obſeſſam fervore notat, ſqualebat aduſtus
Limes, & aſſiduo ſitiebant flamina Sole.
Vitales utrinque duas, quas mitis oberrat
Temperies habitanda viris, cum fine ſupremo
Torpentes traxit geminas, brumaque perenni
Fœdat, & æterno conſtringit frigore telas.

Vide Mel. 1. 1. Cic. *in Som. Scip.* Plin. 2. 68. *Idem.*

136 Ὠρίωνα] Orion, Poëtis venator eſt, & ſatelles Dianæ, auditor Atlantis, qui doctrinam, de cœleſtibus motibus, & ſtellis ex Lybia in Græciam attulit. Nomen ejus quidam ab ὄρος, quod ſignif. differentias temporum anni, ver, æſtatem, &c. deducunt. Quanquam Strabo appellatum eum velit *Oriona*, quod eſſet educatus in Ορεω opp. Euboeæ. Grammatici verò ab οὖρον derivant, id eſt, *urina*, quia Coſmicus occaſus Orionis in Novembri ciet ſævas tempeſtates; unde Virgilius dixit,

Sævus ibi Orion hybernis conditur undis.

Sane Plinius, *lib.* 11. *cap.* 28. Orionem nominat inter noxia ſidera, ita etiam alii. Excitat quippe tempeſtates ortu ſuo & occaſu. De ortu Virgilius, *Æn.* 1.

Cum ſubito aſſurgens fluctu nimboſus Orion

Σκορπίος ἐρὰν ἐπῆλθε διὰ δεινοῖο λέοντος.

Scorpius in caudam subiit, præstante leone.

Η Ϟ

In viridi cæca tulit. - - - -

De occasu Horatius, *Epod.* 10.

Nec sidus atra nocte amicum appareat,
Qua tristis Orion cadit.

Utrumque Aristoteles conjunxit, *lib.* 2. *Meteor.* scribens, Orionis δύσιν, καὶ ἀνατολὴν παραχειμῶνα, *dirum esse ortum & occasumque.* Sed aliam causam affert Lactantius, Statii vetus Scholiastes, *in lib.* 7. *Thebaidos.* Fabula sic se habet: Pelasgus pauper quidam, *Oenopeus* nomine, vel *Oenopion*, (*Hyreus* autem Ovidio dicitur) Jovem, Neptunum & Mercurium susceperat hospitio. Qui referendæ gratiæ copiam dedere precandi quod vellet. Pelasgus orbus filium optavit. Dii in eorum bovis immolati mingunt, defossumque post novem menses tolli jubent, tum igitur natus est Orion. Ovid. *Fast.* 4.

Hunc Hyrcus, quia sic genitus, vocat Oriona,
Perdidit antiquum littera prima sonum.

Vide Palæphatum, *de Orione.* Hic postea adultus strenuus venator extitit, Dianæque comes adhæsit. Verum cum corporis robori satis fidens jactitaret, nullam esse feram, quam conficere non posset, Terra hominis insolentiam non ferens, scorpionem peperit, cujus ictu Orion interiit; Diana autem eum in cœlum transtulit, & juxta Tauri sidus constituit. Contra tamen Lucanus, scorpionem hunc à Diana immissum tradit, aliorumque Deorum miseratione in cœlum fuisse translatum. Sic enim ille *lib.* 9.

- - - - *Quis fata putavet*
Scorpion, aut vires maturæ mortis habere?
Ille minax nodis, & recto verbere sævus,
Tesse tulit cœlo victi decus Orionis.

Ejus mem. Nicander, *in Alexipharmacis*, statim ab initio,

Τὰν ϟ χαλαζήεντα κόρη Τριτωνὶς ἀνάσσα
Σκόρπιον ἐκ κέντροιο νεηγερέοντ', ἤμεν ἐπίσχεν
Βοιωτῷ τεύχουσα κακὸν μόρον Ὠρίωνι,
Ἀχνύσασ' ὅτι οἱ χροϊὴν ἰδεσκέθε πάντων.

Et paulo post:

Τὰν ϟ τότε τεκμήρατο ἐκ ἀσφόδελον ἀνθολογίης αὖτις,
Οἷα κωμαλέοιο ἀνδρὸς ἰσάριθμον.

Horatius autem Dianæ teli cum confossum occubuisse tradit in his:

- - - *Notus & integræ*
Tentator Orion Dianæ
Virgineæ domitus sagitta.

Oarion dicitur Catullo. Sic enim ille,

Proximus Hydrochoo fulgeat Oarion.

Scriptum reliquit Dorion, *in lib. de piscibus*, Orionem filium fuisse Neptuni & Brylles Minois filiæ, quæ sententia fuit etiam Hesiodi. Huic sororem addiderunt Candiopen. Fabulantur præterea hunc munus à patre Neptuno impetrasse, ut tam super undas, quam super terram posset incedere. Alii tamen tantæ fuisse magnitudinis senserunt, ut nulla esset tanta profunditas, è qua non humeri saltem exterrent è mari, quam sententiam sequi videtur Virgilius *Æn.* 10.

- - - *Quam magnus Orion,*
Cum pedes incedit medii per maxima Nerei
Stagna, viam scindens, humero supereminet undas.

Hic cum postea in Chium ad Oenopionem venisset, Æropen illius uxorem vitiare conatus est. Qui graviter ferens illud, comprehenso Orioni oculos effodit, & mox extra suam reg. ejecit; Sic postea in Lemnum profectus à Vulcano perbenigne excipitur, qui ejus misertus Cedalionem unum è famulis ei ducem viarum de-

Η' ἢ κύων ὥλισθεν ἀπὸ φλογὸς ἠελίοιο.
Υδροχόος δ' ἐπύρωσε μυδρὸς κρατερῷο φαεινῷ.
Ὤρσε μὲν οὐρανὸς αὐτὸς, ἕως ἐπίναξε μαχητὰς,
Θυμωθεὶς δ' ἔρριψε καταιγιδὶ δῖα γαῖαν.

Elapsus canis est flammato solis ab igne.
Luciferi vires accendit aquarius acres.
Commotum cœlum pugnantes perculit ipsum,
Iratumque ipsos in terras præcipitavit.

Ρίμε-

1 Λ ΟΓΟΣ] Nonum librum hic inchoat Ranconetus. At in reg. cod. primum locum obtinet. Constat ex Lactant. lib. de Ira cap. 23. initium hoc oraculorum suorum fecisse Sibyllam aliam ab Erythræa: quam Lactantius appellat, cum ejus testimoniis utitur. Sic enim scribit: verum quia plures (ut ostendi) Sibyllæ à doctissimis auctoribus fuisse traduntur, unius testimonium satis non sit ad confirmandam, sicut intendimus, veritatem. Cumææ quidem volumina, quibus Romanorum fata conscripta sunt, in arcanis habentur. Cæterarum tamen fere omnium libelli, quo minus in usu sint omnibus, non vetantur. Ex quibus alia denuntians universis gentibus iram Dei ob impietatem hominum hoc modo exorsa est:

Ἐρχομένης ὀργῆς μεγάλης ἐπὶ πουρὶν ἀπάντῃ
Ἔρχεθε εἰς αἰῶνα θεῦ μεμύσαλε φάσιν
Πᾶσι σοφιζομένοις καὶ πόλει ἀνθρώπων.

Ex duobus posterioribus unus concinnatus legitur. *Opsopœus.*

[2] ΕΡΧΟΜΕΝΗΣ μεγάλης ὀργῆς θεὸν κόσμον ἀπειθῆ
Ὑσσὸν εἰς αἰῶνα θεὸς μεμύσαλα φαίνω,
Πᾶσι βροτοφθόρα καὶ πόλιν ἀνθρώποισιν,
[3] Ἐξ ὅτε δὴ πύργος τ' ἔπεσε, γλῶσσαί τ' ἀνθρώπων
Εἰς πολλὰς φυλὰς ἐμερίσθησαν διαλέκτους.
[4] Πρῶτα μὲν Αἰγύπτου βασιλήιον, εἶτα τὸ Περσῶν,
Μήδων, Αἰθιόπων τε, καὶ Ἀσσυρίης Βαβυλῶνος,
Εἶτα Μακεδονίης τοῦτον μέγαν αὐδήσασα,
[5] Πέμπομαι εἰς Ἰταλῶν κλεινὴν βασιλείαν ἄθεσμον,

TERRIBILES toti mundo Divinitus iras
Postremi secli venturas tempore pando,
Omnibus humanis effando futura per urbes,
Ex quo collapsa turri discrimina linguæ
Sumpserunt hominum, variatio munere vocum.
Principio Ægypti, Persarum postea regnum,
Medumque, Æthiopumque, ac Assyriæ Babylonis:
Deinde Macedoniæ fastus effata minaces,
Italiæ regnum clarum dirumque recludo,

Ὑσσά-

[2] ΕΡΧΟΜΕΝΗΣ] Hic & duo sequentes versus paulo aliter leguntur apud Lactantium libro de Ira Dei cap. XXIII. hoc enim modo ab illo citantur.

Ἐρχομένης ὀργῆς μεγάλης ἐπὶ κόσμον ἀπειθῆ
Ἐρχομαι εἰς αἰῶνα θεὸς μεμύσαλα φαίνων,
Πᾶσι βροτοφθόρα καὶ πόλιν ἀνθρώποισι.

[3] Ἐξ ὅτε, &c.] Duos istos citat Theophilus in orat. 2. cum pluribus aliis, quorum sedes est pag. 223 & 224. editionis nostræ. *Oporinus.*

[4] Πρῶτα, &c.] Idem thema de monarchiis supra tractatum fuit iisdem pœne verbis & versibus. *Idem.*

[5] Πέμπομαι] Vet. edit. πίμπλω, & Castalio quintum. Utrumque correxi fiducia codicis regii, qui præfert πίμπομαι. *Idem.*

[6] Ἀξι-

Ὑσάπιον πᾶσι δείξῃ κακὰ πολλὰ βεβῶσι,
Καὶ πάσης γαίης ἀνδρῶν μόχθους δαπανήσῃ.
[6] Ἀξῇ δ' ἀκμήτας βασιλεῖς ἐθνῶν ἐπὶ δυσμάς,
Καὶ θεσμὰς θήσῃ λαοῖς, καὶ πάνθ' ὑποτάξῃ.
Οψὲ θεῦ μύλαι ἀλέωσι τὸ λεπτὸν ἄλευρον.
Πῦρ τότε πάντ' ὀλέσῃ, καὶ λεπτὸν χνῦν ἀποδώσῃ,
Ὑψικόμων ὀρέων κορυφὰς καὶ σαρκὸς ἁπάσης.
[7] Ἀρχὴ πᾶσι κακῶν φιλοχρημοσύνη καὶ ἄνοια.
Χρυσοῦ γὰρ δολίοιο καὶ ἀργυρίου πόθος ἔσται.
Οὐδὲν γὰρ τούτων θνητοῖς μεῖζον παρέκειται.

Extremum pariet quod mundo triſtia multa,
Conatuſque hominum conſumet totius orbis,
Occiduaſque feros reges perducet in oras,
Et leges ponet populis, & cuncta domabit
Sed mola poſtremo pinſet Divina farinam.
Omnia tunc ignis perdet, vertetque minutum
In cinerem, celſos montes, & corpora cuncta.
Sola eſt cauſa mali cunctis dementia habendi.
Nam fallacis erit auri argentique cupido.
Nil etenim cenſent homines præſtantius iſtis,

Οὐ

6 Ἀξῇ δ' ἀκμήτας] Reg. cod. ἴξῃ δ' ἀκμητας. Pithoei ἄξῃ δ' ἀκμητάς. ſcribendum itaque vel ἀκμήτας, ab ἀκμὴς ὁ vel ἀκμήτας ab ἀκμήτης. *Idem.*

7 Ἀρχὴ, &c.] Perperam in priorib. editionib. ἄρχῃ: recte vett. codd. ἀρχή. Confirmatur ſimili verſu ante & altero Phocyl. ἡ φιλοχρημοσύνη μήτηρ κακότητος ἀγνώμης. *Idem.* Hi quinque verſus ex Phocylide ſunt deſumpti.

Οὐ φάος ἠελίου, οὐκ οὐρανὸν, οὐδὲ θάλασσαν,
Οὐ γαῖαν πλατύνωτον, ὅθεν φύουσιν ἅπαντα
Οὐ τὸν πάντα διδόντα θεὸν, γενέτορα πάντων·
Οὐ πίστιν τέτων ἢ εὐσεβίαν προφέρειαν.
Πηγὴ δυσεβίης, ἢ ἀταξίας[8] προφοδηγὸς,
Μηχανίης πολέμων, εἰρήνης ἔχθεα τ' ἄνοια·
Ἐχθραίνοντα τέκνοις γονέας, ἢ τέκνα γονεῦσι.
Κ' οὐδὲ γάμος ἅμα χρυσῷ ὄλος ποτὲ τίμιος ἔσαι.
Γαῖα δ' ὅρους ἕξει, ἢ φυλακὰς πᾶσα θάλασσα,
Πᾶσι μεριζομένη δολίως τοῖς χρυσὸν ἔχουσιν,
Ὡς αἰῶσι θέλοντας ἔχειν πολυθρέμμονα γαῖαν.

Non lumen ſolis, non cœlum, non maris æquor,
Non vaſtam terram, quæ procreat omnia: non qui
Donat cuncta Deum, genitorem totius orbis:
Non fidei, non plus tribuunt pietatis amori.
Impietatis fons, perturbandi ordinis autor,
Belli cauſa, hoſtis pacis, dementia habendi:
Quæ patribus natos, patres inimicat alumnis.
Connubiis nec honos, auro præſente, manebit.
Terra omnis metas, cuſtodes æquor habebit,
Omnibus aſtute diviſa ſcatentibus auro,
Ut terram ſemper videantur velle tenere.

Por-

8 Προοδηγὸς] Aliter προφοδηγὸς.

9 Ἐχθραί οὖσι] Forte legendum eſt ἐχθραίνοντα. Hic iterum videtur ex Phocylide expreſſus, ἐχθροὶ δὲ τέκνα γονεῦσιν ἀδελφοί τε σφισίμοις: certe repetitur poſtea. Oppoſitus.

10 Ἐσ-

Πορθήσουσι πένητας, ἵν' αὐτοὶ πλείονα χῶρον
Περιορίσαντες, ἀλαζονίῃ καταδουλώσωσι.
Κ' εἰ μὴ γαῖα πέλωρ ἀπ' ἀερτέ ἀστερόεντος
Τὸν θρόνον εἶχε μακρὴν, ἀκλεὲς ἂν τόδε φέγγος,
Ἀλλ' ἀγοραζόμενον χρυσῷ πλουτεῖν ὑπῆρχε,
Καὶ πλουσίοις αἰῶν' ἕτερον θεὸς ἡτοίμαζεν.
Ἠξεῖ σοί ποτ' ἄνωθεν ἴσῃ, ὑψαύχενε Ῥώμη,
Οὐρανίου πληγὴ, καὶ κάμψεις αὐχένα πρώτη,
Κ' ἀξεδαφισθήσῃ, καὶ πῦρ σε ὅλεθρον ἀπανθίσῃ,
Κεκλιμένῃσι ἐδάφεσιν [10] ἐσῇ· καὶ πλῆτο ὀλεῖται,
Καὶ σὰ θέμεθλα λύκοι καὶ ἀλώπεκες οἰκήσουσι.

Diripient tenues, ut agris majoribus ipsi
Quæsitis, illos cogant servire superbi.
Quod nisi terra procul cœli stellantis ab oris
Sed remota foret, non lux foret omnibus æqua,
Sed quæsita auro solis locupletibus esset,
Pauperibusque alium mundum Deus ipse pararet.
Par tibi de cœlo, sublimis vertice Roma,
Adveniet clades, & flexo vertice prima
Complanaberis, & tota absumeris ab igni,
In tua devergens sola: divitiæque peribunt,
Tunc deserta, quasi nunquam sis nata jacebis.

Καὶ

10 Ἐσῇ] E reg. cod scripsi ἰσῇ pro ἐσσῇς: & *tua* pro *nova* inversione reposui.

Hem. Prædictio hæc ex Apocalypsi est desumpta.

11 Παλ-

Καὶ τότ' ἔσῃ πανέρημος ὅλως, ὡς μὴ γεγονυῖα.
Πῇ τότε [11] παλλάδιον, ποίῳ σε θεὸς διασώσῃ,
Χρυσῷ, ἢ λίθῳ, ἢ χαλκῷ; ἢ τότε πῇ βουλαὶ
[12] Δόγματα συγκλήτου; πῇ Ῥείης, ἢε Κρόνοιο,

Tunc deserta, quasi nunquam sis nata jacebis.
Tunc ubi Palladium? quis te Deus asseret auro,
Aereve, vel saxo factus? consulta senatus.
Tunc ubi sunt? ubi Rheæ, Saturnique propago,

Hè

11 Παλλάδιον] *Palladium*, Palladis simulachrum, quod Romæ in æde Vestæ fuit, cujus memin. Herodianus libro 1. Id fuit è ligno compactum, moveus oculos, atque hastam, quam manu gestabat, ut scribit Servius. Nam cum apud Trojam in honorem Palladis arx, & in ejus summo templum illi ædificaretur, è cœlo cecidit, & locum sibi in eo templo delegit, nondum coopertâ æde; moxque ab Apolline redditum est oraculum, ejus civitatis futurum exitium, si id simulachrum extra muros portaretur, Ovid. *in Fast.* Quod factum est, tempore belli Trojani, cum Diomedes & Ulysses cuniculis, vel, ut alii dicunt, cloacis adscenderent in arcem, tum occisis custodibus simulachrum sustuleruntVide Meurs. *in Lycophr.* Virgilius. *Æneid.* 2.

——— *Impius ex quo*
Tydides sed enim, scelerumque inventor Ulysses
Fatale aggressi sacro avellere templo
Palladium, cæsis summæ custodibus arcis,
Corripuere sacram effigiem, manibusque cruentis
Virgineas ausi divæ contingere vittas.

Hofmannus.

12 Δόγματα συγκλήτου] Intelligit Senatus consulta. Est autem Senatus consultum, quod senatus jussit atque constituit. Hoc quomodo fieri solitum sit in Rep. Rom. paucis exponam. Qui Senatum habiturus erat, immolabat hostiam prius atque auspicabatur, uti discimus ex Appiano *de bello Civili* lib. 2. ubi de Cæsaris, Senatum ingressuri, victima, sic Interpres, *Est vero mos Magistratibus Senatum ingressuris prius uti Haruspicina: & rursum in Cæsaris victima cor, vel ut alii dicunt, caput extorum deficiebat.* Unde Livius lib. 22. *Ita rebus divinis peractis, de bello reque publica Dictator retulit.* V. quoque eum lib. 24. & lib. 31. Sed & postea Augustus decrevit, ut Senatores thure & mero illi Deo supplicarent, in cujus Templo Senatus haberetur, ut legimus apud Suetonium *in ejus vita*, & Dionem l. 54. Non enim nisi in loco augurato, Templo nempe vel Curia, *Senatus consulta* fieri potuisse, diximus supra in voce *Senaculum*. Referebat dein, qui Senatum consulebat, & quidem prius de rebus divinis, quam humanis; *hisque tum infinite, tum finite*. A. Gellius lib. 14. cap. 7. Neque vero solum Consules, vel alii Magistratus, qui Sena-

Senatum habebant, sed etiam omnes ii, quibus Senatum convocandi jus erat, referebant ad Senatum; sicut eodem die diversos Magistratus de rebus diversis ad Senatum nonnunquam retulisse legamus, ut apud Cic. *Philipp.* 7. *in princip. Parvis de rebus, sed forsan necessariis consulimur P. C. de Appia via, & de Moneta, Consul; de Lupercis, Trib. Pl. refert.* Quin & ad Consulum relationem, Tribunis concessum erat, aliquid addere, & de eadem re, prout ipsis videretur, Patres consulere: Unde, Lupum Trib. Pl. retulisse, *ut Pompejus Ptolemæum in regnum reduceret*, cum Consules retulissent, *utrum reducendus esset & a quo?* scribit Cic. *Epist.* 2. lib. 1. *ad Lentulum.* Imo Consulis relationi Tribunum Pl. intercedere potuisse, docet Tacitus *Annal.* lib. 12. *Scaurus dixerat, spem esse, ex eo non irritas fore Senatus preces, quod relationi Consulum jure Tribunitiæ potestatis non intercessisset.* Consulum nihilominus honor præcipuus fuit, ut, si quid alii Magistratus iis invitis ad Senatum referrent, vetare possent, utpote qui maximam referendi potestatem haberent: quo jure etiam superior Collega suo videtur fuisse, alter Consulum, penes quem fasces erant; unde *Publilius, penes quem fasces erant, Die Spuri Postumi, inquit*, apud Livium lib. 9. Sed & ambos Consules communiter retulisse, liquet ex eodem lib. 36 *Consulum de provinciis communis relatio fuit:* Quod & in Tribunis aliisque Magistratibus observatum, ut aliquando totus Collegii una fuerit relatio, aliquando simul aliquot, sæpe separatim unusquisque ex iis suo nomine relationem fecerit. Cum sic ad Senatum relatum esset, si res referrentur adeo diversæ, ut non idem de omnibus decernendum Senatoribus videretur, tum petere solebant, ut relatio divideretur deque singulis rebus seorsim consulerentur. Cujus exemplum Livius l. 8. suppeditat de Camillo Cons. qui de Latinis ad Senatum retulerat, ac oratione sua varia ac diversa complexus erat: *Princeps Senatus relationem Consulis laudare; sed cum aliorum causa alia esset, ita expediri posse consulum dicere, ut pro merito cujusque statueretur, si de singulis nominatim referretur: populus. Relatum igitur de singulis decretumque.* V. quoque Plinium lib. 8. *Epist. ad Aristonem* & Cicer. libro 1. *Epist. ad Lentulum.* Et quidem à quovis sedente id postulari poterat. Tum relatione facta, aliquando non rogatis neque dictis sententiis, statim Senatores in hanc vel illam partem discedebant, atque ita pedibus sententiam ferebant; inprimis cum de rebus haud magni momenti aut non ita dubiis ageretur: Cujusmodi *Senatusconsultum, per discessionem factum* proprie appellabatur, utebaturque in eo Consul hac formula: *Qui hæc sentitis, in hanc partem; qui alia omnia, in illam partem ite, quam sentitis*: quibus verbis præibat omnium causa, ne diceret *Qui non sentitis*, Unde phrases Antiquis usitatæ, *Pedibus in sententiam ire, in sententiam discedere, in eadem concurrere.* Cum vero gravioris momenti res esset, singulorum sententiæ exquiri consuevere, idque hoc ordine. In more erat, ut post Comitia Consules designati primi sententias rogarentur, & eorum is prior, qui priore loco declaratus esset: ante Comitia vero is, quia à Censoribus Princeps Senatus lectus erat: ii deinde, quos Consulibus videretur; ita tamen, ut ne Prætorium Consulari, Ædilitium Prætorio, Tribunitium Ædilitio anteferrent, quemadmodum ex Sallustio, A. Gellio & Cic. *Philipp.* 5. cognoscitur: è quibus inprimis Gellium V. lib. 4 c. 10. Memoratque Suetonius, *in Julio*, consuetudinem obtinuisse, ut, quem ordinem rogandarum sententiarum Consul Kal. Januar. tenuisset, eundem toto anno observaret; id quod tamen à Cæsare observatum non fuisse, ibidem notari. Et tale SC. dicebatur factum *per singulorum sententias exquisitas*; item simpliciter *Senatusconsultum*; in quo licet quoque discessio fieret, tamen *quia sententiis exquisitis*, non omissis, ut in priori, fieret, a *Senatusconsulto per decessionem*, distinguebatur.

tur. Tertius, sententias manu ferendi, modus, apud Vopiscum occurrit *in Aureliano*; quem ab Atheniensibus, apud quos χειροτονία dicebatur, ad Romanos translatum esse, ex Demosthenis *Transcriptis* apparet. Cum autem rogatus Senator sententiam dicturus erat, assurgebat stansque dicebat, unde illud Cic. *Surgo ad dicendum*: neque modo de ea re, de qua relatum fuisset, verum etiam quacunque de re volebat, & quamdiu volebat. Hinc apud A. Gellium lib. 4. capite 10. Cajus Cæsar Consul M. Catonem sententiam rogavit. Cato, rem quæ consulebatur, quoniam non è Rep. videbatur, perfici nolebat. Ejus rei gratia ducendæ, longa oratione utebatur eximebatque dicendo diem. Erat enim jus Senatori, ut, sententiam rogatus, diceret ante quidquid vellet alii rei & quoad vellet. Cæsar Consul viatorem vocavit; eumque, quum finem non faceret, prehendi loquentem & in carcerem duci jussit. Senatus consurrexit: prosequebaturque Catonem in carcerem &c. Ubi Thysius annotavit, *Post Solis occasum SC. perscribi nequivisse*, V. quoque Plut. *in Catone*: iterumque Gellium l. 14. cap 7. ubi *nec ante exortum, nec post occasum Solem Senatusconsultum factum, ratum fuisse*, docet, & supra. Hinc que est, quod in *Philipp.* 3. Cicero Antonio Consuli objicit de *Senatusconsulto vespertino*. Nec obstat, quod legimus apud Dionys. Halicarnassæum lib. 9. anno U. C. 290. Senatusconsultum noctu factum esse; illud enim non ex consuetudine, sed ex necessitate fuit: cum per Equites literis nuntiatum esset, Sp. Furium Cons. cum exercitu ab Æquis & Volscis obsideri. Forma sententiæ dicendæ, quemadmodum ex *Philippic. Orat.* apparet, fere hæc erat: *Quod verba facta sunt de literis &c. de ea re ita censeo &c.* quibus dictis, Senator discedebat in eam partem, quam probabat. Sine enim discessione nullum SC. factum esse certum, quod proin in SC. *per exquisitas sententias*, A. Gellius, tanquam supervacuum & obscurum nemini omisit *lo-*

lo cit. Quis vero, ad *Senatusconsultum* faciendum, numerus Senatorum necessarius esset, incertum est. Livius ubi de Bacchanalibus, innuere videtur, *Senatusconsultum fieri potuisse, si centum non minus Senatores in Senatu essent*, lib. 39. Pedianus autem, dare non ita magni momenti loquens, *in Cornelianâ* scribit, *lege Cornelia cautum fuisse, ne quis in Senatu solveretur Legibus, nisi decem adfuissent.* Itaquidem antiquiori ævo: Posterioribus vero temporibus (Nam & Senatorum numerum variasse, notavimus supra) quadringentos fuisse requisitos, docet Dio, ubi de Augusto. Cum igitur numerus fuisset requisitus, valebat sententia majoris partis, fiebantque *Senatusconsulta, non ponderatis, sed numeratis sententiis*, Plin. Jun. lib. 2. *Epist.* 12. Quare Senator quilibet poterat Consulem, vel eum, qui Senatum habebat, admonere, ut antequam SC. proferretur, Senatum numeraret; alioqui Senatusconsulto intercedebat, Festus Pomp. l. 12. Quo respiciens Cic. l. 5. *Epist. ad Attic. Consule*, inquit, *aut numera Senatusconsultum* jam factum, hac ratione confirmabatur, ut clamarent omnes ingeminarentque hanc vocem *Omnes*: quæ vox unanimem consensum exprimebat, neque quemquam superesse, qui reluctaretur. Fl. Vopiscus *in Tacito*, *Habita concione à Metio Nicomacho Senatore, clamatum clare, Omnes, Omnes*, V. eundem *in Probo*, Jul. Capitolinum *in Maximo & Balbino*, Æl. Lampridium *in Commodo*, Trebell. Pollionem *in Claudio*, Plinium Jun. *in Panegyr. &c.* Ad quorum primum, notat Salmasius, aliquando *Senatusconsulta* facta esse solis acclamationibus, nullis dictis sententiis, ut illud de Valeriano, apud Pollionem; aliquando ab acclamationibus initio facto, postmodum interrogatos Senatores & sententias dictas esse: de quo acclamandi ritu diximus aliquid supra. Omen deus additum, & solemnis formula auguralis, ἀγαθῇ τύχῃ, *bona Fortuna*, adhibita est. Aul. Persius,

Flac-

Hec bene sit.

Ennius apud Servium Æneid. lib. 6.

Emicuit, dum ferre moror, cinis ipse, Bonum sit!

Quum scriberetur *Senatusconsultum*, discessione facta & exquisitis omnium sententiis, moris erat, ut ea, de qua sententiæ rogatæ erant, res summatim exponeretur, hoc modo: *Quod M. Marcellus Consul verba fecit de Provinciis, D. E. R. I. C.* id est, *de ea re ita censuerunt: Quod verba facta sunt de Philosophis & Rhetoribus, D. E. R. I. C. &c.* cum præfatione *B. F.* id est, *Bonum factum*, Sueton. *in Julio Cæs.* cap. 80. Quod si quid Consulibus Senatus mandaret, addebatur: *Si eis Consulibus videatur.* Unde apud Ciceron. *in Philippicis* legimus, *Utique C. Pansa A. Hirtius Coss. alter ambove si eis videatur, Quæstoribus urbanis imperent.* Et quoniam *Senatusconsultis* intercedere Tribuni Pl. poterant, adjiciebatur clausula: *Si quis huic SC. intercesserit, Senatui placere, auctoritatem præscribi & de ea re ad Senatum PQ. referri.* Ac si quis intercessisset, addebatur: *Huic Senatusconsulto intercesserunt C. Cœlius, C. Pansa Tribuni Pl.* Et tum quidem, non *Senatusconsultum*, sed *Auctoritas* præscripta dicebatur, Dio lib. 5. Quod si forte usu veniret, ut non tam multi, quot opus erat, convenirent, Senatus quidem habebatur, decretumque præscribebatur, non tamen q. effectum habebat; sed erat *Auctoritas*; Si quoque in loco aliquo non legitimo aut die non idonco, aut non legitimo edicto, sed ambitiose Senatus coactus esset, aut nonnulli Tribuni Pl. intercessissent, tum SC. quidem fieri non poterat, quid tamen placuisset, testari reliqui volebant, Idem. V. quoque Cicero. *Epistolis ad Lentul.* Notari porro cum, in cujus sententiam SC. factum esset, colligitur ex Cic. *Epist. ad Attic.* Scripto ita SC eorum omnium nomina, qui adfuissent, adscribebantur, ut notum ex ejusd. *Epist.* & Cœlii *ad eum*: idque ad Consulis pedes factum, Lamprid. *in Heliogab.* Nec omittendum, quod Valerius Max. lib. 2. cap. 2. habet, vetustis temporibus jus non fuisse Tribunis Pl. Curiam intrare; sed ante valvas, positis subsellis, decreta Patrum examinasse, ut si quæ ex iis improbassent, rata esse non sinerent: Itaque vett. Senatusconsultis T. literam subscribi solitam, qua nota significabatur, illa Tribunos Pl. quoque censuisse. Ne vero *Senatusconsulta*, ut sæpe factum, à Coss. supprimerentur, institutum fuisse anno U. C. 204. à Valerio & Horatio Coss. ut ea in ædem Cereris, ad Ædiles Pl. deferrentur, auctor est Livius lib. 3. Postea tamen ad Ærarium ea delata fuisse, docet Cicero *Philipp.* 5. Suetonius *in Aug.* & Tacitus *Annal.* lib. 3. V. Joh. Rosinum *Antiqq.* lib. 7. cap. 7. Addendum paucis aliquid de *Senatusconsulto tacito*, cujus unius meminit Capitolinus in Gordianis, post hæc literas legit Gordianorum ad Senatum & ad se missas. Tunc clamavit Senatus --- Dicit Junius Cordus istud SC. fuisse tacitum: quod sit -- brevi exponam. Omnino exemplum Senatusconsulti taciti non aliud est hodie, quam quod vestra clementia convocatis ad interiora majoribus ea disponit, quæ non sunt omnibus publicanda. de quibus adjurare etiam soletis, ne quis antequem completam quidquam vel audiat, vel intelligat. (Ita is ad Constantinum Aug.) Hunc autem morem apud Vett. necessitates publicæ repererunt, ut si forte aliqua vis ab hostibus immineret, quæ vel cogeret humilia captare consilia, vel aliqua constituere, quæ non prius oporteret dici, quam effici, vel si nollem ad amicos aliqua permanare, Senatusconsultum tacitum fieret: ita ut non Scribæ, non servi publici, non censuales illis actibus interessent, Senatores exciperent, Senatores omnium officia censualium scribarumque complerent, ne quid forte proderetur. Ad quem locum, monet Casaubonus, in Jovis Capitolini cella, istiusmodi *Senatusconsulta*, conclusis ibi Patribus, fieri consuevisse, ex Herodiano &c. V. quoque eum *ad Suetonium passim*. Hofmanus.

Ἢ Διὸς ἠμὲν, καὶ πάντων ὧν ἐσεβάσθης
[13] Δαίμονας ἀψύχους, νεκρῶν εἴδωλα καμόντων;
Ὧν Κρήτη καύχημα [14] τάφοι δύσμορ' ἔχουσι,
Θρησκεύουσα θεοῖσιν ἀναισθήτοις νεκύεσσιν.
[15] Ἀλλ' ὅτε σοι βασιλῆες χιλιοστοὶ τεῖς πέντε γένωνται;
Κόσμον δηλώσαντες ἀπ' αὐτολίης μέχρι δυσμῶν,
Ἔσται ἄναξ [16] πολιόχραν', ἔχων πέλας οὔνομα
πόντου,

Aut Jovis? & quorum tot religiosa colebas
Manes exanimos, simulachraque luce carentum?
(Infelix quorum se jactat Creta sepulchris)
Sedibus exornans vita sensuque carentes?
Sed tibi cum reges fuerint ter-quinque potentes,
A quibus occasus mundi subigetur, & ortus,
Rex erit albenti galea, qui nomen habebit
Vicini Ponti: mundum pede viset iniquo,

Κόσ-

13 Δαίμονας] Hos duos versus refert Lactantius lib. 1. cap. 11. & legit ναίων, & τάφους. Atque de Jovis sepulcro in Creta satis attigit testimonia: de inscriptione vero sepulcri non item: nam quæ est in vulgatis Lactantii codicibus, ὁ ζῶς & κρίνων, non æque placet, atque illa antiquitatis index, quam habet optimus optimi viri cl. Puteani liber scriptus, ΖΑΝ ΚΡΟΝΟΥ. *Opsopœus.*

14 Τάφοι] Ilæus corrigit τάφους, in notis suis ad Lactantium.

15 Ἀλλ' ὅτε &c.] Quindecim imperatores intelligit, quos primus in cujusque nomine literis denotavit libro 5. initio. *Opsopœus.*

16 Πολιόχραν'] Πολιόχρων habet Pithœi codex & vet. edit. quod epithetum respondet τῷ χρυσοκράνῳ supra usurpato de Adriano: sed repugnat metro. Editio Basiliensis posterior refert πολλόχραν', non absimile dictioni πολιόχρων occurrenti supra. *Idem.*

17 Δῆ-

Κόσμον ἐποπίζων μιαρῷ ποδὶ, [17] θῶκα πορίζων,
Χρυσὸν μὲν πάμπλειστον ἔχων, καὶ ἄργυρον [18] ἐχθρὸν
Πλείονα συλλέξας, καὶ [19] γομιώσας ἀναλύσῃ,
[20] Καὶ μαγικῶν ἀδύτων μυσήρια πάντα μεθέξῃ,
[21] Παῖδα θεὸν δείκνυσι, ἅπαντα σεβάσματα λύσει;

Munera conquirat, magnum auri pondus habebit,
Nec non invisi argenti plus congeret, atque
Detectum solvet: mysteria cuncta tenebit
Arcani magici: puerum monstrabit & ipsum
Esse Deum: tollet, sancte quæcunque coluntur,

Καὶ ξ

17 Θῶκα πορίζων.] *Munera præbens*: quod Adrianus multâ multitudinem privatis, tum populo, senatoribus, & equitibus largitus sit, & tributa urbi relaxaverit. Dio & Spartianus in ejus vita. *Idem.*

18 Ἐχθρὸν.] Forte legendum est ἰσχυρὸν *Idem.*

19 Γομιώσας ἀναλύσῃ.] Posset legi τὰ γομιαστὰ (vel ἀγωνιστὰ) ἀναλύσῃ, quod Adrianus excellentes artifices & philosophos è medio tollere studuerit. Nihil tamen immutandum censeo, receptâ lectione non incommodum sensum habente. *Idem.*

20 Καὶ μαγικῶν &c.] Quod de magicis artibus ait, testatur etiam Dio his verbis, τὰ μυστήρια μαγγανείας τε παιδεύεσθαι ἤρξατο, imo & magicis artibus aquam hydropicam sibi è ventre eduxit. *Idem.*

21 Παῖδα &c.] Antinoum puerum in delicis habitum, in deos retulit Adrianus, de quo passim scriptores, Theophilus, Tatianus, Justinus, Clemens Alex. Spartianus, Dio, & alii: non secus atque Jupiter Caram tum consecravit. *Idem.* *Antinous*, Bithynicus juvenis, ab Adriano Imp adamatus, qui ut creditur, pro Imperatoris salute, ex magices disciplina, mortuo, templum apud Mantineam constituit. Spart. autem in *Hadriano*: *Et Græci quidem, volente Hadriano, eum consecrarunt.* Aut, *volente Hadriano*, quasi consecrationis hujus non fuisset Hadrianus auctor, sed Græci homines, quod & Athenagoras his verbis videtur significare: *Antinoi*, inquit, φιλανθρωπίᾳ τῶν ὑμετέρων ἐφηγόνων πρὸς τὰς ὑπηκόους ἴσχυε νομίζεσθαι θεούς. Quidam in orbe Lunæ cum Endymione collocarunt. Tatianus: Πῶς ὁ παῖς Ἀντίνοος μειρακίων ὢν τὴν σελήνην ἁρπάσαι κεκίνηται; τίς ὁ ἀναβιβάσας αὐτόν. Clemens Alexandrinus: Καὶ πάλιν ἐπὶ Ἀντίνοόν τε πάλιν. Meminerunt ejus Jo. Xiphilinus, Vopisc. Dion, Spartianus, & S Chrysostomus in 2 Cor. 12. Ejus consecrationis cum alia extant hodieque monumenta, tum illud Romæ egregium,

Κάξ ἀρχῆς τὰ πλανῆς μυστήρια πᾶσι [22] ἀνοίξει.
Αἴλινον ἔκτοτε καιρὸς, [23] ὅτι λίνον αὐτὸν ὀλεῖται.

A capite erroris cunctis arcana recludet.
Ex illo tempus flendum, quia reste peribit.

Καὶ

ΑΝΤΙΝΟΩ, ΣΥΝΘΡΟΝΩ, ΤΩΝ ΕΝ ΑΙΓΥΠΤΩ, ΘΕΩΝ Μ. ΟΥΛΠΙΟΣ ΑΠΟΛΛΩΝΙΟΣ ΠΡΟΦΗΤΗΣ. Cassub. *Hofmannus.*

22 Ἀνοίξει] Reclusit erroris arcana, sacra Eleusina Athenis instaurando, & Iovi templum Hierosolymis cum alienigenis sacris erigendo. *Opsopæus.* Notandum autem scriptorem hunc se pro Vate velle venditare, & tamen Historici potius vices explet quam Vatis. *Gallæus.*

23 Ὅτι λίνον &c.] Nescio quo respexit Castalio vertendo *quia reste peribit.* Periit Adrianus abdomine aqua distento. Proinde puto λίτεος pro λίνον; legendum est enim λίθος, aquæ stilla, gutta. *Opsopæus.* De Lino Romano Episcopo vide Tristani numm. tom. 1. pag. 450. Utrisque & versionibus S. Scripturæ, & literarum humaniorum notitiæ propagandæ, Splendori inprimis Euangelii diffundendo mirifice Typographia, media Seculi Decimi-quinti ætate inventa, beneficium Divinum nunquam satis laudatum, inservivit. Nam ars isthæc nobilissima mox Babylonicæ Meretricis pudenda detexit, & Cœlestem verbi Divini lucem longe lateque, nequicquam resistentibus, imo vero occlamitantibus Papæ mancipiis, sparsit, etiamnum spargit, & spargere nunquam desinet. Dignissimum profecto memoratu est, quod Antichristum, adeoque etiam Babylonem Magnam, ejusdem emblema, per linum perdendum Sibylla Erythræa non semel Romam, Christi nomen professam, Babylonis nomine insignichs, prædixit. Verba ejus sunt:

Αἴ λίνον ἔκτοτε καιρὸς, ὅτι λίνον αὐτὸν ὀλεῖται.

Miserum inde tempus, quia linum perdet eum.

En modum atque instrumentum, quo perimi oportebat immanem hostem, idque ex fatis atque prædictionibus Sibyllinis. *Linum*, sic fatidica mulier, *perdet eum*: non utique ex lino pharmacum aliquod, quo poto aut comesto pestis illa emoriatur. Nam Divina potentia seu Spiritu oris Christi & Cœlestibus armis expugnari debuit. Quid vero, inquias, ad pugnam hanc, victoriam & triumphum Christi adversus Antichristum linum, gramen fragile, adferet? Scilicet materia, in qua scriptitatur vel excuditur quidvis, ex lineo panno minutatim concisso in aquis, & glutine densato fit: quam chartam lineam, abusione veteris nominis, papyrum appellant. Ex ea fiunt epistolæ, quas Apostolos etiam vocant: ex ea codicilli, ex ea codices de rebus Divinis & humanis. Nec quisquam ignorat, libros authorum suorum accipere nomina; ut qui librum Mosis legit, dicatur Mosen legere; qui libros Pauli recitari audit, Paulum audiat. Libri ergo Prophetarum & Apostolorum scripti, &, quod præstantius multo est, impressi, hac notione Prophetiæ & Apostoli sunt, ex lino quadam παλιγγενεσίας & regeneratione Divina procreati. Hæ legiones præliari validissime contra Babylonem: hæc tormenta, gladii, sarissæ, lanceæ, lethales ei plagas inferre debuerunt. His velis & rudentibus naviculæ Petri orthodoxæ & Apostolicæ move-

Καὶ πόλε δῆμος ἐρεῖ μέγας ὢν κεράτος, ἄλυ πεσεῖται,
Εἰδὼς ἄθλιον τὸ μέλλον ἐπερχόμενον κακὸν ἦμαρ.
Καὶ τότε πενθήσουσιν ὁμῶς, τλῳὸ σὲ κατοπτεύοντες

Præque potens populus, urbs corruet, inquiet olim,
Noscens continuo venturum tempus acerbum.
Tunc tua lugebunt tristissima fata videntes,

Οἰλεγ-

moveri, ut piraticam triremem in mari sipeto & infero vagantem effugerent: his verriculis & sagenis capi Leviathan: his retibus feræ immanes, quæ agrum Domini, Ecclesias & Politias legitimas infestant, capi debuerunt. Hæc invicta potentia est Principis nostri Jesu Christi, dominantis in medio inimicorum suorum: qui cum nutu omnia peragere posset, operum tamen suorum socios & συνεργοὺς homines adhibet, eos ad præla Domini animat & instruit; eligendo sic res infirmas, quas mundus vilipendit: quibus alta, firma, præpotentia, inexpugnabiliaque Mortalium judicio, & molitiones Sathanæ evertit. Factumque adeo est, ut qui in mundo supremam sibi dignitatem arrogabant, tonantes fulminantesque, ut Salmoneus ille, aut Sapores Persarum tyrannus, linum tamen utpote perinde ut lymphatici aquas metuerint; & quia metuerunt, cane pejus & angue oderint, libros minime malos ferro & igni persecuti fuerint; quos abolere non potuerunt, corruperint, legi prohibuerint, expurgarint; id unice & flagrantissime voventes, ut typographicas officinas vel in suam potestatem redigant, vel penitus aboleant omnes: quod vel solum Tridentini Concilii de librorum publicatione decretum, Sessioni IV. insertum comprobat. *Heideggerus. Ego vero propterea hanc artem è cœlo missam, adeoque amplectendam, exosculandam & extollendam putarim, quod in nulla alia plus præsidii habeat Ecclesia Christi adversus Gog & Antichristum, pseudoprophetam & Sophistam maximum, quippequi hac arte fortius quam multo bellorum apparatu expugnari ac devinci possit. Prædixit hoc diu ante Sibylla Erythræa, quæ, ut Augustinus testatur lib. 18. de Civit. Dei, Romuli temporibus claruit. Ea enim de novissimo seculo, & Antichristi furoribus vaticinans, cum* LINO *tandem perdendum esse dixit. Sic enim habet carmen Græcum:*

Αἰ λῖνῳ θνῆτοι κακὸς, ὃν λίνος αὐτὸν ὀλέσσει.

Miserum inde tempus, quia linum perdet eum.

Paratur hunc & conficitur illa materia, in qua scribimus & libros excudamus, ex lineo panno minutatim contuso in aquis, & glutino iterum denato: quam chartam lineam appellant, abusione veteris nominis, Papyrum. *His armis Dei pugnatur contra Gog: his tormentis, sclopetis, telis, hastis & gladio vulnera lethalia ei infliguntur. Ut verissimum sit quod D. Paulus scribit:* Eligere Dominum infirmas res, & quas mundus vilipendat: quibus alta, firma, præpotentia, inexpugnabiliaque mortalium judicio; & molitiones immanes Satanæ ac mundi, quæ insurgunt adversus scientiam & voluntatem Dei, subvertat, 1. Corinth. 1. *Hospinianus.*

Οἰκτρατάτλω μοῖραν πατέρες, καὶ νήπια τέκνα.
Αἰαῖ θριωπίσσι λυγραῖς ὥραις Θυμβριδ ὄχθας.
[24] Τὸν μὴ τρεῖς ἄξουσι πανύστατον ἦμαρ ἔχοντες,
[25] Οὔνομα πληρώσαντες ἐπουρανίοιο θεοῖο,
Οὗ τὸ κράτος νεῖ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας ἅπαντας.
Εἷς μὲν ἐπέσσυται ἐών, σκήπτρων ἐπὶ πολὺ κρατήσῃ,
Οἰκτρότατος βασιλεύς, ὃς χρήματα κόσμου ἅπαντα
Δώμασιν ἐγκλείσῃ πρῶν, ἵν' ὅταν γ' ἐπανέλθῃ
[26] Ἐκ περάτων γαίης ὁ φυγὰς μητροκτόνος ἐλθών,

Et miseram sortem, patres, natique tenelli,
Eheu lugebunt mœstas ad Tybridis undas.
Post hunc regnabunt tres ultima tempora habentes.
Implebuntque Dei cœlestis nomina, cujus
Imperium nunc est, & tempus in omne manebit.
Unus sane ævi plenus diu sceptra tenebit,
Rex nimis infœlix, qui totius in sua tecta
Congeret orbis opes, servansve ut quando redibit
Extremo cæsor matris fugitivus ab orbe

Ταῦτ'

24 Τὸν μὴ τρεῖς ἄξουσι] Intelligit Antoninum Pium cum liberis suis Marco & Lucio Antonino vero. Atque ad horum imperatorum tempora videntur Sibyllarum vaticinia saltem extendi: id quod etiam è lib. 5. videre licet. *Oporinus.*

25 Οὔνομα &c.] Alludit ad nomen Hebraicum Adonim vel Adonai: quod multi valde contortum videtur. *Gallæus.*

26 Ἐκ περάτων &c.] Ad hujus loci & aliorum, ubi de Neronis fuga & reditu Sibylla loquitur, intelligentiam faciunt verba Augustini l. 20. de civit. Dei c. 19. dictum Pauli ad Thessalonicenses de Antichristi manifestatione explicantis. Inter alia itaque scribit: *Nam quid est, jam enim mysterium iniquitatis operatur? Tantum qui modo tenet, teneat, donec de medio fiat: & tunc*

Ταῦτ' ἄπασι διδὲς πλῆτον μέγαν Ἀσίδι δήσῃ.
Καὶ τότε πενθήσεις πλατυπόρφυρον ἡγεμονήων
Φῶς ἐκδυσαμένη, καὶ πένθιμον εἶμα φορῆσα.
Ὦ βασιλῆ μεγάλαυχε, Λατίνιδος ἔκγονε Ῥώμης,
Οὐκέτι σοι τόσσης μεγαλαυχενίης κλέος ἔσται,
Οὐδ' ὀρθωθήσῃ ποτὲ δύσμορος, ἀλλὰ κλιθήσῃ.
Καὶ γὰρ ἀετοφόρων[27] λεγεώνων δόξα πεσεῖται.

Omnibus has donans, Aſiam locupletet abunde.
Tum tu purpureo imperij nudata nitore
Flebis, & in pullo luctus iterabis amictu.
O rex jactator, Roma prognate Latina,
Iam tuus haud fama faſtus celebrabitur vlla,
Proſtratuſque ſemel nunquam miſerande reſurges.
Gloria namque cadet geſtantum aquilas legionum.

Πῶ

& tunc revelabitur ille iniquus? Ego prorſus quid dixerit, me fatcor ignorare. Suſpicimes tamen hominum, quas vel audire vel legere de hac re potui, non tacebo. Quidam putant hoc de imperio dictum fuiſſe Romano: & propterea Paulum Apoſtolum non id aperte ſcribere voluiſſe, ne calumniam videlicet incurreret, quod Romanum imperium male optaverit, cum ſperaretur æternum, ut hoc quod dixit: Iam enim myſterium iniquitatis operatur, Neronem voluerit intelligi, cujus jam facta velut Antichriſti videbantur, Unde nonnulli ipſum reſurrecturum, & futurum Antichriſtum ſuſpicantur. Alii vero nec eum occiſum putant, ſed ſubtractum potius, ut putaretur occiſus: & vivum occultari in vi-ere ipſius ætatis, in qua fuit, cum crederetur extinctus, donec ſuo tempore reveletur, & reſtituatur in regnum. Sed multum mihi mira eſt hæc opinantium tanta præſumptio, & cæt. quæ ibi lem ſequuntur apud Auguſtinum. Atqui Sybillarum iſta eſt vaticinantium ſententia. Nam ſcribunt illæ Neronem ex urbe Roma profugum ultra Euphratem ad Medorum & Perſarum reges perventurum, & cum hiſce de gentis ſuæ exitio deliberaturum tandem majoribus quam ullus unquam regum habuit viribus & copiis inſtructum ex ultima mundi plaga rediturum, omnia ſibi ferro & igni ſubjecturum, Iſthmum quem olim fruſtra tentaverat Corintho everſa perfoſſurum, ipſam Romam vaſtaturum, ſeque ipſum, quæ Antichriſti nota eſt, Deo æquaturum, an exitium univerſæ creaturæ natum. *Oſiander.*

27 Λεγεώνων] *Legio*, à *deligendo* dicta, vox apud Romanos militaris uſitatiſſima.

tillima Universus enim Exercitus Romanus cum esset divisus in duas partes, altera & major, *Legionum*: altera *Auxiliorum* nomine venit. *Auxilia* dicebantur illi milites, qui à sociis vel fœderatis gentibus mittebantur, de quibus V. Polybium lib. 6. In *Legionibus* vero nemo militabat, nisi civis Romanus ingenuus & qui in quinque classibus census atque ludicræ artis expers esset. His solis patebat aditus ad munera militaria, eis parebat cohors Prætoria, dabatur stipendium, concedebatur præda & addebantur dona Imperatoria. Numerus autem militum in *Legionibus* non idem semper fuit. Prima *Legio* sub Romulo 3000. peditum & 300. equitum fuit, singulis tribubus mille pedites, & centum equites subministrantibus. Idem postea, Sabinis victis ac in urbem receptis *Legionem* ad 4000 auxit, unde & *Quadrata* dicta est. Sex millium & ducentorum hominum primus C. Marius conscripsit *Legionem*, quod tamen *non Senatus decreto, sed Imperatoris consilio* factum fuisse, ostendit Sallustius. Quemadmodum & id extraordinarium fuit, quod scribit Livius in historia belli Persici, legionem in Macedoniam scribi à Senatu jussam 6000. peditum & 360 equitum. Hinc autem *Legio* 6000. fuisse à multis traditur, quod hic maximus ejus numerus stante Rep. esset. Vegetius v. auctor est, suo tempore *Legionem* habuisse peditum 6000. equites 732. & addit, majorem etiam interdum esse consuevisse. Nec idem quoque semper *Legionum* fuit numerus. Primum quidem, quotannis quatuor scribebantur, quæ Consulibus ad bella prope quotidiana proficiscentibus traderentur? singulis binæ Urgente dein necessitate numerus crevit ita, ut apud Livium legamus, nonnunquam 10. 16. 18. & plures etjam *Legiones* Romanos habuisse. Postea vero quam Augustus, bellis civilibus confectis, rerum potitus est, militum *Legiones* multas legit, easque certis auctoramentis habuit mercenarias; quæ Romanum à Barbaris tuerentur Imperium: harum 25. numerat Dio lib. 55. è quibus solas 19. suo tempore superfuisse ait. Post Augustum Nero *Legionem* primam Italicamque nuncupavit, in inferiori Mysia hyemantem: Galba primam Auxiliariam, in inferiori Pannonia: quartam in Syria Flaviam Domitianus, primam Minerviam in Germania inferiori: Trajanus secundam Ægyptiam, trigesimam Germanicam Marcus Antoninus: item secundam in Norico: tertiam in Rhætia, quæ etiam *Italicæ* vocantur. Severus Parthicas primam & tertiam in Mesopotamia, secundamque mediam in Italia. Idem *ibid.* Porro *Legioni* sua cuique erat aquila, & quidem in prima cohorte, cujus custodia erat penes Primipilum, sive primum Triariorum Centurionem: quem ad honorem fere è primo Principe, uti ad primum principum centurionem, à primo Hastato, pertingebant. Aquilæ hujus sese expandentis effigies, hastæ præpilatæ suffixa, gestabatur in acie, cujus rei Marius auctor, qui septies Consul rejectis signorum aliis, in quibus & lupus & equus & aper, & sus, & Minotaurus aquilam *Legionibus* dicavit, Plinio teste libro 10. cap. 4. Quot igitur aquilæ, tot *Legiones*. Unde incaute Lucanus lib. 1.

Ut nota fulsere aquilæ Romanaque signa.

Cum enim Cæsar Ariminum caperet, una solum ei Legio aderat. Nisi Poëtam per tralationem numeri malis excusare. In nummo vet. videas aquilam bicipitem, argumentum Legionum duarum, in unam coalitarum &c. V. Gerh. Joh. Vossium *de Idolol.* lib. 3. cap. 76. Earum v. non nomina solum, ab Augusto ad Severum Imp. per annorum spatium amplius ducentorum, durasse: sed etiam easdem *Ligiones* in iisdem semper præsidiis hæsisse, opinatur Baronius; hincque quia Dio lib. 55. commemorans, quot olim ætate Augusti, quot jam sua, *Legiones* à Romanis Impp. alerentur, & ubi tum castra haberent singulæ, cum ipse illa scribebat: *Legionem* Σιδηρᾶν, à *ferro* cognominatam, sua ætate

tate (vixit is Severi principatu) in Judæa collocat; eandem, id est, ejusdem nominis temporibus Domini nostri ibidem, atque Centurionem illum, cujus fides à Domino prædicatur, Matthæi c. 8. v. 10. legionis Ferratæ seu Ferreæ Centurionem fuisse, contendit. Sed neque hoc dicitur à Dione: neque stabilitas ista *Legionum* earundem in iisdem præsidiis, firmo argumento nititur. Namque legionem Quintam, sua ætate stativa habuisse in Dacia; Decimam quintam in Cappadocia, auctor est præfatus Dio. At Neronis & Vespasiani temporibus, Quintam in Mysia, Decimam quintam in Pannonia fuisse collocatas, extra omnem dubitationis aleam est. Scribit enim Josephus, ad bellum Judaicum ex illis locis eas fuisse accitas & bello confecto eodem remissas, Ἀλλὰ l. 7. cap. 13. *de Tito: Venit, Alexandriam, & navigaturus in Italiam, cum duæ ipsum Legiones sequerentur, utrumque eo, unde venerat, remisit. In Mysiam quidem Quintam, Decimamquintam vero in Pannoniam.* E quibus patet, Legionum stationes, pro temporibus mutari solitas, ex arbitrio Imperatorum & Ducum summotum. Hinc quoque narrat Josephus libro eod. capite 4. Decimam legionem, quum ante bellum Judaicum in Euphratis ripa tenderet, postea custodiæ Hierosolymorum à Tito fuisse destinatam: Duodecimam vero, quæ prius in oppido Syriæ Raphanæis castrametabatur; postea ignominiæ causa, quod hosti aliquando cessisset, procul inde submotam, & in Melitinen, ad fines Armeniæ, fuisse amandatam. At Dionis seculo, Decimæ quidem in Pannonia superiore, Duodecimæ vero in Cappadocia statio fuit. Isaac. Casaubonus *Exercitat. ad Annal. Ecclesiast. Baronii Exerc.* 15. *Numer.* 16.

Nomina Legionum in fragmento vet. columnæ Romæ.

II. AUGUSTA.	XI. CLAUDIA.
VIII. AUGUSTA.	XV. APOLLINEA
XXX. ULPIA.	IIII. SCYTHICA.
XIIII. GEMINA.	X. FRETENSIS.
IIII. FLAVIA.	II. TRAJANA.
V. MACEDONICA.	III. PARTHICA.
XII. FULMINATRIX.	XX. VICTRIX.
II. PARTHICA.	I. MINERVIA.
XI. FERRATENSIS.	X. GEMINA.
XII. GEMINA.	II. ADJUTRIX.
II. ITALICA.	I. ITALICA.
VI. VICTRIX.	XIII. GEMINA.
XXII. PRIMIGENIA.	VII. GALLICANA.
I. ADIUTRIX.	XVI. FLAVIA.
I. PARTHICA.	III. CYRENENSIS.
VII. CLAUDIA.	III. AUGUSTA.

Plures recenset Hub. Goltzius *in Thes. Antiquit.* cap. 7. Sumebant autem nomina *Legiones*, ab ordine, quo unaquæque earum in aliquo loco primum fuerat constituta, ut prima, secunda, tertia, decima & vicesima appellaretur. Et quoniam usu veniebat, ut duæ vel tres in variis locis collocatæ, omnes primæ vel secundæ vel tertiæ vocarentur: hinc cognominibus inter se distingui cœperunt, ut una quidem esset *prima Adjutrix*, altera *prima Minervia*, alia vero *prima Parthica* &c. quæ cognomina ab Imperatorum arbitrio ipsis dabantur: vel ab eorundem, qui instituere, nominibus, ut *Augusta, Claudiana, Flavia, Ulpia, &c.* vel à provinciis devictis, ut *Parthica, Scythica, Gallica &c.* vel à locis, in quibus primo collocatæ, ut *Italica, Forensis, Cyrenaica*: aut à nominibus Deorum, ut *Minervia, Apollinaris*: aut postremo ab aliis eventibus, ut *Gemina, Adjutrix, Martia, Victrix, Ferrata, Fulminatrix, Alauda, Rapax, Primigenia &c.* Partes *Legionis*, V. *infra*. Milites hinc *Legionarii* dicti, ab initio stipendium non meruerunt, sed de suo quisque eo munere functus est. Anno demum U. C. 347. Anxure Volscorum oppido capto ac diruto, pedites primum stipendium accepere, & triennio post bello Vejenti etiam equites, teste Livio: illi quidem in diem obolos duos, hi vero drachmam, quæ eadem fere est apud Græcos, ac denarius apud Romanos. Donec Cajus Sempronius

Πᾶ τότε σοι τὸ κράτος· ποία γῆ σύμμαχος ἔσαι,
Δηλωθεῖσα τεαῖς μαλαμοφρονέουσιν ἀθέσμως;
[28] Πάσης γὰρ γαίης ἀνηρ τότε σύγχυσις ἔσαι,
Αὐτὸς παντοκράτως ὅταν ἐλθὼν βήμασι κείνῃ

Quo tibi tunc vires? quæ te armis terra juvabit,
Per te nequicquam servire coacta, scelestè?
Nam genus omne hominum toto turbabitur orbe,
Cum pater omnipotens veniet, solioque sedebit,

Ζών-

Gracchut Tr. Pl. lege cavit, ut vestis è publico militi daretur: frumentum quoque postea ipsis datum esse existimat Just. Lipsius Julius Cæsar *Legionibus* stipendium perpetuum duplicavit: Cujus successor Augustus in diem denos asses, in mensem aureum unum constituit: Cæsar Caligula vel Claudius, secundum Lipsium, alterum addidit: tertium forte per bella civilia Vitellius an Otho: quartum Domitianus: Sed de his V. infra, in voce *Stipendium*. Ut vero veteris recentioris militiæ Rom. discrimen unum quasi sub aspectum detur, tabulam sequentem, è Salmasii *lib. de re Militari Rom.* excerptam subjungere placuit.

Veteris recentioris militiæ Romanæ discrimen.

Legio Romanorum antiqua, tempore Polybii, erat peditum 4200. utplurimum. Dividebatur, α. ab armis, in *Hastatos & Pilanos*. β. ab ætate, in *Hastatos juniores, Principes robustiores, Triarios veteranos*. Tota porro *Legio* in 10. manipulos: quorum singuli habebant, Hastatos 120. Principes 120. Triarios 60. Quibus addebantur, 1200. Velites, æquali portione per manipulos dispersi: unde numerus 4200. militum. Disponebatur v. per manipulos ex 120. peditibus per intervalla dispositis, nempe Hastatorum, Principum & Triariorum. *Legio* Recentior, sub Cæsaribus, erat peditum 5000. vel etiam 6000. Dividebatur in 10. cohortes: Cohortes autem singulæ in ternos manipulos: Manipuli in binas centurias. Itaque *Legio* senum millium fuit, habuitque Cohortes denas; Manipulos tricenos; Centurias sexagenas; Disponebatur autem per cohortes, ex 600. peditibus invicem junctas sive confertas. Quorum omnium explicationem atque deductionem latius videre poteris apud ipsum Salmasium lib. *præfato* cap. 2, & 3. Addam ex A. Gellio, lib. 16. cap. 4. circum *Legiones*, dextra sinistraque, tanquam alas mavium corporibus locatas, equitum ordines fuisse, qui proin *Alæ exercitus* olim, hodieque *der rechte und lincke flügel*, quamvis immutata non parum exercitus acie, dicti. *Hofmannus*.

28. Πάσης γὰρ &c.] Hunc & duos sequentes citat Lactantius libro 7. cap. 24. *Venet summi & maximi Dei filius, ut vivos ac mortuos judicet, testante atque dicente Sibylla*, πάσης, &c." Conveniunt cum his nostris aliqui, nisi quod secundus ita verbis variet, αὐτὸς ὁ παντοκράτωρ ὅτ' ἂν ἔλθῃ βήμασι κρίναι. *Opsopæus*.

Ζώντων καὶ νεκύων ψυχὰς, καὶ κόσμον ἅπαντα.
Κἄτε γονεῖς τέκνοισι φίλοι, ἃ τέκνα γονεῦσιν
Εσσοῖαι, διὰ δυσεβίην καὶ θλίψιν ἄελπτον.
Ἐκτότε σοι βρυγμὸς, καὶ σκορπισμὸς, καὶ ἄλωσις,
Πτῶσις ὅταν ἔλθῃ πόλεων, ἠχάσματα γαίης.
Πυρφόρος ὥστε δράκων, ὁπότ' ἂν ἐπὶ κύμασιν ἔλθῃ,
Γαστέρι πλῆθος ἔχων, ἕ θρέψῃ σοῖο τὰ τέκνα,
Εσσομένῃ λιμῷ τε καὶ ἐμφυλίῳ πολέμοιο,
Ἐγγὺς μὴ κόσμου τὸ τέλος, καὶ ἔσχατον ἦμαρ,
Καὶ δοκίμοις κλῆροῖς κρίσις ἀθανάτοιο θεοῖο.
Πρῶτα δ' Ρωμαίων ἀπαραίτητος χόλος ἔσται·
Αἰμοπότης καιρὸς, καὶ δύσλωος βίος ἥξει.

Vt vivos, functosque, vt totum judicet orbem.
Tum nec amicus erit nato pater, ipseve patri
Filius, ob subitos casus, atque impietatem.
Ex illo excidium, gemitusque, fugasque maneto,
Oppida quando ruent, & tellus edet hiatus.
Ignifer ergo draco liquidis cum venerit undis,
Prolixo cum ventre, tuosque fovebit alumnos.
Instantis famis & civilis tempore belli:
Tum finis mundi, tum lux extrema propinquat,
Iudiciumque Dei æterni lectisque, probisque.
Sed Romæ præcedet ineluctabilis ira:
Infelix vita adveniet, tempusque cruentum.

Αἰ αἰ σοι Ιταλὴ χώρη, μέγα βάρβαρον ἔθνος,
Οὐκ ἐνόησας, ὅθεν γυμνὴ καὶ ἀνάξιος ἦλθες
Πρὸς φάος ἠελίοιο, ἵνα εἰς αὐτὴν πάλι χῶρον
Γυμνὴ χωρήσῃς, καὶ ὕστερον εἰς κέλσιν ἔλθῃς,
Ὡς ἀδίκως κείνοισι τέ χερσὶ γιγαντείοισι
μίνηκ' κόσμον ἅπαντα,
[29] Ἐξ ὕψους ἐλθοῦσα, κατοικήσεις ὑπὸ γαῖαν,
[30] Νάφθα, κ' ἀσφάλτῳ, καὶ θείῳ, καὶ πυρὶ πολλῷ
Ἐξαφανισθήσῃ, καὶ ἔσῃ κόνις αἰώνεσσιν

Eheu immanis regio, gens barbara valde,
Non animadvertis nuda unde, indignaque
Veneris in lumen, repetas ut rursus eundem
Nuda locum, postremo in jus ventura severum
Vt jura excercens injuste
Sola giganteis manibus, quaqua patet orbis,
Delapsa ex alto terris habitabis in imis,
Sulphureque, & naphtha, multoque bitumine,
& igni
Vanesces, & eris cinis ardens tempus in omne.

Αἰθο-

29 Ἐξ ὕψους &c.] Meminit hujus Lactant. libro 7. cap. 25. Simile fuit supra lib. 3. *Idem.*

30 Νάφθα] *Naphtha*, ναφθα, Chald. נפט ac נפטא / ה. נ / *stillare.* Nam (ut Plinius ait, libr. 11. cap. 103.) *profluit liquidi bituminis modo.* Hæc vera origo: non illa adducta ab Ambrosio, libro de Noë & arca, cap. 6. ubi ait: *Græce dicitur* ναφθα ἀπὸ τοῦ συνάπτειν, *quod disjuncta connectat, nexuque constringat indissolubili, ut naturali unitate sibi credas convenire.* Gerard. Joh. Vossius.

31 Οὐ-

Αἰθομβρή. καὶ πᾶς ὁ βλέπων, μυχηθμὸν ἀκούσῃ
Πένθιμον ἐξ ἄιδαο μέγαν, καὶ βρυγμὸν ὀδόντων,
Καὶ ταῖς σαῖς παλάμαις ἄθεα στήθη παλαγῶσαν.
Πᾶσιν ὁμῶς νὺξ ἔστιν ἴση, τοῖς πλοῦτον ἔχουσιν,
Καὶ πτωχοῖς. γυμνοὶ δ' ἀπὸ γῆς, γυμνοὶ πάλιν εἰς γλῶ,
Αὔξοντες λήγουσι βίου χρόνον ἐκτελέσαντες.
31 Οὐδεὶς δ' ὅλως, ἐκεῖν, ὁ κύριος, ὁ δὲ τύραννος,
Οὐ βασιλεῖς, οὐχ ἡγεμόνες, μάλα τῦφον ἔχοντες,
Οὐ νομικὸς ῥήτωρ, οὐκ ἄρχων κρήμασι κρίνων.
Οὐ θυσιῶν ἀσουδαῖς ἐπὶ βωμοῖς αἷμα χέουσι.

Quisquis & adspiciet, lugubres audiet istinc
Planctus, inque Orco dentes stridore crepantes,
Et te dira tuis tundentem pectora pugnis.
Illic divitibus par nox est, pauperibusque
Omnibus. è terra nudi, nudi sub eandem.
Crescentis vitæ tempus mox exitus aufert.
Nullus servus ibi, non est herus, atque tyrannus,
Non rex, non tumidus ductor, non legibus utens
Orator, non qui discernat jurgia princeps.
Non fuso recalet libantibus ara cruore.

32 Τύμ-

31 Οὐδεὶς &c.] Videntur translata ex lib. 2. *Opsopœus.*

32 Τύμ-

[32] Τύμπανον οὐκ ἠχεῖ, ὁ [33] κύμβαλον

Tympana non resonant, non cymbala

[34] Οὐκ

32 Τύμπανον &c.] *Tympanum*, a τύπτω, i. *percutio*, quale fuerit, antiqua numismata indicant, in quorum aversa parte Cybele Mater Deum *Tympanum* in sinu gerit, vel eidem imponitur. Eximie describsit Plinius de margaritis agens, lib. 9. cap. 35. *Quibus una tantum est facies, & ab ea rotunditas, aversis planities, ob id* Tympana *nominantur.* Quæ imitatus Isidorus *Origin.* l. 3. cap. 21. *Tympanum autem dictum, ait, quod medium est: Unde & margaritarum medium Tympanum dicitur.* Erant, ut idem notat *ibid.* pelle, vel corio superinducta. Unde Tiberii eruditus Libertus Phædrus *Fab.* l. 4. fab. 1. ait,

Galli Cybeles circum quæstus ducere
Asinum solebant, bajulantem farcinas;
Is cum labore & plagis esset mortuus,
Detracta pelle sibi fecerunt Tympana.
Rogati mox à quodam delitio suo,
Quidnam fecissent? Hæc locuti sunt modo:
Putabat, se post mortem fecurum fore,
Ecce aliæ plagæ congeruntur mortuo.

In quæ verba Schefferus annotat, *Fuisse Tympana ista ex ligneo circulo, cui superinductum ex una solum parte esset corium: Fallique dicit Dempsterum ad Rosinum* l. 2. cap. 4. *quando æra fuisse scribat, & æra Corybantia, apud Virgilium, de illis accipit. Quod vel ex Servio ad eum locum discere potuisset, ubi ita scribit: Ærea autem Cymbala Corybantibus Jasonis filius, quibus vagitum Jovis celaverunt.* Tamen & ex argento *tympana* habet Plin. lib. 33. cap. 11. Percutiebantur aliquando Virgula, aliquando manu nuda impellebantur. Ideo plagarum Phædrus meminit, & Ovidius *Met.* lib. 4.

Femineæ voces, impulsaque Tympana *palmis.*

Catullus *de Atys*,

Niveis citata cepit manibus leve Tympanum,
Tympanum, *Tubam, Cybeletia Mater initia:*
Quatiensque teretia tauri teneri cava digitis
Canere hæc suo.

Suetonius *Augusto* cap. 68. *Sed & Populus quondam universis Ludorum die, & accepit incontumeliam ejus, & assensu maximo comprobavit versum in scena pronuntiatum de Gallo Matris Deum tympanizante: Videsne, ut Cinædus orbem digito temperet.* Quo & Ausonius alius in Pythagorica acroasi, *de viro bono*:

Sit solidum, quodcunque subest, nec inania subtus
Indicet admotus digitis pellentibus ictus.

Et Augustinus: *Plaudat nunc organis Maria, & inter veloces articulos* Tympana *puerperæ concrepent.* Sonitum Catullus elegantes expressit, *loco cit.*

Ubi cymbalum sonat vox, ubi Tympana *reboant.* Et,

Leve Tympanum *remugit, cava cymbala recrepant.*

Forma fuit, qualem Pignorius exhibet *Comm. de Servis*, prima facie cribrum referens, ut non immerito legamus, in judicio Coci & Pistoris,

Tympana *habet Cybele: sunt & mihi* Tympana *cribri.*

Nempe *Tympana* omnino erant, inter instrumenta Musica, quibus in sacris Cybeles olim utebantur. Lucretius lib. 2.

Tympana tenta tonant palmis, & Cymbala circum
Concava, raucisonoque minantur cornua cantu,
Et Phrygio stimulat numero cava tibia mentes. &c.

Qua-

Quatiebant autem illa Galli, dum Deæ operabantur: quam *etiam vicatim circumferentes, more suo circulatorio, pectora plangebant, ad cantum tibiarum Tympanorumque sonitum*, Dionys. Halicarn. l. 2. Porro eorundem strepitu, clamorem eorundem strepitu, clamorem eorum, quos evirabant, ne exaudiretur, obtundere solebant, Rittershusius *ad Phædrum loco cit.* Cum vero Cybele Tellurem notaverit, resectio illa virilium. segetem, quæ demetitur: *Tympanum*, terræ rotunditatem: fragor ejus, tonitru denotabat, qua de re pluribus agit *de orig. & progr. Idolol.* Vossius lib. 2 cap. 54. Quia itaque enervatissimi mollissimique habebantur hi Galli, hinc *Tympanorum* usus apud Romanos in bello rejectus, & *Tympanotriba* in convitio fuit, V. Plautum *Truculento sc. Ite*: hodie vero Germani cum vigiles mutant; etiam cum prælium committunt, *Tympanum* pulsant, & tibia canunt. Porro ex *Tympano* etiam comedisse, ex cymbalo bibisse, qui Matri Deum initiabantur, arguit Clemens Alex. *Admon. ad Gentes*: ubi commemorat, uti tales dicere soleant, ἐκ τυμπάνου ἔφαγον, ἐκ κυμβάλου ἔπιον, σύμβολόν ἐστιν, καὶ τὸν πατέρα εἶδον, *Ex Tympano comedi, ex cymbalo bibi, craterem gustavi, ingressus sum thalamum.* Alias *Tympana* quoque poculis semivitros illos Sacerdotes usos fuisse, dicemus infra. Neque vero in Cybeles solum sacris, sed & in Bacchi orgiis, adhibita fuisse Cymbala *Tympanaque*, docet Sidonius Apollinaris *Carm.* 5. vers. 496.

——— *Rotat enthea thyrsum*
Bassaris & maculis Erythræa Nebridos horrens,
Excitat Odrysios ad marcida Tympana *mystas.*

V. Dempsterum *loco cit.* Imo *tympanum*, Bacchicorum Sacrorum vel primarium instrumentum fuisse, docet Casp. Barthius *Animadversionibus Papinian.* passim, inprimis *ad Thebaid.* 9. v. 800. & 10. v. 643. Ubi muliebria fuisse hæc instrumenta quoque probat, ex eodem Poëta *Achilleidos* lib. 2. v. 176. At inter insignia eadem Indiæ Regum, quos *tintinnabula & tympanum* præcedere consuevisse, docet Alex. ab Alexandro *Genialium Dierum* lib. 4. cap. 2. i. *tympanum cum tintinnabulis*, seu, ut sic dicam, *tintinnabulatum*, ejusmodi tympana mirifica Indorum, ex vet. Scriptore, pulchre describit Suidas, ubi inter alia Bacchum sua inde desumpsisse refert. Hæc dum pulsabantur, mirum edebant sonum, gravique *Tympani* boatu, acuto tintinnabulorum tinnitui ac concentui permisto. Cui non absimile organum se aliquando Venetiis conspexisse, refert Jos. Zarlinus, ætatis suæ Musicorum facile princeps, apud H. Magium *de Tintinnab.* cap. 13. qui crotala quoque Antiquis fuisse, quæ multa tintinnabula affixa haberent, docet *ibid.* Sed & *Tympana*, præter tibias tubasque, ut & omnia ea, quibus lugentium animi excitati dolorem minus sentirent, in funeribus Vett. adhiberi consuevisse, legas apud Alex. Aphrodisæum *in Proble.* Polydorum *de Invent. rerum* libro 6. cap. 10. Alios &c. Hodie *tympana* & Turcis in usu, sed quæ *Tamburia* Galli vocant, de quibus supra aliquid, plura vero apud Car. du Fresne *Not. ad Joinvillam*, uti de *tympanis ovillis*, tacentibus aut crepantibus, cum *lupinum* percutitur, apud Gerh. Joh. Vossium *de Hol. Part.* 3. cap. 77. & Sam. Bochartum *Hieroz. Parte prior.* lib. 11. cap. 47. Hinc *Tymbres piceæ*, in *Epist.* 1. lib 5. Senatoris eidem *Glossarii* Auctori *tympana* sunt *ærea picei coloris*, unde vox Gallorum *tymbres*, pro *tympanis*, inde pro galeis, quæ armorum insignibus imponuntur. De aliis vocis *Tympani* significationibus, hic infra: nisi quod de margaritæ genere, *Tympano* dicto, jam supra actum: addam saltem, *Ornamenta mamillarum ex Tympanis margaritis*, fieri olim consuevisse, Paulus lib. 32. §. *ult. ff. de auro & argent. leg.* V. de iis plura apud Salmasium *ad Solinum* pag. 1143. *Hofmannus.* Nihil opis versui imperfecto vett. codices tulerunt. videtur innuere sacra matris Deorum: in

quibus tympana & cymbala de collo suspensa personabant. Sed & symbolum gentilis superstitionis erat, οὐκ τυμπάνου βεβῆκα, οὐκ κυμβάλων ἤκουσα, γέγονα μύστης, id est, interprete Julio Firmico de errore profanar. religionum, *De tympano manducavi, de cymbalo bibi, & religionis secreta perdidici.* quod ipsum refert Clemens Alexandr. in protreptico. *Opsopœus.*

33 Κύμβαλον] *Cymbalum* inter Cybeles inventa, in cujus sacris Archigallus primus cymbala præfata pulsabat, ex ære fuit. Juvenalis *Satyra* 9. versu 62.

Cymbala pulsantis legatum flet amici.

In quæ verba vetus Scholiastes, *Archigalli* inquit, *cymbala percutientis.* Ita Claudianus *in Eutropium* lib. 1.

Vel si sacra placent, habeas pro Marte Cybellen,
Rauca Celæneos ad tympana disce furores:
Cymbala ferre licet, pectusque illidere pinu,
Inguinis & reliquam Phrygiis abscindere cultris.

Ubi *Cymbala ferre*, recte dictum, ad officium Archigalli designandum, inquit Dempsterus: Inde & quoscunque effœminatos, tympana vel *cymbala* gestare dicebant Vett. Plautus *Truculento se. Ite.*

Mœchum malacum, cincinnatum, umbraticolam, tympanotribam
Amas?

Et quia *Cymbala* usitata in Cybeles sacris, hinc & poculis usi sunt sacerdotes ejus, cymbalum referentibus; parva autem erant, & cava, sine fundo ac auribus, proinde mollia ac parum viris convenientia: ut locus sit dato Demostheni convicium faciendi Mipiæ, quo ea parum castrentibus biberet, Dorotheo auctore, apud Athenæum lib. 11. Dicebantur etiam *Glemmateres*, quod Græci κλειμάνδα vocant formam operimenti testudinis. Plinius lib. 33. capite 11. *Mox additum argentum in angulis, lineasque per commissuras, tympana vero se juvenc appellata Stateras, & lances, quas antiqui Magidas appellaverant.* Plautus,

——— *Ipsum etiam*
Pauxillum argenti, levibus tensum tympanis,
Lamari.

In orgiis porro Bacchi *Cymbalorum* tympanorumque usum fuisse, ut & buxi, notat ex Poetis, supra laudatus Th. Dempsterus *Paralipom. ad Joh. Rosini Antiqq.* lib. 2. cap. 4. quem, si lubet, vide. Eleganter autem ea describit Rhabanus Maurus ex Antiquis, *Comm. in librum Judith*, *Cymbala sunt parvissima pelvis similia permixtis metallis composita, ventriculo sua in interioribus habentes, quæ artificiosa modulatione collisa acutissimum sonum delectabilis consonantia restituunt.* Illis κύμβαλα Apostolus, *tinnitum* Catullus, Virgilius, Ovidius, Alii; Sed *flictum* dat Ausonius, unde colligas nequaquam leuem eorum fuisse sonum, neque quem *Cymbala* nostra hodie habent, quem *tinnitum* dixeris, ahenis pulsatis ab eo datum potius. *Epist.* 25.

Dindyma Garganico respondent cantica luco.
Cymbala *dant flictu sonitum* ——

Et paulo post,

Nec Dodonæi cessat tinnitus aheni,
In numerum quoties radius ferientibus ictus
Respondent docilis, moderato verbere, pelves.

Fuere vero ejus figuræ, qua cotyledonis folia, Latini *umbilicum Veneris* vocant. Coxendicibus assimilat Plinius l. 25. c. ult. acetabulis Isidorus *Origin.* lib. 3. cap. 21. Ambabusque manibus (erant enim utrinque manubriata, in extima concavitate) apprehensa & complosa concentique sonum edebant. Inde *Cymbalistriæ*, quas sæpius Romæ in scalpturis Bacchanalium sacrorum occurrere, notat Laur. Pignorius *Commentar. de Servis*, ubi vett. *Cymbalorum* formam æri incisam exhibet. Atque hæc de *Cymbalis*, in Sacris Ethnicorum, usurpatis. Sed & in veri Dei cultu,

qualis

34 Οὐκ αὐλὸς πολύτρητος, ἔχων τε φρενόβλαβον ἀϋδὴν,

Tibia multifori non turbat pectora cantu,

35 Οὐ

qualis in V. T. vigebat, *Cymbala* adhibita, legimus Psalm. ult. *Laudate eum* Cymbalis *sonoris*: de quibus adi Coccejum *Commentar. ad* l. In *Historia* Vezeliac. lib. 4. *Cymbalum Refectorii*, campana est, qua Monachi cientur ad sese reficiendos. Ad Ecclesiam quoque *Cymbalo* Monachos accitos, colligitur ex *Vita* Telliai Episcopi Landav. cap. 2. Sed & *Cymbalum* pulsatum ad mortuos indicat Gregorius M. *Dial.* libro 1. capite 9. In Choro quin etiam *Cymbalum* statuit Belethus *de Div. offic.* capite 86. apud du Fresne *Glossar. Hofmannus.*

34 Οὐκ αὐλὸς] *Tibia*, instrumentum maxime ἐρεσμιώδη καὶ παθητικὸν, Aristoteli *in Politicis*, & Appulejo *Miles* 5. qui proin, uti *loqui* de cithara, *canere* de choro, sic *agere* de tibia, dixit: antiquissimis jam temporibus, in usu fuit, ac statim post fistulam, inter Pastores; quippe Apollinis inventum. Alii tamen Palladis malunt, à qua ille sit edoctus. Majores hi natu, quam Mercurius, qui citharam primus commentus est ex testudine. Quin alii putant Hyagnidem ante Apollinem *Tibia* cecinisse: deinde ejus filium Marsyam, tertium Olympum. Olympi & famulus & discipulus Hierax, qui etiam ab sese leges & dederit & nominarit. Post hos Terpander, à quo Clonas, hunc Tegeatem Arcades Thebani suum prædicabant. Post illum Archilochus: alii præponunt Ardalum Lacedæmonium Clonæ. Quas qui temperent discordias, dixerint, Olympum in tibiis primum leges instituisse, idque in Apollinis honorem; quam legem à numerorum frequentia nominavit πολυκέφαλον: Alii Crateti ejus discipulo adscribunt hoc. Olympi autem eam extitisse legem, quam dixit ἐμμέλειαν; unde & alia κροῦσις Ἰυλικὴ nominata. Alii primum ajunt Pronomum Thebanum *Tibia* ad harmoniam cecinisse. Omnino vero in Phrygia primas *Tibias* agnoscunt: adducentes pro se Mysorum gentem, quæ fuerit hujus artis peritissima & Alemana Poëtam, qui *Tibicines* barbaro, nec alio nomine, designarit, *Sarbas*, *Adon*, *Telus*; item Hipponactem, apud quem ejusdem notæ nomina *Cion*, *Codalus*, *Babus*: unde Prov. Κίων ὁ Βάβυς αὐλεῖ. Ipsis vero *Tibiis* ab inventoribus nomina nulla, nisi quod Sirites quidam, qui primus in Libya tibicen fuit, *Lybes* cognomen tibiæ fecit: & ea quam Ἀθηνᾶν vocabant, Palladis viderur fuisse, qua usum scribunt Nicophelan. A regionibus historia locupletior est. Syriacas audaciam atque impetum spirare prodidere: quare si usum spectes, ad leges Eutheas seu Orthias referantur. Syres similes Bombyces & orthiis modis aptæ. Lacones, sicut & saltationes, ἐμβατηρίας appellabant suas, quibus ad pugnas utebantu. Sonum autem illum *Castorum*, à Castore, Ledæ filio. Gingras sive *Gingris* aut *Gingros* Phœnicum inventum; Phrygiæ similis, qua & Cares usi, apta inprimis funeribus: Phœnices enim Adonim *Gingram* dixere, in cujus luctu illam ad cantum accommodabant: sicut affini voce apud affines Ægyptios *Gingrarus* habita est pusilla tibiola sono acuto, ad monodias. Tyrrheni, non uno genere contenti, singulari quidem canebant in sacris eaque ænea: tanto apud eos in honore, ut non solum ad ejus sonum pugiles certarent; verum etiam, cum innexos flagris animadverteretur, illam adhiberent: Quin etiam, quod mirere magis,

gis, Coqui ipsi ea præeunte epulas appararent. Altera compositura fuit ex duobus tubulis, quasi inversa Syrinx: Namque inferne tubus minor inflabatur bucca: unde spiritus in majorem subibat, movebatque, quæ intus erat, aquam, atque ex ea harmoniam edebat multisonam. Id quod de Ctesibii quoque Hydraula conjicere possumus: Cornu tamen pro *Tibia* Tyrrhenos usos & Cretas legimus: etiam Romani olim ad prælia, etiam Helvetii. Nunc Germani è buxo cornua multis foraminibus inflant magno spiritu non sine gratia ac decore; nocturnis præsertim festivitatibus: Ad prælia vero *Tibias* cum Tympanis Scythæ Anthropophagi & Melanchlæni, item Arimaspi, ex aquilarum ac vulturum ossibus: Eburneas memorat Trypho & Cicero atque Virgilius: ex asininis ossibus Theatrales atque argento. Arundineas, ex Theophrasto & Plinio habemus: Internodium radici proximum excidebant ad lævam *Tibiam*; quod subesset cacumini, ad dextram; unde lævarum sonum gravem aguoscas, dextrarum acutum, ut Vett. tradidere. At Latini ajunt, sinistras acutiores aptasque rebus judicris; item Sarranas, quibus ajunt foramina fuisse æqualia, velut Spondiacis: Hinc sibi non constant. Spondiacæ enim rerum gravium affines fuere: qua de causa Phrygius foramina inæqualia, sicut dactylicis, quæ judicris adhibebantur. Dextras autem apud Romanos funeribus dicatas, quia essent graves; cum in funeribus Barbari acutissimis uterentur: Appellarunt vero dextras sinistrasque ab lateribus, unde inflarentur. Antiquissima porro fuit è sambuco emedullata: mox è crurum ossibus hinnulorum & capreolorum, unde & *Tibiæ* apud Latinos nomen; quod inventum Thebanis assignant quidam θρίον αὐλὸν dixerint, à ferarum ossibus atque ære texerint. E buxo primi Phryges, excavaverunt eam, quæ *Berecynthia* cognominata est, quum antea *Elymos* diceretur. Alexandrini totum exenterarunt, teste Eurip. *in Bacchis*: hancque tibiam patria voce φώνιγγα dixerunt. Afri Sceuitæ è lauro fecerunt, soni acutissimi, eamque impascuis equarum adhibuerunt. Osiris nonnullis excogitavit *Tibiam* ex hederaceis internodiis multiforem; quum ante eum quaterna tantum haberent foramina. Cætera à Diodoro Thebano addita. At Pollux Osiridis inventum πολύφθογγον αὐλὸν ἐκ καλάμης κριθίνης, *multisonam tibiam, ex stipula hordeacea*, facit. Unde erat & pastorum tibicinium; *tenuis avena* Poëtæ dicitur, & *calamus agrestis* & *stipula*, cui opponitur ὁ σύριγξ, i. *fistula disparibus cannis juncta*. Hæ autem omnes ab summo inflabantur, directo flatu: Afri primi invenerunt eam, qui *Plagion* & *Plagiaulon* indidere nomen; non quod esset curva, sed quia ab latere, quemadmodum & Germanica, inflabatur. Alii tamen in Phrygia à Mida id primum excogitatum ajunt. Numerum quod attinet, singularem *Tibiam* seu Monaulon, Mercurius invenit; aliis ad Ægyptios hanc laudem trahentibus. Marsyas geminas primus instituit: quibus par magnitudo, in Tyrrhenis altera major: Præterea, utre addito *Ascaules* prodiit, longe diversa figura. Apud Mysos ac Pannonas tanta acritate, ut pene tubam superet. Apud Gallos plenior, rancior, gravior, molliorque, adeo ut in cubiculis quoque, sine aurium offensione, audiatur. Cum autem in choris præcipue, *Tibiæ* adhiberentur, primus Sacerdos Argivus docuit Choros canere tribus modis, Dorio, Phrygio, Lydio, ita ut ne miscerentur: quæ proin lex τριμερὴς seu τριμελὴς dicta. Dicebant vero *Leges*, quia aliter facere non licebat. Horum tonorum quilibet habebat communes tonos veteres Δώριον & Φρύγιον: quibus Olympus addidit ὑπερφρύγιον. Modos qui faceret, *Choraules* dictus est; cui etiam fabulatum artifices succinuisse legimus. Et quidem apud Lacedæmonios primum sub Terpandro facti in Choris modi, in quibus saltata fuit Γυμνοπαιδία. Sub Thaleta postea Gortynio duo flotuere, Polymnestus Colophonius & Sacadas prædictus, qui, ad

Ter-

Terpandri æmulationem, contraria canentes, induti fuere, non nudi. Canebant autem sub Thaleta Pæanas, sub Polymnesto Orthia, sub Saccada Elegias. Primus in tibiis convivalibus certos constituisse modos Philoxenus dicitur; quos *Legem Locricam* nominavit, à novo Harmoniæ genere, quod receptum Pindari ac Simonidæ tempore, inter Leges Lyricorum, Jul. Cæsar Scaliger *Poetices* lib. 1. cap. 20. è quo varia quoque *Tibiarum* genera ac modos hic infra subjungemus. Post *Tibiam*, cum Lyra ab Apolline inventa esset, quæ suaviorem longe harmoniam edebat, pluresque omnino symphonias habebat, quam cithara, & hæc quam *Tibia*: hinc Marsyas, qui prius summo in pretio apud omnes erat, multasque opes corraserat, contemtui esse cœpit, & divitiis exutus, atque sic, juxta fabulam exoriatus est, qua de re V. supra in *ea voce*. Mansit tamen, etiam post Lyram inventam, ad sacrificia *Tibiæ* cantus. Unde Pausanias *Phocic. Ajunt Marsyæ inventum fuisse eum Tibiæ sonum, quem* Matroum *vocant: credo ob eam causam, quod in Magna Matris sacris usurparetur.* Duas autem *Tibias* in sacrificiis uno solum ore canentes antiquitus adhiberi consuevisse, prodit Martialis *in Apophoretis* lib. 14. *Epigramm.* 69.

Ebraia nos maudis rumpi Tibicina bucca:
Sæpe duas pariter, sæpe monaulon habes.

Idem probat gemmula Galviana, duas tibias rectas inflantem hominem ad aram belle repræsentans: Tabula item marmorea vetustissima, in Sylvanus, & sacrificium porcæ exprimitur, apud Fortun. Licetum *Gemmarum Annul. Schem.* 32. c. 119. Namque & in hac posteriore, præter cæteros Cantores plures, qui tum lyras pulsarent, tum simplices tubas longiores inflarent, puer agrestis, pone quadratam aram, distentis buccis geminam ne quid infaustum exaudiretur, aut hostiæ grunnientis, aut alius incondite vociferantis, tibiam inflans cernitur. Et hæc quidem propric Marsyæ fuit inventum, Athen. l. 4. c. 24. *Tibiamque* illam geminam, præter prædicta, in diversis licet reperire monumentis, quibus Veterum sacrificia exhibentur; sed in nullis *haberam s. capistrum*, quam in laboriosis doctisque, *ad Plin. Ex.* Salmasii. Cui similem in signo æreo, apud Jac. Gaffarellum, vidit Joh. Rhodius, unde clarissime patet, Marsyam, ut ore simul uno duas posset animare *Tibias*, manuumque digitis omnibus expeditis earum foramina percurrere pulsareque facilius, quandam velut habenam, è summo capite *Tibias* ad os detinentem, gestasse: cujus rei iconem exhibet idem Licetus *loco citat.* pulchreque explicat Tzetzes *Chiliade* 1. *Hist.* 15. ubi de Marsya,

Auro splendido adaptavit circa villosa
Tempora & os vehemens vitro quibusdam
foris. &c.

De *Tibiæ* in bello usu, V. A. Gellium lib. 1. cap. 11. in Conviviis, in Ludis, in Funeribus, supra *passim*. Artem inflandi his verbis expressit Cyprianus *lib. de Spectac. Alter cum choris & cum hominis canora voce contendens spiritu suo, quem de visceribus suis superioribus nitens hauserat, tibiarum foramina modulatus, nunc effuso, nunc intus recluso, nunc certis foraminibus emisso, atque in aerem profuso, item in articulos sonum frangens, loqui digitis elaborat, ingratus Artifici, qui linguam dedit, &c.* *Tibiæ*, ut & Sistri, Crotali, Fistulæ ac utriculi, figuram exhibet Laur. Pignorius *Comment. de Servis.* V. quoque infra. De harundine vero *Tibialis calami*, quam inter varii generis harundineta, Orchomenius lacus gignebat, ejusque duobus generibus *Bobbyia* & *Zengite*, Salmasium *ad Solinum* pag. 117. & *seqq.* nec non hic suis locis: ut etiam de *Cornu Ligulisque tibiarum*.

Tibia variæ apud Vett. genera.

α. A scaulos, dicta est *Tibia*, utre addito, Mysis, Pannonibus & Gallis in usu: β. Ἀθηνᾶ Palladis videtur fuisse: certe nomen convenit. Illa usum scribunt Nicophelan. γ. Berecynthia, è buxo fuit, quam Phryges

ges primum invenerunt: Elymos ante dicta δ. Chordæ, in Choris adhibitæ sunt. V. supra. ι. Citharistriæ sunt appellatæ, quas ad citharam nonnulli excogitârunt. ζ. Conviviales, pares erant ac æquales, eæque pusillæ, ad significandam æqualitatem conviviorum. Quam ob causam & rotunda olim mensa; & δίσκοι ἴσοι apud Hom. & Ceres ἰσομοίρα dicta. Easdem πηκτίδας vocavere, primusque Philoxenus in illis certos modos constituit. η. Curva, seu πλαγιαύλιον, Libyæ inventum, codonem è cornu habebat, uti & Phrygia, nisi quod Libyca incurva esset, Phrygia recta. Unde *adunco cornu tibia* Ovidio. Salmasius *ad Solin.* pag. 123. θ. Dactylicæ; ad ὑποχήματα, usurpatæ sunt. ι. Dextræ, quæ dictæ, V. supra. Aliis tamen dextra, quæ recta; Sinistra, quæ obliqua & Phrygia. V. & hic *infra*. ια. Elymus dicta est prius, quæ *Berecynthia* postea. ιβ. Funerales, Phrygiæ imprimis erant; quibus & Phryges & Cares hunc in finem usi. Minoris v. ætat. funera *Tibiæ* prosequebantur, idque non ultra lo. ex præscr. XII. Tab. με. Guiglar. ιδ. Ægyptius nuncupata est Tibiola, sono acuto, qua ad monodias utebantur. V. Gingras, Phœnicum inventum, Phrygiæ similis, in Adonidis luctu, usurpata. ιε. Hydraula, Cresibii fuit, V. supra in hac voce. ιϛ. Libyca, eadem cum plagiaulo seu curva, ex loto. Salmasius ubi supra. ιζ. Ludicræ, Plinio dicuntur agonales, quibus & in agonibus auletarum, & in theatris Vett. utebantur, de quibus idem pag. 122. ιη. Lydia, Tyrrhenorum fuit, qui Lydii. Eas *thuriarias* vocat Solinus, quia bis canerentur, cum thus in aram libabant; ἀποθυμιᾶσαι ad verbum Græcis: *sacrificare* Plinio dicuntur. Erant autem illæ dextræ gravissimæ atque è buxo, aut ebore fiebant, Salmasius pag. 124. ιθ. Milvinæ, Solino appellantur, κ. ϛ. quæ in accentus exibant acutissimos, à milvorum voce, quæ acutissima. V. Salmasium *ad locum*. κα. Monaulos tibia singularis, V. supra: ut & Multiforatilis. κβ. Nuptiales, V. *supra*. κγ. Palæomagadis, eodem foramine tum gravem, tum acutum sonum edebat: quales etiam nostrates sunt. κδ. Παραύλιοι, à Græcis ad Monodia adhibitæ, acutum & infractum spirabant. κε. Παροπίδες, Epulonum *Tybiæ*: quod vinum esset anima conviviorum. κϛ. Phrygia, ex osse, vel buxo ad orificium cornu habebat repandum, similis tubæ Tyrrhenicæ, quantum ad formam: à plagiaulo diversa, licet curva & obliqua, ἕλικι Græcis: cujusmodi tibiarum multus apud Alexandrinos olim usus. Salmasius *d. l.* Plagia seu obliqua dicta est, quia à latere inflabatur, Scaliger: Alias, quia cornu habebat, in extremitate inflexum. V. quoque supra, *Plagiaulos*. κβ. Pueritoria seu *puellaria* Solino ubi supra, Gr. παιδικὸς αὐλὸς, dicebatur, quæ sonum edebat acutissimum, de qua V. Aristotelem lib. 7. cap. 1. & Salmasium l. cit. κγ. Puerilis appellatæ sunt, quibus pueri utebantur, an à voce eorum. κδ. Sinistra, quæ & *obliqua* & Phrygia Scaligero, à latere, quo inflabatur; Alias inde appellata est, quod in extremitate cornu haberet inflexum; reliquum vero buxeum vel osseum esset, teste Polluce. Hanc qui inflabat, Ἐγκεκυλλᾶς propterea dictus est, quia ἐγκέκυλται ὁ ἀριστερὸς κέρως, uti inquit Hesychius. Hinc itaque legimus de Comœdiis Vett. *Actæ est Fabula tibiis dextris & sinistris*. κε. Scytalia, pusilla fuit tibia & exiguo furculo similis, sono prætenui ac rei ipsi respondenti. κϛ. Spondaicæ, ad Hymnos Deorum fuere adhibitæ. κζ. Virginales, quibus Virgines. κη. Ὑπερτέλειοι, quibus perfectæ ætatis Viri canerent, vocatæ sunt &c.

Modi variiin Tibiis olim usitati.

α. Ἀπόλλιος, lex vel modus dictus est, qui remitteret. β. Ἀρμόνιος, lex ab Olympo excogitata. γ. Βουκολιασμὸς, Pastorum modus fuit. δ Castorius, à Castore, apud Lacedæmonios dictus est, quo ad prælia utebantur. ε. Δώριος, modus vetustus convivialis. ζ. Dorius, gravis. η. Elegos; Exercuere autem sub Sacada Elegias *Tibicines*, θ. Ἐρμόνιος, Laconibus dictus

dictus est modus, qui alias *Castorius*, ut vidimus. ι. Ἐπιφαλλοδ., Bacchanalibus aptus. κ. Jonicus, fractus & mollis recentiori ævo: antiquiori asper. Posteriores enim Ionas mollissime viventes, suis motibus similem harmoniam fecere mollem fluxámque numerorum creberrimis concisiunculis. λ. Καλλίνικοδ., Pæanibus idoneus. μ. Καλλιδάκτυλοδ., frequens Stesichoro. ν. Κύκνοδ. ξ. Κρητικὸδ., concitatior, cum amatores desperati amicarum fores invadebant. ο. Κωμικοδ., ex convivialibus modis. π. Locricus modus, novum fuit harmoniæ genus, à Philoxeno inventum, & Pindari Simonidæque tempore, inter Lyricorum leges receptum: Idque dicebatur agi Λοκρισὶ ρ. Lydius à Cario Lydo inventus, haud multum à Phrygio distabat, minus enim incitatus. His modis Epicedia primum ferunt cecinisse Olympum: Contra nupeus Niobes accommodavit Pindarus: Negantque ab eo id primum institutum. σ. Mixolydius, Tragœdiæ aptus: affectus plurimum movebat. τ. Phrygius acutus & sacris aptus: utpote quo ad furorem usque excitabatur impetus. Eo incensos Doriea lex demulcebat & ad quietem revocabat. υ. Πολεμικὸς, in Orthiis adhibebatur. φ. Σικυωνίος, ridiculis idoneus. χ. Θυμώδης, ab Argolicis æstivo tempore, in Anthesmophoriis usurpari consuevit. ψ. Θρηνητικὸς, Amatoribus in usu, cum ante ostium moram deprecarentur. ω. Ὑπομιξολύδιος. αα. Ὑπερφρύγιοδ. ββ. Χορικὸδ., in Choris &c. Fuere & Æolicus; Æoles enim harmoniam Doricam tumidam fecerunt atque audacem, veteri tamen simplicitate retenta: qualis hodie Germanorum, bello apta, nec inepta conviviis, neque ab amoribus aliena: Λιγυστικὸδ. Læso Poetæ: Ἡδυσμενὴδ. dicacitati ac lusibus familiaris: Ὑποδωριστὶδ. Doricæ Æoliæque legi affinis, & quasi media effecta ab ambitiosis; ut alia omittam. *Tibiæ* Pares & Impares, quarum frequens apud Auctores pricos mentio, quibusdam à magnitudinis æqualitate, aut inæqualitate, nomen accepere. Alii singulares tibias seu μονοαύλους *impares*, gemmas autem *pares* dictas, existimavere, ut vidimus. Nonnullis *pares* fuere appellatæ, quæ uno spiritu animarentur, *impares*, quæ secus. Melius *Pares* Salmasio sunt dextræ duæ, vel sinistræ duæ; Impares dextra & sinistra: Quæ omnes uno eodemque flatu inspirabantur. Hinc ænigma,

Ἓξ ἄνεμοδ., δ'ὸ νῆες, ἰσόπλευρα δέκα ναῦται,
Εἷς δὲ κυβερνήτης ἀμφοτέρας ἰλάει.

Ubi ἓξ ἄνεμοδ., flatus est tibicinis: δ'ὸ νῆες, duæ tibiæ: δέκα ναῦται decem digiti, qui foramina tibiarum percurrendo quasi remigant: εἷς κυβερνήτης, tibicen, qui utramque tibiam modulabatur. Et quidem inventionem geminarum Hyagnidi ab Apuleio, Marsyæ à Plinio, adscriptam, vidimus. Ut ut sit, constat à Phrygibus geminarum tibiarum usum manasse, dextræ & sinistræ, quarum illa gravem bombum, ista acutum tinnitum emitterat, ideoque illa incentiva, ista succentiva erat. Hæ parem inter se foraminum numerum non habebant, adeoque *impares* dicebantur: plura autem foramina sinistræ erant, cum acutius tinniant tibiæ clariusque, quæ pluribus foraminibus apertæ sunt. Solinus *præcentorias* vocat dextras cap. 11. quæ propter gravitatem soni ad pulvinaria Deorum & aras in flari solebant: quales & spondaicæ tibiæ, quibus σπονδεῖα seu ἱκετήρια μέλη canebantur; *Vascæ* vero tibiæ, quæ numeris foraminum præcentorias antecedebant, eædem fuere cum sinistris, & *à vasco*, i. levi acutoque sono, id nominis accepere, Græcis μελλίγαι quoque αὐλοὶ, quod in his levioris & vasti soni tibiis flandi artem experiri meditarique consuescent tibicines. Eadem Symphoniacorum fuisse, ex Servio discimus. *Pares* igitur *tibiæ*, quæ parem foraminum numerum habebant; *Impares*, quæ contra. Erant autem impares semper dextra & sinistra, ut vidimus: at duæ dextræ pares, duæ item sinistræ pares: unde facile intelligere est, cum *fabulam impari-*

bus

35 Οὐ σκολιὸς σύριγμα φέρων μίμημα δ' ἐχιδνῶν,

Non lituus forma tortos imitante dracones,

36 Οὐ

bui tibiis esse actam legimus, de dextra & sinistra id accipiendum, cum *paribus*, aut de duabus dextris, aut de duabus sinistris. Cum vero *Andria* Terentii dicitur acta *tibiis paribus dextris & sinistris*, non intelligitur, acta dextra simul & sinistra, sed 2. primum dextris, dein 2. sinistris: sæpe enim modulationes in eadem Comœdia mutari solitas, etiam ex *Adelphis* patet. Hæc enim acta simul tibiis Lydiis, i. dextris, quæ gravitatem ostendebant, qua fere in omnibus Comœdiis utitur Terentius: & Serranis, hoc est, sinistris, quæ acuminis levitate jocum significarent. Item ex *Heautontimorumeno*, quæ acta primum tibiis imparibus, mox paribus dextris, inscribitur. Porro dextra & sinistra, licet impares essent, diversa tamen ac dispari modulatione non erant compositæ, sed ejusdem carminis modos, dextra quidem incinebat, sinistra vero succinebat, & gravius illa, acutius ista sonabat. Atque hæ omnes, tum pares, tum impares, tum dextræ, tum sinistræ, in illis solis canticis, quæ μονῳδὰ tantum erant, habuere locum; unus enim solum canebat, supplebantque hæc cantica vicem Chori, quo antiquæ Latinæ fabulæ carebant prorsus: Aliud erat *Symodium* i. Chori concentus, de quo suo loco. Plura hanc in rem V. apud Salmasium *ad Vopiscum* in *Vita* Carini, ut & hic passim, inprimis ubi de Veterum *Musica*. *Idem*.

35 Οὐ σκολιὸς σύριγμα.] Loquitur de Lituis uti & sic habet Castalionis versio: *Lituus* autem incurvus erat baculus, quo Romanorum Augures cœli spatia, quia manu non licebat, designare soliti sunt. Tali cum Romulus, auguri peritus, usus esset non raro, ut Plut. *in eo* docet, hinc *Quirinalem Lituum* dixit Virgilius Æneid 7.

Ipse Quirinali lituo, *parvaque sedebat*
Succinctus trabea: *lævaque ancile gerebat*.

Quamvis & Martis baculum, qui ante Romulum *Quirinus* appellatus est, intelligere hic quis possit vel regium baculum quemcunque seu sceptrum. De *Lituo*, A. Gellius libro 5 capite 8. *Lituus*, inquit, *virga brevis est, in parte, quæ est robustior, incurva: qua Augures utuntur*. Origo nominis à rubæ genere, cui *Litui* nomen, quod pari forma pariterque incurvatum est. Cic. *de Divin.* libro 1. *Romuli Lituus, id est, incurvum & leviter à summo inflexum baculum, quod ab ejus litui, quo canitur, similitudine nomen invenit*. Huic autem nomen à Gr. voce λειὸς, quod tenuis & acuti soni sit. Unde Ennius alicubi,

Inde loci lituus sonitus effudit acutos.

Qui illo usi, *Laticines* dicti sunt: ejus vero à cornu tubaque differentiam, V. apud Just. Lipsium *lib. de Militia Rom.* Addam id saltem, ut *tubas*, ad incitandum milites, sic *lituos* ad revocandum adhibitos esse, discere nos ex Guil. Brittone lib. 6. vers. 446.

Omnia perverso contingunt more Joanni,
Non tuba congressum cecinit, lituusque *regressus*.

Et Baldrico Dolensi *de Bellis Palæstinis* libro 4. cap. 9. *Audito retrahendi* lituo *Christiani ab illo impetu destiterunt*. Scriptores enim hos duos, non sine allusione veteris lectionis, distinctionem hanc inducere retur Casp. Barthius *Animadvers. ad Papin. Statium Theb.* lib. 8. vers. 154. *Item*.

36 Οὐ

36 Οὐ σάλπιγξ πολέμων ἀγγέλτρια βαρβαρόφωνος.

Non quæ barbarico ſonitu tuba nunciat arma:

Οὐ

36 Οὐ Σάλπιγξ] *Tuba*, Tyrrhenorum inventum Plin. lib. 7. cap. 56. à *tubo*, ſeu canali, quem refert, dicta, priſcis Græcis ignota fuit. Unde illos, *Tubarum* loco, conchis uti conſuevisſe, legimus, apud Heſychium, Κέγχρεις τοῖς βαλανείοις ἀχρῶντο, ἀντὶ τῶν σαλπίγγων φύσεως. Ita enim emendavit Meurſius, cum antea male legeretur, Κέγχλοις, τοῖς δ. Idem Theocritus docet Διοσκ.

Ἡ ἄμυκος, ἢ κόγχοι ἐλὼν μυκήσατο κοῖλοι,

Οἱ δὲ βοὸς συνέχευθεν ὑπὸ σπειρῇς σαλπιστὴν

Κόγχην φυσαλίσιν.

Sic Virgilius,

Sed tum forte cava cum perſonat æquora concha.

E quibus lux Tertulliano *de Pallio*, ubi ait, *Adhuc maris conchæ & buccinæ peregrinantur in montibus, cupientes Platoni probare, etiam arduas fluitasſe.* Pertinet huc Theognidis quoque ænigma, priſcum in militia illum conchæ uſum exprimens,

Ἤδη γάρ μι κέκληκε φιλάοιδος ἐλικὼψ νηυσὶ,

Τεθηπὼς, ζώῳ φθεγγόμενος σόφῳ.

V. Jo. Meurſium *Notis in Lycophron.* Apud Athenienſes poſtea πυρφόρει ἀντὶ σαλπιστῶν, *Faciſeri loco Tubicinum*, committendi prælii ſignum dedere. Statius *Theb.* lib. 4.

Prima manu rutilam, de vertice Lariſſæo,

Obtrudit Bellona facem.

Donec tandem *Tubæ* prodierunt: quarum jam Æſchylus meminit *in Perſ.*

Σάλπιγξ δ' αὐτῇ πᾶσι ἐκεῖ' ἐπίφλεξεν,

Affuſione ad priſcum facum uſum facta. Tyrrhenis vero *Tubarum* inventum attribuit Scholiaſtes Euripidis *in Phœniſſis*: & quidem *æneam Tubam* à Piſeo Tyrrheno primum excogitatam fuiſſe, tradit Plinius *Hiſtor. Natur.* lib. 7. cap. 46. Ab his in Græciam primum eas detulit Archidas quidam, Heraclidis auxilio profectus, teſte eodem Schol. πρῶτος δὲ Ἀρχίδας συμμαχῶν τοῖς Ἡρακλείδαις ἦγαγε τὴν Τυρσηνικὴν σάλπιγγα εἰς Ἕλληνας, ubi Τυρσηνικὴν illam ab inventoribus appellat: quemadmodum ipſe Poeta, tum *in Phœniſſis*, tum *in Heraclidis*, eodem epitheto eam inſignit, ἐπὶ δὲ τοῖσιν ἄρθιον Τυρσηνικὴν σάλπιγξι, ἣ συνέψαε ἀλλήλοις μάχην: Ὀρθὸς enim modus, excitando militum vigori idoneus. Formſa veteris *Tubæ* eadem, qualis apud Europæos hodie; ære nempe directo ducta; canali ad exitum latiore: quæ erat militaris (Nam & alia ſacrorum fuit, diſpari uſu & fortaſſe forma.) Hinc à cornu, quod inflexum, *Tuba* diſtinctu: Ovidius:

Non Tuba directi, non æris cornua flexi.

Digniores quoque ea uſi olim, imo & Principes viri illa cecinerunt: At Homerus, licet noverit, nuſquam tamen eam Heroibus tribuit, quia tum nondum in uſu Græcorum. Qua Romani uſi, Tyrrhenica fuit, ſimilis tibiæ Phrygiæ, habenſque orificium ſciſſum aut fractum, acuta admodum. Modus incinendi claſſici hic fuit. Tibicen unus utrinque inſonuit, & mox alii pariter reſponderunt; priores quidem ii, qui rotundo loco conſtituti tubis certum aliquid modulabantur, quo, ut conſiſterent & prælio ſe pararent admonebantur

nebantur milites. Tum dein omnes reliqui, qui animos iraſque militum acuebant, incendebant ad pugnam. Itaque triplex *Tubæ* fuit ſonus: Primus unius & ſingularis, qui Primipili fortaſſe, haud longe ab Imperatore ejuſque nutu incinuit: Secundus aliquot eorum, qui in loco quodam orbiculato & fortaſſis editiore ſtabant, ad ſigna & aquilas: Tertius omnium aliorum per cohortes, per turmas, qui pariter jam claſſicum concinebant. Duo enim priores ſoni non niſi expediendo militi ciebantur, paulatimque ejus animo & iræ movendæ. Quantum autem *Tubæ* ſonus, ad ſpiritus ſanguinemque evocandum, vim habeat, nemini ignotum: Unde Romani non in Equitibus ſolum, ſed etiam in Peditibus *Tubas* adhibuere: Tympana & cujuſmodi nos vaſa pulſamus, averſati imo convicio vulgari notantes, *Tympanotriba*. Interim, *ſummos bellatores Lacedæmonios, non cornuum Tubarumque ſignis, ſed tibiarum modulis, in prœliis uſos eſſe*, refert apud Aul. Gellium lib. 1. cap. 11. Thucydides: cujus rei cauſam V. *ibidem*. Cretenſes vero *ad citharam dimicaſſe*, docet Heraclides *in Politeia*, ac Polybius lib. 4. Solenni porro ritu, antequam in bellum abirent *Tubicines*, luſtrabantur *Tubæ*, ut dicetur infra, in voce *Tubiluſtrium*. Neque vero in bello ſolum *Tubæ* uſurpatæ, ſed & cum in ſacris certaminibus denuntiandi ac declarandi Victores erant; poſteriori viz. ævo: Antiquitus enim, cum Tubas nondum haberent, ſola Præconum voce id factum. V. Thom. Dempſterum *Antiqq. Rom.* lib. 5. c. 5. Imo Philoſtratus *in Polemone*, Ἡ δὲ ἰδία Πολέμωνος λόγων ἡδεῖα καὶ ἐναγώνιος, καὶ τηλοῦ ἰοῦσα, ὥσπερ ἡ Ὀλυμπιακὴ σάλπιγξ. *At ſpecies Polemonis orationum ferveus erat & pugnax, & vehementer ſonans, quemadmodum Olympica tuba.* Ad cujus proin cantum, Athletæ, qui in curribus, ubi ſorte eis aſſignata loca erant, ſteterant hactenus, poſtea proſiliebant. Hinc & apud Virgilium in Ludis deſcriptis Æneid. lib. 5. tuba

Commiſſos medio canit aggere ludos.

Etiam in funeribus adhibitas, Servius docet *ad Æneid.* lib. 5. ubi ait: *moris fuiſſe, ut majoris ætatis funera ad* Tubam *proferrentur: minoris vero ad tibias.* Nempe canebant ea Siticines: quod Tubæ genus à cœterorum Tubicinum diverſum fuiſſe, recte obſervavit Hieron. Magius *Miſcell.* lib. 1. cap. 13. ubi docet, Siticinum tubas cæteris fuiſſe latiores ac longiores, quales in antiquis ſepulchris videre eſt exſculptas, ipſoſque Siticines gravem, utpote luctui idoneum, incinere ſonitum conſueviſſe. V. de his præter Magium præfatum Jo. Meurſium *de Funer.* cap. 18. & ſupra in voce *Siticines*. Illuſtrium præſertim ac nobilium virorum, uti docet Caſaubonus *ad Suetonium Julio* cap. 84. In pompis inſuper, olim hodieque. Et quidem de Triumpho viſum ſupra. Sed & pace inter Alexandrum III & Fredericum Barbaroſſam ope Venetorum compoſita, inter cœtera Veneti Ducis inſignia, quibus ejus majeſtatem inſtruxit Pontifex, *Tubæ argenteæ* eo fine quoque illi donatæ, memorantur Sabellico lib. 5. *Ennead.* 9. Imo & in India *tubæ* uſum mendicis eſſe, militari hoc clangore ſatis ferociter ſtipem poſcentibus, docet P. de Valle *Itiner. Part. IV. &c.* De Hebræorum *Tubis* dicemus infra aliquid, ubi de *Tubarum Feſto*. Sonus Tubæ *clangor* proprie, unde quod *murmur* eum Papinius dicit *Thebaid.* lib. 6. verſ. 404. carpitur à Barthio. *Melos* vero appellat Higinius cap. 174. ubi de tubarum inventione: *Tyrrhenus*, inquit, *Herculis filius, tubam primus invenit, hac ratione, quod cum carne humana comites ejus veſcerentur, ob crudelitatem incolæ -- diffugerunt. Tunc ille, ubi qui ex eorum numero deceſſerant, concha pertuſa buccinavit & pagum convocavit, teſtatique ſunt, ſe morticum ſepulturæ dare, nec conſumere. Unde* tuba *Tyrrhenum melos dicitur.* Ubi tamen *Melei* legendum, quem Tyrrhenorum itidem Imperatorem tubam inveniſſe primum Lutatius ait, conjicit Caſp. Barthius *Animadv. Papin. ad d. l.* 1. *Clangorem* autem

Οὐ κώμοις μεθύοντες ἀθέσμοις, ἠχὶ [37] τορείαις·

Non comes ebrietas luxus, non fœda libido:

Οὐ

tem de tuba Virgilius usurpat Æneid. lib. 8.

Tyrrhenusque tubæ mugire per æthera clangor &c.

Affinis Tubæ lituus, nisi quod illa inchoando prælio, & classico, (unde *tubæ sonitus auditi*, bellorum omina, Plin. lib. 2. cap. 57.) hic receptui canendo aptior: confundit tamen utrumque idem Statius *Theb.* lib. 11. vers. 50. Buccina item, & omne sonorum cornu, quæ *Tubæ* nomine nonnunquam Veteribus venit, docet Barthius præfatus ubi supra; Vide eum *ad eundem Poetam, alibique passim*, uti de *Tubu* plura, apud Scholiasten Sophoclis *initio Ajacis*.

Tubarum 6. apud Antiques genera, ex Eustathio.

1. Quam Minerva invenit, quæ ab Argivis hoc cognomento culta, Σάλπιγξ Ἄργεια.

2. Apud Ægyptios, quam Osiris reperit, quæque χρῶν ipsis dicebatur, & in sacrificiis adhibebatur.

3. Gallica, constantis, non nimis magna; os habebat deformatum in bestias & canalem plumbeum, in quem inspirabant Tibicines atque acuti erat soni: Gallis dicta *Carnyx*.

4. Paphlagonica, cujus os effigie bovis, gravi mugitu, fusum inflanda.

5. Medica, è calamo tubam habens, gravi tono.

6. Tyrrhenica, Phrygiæ tibiæ similis, orificio scisso, acuta valde: quam ad Romanos à Tyrrhenis delatam dixere. V. quoque de Helegeo, primo *Tubæ* inventore, Palæphatum & Pausaniam lib. 2. *fidem*.

37 Τορείαις] Regius Codex habet ἠχὶ χορείαις. *Opsopœus.* Putem de Choreis hic loqui Sibyllistam, Chorea autem nomen saltationem denotans, unde ortum, docet Mercurialis: *Loca*, inquiens, *ubi saltationes peragerentur, primo, cum nondum excultæ essent, fuere vici, & plateæ publicæ; deinde, cum majorem dignitatem atque ornamentum recepissent, ad Theatrorum partes quasdam translatæ fuerunt, quæ & ab Aristotele & Polluce, ob id, Orchestræ vocatæ fuerunt; undeetiam* Chorea, *nomen saltationis perelegans, manavit. A Theatris ad palæstras postea transiere; inde in Convivia, &c.* V. eum *de Arte Gymnast.* lib. 2. cap. 7. *sub fin.* Affinis vox *Chorus* est, quo collegium Musicorum dicitur Servio *ad Georgic.* l. 1. & Jurecons. lib. 79. *de Leg.* 3. lib. 34. *de Ædilitio edicto.* Seneca eleganter *Epist.* 24. *Non vides, quam multorum vocibus* Chorus *constet?* Unde *Choraules* servus, apud Romanos, V. Pignorium *Comm. de Servis* & supra. At *Choragus* dicebatur Athenienſibus, qui sumtus præbebat ad Ludos, ἀπὸ ὄψου, id est, *choragium, quoinstruebatur Theatrum & chorus:* à quo χορηγία, unum ex muneribus pacis publicis, quæ altero quoque anno cives ex Lege obibant. Designabant autem *Choragos* unaquæque Tribus suos; qui sic constituti sortiebantur pro concione tibicines, præsidente Archonte, ex hac Lege: Ἐν Ἐκκλησίᾳ τὸν Ἄρχοντα ἐπικληροῦν τοῖς Χορεύταις τοὺς Αὐλητάς, *Archontes pro concione Tibicines, Choris sortito dato.* Nempe sortiebantur primo se *Choragi*, dein is, cui sors prima obtigerat, primus eligebat Tibicinem, quem vellet; cui secunda sors, secundum, &c. quæ sortitio fiebat mense integro, antequam darentur ludi, in quos chori instruebantur;

bantur; idque, ut omnia rite fierent & ad celebrandos majori cum voluptate ac dignitate Ludos. Erat vero Lege cautum, ne quis peregrinus in Choro saltaret; in quam si committeret *Choragus*, drachmas 1000. multabatur: ita enim illa habet, Μὴ χορδίου ξένου, ἢ χιλίαι δραχμαὶ τῷ χορηγῷ, apud Plut. *Phocion*. Atque id religiose observatum est in Dionysiis τοῖς κατ' ἄστυ; at non item in Lenæis, τοῖς κατ' ἀγρούς, quibus non tantum peregrini saltare in choro poterant, sed etiam inquilini ipsi erant *Choragi* ac præbitores, uti discimus ex Interprete Comici *ad Plautum*. Ipsis vero Indis *Choragus*, si peregrinum in Choro saltantem in jus raperet, ad Archontem, 50. drachmis; si è scena exturbasset ac suo movisset loco, 1000. multabatur; ex Lege Demostheni memorata *in Midian*. Nolebant enim quidpiam inauspicati fieri in diebus illis festis: Ludis vero peractis judicia reddebantur. Sed nec ignominia notatis in Choro saltare licebat; quod si facerent, poterant de scena deturbari & loco moveri, ex Lege: Ἐξεῖναι τοὺς ἀτίμους ἀγωνίζεσθαι ἐπιλαβέσθαι τ' χορὸν ἢ ἐξάγειν ἐκ τῆς σκηνῆς. V. Demosthenem *Midian*. E quibus patet, quantum absuerint à Romanis hac in parte Athenienses, qui non nisi è civibus Chorum constare volebant: cum Romani sibi privatim Choros habuerint è servis convis, qui cantare noverant ac saltare; unde apud Celsum lib. 9. *Digestorum*, *si Chorus aut familia legetur, perinde est, quasi singuli homines legati sint, &c.* V. Saum. Pericum *Comm. in LL. Atticas* l. 3. tit. 4. & insta in voce *Saltatio*. Addam hic saltem, de *Choreis* Gentilium, quibus in Sacris suis utebantur, etiam Apostolo indagatis 1. Cor. cap. 10. versu 7. Certe nulla Sacra in Delo peracta, quibus saltatio non fuerit adhibita, referente Plat. *de LL.* lib. 2. singulis Diis singularia sacrificia atque *choreas* fuisse solitas accommodari. Inprimis vero celebres *Choreæ* Caryatidum fuere, de quibus supra; item Corybantum seu Curetum. Sic memorat solemnes Chorcas Solusus, ad Sacra Bacchi & Palladis, Papinius Statius *Achilleid.* lib. 1. v. 208.

— Imbelli nuper Lycomedis in aula
Virginibus cœtus & littora persona ludo
Audierat —

Ad sacra Dianæ, Virgilius Æneid. l. 1.

Qualis in Eurotæ ripis, aut per juga Cynthi
Exercet Diana choros, quam mille secutæ
Hinc atque hinc glomerantur Oreades —

Saltantes enim & tripudiantes de montibus & campis in urbem Spartam, de qua hic, unde ad sacra Dianæ prodierant, redibant Virgines, vetus Scholiastes Statii *ad l. nunc laudandum, &c.* Alia *Chorearum* genera conglomerat Statius *Achilleid.* lib. 1.

Famque movent gressus: thyasique Ismenia buxus
Signa dedit quater ara Rhea, quater Evia pulsant
Terga manu, varioque quater legere recursus.
Tunc thyrsos pariterque levant, pariterque reponunt;
Multiplicantque gradum, modo quo Curetes in actu,
Quoque pii Samothraces eunt: nunc obvia versa
Pectine Amazonio, modo quo citat orbe Lacæna
Delia, plaudentesque suis intorquet Amyclis.

Vovebantur autem & solvebantur quoque Diis choreæ, rebus bene gestis; quo nomine non semel puellas adhortatur Horatius, & plenæ Tragœdiæ. Virgilius Æneid. lib. 11.

Æneas, quanquam & socijs dare tempus humandis
Præcipitant curæ, turbataque funera mœnis est,
Vota Deum primo Victor solvebat Eoo.

Et Statius iterum *Thebaid.* libro 4. versu 209.

— Dabit aptior ista

Fors

Οὐ φθόγγος [38] κιθάρης, ὃ μηχανίη κακοεργός·

Nen citharæ ſonitus, non ſunt commenta malorum:

Οὐκ

Fors Deus, *Argolicaſque habitu præſtabo maritus,*
Cum Regis conjux, cum te mihi ſoſpite templa
Votivis implenda choris: nunc induat illa.

Circumibant vero Aras ſaltantes, dextro interiore gyro, uti Ariſtophanes tradit in *Pace*: quemadmodum contrario gyro luſtrabant rogos in Decurſionibus funebribus, apud eundem Statium, &c. Plura de priſcæ hoc ſuperſtitionis more, quem Dæmonum infandos cultores etiamnum ſervare, diſcas ex Petro de Valle *Part.* 4. *Itiner.* V. apud Petrum Laurcum Senatorem Burdigal. in *Commentario* erudito Gallice ſcripto, præcipue lib. 2. cap. 4. ubi typus æneus ſpectandas iſtas choreas proponit. Illum vero idololatricas gentes, velut ſimias, κατοχλίαι quadam traxiſſe, à ſacris illis choreis, quarum in Scriptura mentio, veriſimile fit. Quod tamen Sancti non fecerunt, in omnibus Sacris, ſed tantum in celebratione alicujus recentis beneficii, ad animi ſui lætitiam & εὐχαριστίαν erga Deum teſtificandam. Addo, quod Gentilium choreæ, præter impium finem, thymelicis geſtibus laſcivis & plane indecentibus exercebantur: qui à modeſtia & gravitate Sanctorum, in cultu divino, procul aberant. Sed nec *Choreas* & ſaltationes unquam vel inſtituit vel requiſivit Deus in Populo ſuo ſacris operante, quem tamen variis cæremoniis oneravit: ſua id ſponte ſancti illi fecere. Poſtea vero apud ipſos Iſraëlitas Idololatræ ad profana ſua ſacra hunc ritum traxere, Exod. cap. 32. verſu 6. *Surgentesque mane, obtulerunt holocauſta, & hoſtias pacificas & ſedit populus manducare, & bibere & ſurrexerunt ludere*; ad quem locum Paulus reſpicit *d. l.* Nempe vituli cultores poſt epulas ſurrexere ad *ludendum*, h. e. ſaltandum coram vitulo. Eodem referendum, quod in ſolenni feſto puellæ choreis indulſiſſe videntur, Judicum cap. 21. id enim ex Idololatrarum itidem more factum, videtur. Ita ergo feſtivitates Gentilium, cum cantu, *choreis* & comeſſationibus peragebantur. Proprie enim Χορεία ἡ μετ' ᾠδῆς ὄρχησις, *Chorea cum cantu ſaltatio eſt.* Scaliger *Poëtices* lib. 1. cap. 18. *Saltatio quædam ſine cantu fuit, eaque vetuſtiſſima. Deinde cantus additus, quem poſtea* Χορεῖαν *appellarunt.* Quod prohibet Paulus Roman. cap. 13. verſu 13. διαπαντὸς εὐσχημόνως περιπατήσωμεν μὴ κώμοις καὶ μέθαις, *compoſite ambulemus, non in comeſſationibus & ebrietatibus.* Ubi κῶμοι, juxta Suidam, idem eſt quod μέθη καὶ ὀρχήσεις, *Temulentia & ſaltatio.* Sed & *Canon.* 53. Concilii Laodiceni, Chriſtianos jubens σεμνῶς διανύειν, *venerabiliter cenare*, vetat illos βωμολοχεῖν ἢ ὀρχεῖσθαι, *plaudere vel ſaltare*, &c. V. A. Rivetum *Commentar. in Exodum* capite 15. verſ. 21. cap. 32. *loc. cit.* & plura hanc in rem apud Car. Paſchalium *Coronar.* l. b. 2. cap. 15. ubi Virgines, imo omnes alios coronatos *Choreas* duxiſſe, pluribus docet. *Hofmannus.*

38 Κιθάρης] *Citharæ*, Amphionis inventum Phnio lib. 7. cap. 56. *Citharam Amphion* (invenit) *ut alii Orpheus, ut alii Linus. Septem chordis primum cecinit Terpander, octavam Simonides addidit, nonam Timotheus. Citharæ ſine voce cecinit Thamyras primus: cum cantu Amphion: ut alii Linus. Citharœdica carmina Terpander.*

der. Ubi quod de Timotheo habet, confirmatur edicto Ephororum Lacedæmone contra eum edito, quo condemnatus est, quod undecim (habet Salmasius) pro septem chordis citharam intendendo, veterem Musicam corruperit: τὴν πολυφωνίαν εἰσάγων, ἀφ' ἧς τὴν πολυχορδίαν, ἧς τὴν κιθάραν ἔφασαν εἶναι ἑπτάχορδον, ἐγγενῆ καὶ ποικίλον ὄντα πλόκον καὶ τερπνότητα ἐμφαίνοντα τῶν μύθων, apud Salmasium *ad Solinum* pag. 121. Alii, uti Lyram Mercurio: ita Citharam Apollini tribuunt. Quod si ita est, quærendum præterea, inquit Scaliger, quare Apollinis signum arcum dextra, læva Charites habuerit, quarum una lyram geteret, non citharam; altera tibias, tertia fistulam ori admoveret. Figura ejus apud Græcos primum concinnata Cepionis tempore, qui Terpandri fuit discipulus: & appellata Asias, propterea quod à Lesbiis fuisset importata: Idem *Poëtices* lib. 1. cap. 48. V. quoque infra, ubi *de Cithara* Davidis, ut & in voce *Cythara*. Certe à Lyra & chely aliam fuisse *Citharam* liquet, quamvis non raro Poëtis confundantur. Interim & ea testudinem habuit, ad recipiendum edendumque fidium sonum. Favonius Eulogius *in Somnium Scipionis*, *Terra nona, immota semper sede consistens, nullo cursu circumagitur & velut fundamenti vice circum se actis octo curribus defixa libratur. Atque ut in Cithara testudo, sic ipsam mundanæ harmoniæ velut machinam præbet.* Hinc *cava Testudo*, Virgilio Georgic. lib. 4. *de Orpheo.*

Ipse cava solans ægrum testudine amorem.

Ubi ejus inventæ lepidam historiam adfert Servius, V. quoque infra in voce *Testudo*. Plectro percussam esse, docet Schol. Martialis *ad* lib. 14. *Epigramm.* 167.

Fervida ne trito tibi pollice pustula surgat,
Exornent docilem garrula plectra Lyram &c.

Uti autem Apollo chelyn suam lauro coronavit, uti Statius habet *Thebaid.* lib. 6. & *Sylv.* l. 4. de quo ritu supra diximus, in voce *Chelys*: sic exemplo ejus Citharistæ in solennibus pompis *Citharas* suas deaurare solebant. Cujus rei mentio est apud Athenæum lib. 5. in pompa Ptolomæi, in qua trecenti Citharœdi auratas citharas pulsarunt cum aureis coronis &c. Apud Hebræos memorabilis inprimis fuit, *Cithara* Davidis, Hebr. כנור *cinnor*, unde Græcis κινύρα: quæ Josepho sic describitur *Antiqq.* lib. 7. cap. 10. Ἡ μὲν κινύρα δέκα χορδαῖς ἐξεμμένη τύπτεται πλήκτρῳ, *Cinyra quidem, decem cordis instructa, plectro pulsatur.* E quibus dubitat Bochartus, an Hebr. *cinnor*, recte reddatur *cithara*; quam Auctor *Epistolæ* ad Dardanum, sub Hieronymi nomine, in modum *Deltæ* literæ, i. triangularem describit, cum cordis viginti quatuor, quæ per digitos Pindari variis vocibus tinnulis ictibus diversis modis concitentur & V. hunc Bochartum *Hierozoici Part. prior.* lib. 11. cap. 44. & infra quoque voce *Cythara*. *Citharœdus*, seu Citharista, qui cithara canit. Horum apud vett. habitus cultusque notabilis fuit. Lacerna aurata, non multum chlamydis dissimilis illis peculiaritet tribuitur, à Juven. *Sat.* 10.

Et quibus aurata mos est fulgere lacerna.

Iisdem Auctor lib. *ad Herenn.* pallam dat auratam & chlamydem purpuream: *Uti Citharœdus cum prodierit optime vestitus, palla inaurata indutus, cum chlamyde purpurea coloribus varie intexta, cum corona aurea, magnis fulgentibus gemmis illuminata.* Hinc Ovidius de Arione *Fastorum* lib. 2.

Induerat Tyrio distinctam murice pallam;

Ita eorum habitus fuit tunica talaris & chlamys: quæ tunica etiam *palla* dicta videtur. Hæc enim, quamvis prius fœminarum propria, postea ad *Citharœdos*, Tragœdos ac Saltatores translata est. Cornificius lib. 4. *ad Her. verbis retro citatis*: Unde Apollo quoque palla indutus à Poëtis producitur. Ovid. *Amor.* lib. 1. *eleg.* 8.

Ipse

Οὐκ ἔρις, οὐκ ὀργὴ πολυποίκιλος, οὐδὲ μάχαιρα
Ἐστ' ἀδαφθιμένοις ἀλλ' αἰὼν κοινὸς ἅπασι,

Non vis, non varie se versans ira, nec enses
Sunt vita functis, commune sed omnibus ævum.

Κλει-

Ipse Deus vatum palla spectabilis aurea
Tractat inauratæ consona fila lyræ.

Quod autem ea tunica talaris esset, cum stola Orpheum inducit Varro *de re Rust.* lib. 3. cap. 15. *Quintus Orphea vocari jussit qui cum eo veniisset cum stola & Cithara & cantare esset jussus.* Ea discincta Ὀρθοστάδιον Græcis dicta est. Dio de Neronis habitu Citharœdico, lib. 63. *Nam cum statuisset ad citharam canere, non sustinuit à Corbulone videri τὸ Ὀρθοστάδιον ἔχων.* Discincta itaque fuit & fluens, ut mirum sit Bathyllum *Citharœdum*, cum tunica cincta induci, apud Apulejum *Floridor.* l. 2. Nec tunica solum talaris fuit, sed & chlamys longum syrma trahens. Horatius,

—— *Traxitque vagus per pulpita vestem.*

Quo habitu in nummis Neronem videmus. V. Octav. Ferrarium *de re Vestiaria Part.* 2. lib. 3. cap. 12. Sed & *Citharœda*, quoque in ministerio olim, ut antiqua marmora indicant. Extat Romæ monoclini scriptura (ita liceat appellare in quo mulier sedens *Citharam* pulsat) confirmatque id vetus elogium Auxesis & Neriti minus ingendiorum nominum: muliebria nempe hæc studia-psalles & oblectandi autes, viguisse olim aut placuisse. Mentio utique apud Horatium libro 4. *Carm. Od.* 13.

—— *Illæ virentis &*
Doctæ psallere Chiæ:

Ministeria hæc propius tangit. Ut & *scitissimi utriusque sexus canentes, & psallentes, quos adolescens è terra Asia* habuisse apud Gellium scribitur lib. 19. c. 9. pueri nimirum ac puellæ. Et quidem elogium Auxesis sic habet.

D. M.
AUXESI CITHAROEDÆ
CONJUGI OPTIMÆ
C. CORNELIUS NERITUS FECIT
ET SIBI.

His alii Psaltrias, Fidicinas, Citharistrias appellant &c *Citharæ* autem species enumerat Isidorus *Origin.* lib. 3. cap. 21. Psalteria, Lyra, Barbita & alias quadrata forma, nec non & trigonali: quarum aliquas, ratiores illas quidem, sed Studiosis antiquitatis adjumento futuras ad cognoscendas testudinis partes, *cacumina, brachia, humeros, scapulas, pectines, modulum, tympanum*, exhibet Laur. Pignorius *Com. de servis.* Ut hoc addam: *Citharœdi* nomos & cantica, quæ Poëta Lyricus aut Dithyrambicus ipsis composuerat, sicut erant ab Autore facta, ad *Citharam* canebant, V. infra in voce *Nomi.* Iidem in Triumphis spectaculisque coronati erant, uti ex triumphali pompa Scipionis Africani & Auctoris ad Herennium *loco cit.* patet. Quam proin coronam Nero usque adeo concupivit, ut omnes hujus generis coronæ ad eum delatæ fuerint, teste Xiphilino *in eo.* V. Cat. Paschalium *Coronarum* lib. 8. cap. 9. De *Citharœdorum* vero fibula, infra; ut & plura hanc in rem apud Geth. Joh. Vossium *de Musica. Idem.*

Κλειδοφύλαξ εἰρκτῆς μεγάλης ἐπὶ βῆμα θεοῖο,
Χρυσείς τε ξοάνοισι, λιθίνοισιν.
Ὡραῖαι γίνεσθε, ἵν' ἔλθητ' εἰς πικρὸν ἦμαρ,
Σὴν πρώτην κόλασιν Ρώμη καὶ βρυγμὸν ὁρῶσα,
Κἠκέτι σοι δούλειον ὑπὸ ζυγὸν αὐχένα θήσει,
Οὐ Σύρος, οὐχ Ἕλλην, οὐ βάρβαρος, οὐκ ἔτι ἄλλο.
Ἐκπορθήσῃ, κἀπραξήσῃ ὅσ' ἔπραξας,
Δώσεις τ' οἰμώξασα φόβῳ, μέχρι παῦλ' ἀπολίσεις·
Καὶ σὺ θείαμβος ἔσῃ κόσμῳ, καὶ ὄνειδος ἁπάντων.

Claviger ad ſolium Divinum carceris alti,
Et ſignis auro, argento, ſaxove politis.
Pulchræ eſtote, diem quo pertingatis acerbum.
Roma tuas primas cernens pœnas, fremitumque,
Nec tibi jam ſervile jugum cervice ſubibit
Aut Syrus, aut vel Græcus, barbarus, aut alius quis.
Excindere, luesque quod unquam cumque patraſti,
Et trepidans, donec perſolveris omnia, flebis:
Tuque triumphus eris mundo, tu dedecus orbis.

Exci-

39 Λιθίνοισιν] Forte legendum eſſe putat Opſopœus λιθίνοις· ἐχυρίοις τε.

40 Σὴν πρώτην] Regius Codex σὴν πρώτην: & mox ὁρῶσα. Idem.

41 Ἐκ-

Ἐκτοτε δ' αὖ Λατίνων [41] ἕκτη γωνεῶν βασιλήων.
Ὑστάτιον βίον ἐκτελέσῃ, ἢ σκῆπτρα μεθείῃ.
Τῆς αὐτῆς γωνῆς ἕτερος βασιλεὺς βασιλεύσῃ,
Ὃς πάσης γαίης ἄρξῃ, καὶ σκῆπτρα κρατήσῃ·
Ἀρξῇ δ' αὐτοκέρασα, θεοῦ βουλῇσι μεγίστου,
Παῖδες καὶ παίδων τοῦτε γωνὴ ἀσταλάτων.
Ὡς γὰρ θέσφατόν ἐστι τετιλομένοιο χρόνοιο.
Ὁππόταν Αἰγύπτου βασιλεῖς τρὶς πέντε γωνίαι,
Ἐνθενόταν [42] Φοίνιξ ἐπέλθῃ πενταχρόνοιο,

Ex illo ſexta defuncti ætate Latini
Reges poſtremum vivent, & ſceptra relinquent.
In gentem ſed rex alius regnabit eandem,
Qui ſubiget terras omnes, & ſceptra tenebit,
Marte ſuo regnans (ea numinis alma voluntas)
Succedetque ejus ſtirps inconcuſſa nepotum.
Nam ſic in fatis fixum eſt vertentibus annis.
Ægyptus reges poſtquam ter quinque crearit,
Illinc cum Phœnicis aduenerit quini temporis

Hξ

41 Ἕκτη γωνῶν] Regius codex unica dictione ἑκτηγενέων; ſed hoc nihil eſt. Legendum mihi videtur ἕκτη γωνὴ, & intelligendum de regibus ante conſules Roma ejectis: quibus multo poſt ſucceſſit Julius Cæſar, & ſuo marte ſibi imperium acquiſivit. Cujus poſteritas ſimiliter regnans in Nerone defecit. *Idem.* Gallæi MS. legit pro γωνῶν γωνῆ.

42 Φοίνιξ] Verſus bene corruptus. Latine reddidi Græca verba, ſed abſque ullo ſenſu. Nunc lubens legerem, *φοινικόεν γ' ἐπέλθῃ πάσῃ χρόνοιο*, *Quando ſanguinarius omnia perva, erit tempore.* vt de Adriano, vel de Nerone intelligatur. De Adriano, quia in Ægypto, id eſt Romæ, quindecim Imperatoribus regno defunctis imperium obtinuit, ut eadem Sibylla ſupra pronunciaverat, & omnibus pacatis in extremo vitæ ſuæ tempore res Iudæorum penitus oppreſſit, Hieroſolymam adeundi licentia eis ablata. Euſebius in

Ἤξει πορθήσων λαῶν ἀφύλακτα φύλα,
Ἑβραίων ἔθνος, τότ' ἄρης ἄρεα προσνομάσει,
Ῥωμαίων ὑπέρπλον ἀπειλὴν αὐτὸς ὀλέσει
Ὤλετο δ' Ῥώμης ἀρχὴ τότε [43] πληθέουσα,
Ἀρχαίη πολέεσι θεμείλιόεσσιν ἀνασσα.
Οὐκέτι [44] νικήσεις τὸ πέδον Ῥώμης ἐρικυδὲς,
Ὁππόταν ἐξ Ἀσίης κρατέων ἔλθῃ σὺν ἄρηι
Ταῦτα δὲ πάντ' ἔξας, ἥξει [45] κρίπτων ἐς ἄστυ.

Ad gentes veniet diversas depopulandum
Hebræam gentem: tunc Mauros Marte premetur.
Is Romanorum perfringet tela, minasque.
Interiit florens Romana potentia quondam,
Urbibus hinc atque hinc positis regina vetusta.
Non jam Romanum lætum agrum deinde domabis:
Ex Asia quando veniet cum Marte potenti.
Omnibus his factis veniet sublimis in urbem.

[46] Τρὶς

Chron. de Nerone, qui juxta vaticinium Sibyllarum, truculentus iste à finibus terræ, ubi latuerat, rediturus erat, & Judæos, Romanos, omnes denique gentes subacturus: ut paulo ante diximus, & sequentia fidem faciunt. *Idem.*

43 Πληθέουσα] Utrumque scriptum exemplar exhibet πληθύουσα. *Idem.*

44 Νικήσεις] Forte legendum est δυνήσεις. *Idem.*

45 Κρίπτων] Nullibi reperio κρίπτω. puto tamen celeritatem denotari, quemadmodum ante dixerat φὴ πλήσσων ἄλμασι κύφων. Forte ῥιπὴν scriptum fuit, *cum impetu.* Urbs autem quam dicit, Roma est, quam Nero ex Asia reversus, perpetratis omnibus Antichristi facinoribus, subvertet, ut habet oraculum ante. De Antichristo enim & Neronis reditu potius locus intelligendus est, quam de clade orbi terrarum à Turca illata & cæde Ludovici Pannoniæ regis, uti voluit Joannes Langius in suis ad Justinum martyrem annotationibus, quod nec locus nec tempus congruant. *Idem.*

46 Τρὶς

46 Τρὶς δὲ τεσσαρακοντάκις καὶ τετρακοσίας καὶ ὀκτὼ

Porro quater decies complebis, terque trecentos

Πλη-

46 Τρὶς δὲ &c.] Romani imperii finis intelligendus est, cum Decius 26. Imperat. una cum filio suo cæsus est à Gothis, à quibus postea deletum est imperium Romanum: quo quidem Decio cæso, Romani Gothis pacisceute Gallo stipendium solverunt, quod antea fecerant nunquam, in quo capitis diminutio & imperii amissio intelligitur. Hoc autem accidit anno ab urbe condita millesimo tertio, qui numerus superat numerum à Sibylla positum numero quinquaginta quinque: cum illa dicat, Romam completuram esse annos nongentos quadragintà octo, qui numerus est literarum nominis Romæ in sermone Græco. Sed ante Decium res jam fuerat Gothis cum Romanis: & Romanorum imperium perire recte dicitur, cum Gothorum (à quibus victi fuerunt) incipit. Hæc annotaverat in sua editione Castalio. Sed mihi multum mira videtur, ut cum Augustino loquar, hæc opinantium tanta præsumptio. Nam ut mera conjectura est de Nerone Antichristo, sic levis suspicio de adventus ejus tempore & Romæ ruina è Græco nomine petita, quasi vero urbium interitus annorum numero significetur, qui ex ipsarum nomine resultat. Mihi itaque persuadere non possum tempus illud à Sibylla definitum fuisse, sed ab hariolo quodam excogitatum, cum veritati prorsus adversetur: id quod ex sequenti ratione liquet.

ρ	100
ω	800
μ	40
η	8

Nomen ω numeros habet 800

qui collecti efficiunt 948. totidem inquam annos ab urbe condita. Condita autem fuit anno mundi 4447. ut ex eo patet, quod, teste Eutropio & ejus Græco paraphraste Pæanio, Natus imperium ineunte annus urbis agebatur 850. qui mundi erat 5297. Quo posito initio, urbis an. 948. complebitur secundo Severi xviij. Romanorum imperatoris anno, quo Clemens Alexandrinæ Ecclesiæ presbyter floruit, hoc est anno Christi 197. mundi vero 5395. Atqui tum temporis Romæ nihil sinistri accidit, multo minus Nero è latibulo suo prodit. Ut merito versus isti suspecti sint, ac fortasse ad imitationem alterius oraculi Sibyllini efficti, quod in his libris non legitur, refertur autem à Dione in vita Tiberii ac Neronis, & à nobis in fragmentis. *Idem.* Leve argumentum Romam perituram cum numerum nominis sui compleverit.

ρ	100
ω	800
μ	40
η	8
	948

Romani imperii finis intelligendus est, cum Decius XXVI. imperator una cum filio suo cæsus est à Gothis, à quibus postea deletum est imperium Romanum: quo quidem Decio cæso, Romani Gothis, pacisceute Gallo, stipendium solverunt, quod antea fecerant nunquam. In quo capitis diminutio & imperii amissio intelligitur. Hoc autem accidit anno ab Urbe condita millesimo tertio, qui numerus superat numerum à Sibylla positum numero quinquaginta quinque: cum illa dicat, Romam completuram esse annos nongentos quadragintà octo, qui numerus est literarum nominis, Romæ in sermone Græco. Sed ante Decium res jam fuerat Gothis cum Romanis: & Romanorum imperium perire recte dicitur, cum Gothorum (à quibus victi fuerunt) incipit. Castalio.

Πληρώσεις λυκάβαντας, ὅταν σε διὰ τύμβοιο πέρησι
Μοῖρα, βιαζομένη, τεὸν ὄνομα πληρώσαντα.
Οἴ μοι ἐγὼ τείλαινα, πότ' ὄψομαι ἦμαρ ἐκεῖνο,
Σεῖο ποτὲ Ῥώμη, πᾶσιν δὲ μάλιστα Λατίνοις;
47 Κωμάζει βυλαῖσι τιὼ ἐγκρυφίαισι λοχείαις.
Ἀσίδος ἐκ γαίης ἐπὶ Τρωϊκὸν ἅρμ' ἐπιβάντα,
48 Θυμὸν ἔχων αἴθωνος. ὅταν δ' ἰσθμοῦ διακόψῃ,
Πασσαίνων ἐπὶ πάντας ἰὼν, πέλαγος διαμείψας,
Καὶ τότε θῆρα μέγαν μετελεύσεται αἷμα κελαινὸν.
Τὸν δὲ λέοντα ἔδωκε κύων ὀλέκοντα νομῆας.

Annos, atque octo, cum te pertingere metam
Triſtia fata, tuo completo nomine, cogent.
Hei mihi, quando illud tempus miſeranda videbo?
Roma tui quandoque, Latinis ſed mage cunctis
Comeſſatur conſilio occulto puerperio
Ex Aſia terra Troiæ portante quadriga,
Exardens animo: ſed poſtquam ruperit Iſthmum,
Adſpiciens omnes pelagus traiectus eundo,
Nigro invadetur tunc beſtia magna cruore.
Edidit & canis in paſtorum damna leonem.

47 Κωμάζει βυλαῖσι &c.] Verſus nullo ſenſu. reg. cod. refert βυλαῖσι τὸν ἐγκρυφίοισι. *Idem.*

48 Θυμὸν ἔχων &c.] Nam quod olim fruſtra tentaverat Nero, in reditu ſuo perfectum dabit. *Idem.*

49 Σκῆ-

49 Σκῆπτρα δ' ἀφαιρήσεσι, καὶ εἰς ἄϊδαο περήσει.
Ἠξει καὶ Ροδίοις κακὸν ὕστατον, ἀλλὰ μέγιστον.
Καὶ Θήβαισι κακὴ γε μοῖρ' μετόπιθεν ἄλωσις.
Αἴγυπτος δ' ἀπολεῖται ὑφ' ἡγεμόνων κακότητος.
Ὡς δὲ καὶ οἱ μετόπιθ' ἔφυγον βεγτοὶ αἰπὺν ὄλεθρον,
Τεὶς μακάρτατος ἔλθῃ, καὶ τετράκις ὄλβιος ἀνὴρ.
Ἔσται καὶ Ρώμη ῥύμη, καὶ Δῆλος ἄδηλος,
Καὶ Σάμος ἄμμος
Ὑστερον αὖ καὶ ἔπειτα γε τὰς Πέρσας κακὸν ἥξει.
Ἀνθ' ὑπερφιάλης ἀπολεῖται ὕβρεις ἅπασα.

Sceptra adiment autem, quin & penetrabit in Orcum.
Et Rhodijs veniet clades postrema, sed ingens.
Et Thebas manet exitium miserabile tandem.
Ægyptusque ducum vitio, culpaque peribit.
Et qui tum fugiet casus mortalis acerbos,
Is vir erit felix, is terque quaterque beatus.
Roma ruet. Delus nusquam deleta patebit.
Fiet arena Samus.
Postremo Persas quoque tangent funera tandem.
Ob tumidos fastus injuria cuncta peribit.

Καὶ

49 Σκῆπτρα &c.] Versus sequentes huc congesti sunt è supra dictis, vide Lactant. lib. 7. cap. 25. *Idem.*

Καὶ τότε ἁγνὸς ἄναξ πάσης γῆς σκῆπτρα κρατήσει
Εἰς αἰῶνας ἅπαντας, τὸν φθιμένους ἀναείρας.
Τοῖς Ῥώμη ὕψιστος ἄγοι οἰκτρὰ τότε μοίρα,
Πᾶσι δ' ἀνθρώποισιν ὄρος ἐπὶ τοῖσιν ὀλοῶται.
Ἀλλ' ἃ μὴ τελέσῶσιν, ὅκεν πολὺ λῷόν ἐσιν.
Ἀλλ' ὁπόταν δὴ πᾶσιν ἐπαυξήσῃ κακὸν ἦμαρ
Λιμῷ καὶ λοιμῷ, δυσαναχέτῳ τε κυδοιμῷ,
Καὶ τότ' ἔπειτ' αὖθις χρείων ἔμπαλιν ἔσται ὁ τλήμων,
Συγκαλέσας βουλὴν, βουλεύσεται ὡς ἀπολέσῃ.
Ξηρὰ μὲν αὐθήσουσιν ὁμῶς φύλλοισι φανέντα.
Οὐράνιον δ' ἔδαφος δείξει στερεῷ ἐπὶ πέτρῃ
Ὀμβρόν τε, φλεγμόν τε, πολύπνοιάν τ' ἐπὶ γαῖαν,

Tunc ſceptrum caſtus rex totius orbis habebit
Perpetuo, in vitam revocatis lumine caſſis.
Romaque ſublimis peraget tum triſtia fata.
Hoc autem cunctis humanis fine peribunt.
Sed non parebunt, quanquam præſtantius eſſet.
Sed cum longa dies accreverit aſpera cunctis,
Et famis, & peſtis, infrenatique tumultus,
Tunc iterum vera princeps miſerabilis ante
Coget conſilium quo pacto perdere poſſit
Sicca quidem foliis florebunt inde coortis,
In ſolidoque ſolum ſaxo cœleſte docebit,
Ignemque, & fulgur terris, & flamina denſa,

Καὶ

Καὶ προφύμων πληθὺν οἰῶν κτῆ γαῖαν ἅπασαν.
50 Ἀλλὰ πάλιν πρήξουσιν ἀναιδέα θυμὸν ἔχοντες,
Οὐ μιήμασι θεῶν δειδίοτες, οὔτ' ἀνθρώπων,
Αἰδοίων προλιπόντες, ἀναιδείῃσι δὲ θ' ἑλοῦσαι
Ἀσεβίῃσι τύραννοι, ἀμαίρτωλοί τε βίαιοι,
Ψεῦσαι, ἀπιστόφυλοι, κακοπρόφρονες, ὀδὲν ἀληθεῖς,
51 Πιστοπρεπεῖς, ψευδέσι λόγοις δύσφημα χέοντες.
Οὐδέ σφιν πλήθυσι κόρος ἔσται, ἀλλὰ ἀναιδῶς
Πλείονα συλλέξουσι, τυραννωθέντες ὁλοῶται.
52 Ἄφρα πεσεῖται πάντα θαλάσσης ἀντίπρωρα.

Sparsaque per totum mundum creberrima tela.
Sed rursum posito facient infanda pudore,
Non hominum veriti, non numinis ipsius iram:
Omne nefas proni patrare, pudoris inanes,
Crudeles, violenti, importunique tyranni,
Mendaces, falsi, perversi, perfidiosi,
Fœdifragi, falsis verbis infanda loquentes.
Quos nec opes ullæ satiabunt, pluraque quærent
Turpiter oppressi violenta fraude peribunt.
Sidera cuncta cadent, puppes maris

Πολλὰ

50 Ἀλλὰ πάλιν &c.] His simulia reperies libro primo. *Idem.*

51 Πιστοπρεπεῖς] Idem qui πιστίται supra. *Idem.*

52 Ἄφρα πεσεῖται &c.] Simile carmen lib. 2. exstat. *Idem.*

Πολλὰ μὲν ἑξῆς ἄστρα, καὶ ἀκτινόεντα κομήτην,
Ἀνθρωποι καλέουσι τὸν ἀστέρα πῆμα πόνοιο,
Πολλῷ ἐπερχομένῳ πολέμῳ, καὶ δηϊότητι.
Μή ποτ' ἐγὼ ζώην ὅτε ἡ [53] ἱλαρὴ βασιλεύσῃ,
[54] Ἀλλὰ τότ' ἐρανίη ὅταν ἡ χάρις ἐμβασιλεύσῃ,
Καὶ ὁπόταν παῖς πόθ' ἱερὸς [55] δολοφὼν ἁπάντων
Ἐξολέσῃ δεσμοῖς ὀλοόφρονα βύστον ἀνοίγων,
Αἰφνίδιος δὲ βροτεῖς ξύλινος δόμος ἀμφικαλύψει.
Αλλ' ὅταν ἡ δεκάτη χθονὰ δόμον ἄϊδος εἴσω,

Sidera multa deinceps, splendentemque cometam,
Appellant homines stellam mala significantem,
Imminet ut multum bellum, vastatio, strages,
Nolim vivere me tum cum ἱλαρὴ imperitabit:
Sed tum, gratia cum cœlestis regna tenebit.
Cumque aliquando puer sacer δολοφὼν ἁπάντων
Conficiet vinclis pandendo triste profundum,
Mortalesque domus concludet lignea statim.
Sed postquam decimum sub terras iverit ævum,

[57] Θη-

53 ἱλαρὴ] Non novi quæ sit ἱλαρή. an eadem quæ supra Βαρυή? Sed utrobique hæret aqua. Hesiodus similiter optat in ἔργοις & ἡμέρῃσι, ne interfit quinto hominum generi. *Idem.*

54 Ἀλλὰ τότ' &c.] Supra lib. 1. dixit sextam ætatem ἡρωϊκὴν vocari. *Idem.*

55 Δολοφὼν] Omnes libri δολοφών. forte κολοφών, id est, πέρας, Suida interprete, ut puer sacer, qui Christus est, dicatur finis & ultima linea rerum. *Idem.*

56 Θη-

[57] Θηλυτέρης μετέπειτα μέγα κρατῶ, ἢ κακὰ πολλὰ
Αὔξήσει θεὸς αὐτὸς, ὅταν βασιλήϊδα τιμὴν
Στεψαμένη τύχῃ, σύμπαν δ' ἔτος ἤπιος αἰὼν,
Ἠέλιος μὲν αὐχμηρὰ τέρχων [58] νυκτερινὰ φαάνῃ,
Λείψει δ' ἄστρα πόλον, πολλὴ δέ τε λαίλαπι γαῖαν
Γαῖαν ἐρημώσει, νεκρῶν δὲ ἀνάστασις ἔσται.
[59] Χωλῶν ἦ δρόμος ὠκύτατῶ, καὶ κωφὸς ἀκούσει,
Καὶ τυφλοὶ βλέψουσι, λαλήσουσ' ἀλαλέοντες,
Καὶ κοινὸς πάντεσσι βίος καὶ πλοῦτος ἐσεῖται.

Fœmineum imperium deinceps erit, & mala multa
Afferet ipſe Deus, quando regale decorum
Femina compta caput, *totusque annus mite ſeculum*
Et ſol nocturnis current cernetur in horis.
Sidera deficient cœlum, multaque procella
Terram vaſtabit: ſublati morte reſurgent:
Curſus erit rapidus claudorum: ſurdus & ipſe
Audiet, & cernent cæci, mutique loquentur,
Et communis erit vita omnibus

Γαῖα

57 Θηλυτέρης &c.] De mulieris imperio ante finem mundi regnaturæ cecinit alia item Sibylla ſupra. *Idem.*

58 Νυκτερινὰ] Forte legendum eſt νυκτερινὰ τέρχων αὐχμηρὰ φαείνῃ. *Idem.*

59 Χωλῶν &c.] Tres ſequentes verſus habet Lactantius lib. 4. cap. 15. ubi in ſecundo ſcribitur, καὶ χωλῶν δρόμος ἴσ' ἀκούσῃ. Sed verſus Lactantii membrana legit, καὶ χωλῶν δρόμος ἀκύτατος. Quorum ſententia verbis mutatis expreſſa quoque eſt à Sibylla lib. primi auctore. *Idem.*

Γαῖα δ' ἴση πάντων, ἀτείχεσιν, ἀφράγμοῖς,
Οὐδὲ μεριζομένη καρπὸς τότε πλείονας οἴσει.
Πηγὰς δ' ἡγλυκερὸν οἶνον, λευκόν τε γάλακτος,
Καὶ μέλιτος δώσει
Καὶ χείσιν ἀθανάτοιο θεοῦ
Αλλ' ὅταν ἀλλάξῃ καιρὸς θεὸς
Χεῖμα θέρους ποιῶν, τότε θέσφατα
Αλλ' ὅτε κόσμον ὄλωλεν

Terraque par cunctis, ſine muro aut ſepibus ullis,
Ne diviſa quidem fruges feret uberiores.
Et dulci vino fontes, alboque ſcatentes
Lacte & melle dabit
Iudiciumque Dei æterni
Tempora ſed poſtquam Deus immutarit
Æſtatem ex bruma faciens, tunc omnia
Sed cum mundum perdidit.

61 Ακρο-

69 Αλ' ὅταν &c.] Lactantius lib. 7. cap. 16. *Non erit hominibus promptum aut ſyderum curſus, aut rationem temporum agnoſcere: fiet enim vel æſtas in hyeme, vel hyems in æſtate.* Idem.

61 Ακρο-

[61] Ἀκροστιχὶς περὶ Χριστοῦ.

ΙΗΣΟΥΣ ΧΡΕΙΣΤΟΣ, ΘΕΟΥ. ΥΙΟΣ, ΣΩΤΗΡ, ΣΤΑΥΡΟΣ.

Acroſtichis de Chriſto.

JESUS CHREISTUS DEI FILIUS SERVATOR CRUCS.

[63] Ἱδρώσει ὁ χθὼν κρίσεως σημεῖον ὅτ' ἔσαι·

Iudicii ſignum tellus ſudoribus edet,

Hξει

[61] Ἀκροστιχὶς &c.] Hujus acroſtichidos ab Aldo & Giraldo olim editæ nulli veterum præter Auguſtinum & Euſebium meminerunt. Eandem tamen eruditi cenſent, quam Cicero viderit & legerit, ut colliguſt è loco lib. de divinatione ſecundi, quem ſupra præmiſimus. Sed quia de illo carmine Cicero dubitat, hæc ei Caſtalio reſpondet. Quod dicit Cicero, Sibyllam hominum temporumque definitionem callide ſuſtuliſſe, non vere dicit. Nam ea ad finem ſecundi libri aperte dicit, tum venturum eſſe illum regem immortalem toti orbi dominaturum, cum Roma Ægypto imperare cœpiſſet: Id quod accidit paulo poſt Ciceronem, ſub Auguſto, quæ religio jam hominum animos occupaverat, cum de reducendo in Ægyptum Ptolemæo ageretur (ut eſt in prima Familiarium epiſtolarum Ciceronis) qui Ptolemæus à Gabinio reductus eſt. Præterea in lib. 1. dicit, tum eum eſſe venturum, cum eſſet Joannes Baptiſta ab Herode occiſus. Joannem vocem quandam appellans in deſerto clamantem. Sed qualis futurus eſſet ille rex, neſciviſſe Romanos, ideo minus mirum eſt, quod ne Judæi quidem ſciverunt, putantes fore terreſtrem, cum futurus eſſet Divinus & cæleſtis, id quod ex Sibylla cognoſci poteſt, cum Deum vocat, & noſtra cauſa ſupplicio affectum. Quod autem dicit de Acroſtichide Cicero, male omnino colligit. Quaſi vero ſit difficilius Deo vates agitanti talia fundere carmina ex tempore, quam Ennio adhibito & tempore & diligentia. Hæc Caſtalio. Ego vero etſi lubens erudito doctorum virorum conſenſui ſubſcribo, duo ſunt tamen quæ aſſenſum inhibere poſſint. Primum quod Juſtinus Martyr, Theophilus Antiochenus, Athenagoras, Clemens Alex. & Firmian. Lactantius, crebri

bri Sibyllinorum oraculorum laudatores, ne verbo quidem hujus acroſtichidis uſquam meminerunt. Ac de prioribus quidem excuſatio forſan aliqua afferri poſſet, de poſteriore vero, hoc eſt Lactantio, quid dicemus, quatuor verſus, tribus libri 7 intervallis ſigillatim adducente, qui in hac acroſtichide perſcripti extant? Putamusne virum diligentiſſimum & adhibendis Sibyllæ teſtimoniis accuratiſſimum rem tanti ad gentilium ora obſtruenda momenti ſilentio fuiſſe præteriturum? immo audacter acroſtichidis ſeriem inverſurum, & auctoritatem ejus temere elevaturum? Nam qui verſus ordine octavus per ι incipit, ἰησοῦς, apud Lactantium per Τ præfixum ſcribitur τησοῦς. Deinde diſſenſio eſt inter Lactantium & Auguſtinum atque Euſebium de auctore iſtorum verſuum. Hi duo acroſtichidem Erythrææ tribuunt, ille verſuum quos citat auctorem aliam ab Erithræa expreſſe ponit. Sed & Auguſtinus ab Euſebio diſſidet in acroſtichidis titulo è verſuum capitibus proveniente. quod hic vocem σωτὴρ ſuperaddat, ille omnino non agnoſcat, neque in libro de civit. Dei, neque in oratione ad Catechumenos. Ita inquam, me dubitare faciunt: ſententiam ſuam forte interponent alii. Nunc afferam verba Auguſtini è lib. 18. de civitate Dei cap. 23. quibus acroſtichidem exponit: *Flaccianus Sibyllæ Erythrææ codice prolato oſtendit quodam loco in capitibus verſuum ordinem literarum ita ſe habentem, ut hæc in eo verba legerentur:* Ιησοῦς Χριστὸς Θεοῦ υἱὸς σωτὴρ, *quod eſt Latine, Jeſus Chriſtus Dei filius ſalvator. Hi autem verſus, quorum primæ literæ iſtum ſenſum, quem diximus, reddunt, ſicut eos quidam Latinis extantibus verſibus eſt interpretatus, hæc ſentiunt:*

Judicii ſigno tellus ſudore madeſcet.
E cælo rex adveniet per ſecla futurus:
Scilicet in carne præſens ut judicet orbem.
Unde Deum cernent incredulus atque fidelis
Celſum cum ſanctis, ævi jam termino in ipſo.
Sic animæ cum carne aderunt, quas judicet ipſe,
Cum jacet incultus denſis in vepribus orbis.
Rejicient ſimulacra viri, cunctam quoque gazam:
Exuret terras ignis, pontumque, polumque,
Inquirens tetri portas effringet Averni,
Sanctorum ſed enim cuncta lux libera carni
Tradetur, ſontes æternum flamma cremabit.
Occultos actus retegens, tunc quiſque loquetur
Secreta, atque Deus reſerabit pectora luci.
Tunc eris & luctus, ſtridebunt dentibus omnes.
Eripitur ſolis jubar, & chorus interit aſtris.
Volvetur cælum, lunaris ſplendor obibit,
Deficiet colles, valles extollet abimo.
Non erit in rebus hominum ſublime, vel altum.
Jam æquantur campis montes, & cærula ponti:
Omnia ceſſabunt, tellus confracta peribit.
Sic pariter fontes torrentur, fluminaque igni.
Sed tuba tunc ſonitum triſtem dimittet ab alto
Orbe, gemens facinus miſerum, varioſque labores,
Tartareumque chaos monſtrabit terra dehiſcens.
Et coram hic Domino reges ſiſtentur ad unum.
Decidet e cælis igniſque & ſulphuris amnis.

In his Latinis verſibus de Græco ut cumque tranſlatis, ibi non potuit ille ſenſus occurrere, qui ſit cum literæ quæ ſunt in eorum capitibus, connectuntur, ubi υ littera in Græco poſita eſt, quia non potuerunt verba Latina

Latina inveniri quæ ab eadem litera incipe-
rent, & sententiæ convenirent. Hi autem
sunt versus tres quintus, & octavus deci-
mus, & nonusdecimus. Denique si literas,
quæ sunt in capitibus omnium versuum con-
nectentes, harum trium quæ scriptæ sunt non
legamus, sed pro eis u literam, tanquam
in eisdem locis ipsa sit posita; recordemur,
exprimitur in quinque verbis, Jesus Chri-
stus Dei filius salvator: *Sed cum Græce hoc*
dicitur, non Latine. Et sunt versus viginti
& septem, qui numerus quadratum terna-
rium solidum reddit. Tria enim ter ducta
fiunt novem. Et ipsa novem si ter ducantur,
ut ex lato in altum figura conjungat, ad vi-
ginti septem perveniunt. Horum autem Græ-
corum quinque verborum, quæ sunt Ἰησοῦς
Χριστὸς Θεοῦ Υἱὸς Σωτὴρ, quod est Latine, Je-
sus Christus Dei filius salvator. *Si primas*
literas jungas, erit ἰχθύς, id est piscis, in
quo nomine mystice intelligitur Christus, eo
quod in hujus mortalitatis abysso velut in a-
quarum profunditate vivus, hoc est, sine
peccato, esse potuerit. Hæc autem Sibylla
sive Erythræa, sive, ut quidam magis cre-
dunt, Cumana, ita nihil habet in toto car-
mine suo, cujus exigua ista particula est,
quod ad deorum falsorum sive factorum cul-
tum pertineat; quinimo ita etiam contra eos,
& contra cultores eorum loquitur, ut in eo-
rum numero deputanda videatur qui perti-
nent ad civitatem Dei. Idem. De hac au-
tem Acrostichide fuse disseruimus in Dis-
sertationibus nostris. *Gallæus. Hanc A-*
crostichidem per omnia imitatus sum, præ-
terquam in ultima litera. Cum enim in Græ-
co sit Crux, ego verbo Latino destitutus, cu-
jus litera prima esset x, *posui Cruces, ut*
duab. literis quæ idem valeant, unam expri-
merem. Quod si in Græco pro ἰχθὺς ὁ σωτὴρ,
legeretur ἰχθὺς ὁ σταυρὸς, quod idem esset, ha-
beres pro σταυρὸς, id est crux, σταυρωτὸς, id
est crucifige. Sed de hoc nihil affirmare au-
deo. Videtur autem Cicero audivisse hoc de
Christo oraculum. Nam in lib. 2. de Divi-
natione, *de Sibyllæ carmine loquens, disse-*
rit his verbis: Sibyllæ versus observamus,
quos illa furens fudisse dicitur, quorum in-
terpres nuper falsa quædam hominum fama
in senatu dicturus putabatur, eum quem re-
vera regem habebamus, appellandum quo-
que esse regem, si salvi esse vellemus. Hoc
si est in libris, in quem hominem, aut in quod
tempus est? Callide enim quæ illa composuit,
perfecit, ut quodcunque accidisset, prædi-
ctum videretur, hominum & temporum de-
finitione sublata. Adhibuit etiam latebram
obscuritatis, ut idem versus alias in aliam
rem posse accommodari viderentur. Non esse
autem illud carmen furentis, cum ipsum
poëma declarat (est enim magis artis & dili-
gentiæ, quam incitationis & motus) tum
vero ea quæ ἀκροστιχὶς dicitur, cum deinceps
eximus versus literis aliquid connectitur,
ut in quibusdam Ennianis, quæ Ennius fecit.
Id certe magis est attenti animi, quam fu-
rentis. Atqui in Sibyllinis ex primo versu
sententiæ primis literis illius sententiæ car-
men omne prætexitur. Hoc scriptoris est,
non furentis: adhibentis diligentiam, non
insani. Quamobrem Sibyllam quidem sepo-
sitam & conditam habeamus, ut (id quod
proditum est majoribus) injussu Senatus ne
legantur quidem libri, valeantque ad depo-
nendas potius, quam ad suscipiendas religio-
nes. Cum antistitibus agamus, ut quivis
potius ex illis libris, quam regem proferant,
quem Romæ postea nec dii nec homines esse
patiantur. Hæc Cicero. Sed quod dicit, Sibyl-
lam hominum temporumque definitionem cal-
lide sustulisse, non vere dicit. Nam ea ad
finem secundi libri aperte dicit, tum venturum
esse illum regem tamen talem, toti orbi
dominaturum, cum Roma Ægypto imperare
cœpisset: id quod accidit paulo post Ciceronem,
sub Augusto, quæ religio jam homi-
num animos occupaverat, cum de revocando
in Ægyptum Ptolemæo ageretur (ut est in
prima Familiarium epistolarum Ciceronis)
qui Ptolemæus a Gabinio reductus est. Præ-
terea in lib. 1. *dicit, tum eum esse venturum,*
cum esset Joannes baptista ab Herode occisus:
Joannem vocem quandam appellans in de-
serto clamantem. Sed qualis futurus esset ille
rex, nescivisse Romanos. Ideo minus mirum
est, quod ne Judæi quidem sciverunt, pu-

Ἥξει δ' ἐξανόθεν βασιλεὺς αἰῶσιν ὁ μέλλων
Σάρκα παρὼν πᾶσαν κείνας, κ' κόσμον ἅπαντα.
Ὃν ψυχαὶ ὃ θεὸν μέρμηρες πιστοὶ καὶ ἄπιστοι,
Ὑψισον μὴ τῷ ἁγίων ἅμα τέρμα χρόνοιο,
Ἁρπάσουσι ψυχὰς ἀνθρώπων βήμασι κείνων·
Χέρσῳ ὅταν ποτε κόσμῳ ὅλῳ, καὶ ἅπαντα γένηται.
Ῥίψουσιν δ' εἴδωλα βροτοὶ, καὶ πλοῦτον ἅπαντα.

Exque polo veniet rex tempus in omne futurus,
Scilicet ut carnem omnem, ut totum judicet orbem.
Unde Deum fidi diffidentesque videbunt;
Summum cum sanctis in secli fine sedentem,
Corporeorum animas hominum quo judicet, olim
Horrebit totus cum densis vepribus orbis.
Reijcient & opes homines, simulachraque cuncta.

66 Ἐκκαύ-

rantes fore terrestrem, cum futurus esset divinus & cœlestis, id quod ex Sibylla cognoscere potest, cum Deum vocat, & nostra causa supplicio affectum. Quod autem dicit de Acrostichide Cicero, male omnino colligit: quasi vero sit difficilius Deo vates agitanti talia fundere carmina ex tempore, quam Ennio, adhibito & tempore & diligentia. Castalio.

62 ΧΡΕΙΣΤΟΣ] ΧΡΕΙΣΤΟΣ scripsi, quod id capita versuum apud Sibyllam & Eusebium Græca, apud Augustinum Latina postularent. *Oppsopœus.*

63 Ἰδρώσι &c.] Legunt alii *ἰδρώσι γ'*, & versu ab hoc tertio *πάσῳ*. *Idem.*

64 Σαρκοφόρον &c.] Discrepat ab Eusebiano, quem vide. *Idem.*

65 Ῥίψουσιν] Aldus *ῥίψωσί τ'*. Augustinus *Rejcient*. At Lactant. lib. 7. c. 19. *πτίψουσι δ'* non male: plus enim ponderis habet communui seu conteri simulacra quam rejici. *Idem*, MSS. codices variant ut ad Lactant. lib. Institit. 7. c. 19. notavimus. V. Betulejum pag. 423. b. & Isæum p. 358.

65 Ἐκκαύ-

[66] Ἐκκαύσει δ' τὸ πῦρ γαῖ', ἀέρνὸν, ἠδὲ θάλασσαν
[67] Ἰχνδίον. φλέξει δ' πύλας εἰρκτῆς ἀίδαο.
[68] Σὰρξ τότε πᾶσα βροτῶν ἐπ' ἀλωθείαν φάνήξει
Τῶν ἀγίων· ἀνόμους δ' τὸ πῦρ αἰῶνιν ἐλέγξει.
Ὁ πόσα τὶς πρᾶξας ἔλαθεν, τότε πάντα λαλήσῃ.
Σπίθεα γὰρ ζοφόεντα θεὸς φωτῆσιν ἀνοίξει.
Θρῖμός δ' ἐκ πάντων ἵξει, καὶ βρυγμὸς ὀδόντων.

Exuretque ignis terras, cœlumque, salumque:
Incendetque fores angusti carceris Orci.
Sanctorumque omnis caro libera reddita, lucem
Tunc repetet: semper cruciabit flamma scelestos.
Vtque quis occulte peccaverit, omnia dicet.
Sub lucemque Deus reserabit pectora clausa.
Dentes stridebunt, crebrescent undique luctus:

[69] Ἐκλεί-

66 Ἐκκαύσει] Omissus hic erat versus qui ex libro Morzi, Fuketii & Regiis schedis & ex editione Sibyllinorum carminum quam curavit Seb. Castalio ita supplendus est:

Ἐκκαύσει δὲ τὸ πῦρ γᾶν, ἀέρνὸν τ' ἠδὲ θάλασσαν
Ἰχνδίον.

Quanquam *ἰχνδίων* nolim legere in neutro. Omissum autem esse hunc versum docet vetus versio apud Augustin. lib. 18. de civit. Dei quæ sic habet:

Exuret terras ignis, pontumque polumque
Inquireus.

Porro versum illum Græcum ideo expunxerant quod tota Acrostichis absque illo stare videretur. nec animadvertebant in Acrostichide nomen Christi scribi cum diphthongo: quod cur factum sit nescio: Acrostichis tamen Latina id retinuit apud Augustinum. Sane veteres Græci nomen Christi octosyllabum faciebant, χρεστὸς scribentes cum Diphthongo, ut docet Irenæus lib. 1. cap. 10. *Valesius.*

67 Ἰχνδίων &c.] Aldus Giraldus *ἰχνδίων* pro *φλέξει*, alii *ῥήξει*: Euseb. *ῥήξετ*. *Opsopœus.*

68 Σὰρξ τότε &c.] Eusebius & Aldus *πατρῶν* pro *ἐρετῶν*. Idem & Giraldus versui sequenti *τοὺς ἀγίους*. Cum nostra lectione consentit Augustinus. *Idem.*

69 Ἐκλεί-

69 Ἐκλείψει ὃ φάος σέλας ἠελίοιο καὶ ἄστρων,
70 Οὐρανὸν εἰλίξει, μείνῃς δέ τε φέγγος ὀλεῖται.
71 Ὑψώσει δ' ἐφάραγγας, ὀλεῖ δ' ὑψώματα βουνῶν.
Ὑψος δ' οὐκέτι λυγρὸν ἐν ἀνθρώποισι φανεῖται.
Ἰσα τ' ὄρη πεδίοις ἔσαι. καὶ πᾶσα θαλασσα
72 Οὐκέτι πλωτὴ ἔσται. γῆ δὲ φρυχθεῖσα κεραυνῷ,
Σὺν πηγαῖς, ποταμοὶ δ' ἅμα χλάζοντες λείψουσι.

Et lux deficiet ſolemque, nitentiaque aſtra.
Involvet cœlos, & lunæ ſplendor obibit.
Foſſas attollet, juga deprimet ardua montes.
Impedietque nihil mortales amplius altum.
Longa carina fretum non ſcindet: montibus arva
Ipſa æquabuntur: nam fulmine torrida tellus,
Vnaque & ſicci fontes, & flumina hiabunt.

73 Σάλ-

69 Ἐκλείψει &c.] Hic verſus apud Euſeb. & Aldum, itemque in reg. codice ſic legitur ἐκλείψει σέλας ἠελίου, ἄστρων τε χορείαν, quo reſpexiſſe etiam Auguſtinum appatet. *Idem.*

70 Οὐρανὸν εἰλίξει &c.] Ita legitur in editione vulgata Sibyllinorum carminum, vetus quoque verſio hanc ſcripturam confirmat. ſic enim habet

Volvetur cœlum &c.

Ego tamen non dubito quin legendum ſit εἰλίξει, ſubauditur enim ἐκλείψει, quod paulo ante præceſſit. *Valeſius.* V. Betulejum pag. 414. & Lactant. noſtrum pag. 713.

71 Ὑψώσει &c.] Quæ hic ſtrictius, fuſius dicuntur ſupra & prorſus eadem ſunt cum his Eſaiæ 40 & Lucæ 3. πᾶσα φάραγξ πληρωθήσεται, καὶ πᾶν ὄρος καὶ βουνὸς ταπεινωθήσεται καὶ ἔσται τὰ σκολιὰ εἰς εὐθεῖαν, καὶ αἱ τραχεῖαι εἰς ὁδοὺς λείας. Opſoparæus.

72 Οὐκέτι πλωτὴ &c.] Euſeb. οὐκ εἰς πλοῦν. Aldus οὐκ εἰς πλοῦν ἐξῇ. Similis ſententia legitur ſupra. *Idem.*

73 Σάλ-

[73] Σάλπιγξ δ' ἐρανόθεν φωνὴ πολύθρηνον ἀφήσει,
[74] Ὠρύσσα μύσος μελέων, καὶ πήματα κόσμου.
[75] Ταρτάρεον ᾧ χάος τότε δείξει γαῖα χανοῦσα.
Ηξουσι δ' ἐπὶ βῆμα θεοῦ [76] βασιλῆες ἅπαντες.
Ρύσει δ' ἐρανόθεν ποταμὸς πυρὸς, ἠδέ τε θείου.
Σῆμα δ' ἔσται πᾶσι βροτοῖσι τότε, [77] σφραγὶς ἐπίσημος,
Τὸ ξύλον ἐν πιστοῖς, τὸ κέρας τὸ ποθέμμορον ἔσαι,

Sidereisque sono tristi tuba clanget ab oris,
Sultorum facinus mœrens, mundique dolores.
Et chaos ostendet, & tartara, terra dehiscens.
Regesque ad solium sistentur numinis omnes.
Undaque de cœlo fluet ignea sulphure mixto.
Atque omnes homines signum præsigne notabit,
Tempore eo lignum, cornu peramabile fidis,

Ανδρῶν

73 Σάλπιγξ &c.] Lactantius lib. 7. cap. 6. *Ac ne quid malis hominum terræque desit, audietur è cœlo tuba, quod hoc modo Sibylla denuntiat.*

Σάλπιγξ ἐρανόθεν (v. c. ἐρανόθι) φωνὴ πολύθρηνον ἀφήσει.

Itaque trepidabunt, & ad luctuosum illum sonitum contremiscent. Idem.

74 Ὠρύσσα &c.] Aliter legitur infra ex Eusebio. Giraldus μέλλον agnoscit pro μελέων. *Idem.* In Editione Castalionis hic versus ita scribitur:

Ὠρύσσα μύσος μελέων πήματα κόσμου.

Quam scripturam vetus versio confirmat apud Augustinum:

Sed tuba tunc sonitum tristem demittet ab alto
Orbe gemens facinus miserum variosque labores.

In codice Fuketiano scribitur,

Ὠρύσσα μέλος καὶ πήματα κόσμου.

Valesius.

75 Ταρτάρεον ᾧ &c.] Variat Lectio apud Lactant. qui hunc & sequentem versum citat, Institut. lib. 7. cap. 20. rectius in editione Sibyllinorum legitur πεπάρσει δὲ &c. V Betuleum pag. 424. a. & Isæum pag. 359. b. in notis.

76 Βασιλῆες] Aliter legitur inquit Opsopœus βασιλεῦσι.

77 Σφραγὶς &c.] Eusebii lectio differt, quem infra vide. σφραγίδα intelligit Betulejus, cujus in Apocalypsi mentio fit. *Idem.*

Ἀνδρῶν ἀσεβέων ζωὴ, [78] πρόσχομμα δ' ἀκόσμου.
[79] Υδασι φωτίζων κλητοὺς ἐν δώδεκα πηγαῖς.
[80] Ῥάβδῳ ποιμαίνων σιδηρείᾳ τε κράτησε.
[81] Οὗτος ὁ νῦν προγραφεὶς ἐν ἀκροστίχισιν θεὸς ἡμῖν,

Σωτὴρ

Oppositus mundo casus, sed vita piorum,
Respergendo lavans duodeno fonte vocatos,
Compescetque pedo ferrata cuspide gentes.
Rex tibi nunc nostris descriptus in ordine summo
Versibus, hic noster Deus est, nostræque salutis

78 Πρὸς κόσμου &c.] Alii πρὸς κοσμοῦντι. In versu ab hoc altero alludo est ad Psalm. 2. ποιμανεῖς αὐτοὺς ἐν ῥάβδῳ σιδηρᾷ. *Idem.*

79 Ὕδασι &c.] In editione Sibyllinorum carminum legitur κλητὰς quod magis placet, tum quia vocem πηγὰς jam paulo ante posuit, tum quia non recte dicerentur fideles illuminati per baptismum, neque enim fideles illuminantur baptismo, sed potius gentiles qui ad fidem vocati sunt. Postquam autem illuminati fuerint per sacrum lavacrum, tunc demum fideles dicuntur: porro duodecim fontes, designant ut opinor 12 Apostolos. *Valesius.* Quis autem credat 12. Apostolos Sibyllis innotuisse. *Gallæus.*

80 Ῥάβδῳ &c.] Recte Betuleius annotavit, Sibyllam alludere hic ad Ps. 2. in quo dicitur ποιμανεῖς αὐτοὺς ἐν ῥάβδῳ σιδηρᾷ. Ex quo apparet verum esse id quod supra ex Gregorio Naz. observavimus; Sibyllam, seu quisquis Sibyllina conscripsit carmina, ex sacris libris multa desumpsisse. Itaque non dubito quin hi versus, ut jam dudum monuit Cicero, non à Sibylla Vatidico furore percita editi, sed attento animo conscripti sint à quopiam sub Sibyllæ nomine.

81 Οὗτος ὁ νῦν &c.] Hos duos versus corruptos citat Eugubinus lib. 1. cap. 22. perennis philosophiæ. Regius codex habet ἀκροστίχιοι; alii ἀκροστιχίοις; rectius ἀκροστίχισιν. Opsopœus. *Acrostichia*, in *Constitut. Apostol. Alius quidem Psalmos David canat, populus vero initia versuum, quæ dicuntur* Acrostichia, *succinat.* Ἀκρόστιχις enim *initium versuum* significat. V. Cœl. Rhodiginum *Antiqq. Lectionum* l. 13. c. 39. & Macrum *Hierolexic.* De *Acrostichide* Sibyllina JESU CHRISTI nomen præferente, quam visam Ciceroni & in suos libros translatam refert Eusebius, V. judicium Casauboni *Exercitat.* 1. §. 10. & Tobiæ Pfanneri, *in System. Theologiæ Gentilis puriorisc.* 1. §. 10. Meminit certe, præter Dionysium lib. 4. Cicero *de Divinat.* lib. 2. ἀκροστιχίδων, in Sibyllinis carminibus obviarum; quæ quanquam in falsitatis suspicionem argumentumque trahi soleant, à crimine tamen isto certe Christiani alieni, quos Ciceronis ætas nondum habuit:

Σωτὴρ ἀθάνατος, βασιλεὺς, ὁ παθὼν ἕνεχ' ἡμῶν,
Ὃν Μωσῆς ἐτύπωσε, τετρτείνας ὠλένας ἁγνὰς,
Νικῶν τὸν [82] Ἀμαλὴκ πίστει, ἵνα λαὸς ἅπαγνος

Conditor æternus, perpessus nomine nostro
Sincera hunc Moses expressit brachia tendens,
Vi fidei vincens Amalec, ut discceret esse

Exlex-

habuit: qua ratione illorum cadit argumentum, qui pia fraude istiusmodi carmina à Christianis supposita fuisse contendunt. Memorabilis autem inprimis *Acrostichis* illa, quam ex Carminibus Sibyllæ Erythrææ de Judicio extr. Eusebius affert, de *Vita* Constantini lib. 5. sive *Orat. ad Cæt. Sanctor.* cap. 18. & Augustinus *de Civ. Dei* lib. 18. cap. 23. *sic sonans*: In hac *acrostichide*, ex primis versus cujusque literis, componuntur hæc verba ΙΗΣΟΥΣ ΧΡΙΣΤΟΣ ΘΕΟΥ ΥΙΟΣ ΣΩΤΗΡ; ut Christophorsonus, Eusebii interpres, felicior isto, cujus interpretatione usus Augustinus est, congruarum literarum vocibus versum quemque inchoans, Valesius item, reddidere, JESUS CHRISTUS DEI FILIUS SERVATOR. Ex quarum quinque vocum initialibus literis, alia ἀπὸ μέρους oritur, ΙΧΘΥΣ i. e. PISCIS: quo nomine mystice Christum intelligi, Augustinus monet d. l. V. *ibid.* Leonh. Cocquejum: eo quod in hujus mortalitatis abyssio, velut in aquarum profunditate, sine peccato esse potuerit, quemadmodum nihil salsedinis à marinis aquis piscis affricatur V. omnino Pfannerum ubi *supra*. *Hofmannus.*

82 Ἀμαλὴκ] *Amalech*, Lat. *populus lambens*; vel ex Ebræo & Syro, *populus percutiens*; Filius Eliphaz ex Thamna concubina, Gen. 36. Erat autem nepos Esau. A quo *Amalechitæ*, pars Idumæorum, vicini Judææ, versus meridiem, maledictioni divinitus destinati, Vid. Gen. 36. Exod. 17. Deuteron. 25. Jos. 14. 1. Reg. 15. 1. Paralip. 12. Joseph. lib. 2. capite 1. Stephano Ἀμαληῖται qui ἔθνος Ἑβραϊκὸν vocat. De his Josephus *Ant.* 3. 2. Τῶν δὲ τοῦ Ἑβραίων ἐνόμου, ἓν πολλῷ καὶ πάντας ἀφθονωμένου, τὸ δὲ σῶμα αὐτῶν λεπτὸν φαινόμενον, τὸ φόβου συνέβαινε τὰ μικρὰ τῆς ἐπιχειρήσεως εἶναι. Καὶ στρατοπέδοις τοῖς ἀλλήλοις παρεκβαλεῖν ἀμύνειν, τὸ περιφθαρῆναι τοὺς ἄνδρας ἀφθόνως. Εὐόχλησεν ὁ τοῖς τότε ἐπάρχοις, οἱ τὸ τῶν Γοβελίτων, καὶ τῶν Πέτραν κατοικούντες, οἱ καλούμενοι μὲν Ἀμαληῖται, μαχιμώτατοι δὲ τῶν ἐθνῶν ὑπῆρχον. Hanc Amalechitarum in Israelem cum vicinis conjurationem innuit Psalmista, Ps. 83. Quam sic in Paraphrasi sua expressit *Vir doctissimus undiquaque* Dionysius Petavius:

Σοὶ γὰρ ἐν ὑπὸ φρενὸς μυσὶν πολεμίζειν
Ἀνδρῶν ἐφράσσατο, ἐς ἀλλήλας τε τάμοιεν
Οὐκί, ἴδωμαίων τε ἐπὶ κλισίῃσι φάλαγγες
Ἀμφ' αὐτὴν σάμιναν, Μωαβιτάς τε μαχητὰς
Ἠδὲ πλαίτης Ἀγαρηνὸς, ἰσὶ ἔφημος Γεβαλίτης.
Σύν τ' Ἀμμανιάδαις Ἀμαληκιάδαις μετεχόμενοι.
Ἠδὲ Παλαιστίνοι κραδίῃσι σίχες ἀσπιστῆρες,
Καὶ Τύρον ἀφνειὸν ἀλιαρκέα τῶν τροφέες.

Ἐκλεκτὸν πατρὶ λαῷ, καὶ τίμιον εἶναι,
[83] Τὴν ῥάβδον Δαβὶδ, ἣ τὸν λίθον εἰς ὃν ἔπεσε,
Εἰς ὃν ὁ πιστεύσας ζωὴν αἰώνιον ἕξει.
Οὐδὲ γὰρ ἐν δόξῃ ἄλλως
[84] Οἰκτρὸς, ἄπιστος, ἄμορφος, ἐν οἰκτροῖς ἐλπίδα δώσει.
Καὶ φθαρτῆς σαρκὸς μορφῆ

Electum patri populus, magnoque in honore,
Davidis virgam, lapidem in quo constitit: in quo
Cui sua spes posita est, is in omnia secula vivet.
Non aliter siquidem in decore
Probrosus, misere deformis, spem tamen addet.
Et forma carnis perituræ

[85] Οὐ-

Jacobus Duportus, Græcorum Poëtarum nostri seculi ὀχ' ἀριστος:

Σὺν γὰρ βαλδίοισι, ὁμόφρονα θυμὸν ἔχουσι,
Συνθεσίας καὶ σεῖο καὶ ὅρκια πιστὰ πεσόντες.
Ἀντία σὰ κλιτῖρσιν ἰὼν σφετέρῃσιν ἀγαυὸν,
Ἰδουμαῖοι ὁμῶς, Ἰσμαήλειό τε παῖδες,
Μωαβῖται ἀγαυοὶ, ὑπερφίαλοί θ' Ἀγαρηνοὶ.
Οἵ τε Γεβαλοι ἔχον, καὶ ἀγήνορες Ἀμμωνῖται.
Σὺν δὲ Ἀμαληκῖται, σὸν μὲν πεπεμένον ἦθος,
Οἵ τε Παλαισίνης συναὸν πίδον ἀμφινέμοντο,
Οἱ Τύροι ὑγυγίῳ τ' ἔχον ναυσίκλυστοι ἄνδρες.

Et ante utrumque Apollinarius.

Ἀντίκα δ' ἰχθύοφοι κεκομήκασι ἰσπίψαυθ',
Συνθεσίῃ καλέσαυθ', Μάκαρ, σέο πιστώσαυθ'.
Ἰδουμαῖον φῦλα, καὶ υἱὲς Ἰσμαήλου,
Τοῖσιν ὁμῶς Μωᾶβ, ὑπερφίαλοί τ' Ἀγαρηνοί.
Ἄμμωνες, Γέβαλοί τε καὶ υἱὲς Ἀμαλήκου,
Ἀλλοδαποί θ' ἁλίοισιν ἀμ' ἐγκοίλοις Τυρείοισι. *Idem.*

83 Τὴν ῥάβδον &c.] Ex S. literis hæc & sequentia esse desumpta, ideoque non esse Sibyllæ prædictiones, constat ex eo, quod ipsa S. Scripturæ verba allegentur. *Gallæus.*

84 Οἰκτρὸς &c.] Telestichium hujus è Lactant. libro 4. cap. 16. suppletum est, in quo vetus Cl Putcani membrana à communi lectione differt, ut ex interpretatione addita colligitur, *in' οἰκτροῖς ἐλπίδα δώσει, ut miseris spem præbeat. Oppraus.*

85 Οὐ-

[85] Οὐράνιον δ' ὤστει, καὶ
[86] Ἄνθρωπον πλασθέντα θεῦ παλαμαῖσιν ἐν αὐταῖς,
Οὐκ ἐπλάνησεν ὄφις δολίως, ἐπὶ μοῖραν ἀπελθεῖν
Τοῦ θανάτου, γνῶσίν τε λαβεῖν ἀγαθοῦ τε κακοῦ τε,
Ὡς ἐθεὸν θνητοῖσι λατρεύειν [87] ἔθνεσι θνητοῖς.
[88] Αὐτὴν γὰρ πρώτιστα λαοὺς σύμβουλον ἀπ' ἀρχῆς,

Cœlestem dabit
Atque hominem manibus conformatum omnipotentis,
Cui vafer imposuit serpens, ut mortis abiret
In fatum, sciretque bonumque malumque quid esset,
Omissoque Deo serviret morte caducis.
Hujus consilio namque olim primitus usus,

Εἶπεν

85 Οὐράνιον] *Apud Lact.* l. 2. c. 13. *hæc aliter leguntur, quæ ut conferri promptius possint subjiciam:*

Ἄνθρωπον πεπλάσθαι θεῦ παλάμαις ἐν αὐταῖς,
Ὃν τε πλάνησεν ὄφις δολίως ἐπὶ μοῖραν ἀπελθεῖν
Τοῦ θανάτου, γνῶσίν τε λαβεῖν ἀγαθοῦ τε κακοῦτε. *Betulejus.*

86 Ἄνθρωπον] Tres priores refert Lactantius lib. 11. cap. 13. *Mors secuta est hominem secundum Dei sententiam: quod etiam Sibylla in carmine suo docet, dicens;* ἄνθρωπον πεπλάσθαι, &c. manuscriptus Lactantius habet ἄνθρωπον πλασθέντα. & ubi vulgata exemplaria Lactantii ὅτι τι, idem ὅτ' αὖ. Eosdem versus leges lib. 1. Oracul.

87 Ἔθνεσι θνητοῖς] Regius codex ἤθεσι θνητοῖς, id est, *animalibus*, ut istud vocabulum sumitur apud Homerum & Aristotel. vel eo sensu quo supra δυσήθεσιν ἀνθρώποις ἤθεσι κόσμου, moribus mundanis. *Idem.*

88 Αὐτὴν γὰρ &c.] Huc respexit Lactantius lib. 4. cap. 6. *Idcirco illum Trismegistus δημιουργὸν & πατρὸς dixit, & Sibyllæ σύμβουλον appellat, quod tanta sapientia & virtute sit instructus à Deo patre, ut consilio ejus & manibus uteretur in fabricatione mundi.* August. in orat. contra 5. hæreses: *Alio loco filium Dei σύμβουλον appellat Sibylla, id est, consilium vel consiliarium. Et Prophæta dicit: Vocabitur nomen ejus admirabilis, consiliarius, Deus fortis, pater futuri seculi.* Similia hisce habes infra. *Idem.*

Εἶπεν ὁ παντοκράτωρ, ποιήσωμεν [89] τέκνον ἄμφω
Εἰκόνα ἐξ ἰδίης, ἀπομαξάμενοι βροτὰ φῦλα.
Νεῦ μὴν ἐγὼ χερσὶν, σὺ δ' ἔπειτα λόγῳ θεραπεύσεις
Μορφὴν ἡμετέρην, ἵνα κοινὸν ἀνάσσαμα δῶμεν.
Γνώμης δ' ἐν ταύτης μεμνημένος εἰς κρίσιν ἥξει,
Ἀντίτυπον μίμημα φέρων εἰς παρθένον ἀγνὴν,
Ὑδατι φωτίζων διὰ [90] πρεσβυτέρων ἅμα χειρῶν,
[91] Πάντα λόγῳ ῥέξασαν, πᾶσαν νόσον θεραπεύων.
[92] Τοὺς ἀνέμους παύσει τε λόγῳ, σοφίσει δὲ θάλασσαν

Sic ait omnipotens: Faciamus imagine, fili,
Ambo de propria mortalia semina ducta.
Nunc ego curabo manibus, tu denique nostram
Effigiem verbis, ut opus commune struamus.
Ergo ad judicium veniet dicti memor hujus,
Persimilem formam portans in virginis alvum,
Collustrans lympha manibus senioribus omnes.
Cuncta jubens faciet, morboque medebitur omni.
Pacabit ventos dicto, sternetque profundum

Mau-

89 Τέκνον] Forte legendum est τέκνω. *Idem.* Hæc & sequentia non sunt à Sibylla prædicta, sed ex Scripturis desumpta, ipsissima enim ibi verba leguntur. *Gallæus.*

90 Πρεσβυτέρων] Aliter legitur πρεσβυτάτων. *Opsopœus.*

91 Πάντα λόγῳ &c.] Lactantius l. 4. cap. 15. *Hæc omnia non manibus aut aliqua medela, sed verbo ac jussione faciebat, sicut etiam Sibylla prædixerat:* πάντα λόγῳ ῥέξασαν πᾶσάν τε νόσον θεραπεύων. *Nec mirum, quod verbo faciebat mirabilia, cum ipse esset Dei verbum, cœlesti virtute ac potestate subnixum.* Idem.

92 Τοὺς ἀνέμους &c.] Duo hi versus extant apud Lactant. lib. 4. cap. 15. in quorum priore scribitur σοφίσει δὲ. *Idem.*

93 Et

Μαινομένῳ, ποσὶν εἰρήνης πίσει τε πατήσας.
[93] Εἰς ἐμπτύσματα φαρμακόεντα παρειὰς αὐτοῦ
Δώσει, κ' εἰς μάστιγας ἁπλώσει θ' ἁγνὸν νῶτον.
[94] Αὐτὸς γὰρ κόσμῳ παρθένον ἁγνὴν ὤπασε θνητοῖς.
[95] Καὶ κολαφιζόμενος σιγήσει, μή τις ἐπιγνῷ
Τίς, τίνος ὢν, πόθεν, ἦλθεν ἵνα φθιμένοισι λαλήσῃ.
Καὶ στέφανον φορέσει τὸν [96] ἀκάνθινον. ἐκ γὰρ ἀκανθῶν

Insanum, placidis pedibus calcando fideque.
Ad virosa genas præbebit sputa pudentes,
Verberibusque sacrum tradet proscindere tergum.
Virginem enim castam tradet mortalibus ipse.
Perque feret tacitus colaphos, ne forte sciatur
Quis sit, cujus sit, mortalibus unde locutum
Venerit: horrentemque feret de vepre coronam.

Τὸ

93 Εἰς ἐμπτύσματα &c.] In regio cod. manifesta defectus nota legitur tantum ἐμπτυσματα φαρμακόεντα. Aliis exemplaribus usus videtur Lactantius, aut sal em alio ordine perscriptis. Nam lib. 4. cap. 18. hos recitat versus:

Εἰς αὐάων χείρας τε σιάλοις ὕβρει πλήξει.
Δώσουσι δ' ἠπεδανὰ χερσὶν ἀνάγνοις,
Καὶ τένοντι μιαρῷ τὸ πάτασμα φαρμακόεσσα.
Δώσει δ' εἰς μάστιγας ἁπλοῦς ἁγνὸν τότε νῶτον.

Equibus duo priores paulo post sequuntur. Et certe plane confusi sunt hujus & sequentis paginæ versus, sed à pio lectore ad historiam miraculorum & passionis Christi attento facile in ordinem redigi possunt. Multo concinniores sunt lib. 1. verbis quidem variantes, sed sensu concordantes. *Idem.*

94 Αὐτὸς γὰρ &c.] Videtur Castalioni translatitius, nec immerito. *Idem.*

95 Καὶ κολαφιζόμενος] Sequentes tres referuntur à Lactantio lib. 4. cap. 18. in quorum altero legitur, τίς λόγος, ἢ πόθεν quam lectionem Augustinus confirmat loco mox producendo. *Idem.*

96 Ἀκάνθινον &c.] Lactant. lib. 4. cap. 26. *Corona spinea capiti ejus imposita, id declarabat, fore ut divinam sibi plebem de nocentibus congregaret.* Et mox: *Electi ergo ex gentibus sanctum Dei caput cingimus, &c.* Idem.

97 Πρὸς

Τὸ σέφος ἐκλεκτῷ ἁγίων αἰώνιον ἥξει.
Πλευρά τε νύξουσι καλάμῳ διὰ τὸν νόμον αὐτῶν.
Ἐκ καλάμων γὰρ σειομένων ὑπὸ πνεύματος ἄλλο,
[97] Πρὸς κέαλα ψυχῆς ἐτράφη ὀργῆς καὶ ἀμοιβῆς.
[98] Ἀλλ' ὅτε ταῦτά γε πάντα τελειωθῇ, ἅπερ εἶπον,
Εἰς αὐτὸν τότε πᾶς λύεται νόμος, ὅσσις ἀπ' ἀρχῆς
Δόγμασιν ἀνθρώπων ἐδόθη, διὰ λαὸν ἀπειθῆ.
[99] Ἐκπετάσει δ' χέρας, καὶ κόσμον ἅπαντα μετρήσει.
[100] Ἐκ δ' ἄρτων ἅμα πέντε, καὶ ἰχθύος εἰναλίοιο

Nam ſanctis veniet de vepre æterna corona
Lectis: tum calamo compungent ilia, legis
More ſuæ: ex calamis etenim quos concutit aura,
Ad lites animi ſeſe ira vindice vertit.
Verum cum fuerint quæ dixi cuncta peracta,
Solvitur omnis lex in eum, quæ tradita quondam
Eſt placitis hominum, ob populum non morigerantem.
Expandetque manus, totum metetur ut orbem.
Panibus & quinque, & binis ex piſcibus olim

Au-

97 Πρὸς κέαλα &c.] Regius codex ἐτράφη, quemadmodum legit Caſtalio. *Idem.*

98 Ἀλλ' ὅτε &c.] Citantur hi à Lactantio lib. 4. cap. 17. ubi in futuro eſt λύσῃ. *Idem.*

99 Ἐκπετάσει &c.] Fere idem legitur poſtea. Lactant. lib. 4. cap. 26. *Extendit ergo in paſſione manus ſuas, orbemque dimenſus eſt*, &c. Idem.

100 Ἐκ δ' ἄρτων &c.] Lactant. l. 4. cap. 15. ſic legit: εἰς ἄρτους ἅμα πέντε καὶ ἰχθύσι δυσὶν. Scriptus tamen Lactantii cod. facit pro Sibyllina lectione. In tertio verſu Lactant. μετ' pro ἅμα: in quarto πολλῶν pro λαῶν, quod tamen vetus membrana agnoſcit, cum interpretatione, *in ſpe populorum.* Similia de miraculis & paſſione Domini habuimus ſupra ſermone 1. & 6. *Idem.*

101 Πάν-

Ανδρῶν χιλιάδας ἐν ἐρήμῳ πέντε χορέσῃ.
Καὶ τὰ περισσεύσαντα λαβὼν ἅμα κλάσματα πάντα,
Δώδεκα πληρώσῃ κοφίνους εἰς ἐλπίδα λαῶν.
Καὶ καλέσῃ ψυχὰς μακάρων
Οἳ καλὸν ἀντὶ κακοῦ χλωαζόμφροι
Τυπτόμφροι, μαστιζόμφροι, πενίων ποθέοντες.

* * *

Πάντα νοῶν, καὶ πάντα βλέπων, καὶ [101] παντὸς ἀκούων,
Σπλάγχνα κατοπτεύσει, καὶ γυμνώσει σοφὸς ἔλεγχον.
Αὐτὸς γὰρ πάντων ἀκοὴ, καὶ νοῦς, καὶ ὄρασις,

Millia quinque virum in desertis exsaturabit.
Quin & fragmentis collectis relliquiarum
Bis senos cophinos (ut sit sperare) replebit,
Felicesque animas dicet
Qui mala derisi pensant bono
Concisi flagris, & paupertatis amantes.

† † †

Cuncta sciens, spectans, auscultans intima prorsus,
Viscera perscrutans nudabit, ut arguat: ipse
Cunctorum auditus, mens, visus, sermo creator
Καὶ

[101] Παντὸς ἀκούων &c.] Aliæ editiones, πάντα ἀκούων. Sunt autem hæc ex Psalmis desumpta. *Idem.*

Καὶ λόγῳ ὁ κτίζων μορφὰς, ᾧ πάνθ' ὑπακούει,
Καὶ νέκυας σώζων, πᾶσαν ᾗ νόσον θεραπεύων,
[102] Εἰς ἀνόμων χεῖρας καὶ ἀπίστων ὕβριν ἥξει·
Καὶ δώσουσι θεῷ ῥαπίσματα χερσὶν ἀνάγνοις.
[103] Εἰς ᾗ βρῶμα χολὴν, καὶ πεῖν ὄξος ἔδωκαν.
[104] Τῆς ᾗ φιλοξενίης ταύτης πόσιν τε τράπεζαν.
[105] Ναὸς χιτὼν καταπέτασμα, καὶ ἥμαλυ μέσῳ

Formarum, omnia cui parent, qui morte ſolutos
Servat, qui morbo cujus curando medetur.
Hunc tandem nactæ ſceleratæ & perfidioſæ
Contundent alapis palmæ (proh crimina!) divum.
Felle fames ejus, ſitis illudetur aceto.
Hanc apponet ei gens ſcilicet hoſpita menſam,
Scindetur templi velum, mediumque diei

[106] Νὺξ

102 Εἰς ἀνόμων &c.] Hi duo non ſtant ſuo loco, ut è Lactant. lib. 4. capite 18. ſupra allegato apparet. *Idem.*

103 Εἰς ᾗ βρῶμα &c.] Lactantius profert lib. 4. cap. 18. & David Pſal. 69. *Dederunt in eſcam meam fel, & in ſiti mea potum mihi dederunt acetum.* Idem.

104 Τῆς ᾗ &c.] Aliter legitur ἀφιλοξενίης ταύτην δεξιτο. *Idem.*

105 Ναὸς χιτὼν &c.] Adjice articulum τὸ, ut in tertio loco ſit proceleuſmaticus, in vulgatis Lactantii libris cap. 19. libro 4. eſt ναὸς ᾗ χιτὼν πέπασμα: in ſcripto opt. notæ, ναὸς ᾗ χιτὼν τὸ πέπασμα. *Idem.* Duo erant in tabernaculo teſtimonii ac poſtea in templo Hieroſolymitano vela ſive aulæa. Unum vocabatur *exterius*, quod dividebat atrium à ſanctuario; alterum vero *interius*, quod ſanctuarium dividebat à ſancto ſanctorum Exod. 26. v. 31. & ſeqq. Dubitatur igitur, de quo velo Evangeliſtæ hic loquantur. Hieron. in capite 27. Matth. & quæſt. 8. ad Hedib. intelligit de velo exteriore, quod Hebræis dicitur מָסָךְ *Mihi* (inquit) *videtur in paſſione Domini illud velum fuiſſe conſciſſum, quod in tabernaculo & in templo foris poſitum fuerat & appellabatur exterius.* Eadem etiam eſt Origenis ſententia, qui propter convenientiam allegoriæ, quam ſectatur, maluit veli exterioris quam interioris ſciſſionem amplecti. Sed Cyrillus lib. 12. in Johan. cap. 37. & alii rectius ſtatuunt de velo interiori, quod Hebræis dicitur פָּרֹכֶת Evangeliſtarum verba accipienda eſſe. Cum enim ſine determinatione

106 Νὺξ ἔσαν σκοτέοσα πελώριος ἐν τρισὶν ὥραις.

Nox tenebrosa tribus premet admirabilis horis.

Οὐκέτι

natione dicant, velum templi fuisse scissum, utique convenit de velo nobiliori ac principaliori, cui καλ' ἐξοχὴν hæc appellatio convenit, illud accipere. Et hæc sententia magis congruit significationib. hujus miraculi paulo post enumerandis, siquidem consciso isthoc velo, quod ante sanctum sanctorum oppansum erat, cuivis ad arcam testimonii intuitus patebat. Hoc ergo miraculum proprie spectabat Sacerdotes, ab illis enim in sanctuar. sacrificant. non a. à populo in atrio stanti velum illud videbatur, ac quia fuit tempus Paschatos, inde apparet multos Sacerdotes tum fuisse in templo præsentes, maxime quia erat hora nona precibus publicis & sacrificiis destinata. Quidam suspicantur utrumque velum fuisse scissum, sed cum Evangelistæ unius duntaxat mentionem faciant, ideo non potest id certo affirmari. *J. Gerardi.*

106 Νὺξ ἔσαν &c.] Cæterum tenebras illas non fuisse naturales, *nec ex Canonico siderum cursu accidisse* (ut loquitur Augustinus lib. 3. de civ. Dei cap. 15.) ex multis argumentis & circumstantiis colligitur. Hora quinta ejusdem diei, quo Christus passus est & Sol obscuratus, hoc est, hora undecima Judaica visum est Hierosolymis naturale deliquium Lunæ ad septem digitos, h. e. ultra dimidiam partem obscuratæ, duravitque usque ad dimidiam octavam vespertinam eodem scil. tempore, quo Judæi manducabant agnum paschalem, hæc eclipsis quia fuit naturalis, non est ab Euangelistis annotata. Sed eclipsis illa solaris, cujus mentionem faciunt Euangelistæ, fuit multis modis miraculosa. 1. ratione causæ. Si statuatur, interpositionem Lunæ inter Solem & terram Eclipsi huic causam dedisse, quod restatur Dionysius, αὐτόπτης, tunc vere συνοδομὴ & concursus quidam miraculorum in ea occurrit. Solennitas Paschatis Judaici celebrabatur Luna decima quarta, juxta legem Exod. 12. v. 6. Luna a. decima quinta juxta Judæorum traditionem, h. e. in plenilunio, quando Luna fere est è regione Solis, sed interpositio Lunæ inter Solem & terram, eandemque consequens naturalis Solis defectio non nisi *in fine Lunæ* contingit, ut loquitur August. d. l. sive ut nos solemus loqui, eclipsis Solis naturalis non solet fieri nisi tempore novilunii h. e. conjunctionis Solis & Lunæ, sed hæc eclipsis facta est tempore plenilunii. Vide ergo fis congeriem miraculorum in hac Lunæ inter Solem ac terram interpositione. Primum miraculum est, quod Luna, cum Solem longe transiisset, adeoque dimidia cœli parte ab eo distaret, itinere retrogrado contra proprium ac naturalem motum, quo fertur ab Occidente in Orientem, ad Solem versus meridiem retrocesserit, eidemque se conjunxerit & suppositerit, sicut olim Esa. 38. v. 8. ad preces Ezechiæ Sol *decem gradibus* contrario motu retrocesserat. Alterum miraculum est, quod cum in eclipsi Solis naturali Luna subingrediatur Solem ab ea parte quæ respicit occidentem, eamque primum obscuret, in hac subingressa primum sit ab ea parte quæ respicit Orientem. Tertium miraculum est, quod cum corpus solare, qua parte primum fuit obscuratum, eadem primum soleat retegi ac lucidum conspici, hic pars ea, quæ ad Orientem est, primo fuerit obscurata ac postremo retecta, lucique restituta. Quartum miraculum est, quod cum hæc eclipsis durarit per tres horas, inde colligatur Lunam sub Sole fere immobilem perstitisse per tres

horas vel certe lentiori gradu progressam, at in naturali Solis eclipsi Luna continue sub Sole movetur & Solis corpus brevissimo temporis cursu pertransit. Quintum miraculum est, quod peracta Eclipsi Luna redierit in Orientem, ita ut vesperi fuerit in Oriente Sole existente in Occidente, & sic orbes eorum luminarium sunt ad pristinum statum reducti. Sextum miraculum est, quod orbis Lunæ ea parte, qua terras adspiciebat, subito totus sit obscuratus, ita ut non minus Luna quam Sol eo tempore luxisse visus sit. Quando enim Luna Soli supponitur, superior ejus orbis illuminatur, inferior v. obscuratur. Hieron. in cap. 2. Joëlis statuit, Lunam tunc temporis sanguineum ostendisse vultum, impletumque vaticinium Propheticum, *Sol convertetur in tenebras, & Luna in sanguinem.* Hæc miracula omnia in præternaturali illa Lunæ inter Solem & terram interpositione contigerunt. Si v. statuatur ex retentione radiorum solarium tenebras illas fuisse exortas, non minus miraculosa erit illa eclipsis. Natura enim Solis est (ut ita loquar) lucere & radios suos in tertas projicere, ergo plane contra Naturam ejus est, radios contrahere, ac lucem suam velut peplo quodam obducto involvere. Et quia Luna non nisi lumine à Sole mutuato lucet, inde colligitur, retractis solaribus radiis etiam Lunam fuisse obscuratam, ut hac ratione itidem utrumque luminare contra Naturæ ordinem eclipsin fuerit passum. 2. Miraculosa est illa eclipsis Solaris respectu durationis. Naturalis enim Solis eclipsis nunquam durat per tres horas, sicut hoc loco contigit. 3. Ratione dilatationis. Naturalis enim Solis eclipsis nunquam fit super universam terram, siquidem Luna Sole ac terra minor est, ideo interpositione sua non potest omnibus terræ incolis luminis Solaris adspectum præcludere, sed hæc eclipsis super universam terram fuit dilatata. Sane foret & hoc miraculosum, si eclipsis illa Judææ fuisset peculiaris. *Quis n. præter unum Deum Solis oculum extra conjunctionem ita claudere possit, ut ubique præterquam in Judæa luceat, id est, quis Judæam nisi Deus ipse à reliquo orbe segregare possit?* ut loquitur Morn. de verit. relig. cap. 34. sed ostendimus superius, universalem fuisse hanc eclipsin, quæ cum omnes Naturæ vires ac leges excedat, auget miraculi magnitudinem. 4. ratione graduum Phlegon Olympiadum supputator & Orosius memorant, tantam fuisse illam Solis obscurationem, ut stellæ diurnis horis in cœlo visæ fuerint, inde quidam colligunt, tales fuisse illas tenebras, quales nocte serena aut in crepusculo sive matutino sive vespertino, quando lux & tenebræ permiscentur, contingunt, putant enim durantibus illis tenebris milites obtulisse Christo acetum, ac proinde aliquam adhuc lucem fuisse superstitem, sed si per retractionem radiorum Solarium hæc obscuratio contigit, ut ejusdem universalitas probat, inde colligitur, tam densas fuisse tenebras, ut nihil quicquam conspici potuerit, sicut de Ægyptiacis tenebris, quæ harum typus fuerunt, commemoratur Exodi 10. v. 23. oblatio aceti à militibus facta non contigit durantibus adhuc, sed finitis illis, tenebris, ut ex serie narrationis apparet. Quod ergo Plegon atque alii Chronographi tradunt, stellas tunc fulsisse, id de aliis regionibus extra Judæam intelligi potest, in quibus fortassis minor & ad naturalem eclipsin magis vergens fuit Solis obscuratio. 5. ratione temporis. Contigerunt hæ tenebræ hora sexta, h. e. in ipso meridie, ubi alias dies solet esse clarissimus & Sol quam splendidissime lucere. Hæ circumstantiæ ostendunt, tenebras illas fuisse plane præternaturales, ideo Dionysius eas intuitus recte collegit, εἰ ἡ φύσις, εἰ τὸ θεῖον τι πάσχει, ut habent ipsius verba in Epistola ad Polycarpum, vel ut Suidas in nomine Dionysii ea recitat: εἰ τὸ θεῖον πάσχει, εἰ τῷ πάσχοντι συμπάσχει. Petrus Comestor refert, *Dionysium tunc temporis Athenis existentem exclamasse: Aut Deus Naturæ patitur, aut tota mundi machina dissolvetur,* ac statim communicato cum Philo-

Philosophis suis consilio aram extruxisse cum inscriptione, Ἀγνώστῳ Θεῷ Act. 17. v. 23. sed hoc non congruit cum Historia Dionysii, in qua dicitur Heliopoli in Ægypto ipsum tunc temporis fuisse. Nec dubitari potest, gravissimis omnino de causis singulari providentia & operatione Dei tenebras illas fuisse ortas. Primo enim completa sunt hac ratione quædam vaticinia ac typi V. T. Amos 8. v. 9. *Et erit in die illa, dicit Dominus, occidet Sol in meridie & tenebrescere faciam terram in die luminis*, hunc locum Tertullianus adv. Judæos ad hanc eclipsin accommodat, sic scribens: *Quod in passione Domini accidit, ut media dies tenebresceret, Amos Propheta annunciat dicens: In die illa, dicit Dominus, occidet Sol in meridie.* Jerem. 15. v. 9. *occidet ei Sol, cum adhuc est dies*, ubi per Solis splendorem mystice intelligitur gaudium, pax, felicitas &c. quibus omnibus inopinato privandi sint Judæi, sed quia privationis illius signum ac præludium fuit miraculosa Solis eclipsis in meridie facta, ideo juxta literam ad eam haud absurde accommodari potest. Admonent etiam nos hæ tenebræ earum, quæ in Ægypto ante eductionem populi Israëlitici ex Pharaonica captivitate contigerant. Exod. 10. vers. 22. Origenes h. l. *Sicut Mose extendente manus in cœlum factæ sunt tenebræ super Ægyptios: sic & Christo manus extendente in cruce ad cœlum super populum, qui clamaverat, Crucifige, factæ sunt tenebræ & omni lumine privati sunt, in signum futurarum tenebrarum &c.* Sicut tunc agnus Paschalis paulo post mactandus erat atque Israëlitæ liberandi ex tyrannide Pharaonis: sic hoc loco verus agnus Paschalis illius ἀληθινὸς mactatur, quo nobis liberatio à potestate infernalis Pharaonis contigit. Quibus tunc fulgebat clarissima lux, illorum posteris hoc loco objiciuntur densissimæ tenebræ, quia à luce doctrinæ cœlestis in tenebras errorum ac superstitionum abierant. Esa. 38. vers. 8. cum Ezechiæ Regi divino miraculo sanitas restitueretur, Sol decem gradibus retrocessit: sic cum per passionem & mortem Christi Medici nostri sanitas humano generi repararetur, Luna itinere retrogrado ad Solem aliquot gradibus retrocessit. Magnum omnino fuit miraculum, quod Sol steterit immobilis in medio cœli & non festinaverit occumbere spacio unius diei, ut Josua ulciscereturse de inimicis suis Josu. 10. v. 13. sed non minus est miraculum, quod hoc loco contra Naturæ ordinem Sol obscuratur, cum cœlestis Josua de inimicis nostris in cruce triumpharet. 2. Sol ideo abscondit lucem suam, ne Judæorum facinora intueri cogeretur, Jer. 2. v. 12. in taxanda populi Judaici idololatria exclamat Propheta: *Obstupescite cœli super hoc & cohorrescite & desolamini vehementer, dicit Dominus* v. 13. *Duo enim mala fecit populus meus: Me dereliquerunt fontem aquæ vivæ & foderunt sibi cisternas dissipatas &c.* pari ratione hoc loco dicere possumus, cœlum fuisse obstupefactum & Solem abscondisse suam faciem, quod Judæi Dominum gloriæ crucifigere fuerint ausi. 1. Cor. 2. vers. 8 Sol noluit esse spectator hujus facinoris, nec lucem suam ad illud perpetrandum pessimis hominibus impertiri. Hilarius lib. 3. de Trinit. p. 262 *Sol non occidit, sed refugit. Sed quid refugisse dico? non receptus in nube est, sed de cursu operis defecit & interitum suum cum eo reliqua mundi elementa senserunt & ne huic facinori illæ cœlestes operationes interessent, intercessionis hujus necessitate quadam sui abolitione caruerunt.* Chrysost. serm. de passione, ut citatur à Thoma in catena: *Non poterat ferre creatum injuriam creatoris, unde Sol retraxit radios suos, ne videret impiorum facinora.* Augustinus lib. 3. de civitat. Dei cap. 15. de eclipsi in morte Romuli à Senatu discerpti conspecta tractans subjungit: *Ipsum scelus aversione etiam diurni luminis indicatum, sicut revera factum est, cum Dominus crucifixus est crudelitate atque impietate Judæorum.* Orosius Augustini discipulus libro 7. Histor. capite 3. accommodat ad hanc Solis eclipsin versus Virgilianos

libro 1. Georgio de morte Julii Cæsaris:

Sol caput obscura nitidum ferrugine texit,
Impiaque æternam timuerunt sæcula noctem.

3. Declaravit etiam hæc miraculosa eclipsis Christi majestatem, quod una cum Patre ac S. S. Solem ac lucem in prima creatione condiderit, quodque cum Patre adhuc in mundi gubernatione operetur Joh. 5. v. 17. & subtracto lumine excœcatoque mundi oculo ipsum perdere posset, quodque cœli ipsi ut creatori, & opifici suo debitum cultum, compassionem & obsequium præstarent. Chrysost. h. l. *Signum quærebant aliquando videre de cœlo, ecce igitur signum varium, tenebræ. Mirabilius certe erant, talia efficere dum esset in cruce, quam dum adhuc ambularet in terra, imo quam ex cruce descendere. Nam sive ab eo hæc facta esse putabant, timere ac credere oportuisset, sive non ab eo sed à Patre, oportebat tamen propterea commoveri atque compungi. Iram Dei propter facta ipsorum commotam esse tenebræ illæ significabant propter facinorosos videlicet eorum ausus.* 4. Cum Christus in horto captivus & vinctus raperetur, dicebat: *Hæc est hora vestra & potestas tenebrarum* Luc. 22. v. 53. ubi a tenebris noctis exterionb. animum revocat ad infernalium tenebrarum potestatem, cum qua ipsi fuerat colluctandum: ita quoque h. l. Solis & Lunæ obtenebratio nobis debet esse signum, quod potestas tenebrarum modo vigeat, quodque tam horrenda & nefaria gerantur per Principem tenebrarum & ipsius ministros. 5. Cum Sol amitteret lucem, fuit in medio cœli haud procul à capite Draconis juxta computum Astronomorum, significatum ergo fuit, Christum eo tempore *caput Draconis antiqui & infernalis serpentis conterere.* Genes. 3. vers. 15. Apocal. 12. v. 7. Et quia Luna, nisi à Sole illuminetur, lucere nequit, ideo deficiente Sole eodem tempore in imo cœli apud Antipodas lucem eadem amisit juxta Draconis caudam, cum Christus venenatam Draconis infernalis caudam & ictum in cruce sentiret Genes. 3. versu 15. 6 Quia Prophetæ verbis symbolicis per obscurationem Solis & Lunæ gravitatem iræ divinæ & futurorum malorum describunt, ideo per has Solis Lunæque tenebras Judæis præsignificatum fuit, quod in horribilem excœcationem & interiores tenebras, in extrema corporis & animi mala ac tandem in æternas tenebras sint prolapsuri, propterea quod Messiam suum tam crudeliter tractarent. Esa. 5. v. 30. *Cum intuebitur in hanc terram, ecce tenebras angustiæ.* Esai. 13. versu. 10. *Obtenebrabitur Sol in ortu suo & Luna non splendebit in lumine suo.* v. 11. *& visitabo super orbis mala & contra impios iniquitatem eorum.* Idem Parabolicus sermo occurrit Esai. 24. v. 23. Jer. 15. v. 9. Ezech. 32. v. 7. cap. 34. v. 4. Joël 2. v. 31. cap. 3. v. 15. Amos 8. v. 9. Mich. 3. v. 6. ubi describuntur pœnæ de Babyloniis, Ægyptiis, Judæis & aliis gentibus tum in hac vita, tum præcipue in extremo judicio sumendæ, siquidem particulares illæ visitationes sunt specimina Universalis judicii die extremo instituendi. Ergo qualibus verbis apud Prophetas concionatur Deus de sua ira & pœnis secuturis, talibus omnino rebus hoc loco comminatur Judæis iræ suæ gravitatem & pœnarum futurarum magnitudinem indicans. Origenes: *Omni lumine privati sunt in signum futurarum tenebrarum, quæ apprehensuræ erant gentem Judaicam.* Simon de Cassia: *Miro modo voluit Deus circumdare oculos hominum densis tenebris, ne visus in objecta forinseca vagaretur, sed ut ingrederentur ad cor ad considerationem eorum, quæ agebantur & diem verterunt in noctem; ut ardentior fieret contemplatio divinorum.* Judæi Christum veram lucem repudiaverant, ideo his tenebris ipsis prænunciatum, auferendam ab ipsis lucem agnitionis ac gratiæ divinæ. Objectum illis fuit hoc horribile spectaculum, ut iram Dei ac judicium ejus expavescerent. 7. Quod Sol per tres horas obscuratus fuit, prænunciavit, quod Christus

Sol

Οὐκέτι γὰρ ναῷ κρυφίῳ τε νόμῳ τε λατρεύειν
Φαντασίαις κόσμου κεκαλυμμένον αὖθις ἐδείχθη,
Αὐθέντης καταβὰντ' ἐπὶ χθονὸς ἀενάοιο.
Ἧξε δ' εἰς ἀΐδην ἀγγέλλων ἐλπίδα πᾶσι,
[107] Καὶ θανάτου μοῖραν τελέσει τρίτον ἦμαρ ὑπνώσας,

Non etenim deinceps templum legemque colendam
Arbitrio mundi monstratum est, idque latebat,
Arbiter ut terras æternus venit in imas,
Devenietque, bonam spem portans omnibus, Orcum,
Et tridui somno peraget mortalia fata.

Καὶ

Sol justitiæ Malach. 4. v. 2. *oriens ex alto* Luc. 1. v. 78. in tenebrosam mortis vallem sit descensurus, ut autem hora tertia Sol ex illis tenebris iterum emersit, sic Christum die tertio ex tenebris sepulchri in lucem vitæ ac gloriæ iterum proditurum. Quando vita in fonte vitæ abscondebatur & fons vitæ reddebatur velut sine vita, tunc lux in fonte lucis abscondita est & fons lucis factus est velut sine luce, donec fons vitæ in locum mortis descendisset, ut absorpta morte in augustiorem prorumperet vitam, sicut lux obscurata in majorem tandem erupit lucem. 8. Tenebræ in Scripturis significant iram Dei, sicut lux significat gratiam Num. 6. v. 25. Ps. 4. v. 7. Ps. 67. v. 2. &c. *Idem.*

107 Καὶ θανάτου &c.] Deest in scriptis libris: sed extat cum sequentibus duobus apud Lactant. lib. 4. cap. 19. quo loci libri editi ἀναύξας habent vel ἀναδέξας: manuscriptus itidem, ut Sibylla ἀναλύσας. Hos versus cum aliquot prægressis Latinos fecit Augustinus lib. de civit. Dei 18. cap. 23. quos ut cum Græcis conferre possis, adscribendos duxi. *Inserit autem Lactantius operi suo quædam de Christo vaticinia Sibyllæ, quamvis non exprimat cujus. Sed quæ sigillatim ipse posuit, ego arbitratus sum conjunctim esse ponenda, tanquam unum sit prolixum, quæ ille plura commemoravit & brevia. In manus iniquas, inquit, infidelium postea venit. Et dabunt Deo alapas manibus incestis, & impurato ore exspuent venenatos sputus. Dabit vero ad verbera simpliciter sanctum dorsum. Et colaphos accipiens tacebit, ne quis agnoscat, quod verbum, vel unde venit, ut inseris lequatur, & corona spinea coronetur. Ad cibum autem fel, & ad sitim aceium dederunt,*

Καὶ τότ' ἀποφθιμένων ἀναλύσας εἰς φάος ἥξει,
Πρῶτος ἀναστάσεως κλητῖς ἀρχὴν ὑποδείξας,
Ἀθανάτῳ πηγῆς ἀπολουσάμενοι ὑδάτεσσι
Τὰς πρόσθεν κακίας, ἀναγνηθέντες ἄνωθεν,
Μηκέτι[108] δ' ἀλάλυσιν ἀθέσμοις ἤθεσι κόσμῳ.
Πρῶτα δ' τῆς ἰδίοις φανερὸς τέτυκται ἔσαι,
Σάρκινος, ὡς πάρος ἦν, χερσίν τε ποσίν τ' ἐπιδείξει
Τέσσαρα τῆς ἰδίοις ἴχνη πηχθέντα μέλεσσιν,

Tum demum linquet manes lucemque reviſet,
Prima reſurgendi lectis veſtigia monſtrans:
Qui laticis culpas abluti fonte perennis
Præteritas rurſum geniti, planeque renati,
Jam non infandis parebunt moribus orbis.
Porro ſuis primum Dominus patefiet; eritque
Corporeus, ſicut fuit ante, manuſque, pedeſque
Oſtendetque impreſſa ſuis veſtigia membris

[109] Αὐτο-

runt, inhoſpitalitatis hanc monſtrabunt menſam. Ipſa enim inſipiens gens tuum Deum non intellexiſti, ludentem mortalium mentibus, ſed & ſpinis coronaſti, & horridum fel miſcuiſti. Templi vero velum ſcindetur, & medio die nox erit tenebroſa nimis in tribus horis. Et morte morietur tribus diebus ſomno ſuſcepto. Et tunc ab inferis regreſſus ad lucem lævam veniet primus, reſurrectionis principio revocatis oſtenſo. Iſta Lactant. carptim per intervalla diſputationis ſuæ, ſicut ea poſcere videbantur, quæ probare intenderat, adhibuit teſtimonia Sibyllina; quæ nos nihil interponentes, ſed in unam ſeriem connexa ponentes, ſolis capitibus, ſi tamen ſcriptores deinceps ea ſervare non negligant, diſtinguenda curavimus. Oploporus. Omnia hæc præcedentia ut & ſequentia, ſunt ex ſcripturis S. S. hauſta illarumque verbis expreſſa, adeo ut plane conſtet hæc non fuiſſe à Sibyllis prædicta, ſed ab homine, qui ſacra legerat biblia. *Gallæus.*

108 Δηλύσιν] Forte legendum δηλώσει. Oploporus.

[109] Αὐτο-

109 Ἀνατολίων, δύσιν τε, μεσημβρίαν τε καὶ ἄρκτον.
110 Τοσσαῖδε γὰρ κόσμου βασιλήϊδες ἐκτελέσουσι
Πεζὸν ἐπὶ τλῆναι ἀθέμιτον ἔμπνοον εἰς τύπον ἡμῶν.
111 Χαῖρε ἁγνὴ θύγατερ Σιὼν, καὶ πολλὰ παθοῦσα,
Αὐτός σε βασιλεὺς ἔμβας ἐπὶ πῶλον ἐσάγει.
Πρᾷος πᾶσι φανείς, ἵνα τοι ζυγὸν ὄκνος ἀπ' ἦμαρ,
112 Δῦλον δυσβάσακτον ἐπ' αὐχένι κείμενον ἄρῃ,
Καὶ θεσμοὺς ἀθέους λύσῃ, δεσμούς τε βιαίους.
113 Αὐτόν σου γίνωσκε θεὸν, θεοῦ υἱὸν ἐόντα,

Quattuor, occasus, ortus, boreamque, notumque.
Nam totidem mundi perpetrant regna patentis
Infandum nimium facinus, nobisque probrosum.
Salve casta Sion, permultaque passa puella:
Ipse tibi inscenso rex en tuus intrat asello,
Erga omnes mitis, juga quo tibi, quo juga demat
Intoleranda tibi, quæ fers cervice subacta,
Solvat & exleges leges, violentaque vincla.
Hunc agnosce tuum numen de numine natum,

Αὐτὸν

109 Ἀνατολίων &c.] Uterque codex ἀνθολίων τε, δύσιν, &c. ut ante ubi hic versus Adami nomini adapratur. *Idem.* Quot clavis Servatorem nostrum fuisse cruci affixum, indicat Sibylla, ideoque pedem utrumque uno clavo non fuisse transfossum (ut perperam à nonnullis pictoribus, repræsentatur:) existimavit. *Gallæus.*

110 Idem codex τίσσα γὰρ. scribe τόσσου γὰρ. *Idem.*

111 Χαῖρε &c.] Zachariæ 9. Lactantius hæc de secundo adventu interpretatur, quæ Propheta de primo dixit. *Idem.*

112 Δῦλον &c.] Apud Lactantium lib. 7. c. 18. præcedit hemistichium hoc, ἡμιτόμους δουλείας. Unde apparet locum mancum esse. Item pro δῦλον legitur ζυγὸν. Forte ita reponendum erit hemistichium, ἵνα ἡμιτόμους δουλείας ζυγὸν δυσβ. *Idem.*

113 Αὐτὸν σε] Lactantius lib. 4. c. 6. citat & legit σὸν pro σε, Augustinus quoque in orat. contra quinque hæreses: *Si-*

Αὐτὴν δοξάζουσα, καὶ ἐν στέρνοισιν ἔχουσα;
Ἐκ ψυχῆς ἀγάπα, κἠτ' ὄνομα βάσαζον αὐτῆ.
Τοὺς παρελέγχους δ' ἀπόβου, καὶ λῦσον ἀφ' αἵματος αὐτῆ.

114 Οὐ γάρ σι μύθοισιν ἱλάσκεται, ὅτε λιτῇσιν,
Οὐ θυσίαις παρίσταται φθαρταῖς, ἄφθαρτος ὑπάρχων.
Ἀλλ' ἁγίου στόματος θυμῷ παρφέρουσες ἴασιν.
Γνῶθι τίς ἐσσ' ὅδε, κἠτὸν πατέρα τότ' ὄψει.

115 Χηρεύσει τότε πάντα χρόνῳ στοιχεῖα τὰ κόσμου,
Ἀὴρ, γαῖα, θάλασσα, φάος πυρὸς αἰθομένοιο,

Laudibus hunc ornans, hunc imo pectore geſtans,
Diligeque ex animo, ferque ejus amabile nomen.
Rejice præteritos, atque ejus ſanguine ſolve.
Nam nec verba tibi, nec eum libamina placant,
Nec ſacra (inexſtinctus cum ſit) mortalia curat,
Sed qui ſincero taciturni pectore adorant.
Noſce quis hic nam ſit, tum patrem denique cernes.
Tempore torpebunt vidua, omnia ſemina mundi,
Aer, terra, ſalum, lux ignis fervida, cœli

Καὶ

Sybilla dicit, Ipſum tuum cognoſce Deum, Dei filium eſſe. Verſus iſte & paganum increpat & Judæum. Et mox: *Increpat te Sibylla dicens: Ipſum tuum cognoſce dominum Dei filium eſſe. Ipſum tuum cognoſce Deum, ipſum, non alium, non Martem, non Jovem, non Mercurium.* Idem.

114 Οὐ γὰρ &c.] Reg. cod. τοι ἱλάσκεται pro σι μύθοισιν. *Idem.*

115 Χηρεύσει &c.] Sequentes verſus pœne eoſdem vel leviter immutatos habuimus ante, ſed non eodem ordine. *Idem.*

116 Εἰς

Καὶ πόλος ἠερίνθη, καὶ νὺξ, καὶ ἤματα πάντα,
[116] Εἰς ἓν πῦρ ἥξουσι, καὶ εἰς μορφὴν πανέρημον.
Ἀσφα γὰρ ἠερόθεν φωσφόρων πάντα πεσεῖται.
Κοὐκέτ' ἐπὶ πόντου πτῆσονται ἐπ' ἀέρος ὑψιπέτηοι ὄρνεις,
Οὔτε βάσις γαίης· θῆρες γὰρ ἅπαντες ὀλοῦνται.
Κοὐκ ἀνδρῶν φωναὶ, ἠὲ θηρῶν, ἔτι πετεηνῶν·
Κόσμος ἄτακτος ἐὼν, ἠχήσιμον [117] οἶκον ἀκούσῃ.
Ἠχήσῃ δ' ὃ βαθὺς πόντος μέγαν ἦχον ἀπειλῆς.
Ζῷά τε νηκτὰ τρέμοντα θαλάσσης πάντα θανεῖται,
Καὶ ναῦς φόρτον ἔχουσ' ἐπὶ κύμασιν οὐκέτι πλώσῃ.
Μυκήσῃ δ' ὃ χθὼν αἱματοσταγὴς πολέμοισι.

Cardo, dies, noctes, conſident omnia in ignes,
Et fiet ſpecies quam deſertiſſima rerum.
Omnia namque cadent lucentia ſidera cœlo.
Nec volucres plumis agiles per inane volabunt,
Omnibus & tellus animantibus orba jacebit.
Non homines edent vocem, volucreſve, feræve
Confuſus ſolitum ſonitum non audiet orbis,
Sed magnum ſonitum reddet maris unda minacis,
Et trepidi cuncti morientur in æquore piſces.
Nec ſulcabit aquas jam pondere navis onuſta,
Mugitumque dabit de bellis terra cruenta,

Πᾶσαι

116 Εἰς ἓν πῦρ &c.] Placet lectio εἰς ἓν συρίσζουσι. & ſequ. verſu θαλάσσης pro φωσφόρων. Regius codex claudit carmen ita, πάντ' ἀπολεῖται. *Idem.*

117 Οἶκον] Forte legendum eſt ὄκνον. *Idem.*

Πᾶσαι δ' ἀνθρώπων ψυχαὶ βρύξουσιν ὀδοῦσι,
Τῶν αὐόμων ψυχαὶ ὀλολυγμοῖσί τε φόβῳ τε,
[118] Τηκόμεναι ὑ λιμῷ, δίψῃ, λοιμῷ τε, φόνοις τε.
Καὶ καλέσουσι καλὸν τὸ θανεῖν, καὶ φεύξεται ἀπ' αὐτῶν.
Οὐκέτι γὰρ θάνατός τ' αὐτοῖς, οὐδὲ νὺξ ἀναπαυτή.
Πολλὰ δ' ἐρωτήσουσι μάτην θεὸν ὑψιμέδοντα,
Καὶ τότ' ἀποστρέψει φανερῶς τὸ πρόσωπον ἀπ' αὐτῶν.
Ἔπλα γὰρ αἰώνων μελανοίας ἤματ' ἔδωκεν
Ἀνθρώποις πλαζομένοις διὰ χειρῶν παρθένου ἁγνῆς.
Αὐτός μοι τάδε πάντα θεὸς κείνας κατέλεξε,

Humanæque animæ frendebunt dentibus omnes,
Vexabuntque malos ululatus, atque timores,
Cædibus atque siti, famæ, pesteque deficientes:
Optandumque mori dicent, fugietque vocantes.
Non jam mortis enim requiem, non noctis habebunt.
Multaque nequicquam supremi numina patris
Orabunt, sed eos tunc avertetur aperte.
Secula nam septem dedit, usus virgine casta,
Ad resipiscendum spacium mortalibus ægris.
Ipse mihi Deus hæc sibi decreta omnia dixit,

Καὶ

118 Τηκόμεναι &c.] Septem proxime legebantur quoque lib. 11. *Idem.*

119 Οὐδὲ

Καὶ δι' ἐμῦ σομάτ@ τὰ λελεγμένα πάντα τελέσαι.
[119] Οἶδα ἐγὼ ψάμμων τ' ἀριθμὸς, καὶ μέτρα θαλάσσης,
Οἶδα μυχοὺς γαίης, καὶ τάρταρα ἠερόεντα.
Καὶ μερόπων ὄντων τε, καὶ ἐσομένων, νεκύων τε,
[120] Οἶδ' ἀριθμὸς ἄστρων, καὶ δένδρεα, καὶ πόσα φύλλα,
Τετραπόδων, νηκτῶν τε, καὶ ὀρνίθων πετεηνῶν.
Αὐτὸς γὰρ μορφὰς ἀνδρῶν καὶ νοῦν ἐτύπωσεν,
Καὶ λόγον ὀρθὸν ἔδωκεν, ὑπεκμήλων τ' ἐδίδαξεν.

Perficietque meis quæ sunt dicta omnia verbis.
Novi ego arenarum numeros, mensumque profundi,
Tellurisque sinus, tenebrosaque tartara novi,
Quot fuerint homines, quot sint, quot deinde futuri
Astrorum numeros, stirpes, frondesque quot usquam: (lucres.
Quot sint quadrupedes, quot pisces, quotque volucres.
Idem nam species hominum, mentesque creavit,
Et docuit scire, & rationis munia rectæ.

Ὀφθαλ-

[119] Οἶδα ἐγὼ &c.] Hoc versu usus est Apollo in oraculo Crœso dato. *Idem.* Sed hæc carmina potius blasphemiam quam prophetiam esse judicamus: mentitur Sibylla se omnia hæc nosse, hoc enim mortalium nulli unquam fuit à Deo concessum, nulla creatura datur quæ omniscientiæ participare possit. *Gallæus.* Notandum etiam, Doctissimum D. van Dalen allegare quæ hunc ut & alios versus in dissertatione sua secunda ex usque detegere fraudes antiquorum vatum, apud paganos: hunc vide in de Oraculis illis fraudulentis dissertat. 2. pag. 379.

[120] Οἶδα ἀριθμὸς &c.] E reg. codice scribe φῦλα, *genera*, animalium quæ sequuntur. 9. Et Psalmo. 14. Hunc versum Apollo itidem Crœso respondit. *Oporinus.*

Ὀφθαλμὸς ὁ πλάσας ἠδ' ὦτα, βλέπων καὶ ἀκούων,
Καὶ πᾶν ἐνθύμημα νόων, πάντων τε σωίσωρ
Αὐτὸς ἑὼν, σιγῶν, καὶ ὕστερον αὐτὸς ἐλέγχων,
Καὶ ἐκπεράξων ὅσα λαθών γε βροτῶν τις ἔπραξεν,
Ἐλθὼν καὶ ἐπὶ βῆμα θεὸν θνητοῖσι λαλήσων,
Καὶ κωφοὺς ξυνιεὶς, καὶ ἀλαλήτους ἀκούων·
Καὶ πόσον ἐστὶ τὸ πᾶν ἀπὸ γῆς εἰς οὐρανὸν ὕψος,
Ἀρχὴν καὶ τέλος οἶδεν, ὃς οὐρανὸν ἔκτισε καὶ γῆν.
121 Πάντα γὰρ ἐξ αὐτοῦ; τὰ ἀπ' ἀρχῆς εἰς τέλος οἶδε.
122 Μοῦνος γὰρ θεός ἐστι, καὶ οὐκ ἔστιν θεὸς ἄλλος.

Lumina qui finxit, quique aures: cernit & audit,
Omnes qui mentis motus tenet, omnia novit,
Et tacet, & tandem convincet, supplicioque
Afficiet quæ quisque hominum celata patrarit,
Cum veniet solium ad Divinum jura daturus:
Qui nil dicentes, mutos, intelligit, audit.
Et quantum tellus à cœli vertice distet,
Principium, finem, media omnia novit: ab ipso
Omnia sunt, cœlum qui telluremque creavit.
Solus enim Deus est, non est Deus alter ab ipso.

123 Εἰ-

121 Πάντα γὰρ &c.] Aliquantulum variatus legitur in procœmio ex Theophilo. Sic Orpheus apud Eusebium, & Stoici apud Plutarchum, ζεὺς ἀρχὴ ζεὺς μέσα: Διὸς δ' ἐκ πάντα τέτυκται. *Idem.*

122 Μοῦνος γὰρ &c.] Hunc versum aliter refert Lactantius l. 1. c. 6. *Item alia* (inquit) *Sibylla, quæcunque est, cum perferre se ad homines Dei vocem diceret, sic ait,* εἷς μόνος εἰμὶ θεὸς, ἐκ οὐκ ἔστιν θεὸς ἄλλος. At in scripto Lactantii codice scribitur, μόνος γὰρ θεὸς εἰμὶ. Doctissimus Ranconetus legendum censuit, ὃς μόνος ἐστὶ θεός. *Idem.*

123 Θεσπί-

Εἰκόνα [123] θεσπίζω θείαν, ληφθεῖσαν ἀφ' ὕλης,
Χερσί τε μορφώσαντες ἑαῖς εἴδωλον ἄναυδον,
Δοξάζουσι λιταῖς καὶ θρησκείῃσιν ἀνάγνοις,
Τὸν κτίσιν ἀθρήσαντες, ἀστεργείαις ἐλάθουσαν·
Πάντες δ' ἀπὸ ἔχοντες, ἀχρήϊμα δῶρα θύουσι,
Χ' ὡς ἀπὸ πυρὸς, τάδε χρήσιμα πάντα δοκοῦσι,
Θοίνῃ κνισῶντες ὡς τῆς ἰδίοις νεκύεσσιν.
Σάρκας γάρ τε καὶ ὀστέα μυελόεντα καίουσι,
Θύοντε βωμοῖς, καὶ δαίμοσιν αἷμα χέουσιν,
[124] Ἠδὲ λόχνους ἅπτουσι θεῷ τῷ φῶτα διδόντι,

Aſt homines ſylvis abſcindunt robur, & inde
Muta ſuis manibus divum ſimulacra figurant,
Quæ decorent ritu, libamentiſque profanis,
Impuraſque colunt nugas, genitore relicto.
Omneſque aſſidui vaniſſima munera libant.
Et tamen hoc ipſum ſe rentur honore juvare,
Atque dapes adolent, ut caſſos lumine paſcant.
Namque cremant carnes, & plenis oſſa medullis,
Et mactant aris, & placant ſanguine manes,
Candelaſque Deo accendunt, qui lumina donat.

Χ' ὡς

123 Θεσπίζω] Forte legi debet δ' ἄνθρωποι. *Idem.*

124 Ἠδὲ λύχνους &c.] *Accendunt lumina.* Omnium pene gentium communis fuit ritus ad gaudii ſignificationem ignem accendere, neque occurrit quicquam frequentius apud veteres auctores quam λυχνοκαΐας & accenſarum facum mentio, ob res ſive publice ſive privatim lætas. Nec ſolum in templis lumina accendebant, ſed etiam domi quiſque ſuæ, eaque januis & feneſtris appendebant. Juvenalis in 12. apparatum diei feſti deſcribens, non quidem ex Judaica diſciplina, ſed ex ritu Romano:

Cuncta

Χ' ὡς διψῶντι θεῷ σπένδουσι τὸν οἶνον,
Εἰς ἄδην μεθύοντες ἐπ' ἀχρήστοισι θεοῖσιν,
Οὐ χρήζῃ θυσιῶν, ἢ σπονδῶν ἠμετερέων,

Ac tanquam sitiat, vini libamina fundunt,
Mortales ebrii, qui numina vana fatigant.
Non libaminibus, non sacris indiget istis,

Οὐ

Cuncta nitent, longos erexit Janua ramos,
Et matutinis operitur festa lucernis.

Meminit & Tertullianus lib. de idololatria: ubi Christianos reprehendit, qui ritum gentilem in ecclesiam Dei inveherent. *At nunc, ait, lucent tabernæ & januæ nostræ. plures jam ethnicorum sive lucernis & laureis quam Christianorum.* Non prætermisit hunc ritum Gregorius Nazianz. quo loco omnes pæne mores recenset, quibus diem lætum celebrabant veteres pagani, adscribam ejus verba quia intigius est locus. sic ille in altera contra Julianum: Ἀδελφοὶ, ait, πανηγυρίσωμεν, μὴ φαιδυντικῇ σάρκῳ, μηδὲ ἱσθῆτος ἐξαλλαγαῖς, & στεφανίσκοις, μηδὲ κόμοις & μέθαις, μηδὲ ἄνθεσι σίψωμεν ἀγυιὰς, μηδὲ μύρων ἀφύσαις τραπέζας, μηδὲ σχήμασι καθαπίσωμεν, μὴ τῷ αἰσθητῷ φωτὶ, καθαλειπόντων αἱ οἰκείαι, μηδὲ σωμασίαις & κρότοις ἐξεγείρωμεν, &c. & ἑλληνικὴς ἱερομανίας ὁ νόμος: totum diei festi apparatum hic habes: corporis lavacra, & unctiones, vestis cultum, commessationem atque ebrietatem, flores ad coronamenta compitorum, unguenta ad mensas, januarum ornamenta, lucernas domi accensas, postremo tripudia, & *balationes*, ut B. August. vocem usurpem *Is. Casaubon. Num igitur mentis suæ compos, putandus est qui auctori, & Datori luminis, Candelarum ac Cererum lumen offert pro munere? inquit Lactantius* lib. VI. c. 2. Perpendant hæc verba Pontificii, videantque quo modo tueri possint novum illum ac superstitiosum cultum Deo ac Sanctis, tanquam in tenebris agentibus, cereos accendentes. Hæc sane satis evidenter demonstrant Lactantii ævo non obtinuisse morem illum candelas accendendi, qua fronte ausus fuisset culpare in gentilibus quod & ipsi Christiani factitabant. Concedo quidem Christianos usos fuisse lucernis & lampadibus, sed dico illos non ceremoniæ, sed necessitatis causa illas habuisse. quemadmodum videre est Actorum 20. v. 7. notandum etiam Christianos primis temporibus propter persecutiones ante lucem, noctu convenisse, ut patet ex Plinii epist. *soliti erant*, inquit, *stato die ante lucem convenire*; opus igitur habebant lumina accendere, sed an non est hæc stulta consequentia, ergo etiam Christiani de die debent accendere, etiamsi profunda fruantur pace? certe primi Christiani quando ipsis diem cultui sacro licuit impendere, non convenere nocte, neque de die lumina accendebant, ut antea nocte fuerant soliti, sic Tertull. objiciens gentilibus illum morem ridiculum, restatur apud Christianos non obtinuisse. Apol. cap. 35. *nec lucernis diem infringimus.* Dicamus igitur Potificios, qui hoc loci Lactant. erroris arguunt pro gentilibus contra doctorem Christianum pugnare: imo ipsi gentiles illum morem ridebant: vide Senecam de Vita Beata cap. 27. *Gallæus.*

Οὐ κνίσσης μιαρῆς, οὐχ αἵματος ἐχθίστοιο.
Ταῦτα γὰρ, εἰς μανίας βασιλήων ἠὲ τυράννων,
Δαίμοσι ποιοῦσι νεκρῶν ὡς ἀθανίζουσι
Θρησκίαν ἄθεον τε ὀλέθριον ἐκπονέοντες.
Καὶ καλέουσι θεοὺς λιθίνους τὰς εἰκόνας αὐτῶν,
Τὸν κτίσιν παρελιπόντες· ἀπ' αὐτῶν ἐλπίδα πᾶσαν
Καὶ ζωὴν νομίσαντες ἔχειν. [125] κωφοὶ καὶ ἄναυδοι,
Εἰς τὸ κακὸν πρόοι τ', ἀγαθὸν δ' ἀπῆλθεν ἀπ' αὐτῶν.
Αὐτὸς ὁδοὺς παρέθηκε δύο, ζωῆς θανάτου τε,
Καὶ γνώμην προέθηκ' ἀγαθὴν ζωὴν προαλέσθαι.

Non nidore malo, aut inviso sanguinis hausto.
Namque (tyrannorum regumque insania suadet)
Manibus hæc faciunt, ceu manes cœlicolæ sint,
Ritus curantes pravosque, Deoque carentes.
Effigiesque suas (rerum genitore relicto)
Marmoreos dicunt divos, pendere putantes
Hinc sibi spem & vitam: surdi mutique, malum qui
Credere tam faciles, à recto prorsus abhorrent.
Ipse vias posuit binas vitæque necisque,
Proposuitque bonam menti sibi sumere vitam:

[126] Αὐ-

125 Κωφοὶ &c.] Forte legendum κωφοὶ κ' ἀίοντοι. Huc enim respexisse videtur Lactant. lib. 5. cap. 14. sic scribens: *Vanarum religionum cultores eadem stultitia id objiciunt, quæ verum Deum non intelligunt, quos Sibylla Erythræa κωφοὺς & ἀνοήτους vocat, surdos scilicet & excordes, qui nec audiant Divina, nec sentiant, sed terram digitis suis imaginatam metuant & adorent.* Opsopœus.

126 Αὐτὰρ σ' εἰς θάνατον καὶ πῦρ αἰώνιον ἔρριψαν.

127 Εἰκὼν ἔσ' ἀνθρωπ@· ἐμὴ, λόγον ὀρθὸν ἔχουσα·
Τούτῳ θὲς καθαρόν τε ἀναίμακτόν τε τράπεζαν,
Πληρώσας ἀγαθῶν, καὶ δὸς πεινῶντι τὸν ἄρτον,
Καὶ διψῶντι ποτὸν, καὶ εἵματα σώματι γυμνῷ·
Ἐκ μόχθων ἰδίων ποιήσας ἁγναῖς παλάμῃσι·
Θλιβόμενον κτῆσαι, καὶ τῷ κάμνοντι ῥῶσαι·
Καὶ ζῶσαν θυσίαν ταύτῃ τῷ ζῶντι ποίησε.
Σπεῖρον ἐπ' εὐσεβίῃ, ἵνα σοι κύριος τάδε δώσῃ·
Καρποὺς ἀθανάτους, καὶ φῶς αἰώνιον ἕξεις,

Sed ſeſe in mortem æternam jecere, & in ignem.
Effigies mea homo eſt rectæ rationis alumna:
Huic tu pone volens puram ſine ſanguine menſam,
Repletamque bonis: panem potumque famenti,
Et ſitienti da: nudum tege corpus amictu:
De proprio caſtis manibus largire labore:
Oppreſſum recrea: feſſi ſolare labores.
Hæc à te detur viventi victima vivens,
Sparge pie ſemen, Dominus tibi donet ut iſta:
Æternos fructus, æternum lumen habebis,

Καὶ

126 Αὐτὰρ σ' εἰς &c.] Priores editiones, αὐτὸς, & mox ſcripti cod. ἔρριψαν. forte ἔρριψεν, *ipſos projecit*, vel αὐτοὺς ἔρριψαν, *ſeipſos jecere*. nec opus eſt σ geminari, ut oſtenſum eſt in oraculis veteribus. *Idem*.

127 Εἰκὼν &c.] Allegat hunc verſum Lactantius lib. 2. cap. 10. atque Platonem quoque humanam formam θεοειδῆ ſtatuere. *Idem*.

128 Οὐ-

Καὶ ζωλὼ ἀμάραντον, ὅταν πυρὶ πάντας ἐλέγξῃ.
Χωνεύσῃ γὰρ, καὶ πάντ' εἰς καθαρὸν διατάξῃ.
[128] Οὐρανὸν εἰλίξῃ, γαίης κόσμους ἀνοίξῃ.
Καὶ τότ' ἀναστήσῃ νέκυας, μοῖραν καταλύσας,
Καὶ θανάτου κέντρον, καὶ ὕστερον εἰς κρίσιν ἥξῃ,
Κείνων δυσεβέων καὶ δυσεβέων βίον ἀνδρῶν.
Καὶ κριὸν κριῷ, καὶ ποιμένα ποιμένι θήσῃ,
Καὶ μόχον μόχῳ πέλας ἀλλήλων ἐς ἔλεγχον,
Οἵτινες ὑψώθησαν ἐλεγχόμενοι ὑπ' ἐλέγχων,
Καὶ στόμα παντὸς ἔφραξαν, ἵν' αὖτὶ ζηλώσαντες,

Vitam incorruptam, cum cunctos arguet igne.
Omnia nam purgans, molem convertet in unam.
Cœlum convolvet, telluris operta recludet.
Manes in vitam (fatorum lege ſoluta,
Et lethi ſtimulis) ad judiciumque vocabit,
Judicet ut tandem mores pravoſque pioſque.
Ariete tunc aries, paſtor paſtore propinquo,
Et vitulus vitulo admoto cenſebitur illic:
Quoſque ſibi nimium faſtum ſumpſiſſe patebit,
Et qui cuilibet os obſtruxerit imperioſi,

[129] Τὰς

[128] Οὐρανὸν εἰλίξῃ &c.] Quatuor proximorum verſuum auctorem facit Lactant. lib. 7 cap. 20. eam Sibyllam, cujus verſus duo illi ſunt, quos ibidem ex acroſtichide recitavit. Sunt autem parum diverſi à Sibyllinis noſtris:

Οὐρανὸν εἰλίξας (vet. εἰλίξω) γαίης, κόσμους ἀνοίξω,
Καὶ τότ' ἀναστήσω πικρὸς μοῖραν καταλύσας
Καὶ θανάτου κέντρον, ἐς ὕστερον εἰς κρίσιν ἄξω,
Κρίνων δυσεβέων ἐ δυσεβέων βίον ἀνδρῶν. *Idem.*

129 Τὲς ὁσίες πρόσθ' ἵνας ἴσως καθαδιλώσωσιν,
Σιγᾶν πρὸς ἀλλήλους, ἐπειγόμενοι διὰ κέρδος·
Καὶ δοκίμοις πιστοῖς τότε χωρήσουσιν ἅπαντες.
130 Οὐκέτι λοιπὸν ἔρις λυπήμονα αἰῶνα ἔσαι,
Οὐκ ἐχθὲς γέγονεν, οὐκ ἤματα μακρὰ μενεῖ μνήμης,
Οὐκ ἔαρ, οὐχὶ θέρος, οὐ χειμὼν, οὐ μετόπωρον,
Οὐ δύσις, οὐ τολμήσει γὰρ μακρὸν ἦμαρ.
Εἰς αἰῶνα φωτὸς μεγάλου πεποθημένος ἔσαι
Χριστὸς Ἰησοῦς αἰώνων
131 Ἀγέννητος, ἄχραντος, ἄεννος, ἀίδιός τε,

Et ſibi de ſanctis vires peperere ſubactis,
Ex paribuſque ipſos fecerunt inferiores,
Et ſtudii lucro ducti juſſere ſilere:
Tunc inquam cedent omnes fidiſque probiſque.
Non jam jurgia erunt, non jam dicetur, Erit cras,
Aut tranſivit heri: nec erunt quos crebra fatigat
Cura dies: non ver, æſtas, autumnus, hyemsve,
Ortuſve, occaſuſve: dies nam longa manebit.
In ſecula lucis magnæ deſiderabitur
Chriſtus Jeſus ſeclorum
Æternus, nunquam genitus, plane intemeratus,
132 Οὐ-

129 Τὲς ὁσίες &c.] Reg. cod. τὰς ὁσίας. ſic ante τοῖς ὁσίοις ζῶσιν. *Idem.*

130 Οὐκέτι λοιπὸν &c.] Vide num ſcribendum ſit ἰσῆ pro ἔρις, ut eſt ſupra ubi etiam ſequentia carmina reperies. MS. Gallæi legit ἰσῆ. *Idem.*

131 Ἀγέννητος &c.] Reg. cod. αὐτογέννητος. vel igitur deme alterum ν, vel ſcribe αὐτογενὴς. vide Lactant. lib. 1. c. 7. *Idem.*

132 Οὐ-

[132] Οὐρανίῳ, ἰσχύϊ μετεῶν πυρσεσσαν ἀϋτμὴν,
Καὶ παλάγας σκηπτρον κατέχῃσιν ἀπλοΐῃ πυρσῷ,
Γρηΰς τε βαρυκτυπέων δοῦπήματα βεβρυτῶν,
Γῆν κλονέων κατέψῃς ροιζήματα
Κ' ἀσεργῶν μάστιγας ἀπαμβώῃς πυρφεγέας,
Ομβρων δ' ἄσσετα χεύματα, [133] ἠερικυνῆς ὀ χαλάζης,
Κρυμαλέης νεφελῶν τε βολῆς, καὶ χείμαλος ὁρμῆς.
Αὐτὰρ μὴν γὰρ ἕκαστα νόῳ διατεκμαίρεται,
Οσσα πεῖ αὐτῷ σοὶ δοκέῃ, πήσσειν τ' ἐπιδύσεις·
[134] Σῷ παιδὶ σεσηκότος πάσης σέρνοις ἴσοισι πεφωκὼς,

Ignitas cœli cohibet qui viribus auras:
Fulminis & ſonitum ſævo fulgore coërcet,
Horrendos tonitrus mollit, pacatque fragores,
Terram convolvens ſtridores comprimit
Fulguris obtundit percuſſus igne micantes,
Imbris & immodico fluxus, & grandinis albæ,
Et nubis gelidæ jactus, hyemiſque ſolutæ.
Singula namque ipſi conjectant mente, videntur
Quæ tibi, quæque tuo nato annuis ipſe patranda:
Qui tibi & unanimis, & par, res ante creatas,

Σύμ-

132 Οὐρανίῳ &c.] Vetus editio & ſcripti codices referunt ὑπατῦχῳ. *Idem.*

133 Ἠερικυνῆς] Ἠερικυνῆς lectori relinquo. Reg. cod. habet ἠεικυνῆς ὀ χαλάζης. *Idem.*

134 Σῷ παιδὶ &c.] Verſus juſto major eſt. amputandum videtur σῷ παιδὶ. Et ſine dubio hæc & ſequentia notha ſunt. *Idem.*

135 Πεί-

Σύμβουλε, πλάσης μερόπων, κτιστής τε βίοιο.
Ον πρώτη στόματος γλυκερῆ προσφθέγξατο φωνῆ·
Ποιήσωμεν ἴδιον πανομοίιον αὐτοῖς μορφῆ
Ημετέρη, καὶ δῶμεν ἔχειν ζωαρκέα πνοιήν.
Ω ἐντολῇ σῇ ἕκαστα τὰ κοσμικὰ πάντα λατρεύσει,
Καὶ χοικῷ πλασθέντι τὰ πάντ' ὑποτάξομεν αὖτις.
Ταῦτα δ' ἔφη θαλόῳ, τῇ σῇ φρενὶ πάντα δ' ἐτύχθη.
Πάντα δ' ὁμοῦ στοιχεῖα κελεύσματι πείθεται τῷ σῷ.
Καὶ κτίσις ἀίδιος σωϊτάσζετο πλάσματι ἐντῷ,
Οὐρανὸς, ἀὴρ, πῦρ, χθὼν, γῆ καὶ χεῦμα θαλάσσης,

Humanæ judex vitæ, ſociuſque creator.
Ad quem oris prima tu dulci voce locutus:
Condamus hominem proprium, noſtræque figuræ
Perſimilem, atque auram vitalem demus habere.
Cui vel mortali totus famulabitur orbis,
Et ficto ex terra nos omnia ſubjiciemus.
Hæc tu mente tua ſic verbo fatus, & ecce
Omnia facta: tibi parent elementa jubenti
Omnia protinus, & rerum natura perennis
Eſt cum figmento mortali condita rite,
Cœlum, aër, ignis, tellus, fluctuſque marini,

Hé-

135 Πειθεται] Forte debet legi πειθετο. *Idem.*

139 Σωϊ-

Ἠέλιόν, μιλήν, χόρους ἄστρων, οὔρεά τ', ἦμαρ,
Εὐφρόνην, ὕπνον, ἔγερσις, πνεῦμα, καὶ ὁρμὴν,
Ψυχὴν, καὶ σύνεσιν, τέχνην, φωνήτε καὶ ἀλκήν·
Ζώωντ' ἄγελα φῦλα τὰ νηκτῶν καὶ πετεηνῶν,
Πεζῶντ', ἀμφιβίωντε, καὶ ἑρπετέων, διφυῶντε.
Πάντα γὰρ αὐτός σοι [136] συντάσσεο σῇ π' [137] ἀναγωγῇ.
Ὑσσατίοις τε χρόνοις χθόνα ἠμείψατο,
Καὶ βραχὺς ἐλθὼν παρθένου ἐκ [138] Μαρίας λαγόνωντε,

Sol, luna, aſtrorumque chorus, monteſque, dieſque,
Nox, flatus, ſomnus, vigilantia, viſque volendi,
Vita, intellectus, voces, & robur, & artes,
Atque immanſuetum volucrum genus, atque natantum,
Manſuetum; bigenus, ſerpentumque, ancipitumque.
Omnia namque tibi certo ordine diſpoſuiſti,
Temporibuſque petit poſtremis terram
Et brevis egreſſus Mariæ de virginis alvo

Εξα-

136 Σωπίσεο] Regius cod. σὺ σωπίσεο. Et ſtatim non male ſcribetur ὑπ' αὐτῷ. Sic etiam habet MS. Gallæi.

137 Ἀναγωγῇ] Forte legendum eſt ἀναγωγῇ. *Idem*

138 *Mariæ* &c.] Omnia hæc & ſequentia ſunt ſuppoſititia, ex ſcripturis petita & mirandum eſt reperiri homines tam credulos, qui admittant à Sibylla Erythræa eſſe hæc prædicta. hoc modo S. Eſayæ magna fit injuria, hic enim tantum potuit prædicere, *Virgo pariet*: illa vero ſcivit (ſi Diis placet) nomen virginis, Mariæ ſcilicet, ſic Gentilibus clarius Myſteria

Ἐξανέτειλε νέον φῶς
Οὐρανόθεν ἤ μολὼν, βεβρότειον ἐνδύσατο μορφήν.
Πρῶτα μὲν οὖν Γαβριὴλ θνητὸν δέμας ἀγνὸν ἐδείχθη
Δεύτερα κἠρύκειον[139] αὐτάγγελος ἔννεπε φωνήν·
Δέξαι ἀχραάντοισι θεὸν σοῖς παρθένε κόλποις.
Ὡς εἰπὼν, ἔμπνευσε θεὸς χάριν, ἣ δ'[140] αἰὲν ἀκήρη,
Τὴν ἄφθαρτον ὁμῶς, θάμβος θ' ἕλεν ἀΐσσουσαν.
Σὺν δ' ἄρ' ὑποτρομέουσα, νέος δέ οἱ ἐπλοίησε
Παλλομένης κραδίης, ὑπ' ἀγνώστοισιν ἀκουαῖς.

Exorta est nova lux
E cælo veniens mortales induit artus.
Ac primum corpus Gabriel ostendit honestum
Nuncius, hinc tali affatur sermone puellam:
Accipe virgo Deum gremio intemerata pudico.
Sic ait: astillam cœlestis gratia molli
Leniit afflatu: tum virginitatis amatrix
Perpetuæ, magno subito correpta stupore,
Atque metu, trepida pressit formidine mentem,
Ignotis verbis commoto corde tremiscens.

Αὖθις

steria sacra innotuerunt quam ipsi populo Dei: quod plane est ἀπόρρητον. ut & ex sequentibus satis posset demonstrari, ex nomine Angeli Gabriel ejusque colloquio cum Sancta Virgine. &c. *Gallæus.*

139 Αὐτάγγελος] Reg. c. ἀρχάγγελος.

Item versu prox. τίξη pro δίξαι. *Idem.*

140 Αἰὲν ἀκήρη &c.] Innuit Mariam fuisse perpetuæ Virginitatis amatricem, sed velim mihi Sibylla hoc conciliet cur desponsata fuerit viro, hoccine cum perpetuæ virginitatis desiderio, convenit?

141 Θυ-

Αὖθις δ' εὐφράνθη κῆρ ἰάνθη τε φρένας αὐδῇ,
Κυείδιον δ' ἐγέλασεν, ἑλὼ δ' ἐρύθηνε παρειὼ,
Χάρματι τερπομένη, κῆρ θελομένη φρένα αἰδοῖ.
Καὶ οἱ θάρσος ἐπῆλθεν, ἔπος δ' εἰσέπατο νηδυΐ,
Σαρκωθὲν ὃ χεόνῳ, κὴ γαστέρι ζωογονηθὲν,
Επλάσθη βροτέῃ ἰδέῃ, κὴ κῦρος ἐτύχθη
Παρθενικοῖς τοκέεσσι. τόδε γὰρ μέγα θαῦμα βροτοῖσιν.
Αλλ' ὁδὲν μέγα θαῦμα θεῷ πατρὶ, κὴ [141] θεῷ υἱῷ.

Hinc ut lætificis mens eſt recreata loquelis:
Erubuit malas ridens puerile venuſtas:
Lætitia, dulcique animum demulſa pudore.
Tunc ad ſe rediit, verbumque volavit in alvum,
Idque ſuo factum atque animatum tempore corpus
Mortali facie cretum eſt: puer inde creatus
Virgineo partu: mira eſt mortalibus hæc res:
Sed res nulla Deo patri natoque ſtupenda.

Τιχ-

141 Θεῷ υἱῷ] Veriſſima certe eſt hæc propoſitio, *Jeſus Chriſtus eſt verus* Deus. Convenit enim ei I. *Nomen ſoli Deo proprium*, & Eſſentiale Tetragrammaton, tum quoad literas Jer. 23. 6. tum quoad ſenſum & explicationem, Apoc. 1. v. 8. Confer. Theol. Jud. *Voiſ.* pag. 37. Quod ubique Soli Deo convenit. Creaturis autem nec proprie, nec Metaphorice; adeo ut ſi vel Arcæ, vel Hieroſolymis tribui videatur, Metonymice referatur ad eum, qui ibi præſens eſt: vide *Buxt.* Tract. de Arc. Fœd. pag. 8. & deinc. II. *Nomen* אדוני *κατ' ἐξοχὴν* Pſal. 110. 1. Domini gloriæ 1. Cor. 2. 8. quod utrumque nomen ſtylo Eccleſiæ, tam Judaicæ, quam Chriſtianæ Deitatem indicat. Ut enim *δόξα gloriam* ſæpe notat divinam; ita הכבוד *Deus κατ' ἐξοχὴν* appellatur. Exempla dedimus *Anal.* P. 1. pag. 318. Domini Dominantium Apoc. 19. 16. cui

Τικτόμενον δὲ βρέφος, ποτὶ δ' ἔφθατο γηθοσύνη χθών.
Οὐράνιος δ' ἐγέλασε θρόνος, καὶ ἀγάλλετο κόσμος·
[142] Καινοφανὴς ὃ [143] μάγοισι σεβάσθη θέσφατος ἀστήρ.

Hoc puero nato properavit gaudia tellus,
Cœlestis risit sedes, & gestiit orbis:
Divinamque Magi stellam coluere recentem.
Monstratusque Dei præcepta sequentibus infans

Σπαρ-

Gen. 17. judex orbis, ratione Etymologiæ, æquipollet. III *Nomen* אלהים quod illum exprimit, cui soli, & jure cultus competit religiosus, Quod argumentum ut ipse nobis suggerit Sp. Sanct Deut. 6. v. 4. Matth. 4. ita, qui vim illius eliduut, ipsis certe hac in parte Muhammedanis sunt inferiores, & à primitivæ Ecclesiæ praxi, cui solenne fuit ex cultu religioso inferre Deitatem, longe recedunt. *Hottingerus.*

142 Καινοφανὴς &c.] Hisce sic præmissis jam inquirendum est. Quomodo Magi ex ortu stellæ aut intellexerint, aut intelligere potuerint, regis natalem portendi, & regis Judæorum? Utrumque enim ex apparitione novi sideris ab illis colligi, & colligi sine hæsitatione, verba eorum apud Matthæum docent: *Ubi est ille Rex Judæorum, qui natus est? Vidimus enim ejus Stellam in Oriente, &c.* Opus vero illationis illius causam dati vel *naturalem*, vel *supernaturalem*. *Naturalem* removimus; quam *Planetarii* in suæ artis favorem hic producunt. Restat ergo, ut in alias perspicaciæ & illationis Magorum causas inquiramus, quod compendio *falsarum* opinionum ἔλεγχος, & *veræ* θεωρία, præstare conabimur. II. Si centones *Apocryphos à Sethianis* olim consutos, & Sethi Patriarchæ nomine protrusos consulamus, quos sequitur *Author Operis imperfecti*, hujus *Dubii* solutio expedita. 1. Fingunt illi Stellam illam formam pueri crucem gestantis expressisse, qui Magos de Christo nato edocuerit: & illis iter in Judæam imperarit. Sed hæc omnia gratis dicta, & sine ulla authoritate sive sacra, sive humana, quæ sit alicujus commatis. Merito itaque hoc commentum explodituʀ à *Baronio* Annal. Eccles. §. xxxv. Nec enim φαινόμενος ejusmodi extraordinaria dissimulata fuisset à Matthæo. Gemina sunt illis quæ idem *Author Operis imperfecti* habet ibidem 1. de certa Magorum gente & numero ex traditione παραδοθέντα illam curam Stellæ à Balaamo prædictæ conspiciendæ continuo incumbente 2. de consuetudine illorum quotannis post messem trituratoriam conscendendi montem Victorialem, & ibi in spelunca opperiendi inter sacra exercitia Messiam. 3. De biennii itinere, quo nec esca nec potus defecerit in peris eorum. 4. De historia baptismi illis collati à Thoma, & adjutorio ab illis Thomæ in prædicatione Evangelii præstito. III. *Maldonatus Origenem* & *Hieronymum* sequutus non improbabile judicat, dæmonum revelatione hoc mysterium Magis

Magis inotuisse, tum quia alias etiam Christum negantibus Judæis fuerint confessi, tum quia consentaneum videatur, pastores qui cœlum perpetuo contuebantur per Angelos è cœlo, Magos qui ab inferno scientiam hauriebant, ab inferno per dæmones doceri. Hæc vero opinio. 1. *Precaria* est, & gratis conficta. 2. *Absurda*, Deum cœlestem & infernalem apparitionem simul ad Magos de hoc mysterio edocendos abhibuisse. 3. *Inconsequens*, interdum Dæmones Christum prædicantem fuisse confessos: Ergo & jacentem in cunis. 4. *Contraria* ipsius *Maldonati* hypothesi, qui quando de *Magorum* conditione loquitur, diserte inquit, vix credibile esse Magos fuisse. מכשפים sive *præstigiatores*, nomen apud omnes gentes infame, cum eos Evangelista ita honoris causa nominare videatur, quod ipsum in sequentibus etiam tuetur, ubi Magos illos contradistinguit iis qui nefariis magiæ non naturalis, sed diabolicæ artibus usi id nominis obtinuere. Parum ergo conformia hæc *Maldonati* glossemata. IV. Plerique ex *Patribus* & Interpretibus in hanc sententiam concessere, Magos ex Prophetia Balaami Num. xxiv. 17. *Procedet stella ex Jacob, & surget sceptrum ex Israele*, jamdiu ante cognovisse Christo nascente *exorituram stellam*, & sidere illo novo orto thesin transtulisse ad hypothesin. Placuit hoc jam olim *Origeni*, *Cypriano*, *Epiphanio*, *Eusebio*, *Ambrosio*, *Hieronymo*, *Chrysostomo*, *Basilio*, *Theophylacto*, aliis. Rationes sunt. 1. Magos sive à Majoribus suis, qui è posteritate Balaami, sive à vicinis populis de prophetia illa toto Oriente nobili edoctos fuisse. 2. Magos non sine causa stellam illam vocare τὸν ἀστέρα *Stellam ejus*; quasi illi designando jam olim destinatam. 3. Idem probat *Maldonatus* ex eo quod Herodes non quærat ex Principibus Sacerdotum & Scribis populi, an Christo nascente stella apparitura sit, sed, ea re ut nota passim præsupposita, roget tantum, ubi Christus sit nasciturus. Sed multa hic partim precaria, partim levia. 1. Supponitur, non probatur vaticinium illud Balaami toto Oriente fuisse notissimum. 2. Supponitur hos Magos è posteritate Balaami fuisse, & habuisse compertam illam prophetiam. 3. Pervertitur interpretatio vaticinii illius, nec enim in eo per *stellam exorituram* astrum materiale, sed ipse Messias designatur qui alibi vocatur Sol Oriens ex alto, lumen, lux mundi. Excipit quidem *Maldonatus*, Christum sane fuisse stellam illam exorituram ex Jacob, novum autem non esse, unum verbum præsertim in prophetis & Christum, & Christi figuram significare, ut vers. 15. *Ex Ægypto vocavi filium meum.* Sed aliud est typo nomen antitypi, & antitypo typi nomen dare, aliud illi rei, quæ nec typus, nec antitypus, neutrum enim nomen stellæ competit. Fuit sane signum Christi orti, & analogia aliqua non carer, ut supra ostensum, sed aliud, signum esse, aliud figuram, typum, sensu in scholis Theologicis recepto. Notum enim, hæc se habere ut latius & strictius, omnis typus signum, non contra. Nec Christus Stellæ illius ἀντίτυπος dici debet. 4. Vexatur phrasis Magorum, ab illis enim stella Christi merito vocari potuit, quia illius ortui designando divinitus destinata, sine πρόγνωσι necessaria ad stellam Balaami. 5. Nec opus erat Herodem de exortu stellæ & illius connexione cum natali Messiæ anquirere, præterquam enim quod tyranni plerunque suspicaces sunt, creduli & timidi, & quovis rumore facile efferantur, parati quamvis nubem pro Junone amplecti, sufficiebat Herodi in novum Regem invadere; & sive vere sive falso per stellam designatum opprimere. IV. Merito vero explodit *Chemnitius* Vir cl. opinionem aliorum, qui arbitrantur, Magos stella exorta tantum conjecisse Regem aliquem politicum natum, Orientem subacturum quem expediret mature obsequio civili, & muneribus externis sibi devincire: adeoque nihil illos de Rege illo nato sublimius concepisse. Nam & hoc gratis dictum, & sine specie ulla probabilitatis.

1. Quæstio redit, unde id ex stellæ ortu conjicere potuerint Magi, regem natum, Orientem subacturum? 2. Cur regem illum in Judæa potius ortum & statuunt, & quærunt quam alibi? 3. Quale munus, regi politico Orientem subacturo offerre myrrham & thus? 4. Qui regis politici schema conciliari potuisset ab illis cum infante in vico obscuro, in domo aliena sub privato tecto, si non inter sordes? saltem inter angustias latente? Sane homines sapientes credere, infantem illum regem esse, & orientis Dominum aliquando futurum, altioris erat indaginis, & sapientiæ sublimioris, cogitationum etiam à rebus carnalibus abstractarum. 5. Qui etiam constat, Christum velut Orientis Monarcham à Magis salutatum, quum alia prorsus & quidem *Judæorum Regis* nomenclatione illum designarint? V. *Chrysostomus* jam olim existimavit, angelum figura sideris Magis apparuisse, & illis edisseruisse mysterium de Messia nato, prout & pastoribus Bethleemitanis. Sed supra ostensum, fine causa Angeli φαντασιαν ibi supponi, quam Scriptura non docet, quæ de apparitionibus Angelicis, ubi illæ contigere, aperte loquitur, hic vero modum Christi revelati tum Pastoribus, tum Magis distinguit. VI. *Alii* ad *Sibyllarum* folia confugiunt, *Erythrææ* potissimum, à qua Chaldæorum Magos de tempore & signo simul adventus Messiæ edoctos volunt. Apud *Eusebium* sane in Oratione Constantini ad Sanctorum cœtum cap. XVIII. Sibyllæ illi adscribitur certum carminis genus, quod ακροστιχίδα Græci vocant, litteris initialibus inter se connexis referens hæc verba ΙΗΣΟΥΣ ΧΡΙΣΤΟΣ (secundum alios ΧΡΕΙΣΤΟΣ) ΘΕΟΥ ΥΙΟΣ ΣΩΤΗΡ, ΣΤΑΥΡΟΣ *Jesus Christus Dei filius, Servator, Crux.* Id ipsum ex Codice Græco sibi ostensum à Flacciano Proconsule docet Augustinus libro XVIII. de Civitate Dei capite XXIII. Sic à *Sibylla Samia* Christi natalem prædictum ferunt his versibus,

Humano quem Virgo sinu inviolata fovebit,
Annuit hoc cœlum, rutilantia sidera monstrant.

Lactantius sane l. IV. diversis capitibus non Prophetarum tantum vocibus, sed & Sibyllarum carminibus Christi pleraque passionem cumprimis prænuntiatam contendit. Ad Christum etiam trahit Eusebius c. XX. Eclogam quartam Virgilii,

Jam nova progenies cœlo demittitur alto, &c.

Adde quæ apud *Suetonium* & *Tacitum* leguntur, quorum *iste* tradit antiquis Sacerdotum literis contineri, eo ipse tempore fore, ut invalesceret Oriens, profectique Judæa rerum potirentur: *ille* percrebuisse Oriente toto rumorem veterem, & constantem opinionem, esse in fatis, ut eo tempore Oriente profecti imperio potirentur. Addunt alii oracula vetera, quale illud è Chronicis Chronicorum, *In ultima ætate humiliabitur Deus, humanabitur proles divina, jacebit in fœno agnus, & puellari officio educabitur.* Sed nec hæc opinio probanda. 1. *Sibyllarum* prædictiones de Messiæ ortu ad ortum sideris supponuntur, non probantur. 2. Parum probabile, vaticiniis à Dæmone ortis Magos ad Christi cunas vocatos. 3. Carmina illa Sibyllæ Erythrææ de Christo Servatore ἀποκαλύψεσιν videntur non γνήσια. An enim credibile, prædictiones de Messia clariores à Diaboli vatibus, quam à Dei Prophetis editas? An conveniens Majestati divinæ, argutiis illis initialium literarum ludos facere? Annon *Tacitus* docet jam olim multa τοῦ δαιμονίου pro Sibyllinis carminibus jactata, unde Sacerdotibus Romanis negotium datum ab Augusto quantum humana ope possent vera & γνήσια à falsis secernendi. Sunt ergo hæc δόγματα Virorum piorum quidem, sed minus prudentium, qui bono zelo sed sine scientia in has artes jam olim incubuere, ut gentiles ad fidem Christianam eo facilius adducerent. Merito itaque talia à *Casaubono* Summo Viro in Exercitationibus Baronianis

nis exploduntur, & rationibus solidis quidem, quo nomine ipse crucis flagellat illum Doctissimus quidam Exercitator in suis Analectis. Quis quæso sui judicii adeo prodigus, ut innumera talia quæ Sibyllis affinguntur pro γνησίοις amplecti possit, quæ æque clarum ac radii solis, quam sudum est, solent, post eventum demum scripta fuisse, & sive pio zelo à Christianis procusa, sive forte aliqua ex illis a Paganis ipsis per fraudem fabricata, ut Christianos criminis falsi postularent. Qualia sunt dum Messias introducitur à Sibylla

Πάντα λόγῳ ποιέων, πασάων τε νόσων ἰήσεται ἄνδρας,
Omnia verbo faciens, & omnem morbum curans.

Sic ubi miracula illius describuntur,

- - - Νεκρῶν δ' ἀνάστασις ἔσται
Καὶ χωλῶν δρόμος ἔσ' ὠκύς, τὸ κωφὸς ἀκούσῃ,
Καὶ τυφλοὶ βλέψουσι, λαλήσουσι δ' ἀλαλητοί,
— *Resurrectio vero mortuorum erit,*
Et claudorum cursus erit velox, & surdus audiet,
Et cæci videbunt, loquentur non loquentes.

Sed hæc minus cruda. Expendat vero Lector qui suæ sponte, an credibile sit ante eventum Sibyllam aliquam prædixisse, Christum quinque panibus & duobus piscibus in deserto quinque millia hominum saturaturum, & duodecim cophinos de residuis fragminibus implendos. Atqui, si Lactantio lib. IV. de vera sapientia c. XV. & aliis credimus, hæc Sibyllinis carminibus jam olim prædicta:

Εἰς ἄρτους ἅμα πέντε τὸ ἰχθύσιν δυσὶν ἴσον
Λαοῦν χιλιάδας σὺν ἱερῷ πέ τε κοφίνοις.
Καὶ τὰ περίσσ' ὀύσας λαοῖς μετὰ κλάσματα πέντε
Δώδεκα πλησιόσι κοφίνοις εἰς ἐλπίδα πολλῶν.
Unus panibus simul quinque & piscibus duobus
Virorum millia quinque in eremo saturabit,
Et residua sumens fragmina quinque
Duodecim implebit cophinos in spem multorum.

Sic fane Christum ventis imperaturum, mare constraturum, & calcaturum, morbos quosvis curaturum, mortuos excitaturum, clarius omnibus prophetis Sibyllinis carminibus prædictum,

Τοὺς ἀνέμους παύσει τε λόγῳ, τρόπον δὲ θαλάσσης
Μαιμώσῃ, ποσὶν εἰρήνης πίσει τε πατήσας.
Ventos quidem verbo compescet, sternet vero mare
Furens, pedibus ut pacificis & fide calcans.

Item;

Κύμασι πεζεύσει, νόσου ἀνθρώπους δὲ παλαιοῦ,
Ζωοὺς τεθνηῶτας, ἀπώσσεται ἄλγεα πολλοῖς
Ἐκ δὲ μιᾶς πηγῆς ἄρσει κόρον ἔσται ἀνδρῶν.
Undas calcabit, homines à morbo liberabit,
Vivificabit mortuos, dolores multis auferet,
Et ex uno fonte satietas panis erit viris.

Adde, quæ eodem libro recenset *Lactantius*, Sibyllas jam olim vaticinatas, à Christo solvendam legem, illum in impiorum manus tradendum, cædendum, conspuendum, corona spinea redimiendum, felle & aceto potandum, velum templi scindendum, tenebras triduo incubituras, ista omnia Christum summo silentio in sacerrimo corpore excepturum, non resurrecturum tantum, sed & resurrectione sua morti terminum impositurum post tridui somnum, ut loquitur *Lactantius*, & primitias resurgentium futurum.

Ἀλλ' ὅτι πᾶσ' αὖ ἄπαυστα τελεσθῆ, ἅπερ εἶπον,
Εἰς αὐτὸν πᾶς λύσιλος νόμος.
Sed quando omnia illa impleta erunt, quæ dixi,
In illum desinet tota Lex ———

Item,

Εἰς ἀνέμων χεῖρας ἐπίσω ὕστερον ἥξει,

Δώσουσι δὲ θεοῦ ῥαπίσμασι χεῖρας ἀνόμους,
Καὶ σώμασιν μιαροῖσι τὸ πλήσμιον φαρμακεύσῃ
Δοῦναι δ' εἰς μάστιγας ἁπλῶς ἁγνὸν τόνδε νώτον.
In manus iniquorum & infidelium postmodum veniet,
Dabunt vero Deo ictus manibus impuris,
Et oribus pollutis sputa venenata,
Dabit vero ad flagra tum sanctissimum tergum.

Item,

Καὶ κολαφιζόμενον εἰσόψει, μύσας ὑπογαῖ
Τὸν λόγον, ἢ πόθεν ἦλθε, ἵνα φθιμένοισι λαλήσῃ,
Καὶ στέφανον φορέσῃ τ' ἀκάνθινον.
Et colaphis cæsus silebit, nequis sciat
Qualis sit sermo, aut unde venerit, ut perditis loqueretur,
Et coronam ferat spineam.

Item,

Εἰς δὲ τὸ βρῶμα χολὴν κ' εἰς δίψαν ὄξος ἐδώσαν
Τῆς ἀφιλοξενίας ταύτην δείξασι τράπεζαν.
In cibum vero fel, & in siti acetum dederunt,
Hanc mensam inhospitalitatis suæ ostendent.

Item Sibylla ad Judæam,

Αὐτὴ δὲ σὺ ἄφρων τ' ἐὸν θεὸν οὐκ ἐνόησας
Παίζουσ' ὡς θνητοῖσι νοήμασιν, ἀλλὰ κ' ἀγνῶστε
Ἕστῶσα στέφανόν, φοβερὸν τε χολὴν ἀνέφερσας.
Et tu, amica, tuum Deum non agnovisti,
Ludentem mortali specie, sed & spinea
Coronasti corona, & tremendum fel misceusti.

Item,

Ναὸς δὲ χωρίσεται πίτασμα, τῇ ἥματι μέσῳ
Νὺξ ἔσται σκοτόεσσα πλόοισιν ὡς τρισσὰς ἁπάσας,

Item,

Καὶ θνητὰ μοῖραν τελέσῃ τρίτον ἦμαρ ὑπνώσας,
Καὶ τότ' ἀπὸ φθιμένων ἀναβλύσας εἰς φάος ἥξει
Πρῶτος ἀναστάσεως καλπὶς δέχεν ὑπνοδόξας.
Templi vero scindetur velum, & media die
Nox erit tenebrosa immanis tribus horis,
Et mortis fatum finiet ad tertiam diem dormiens;
Et tum è mortuis emergens in lucem veniet
Primus resurrectionis initium vocatis ostendens.

An lux similis ulli Prophetarum affusa circa Christum Mediatorem? cui non mera nox, meræ tenebræ videbuntur scripta Prophetarum præ hac luce? an non vilescent illorum vaticinia præ talibus? qui sic Evangelium μυστήριον ἀποκεκρυμμένον ἀπὸ τῶν αἰώνων, si hæc jam olim extitere inter Paganos? an sic Judæi soli ἴσασι δόγματα τὰ λόγια τοῦ θεοῦ, & quod hic τὸ εὐσεβεστάτον Ἰουδαίων? Qui fit, quod nec à Paulo, nec ab Apostolis aliis gentiles ad Sibyllarum carmina unquam fuerint ablegati? quo compendio, quo fructu cum illis disputari potuisset, quibus crux Christi erat exosa, & Evangelium μωρία τοῦ κηρύγματος, si talia suppetebant Christianis in Paganorum forulis? Videmus studiose Apostolum captare apud Athenienses occasionem ab altari erecto ἀγνώστῳ θεῷ: Poetarum etiam Græcorum sententiis uti, *argumento ad hominem.* An ille prætermisisset tam augusta oracula, tam celebria inter Græcos & Romanos, si veritati Evangelicæ tanta inde lux, tanta facilitas gentiles convincendi præsto fuisset? Quoties à Paganis illa omnia ut ἀπροόλημπτα rejecta? Provocatum sane à *Justino Martyre*, *Origene*, *Clem. Alexandrino*, aliis ad Sibyllarum carmina, sed sæpe in rebus communibus in quibus etiam ad Orphei, Homeri, Musæi & aliorum poemata provocabant.

Adde

Adde jam illorum aras se jactatos dubio procul centones poematum gratis fabricatorum, & adscripta Sibyllis volumina laciniosa, ψευδεπίγραφα. gemina serutis Gabaonitis magnam partem, vano vetustatis schemate, & Sibyllarum titulo sed fucato exornata, qualia maxime quæ à *Lactantio* notata & à nobis recitata. Apud Authores exteroquin priscos de Sibyllis quidem multa, & de *Hystaspe* vaticiniis & *Hermetis Trismegisti* disciplina, sed illorum ipsorum, quæ ad argumentum nostrum pertinent, vel nulla vel obscurissima mentio, & *Hermetis* illius librum *Cu aubonis* ψευδεπίγραφον esse solide docet Exerc. 1. Num. XVIII. argumentis ductis ex consideratione τόπου tum προσωπικῆς, tum λεκτικῆς. Dubium quidem non est, quin multa à *Trismegisto*, *Hystaspe*, *Sibyllis* & vatibus ac Scriptoribus paganis aliis dicta ad mysteria sacra accommodari possint, sed generalia & communia tantum & ἀμφίλογα, in quibus nullæ ἀφεκτάσεις singulares occurrunt de mysteriis Euangelicis, quippe quæ soli Ecclesiæ & prædictæ olim, & velut sacrum ejus peculium illius solius cognitioni reservatæ. VII. Frustra vero apud *Eusebium* c. XIX. antiquitas poematum illorum vindicatur, quod à Cicerone Latinitate donata fuerint, Cicero vero ab Antonio sublatus fuerit diu ante Augusti imperium, sub quo demum Christus natus. Atqui in Ciceronis operibus illa non reperiuntur. Quamvis enim hujus generis carminum, quorum initiales litteræ connexæ inter se certum sensum reddunt, (quæ Acrostichides vocamus) meminerit libro II. de Divinatione, tamen non sequitur illud ipsum Ciceroni vel visum vel versum fuisse, quod in hanc rem citatur. Sic fatendum, multa ex Ecloga illa Virgilii ad Christum accommodari posse, id vero à Virgilio vel spectatum, vel intellectum dici potest, probari non item, qui id Salomoni per meram adulationem tribuit, ut alii Vespasiano famam de Dominatore ex Oriente prodituro. Adde sic non concludi institutum, non magis quam allegatione illorum, quæ ex *Suetonio* & *Tacito* allata. Oraculum illud vetus revera tale est, hoc est obsoletum & rancidum, imo barbarum & inofficina aliqua claustrali procusum. VIII. *Alii* contendunt Magis Babyloniis hæsisse multa è Danielis disciplina. Quum enim ille in Magorum schola educatus legatur Dan. 1. 9. probabile esse, illum sui temporis Magis multa de Messia futuro tradidisse, & hanc sementem in Magorum seminariis retentam sub his Magis refloruisse Messiæ vero regnum à Daniele diserte expressum cap 11. 44. quoad originem, & quoad efficaciam & quoad æternitatem ejus. *Alii* contendunt hanc lucem reliquis Israelitarum πᾶσι τοῖς ἐν τῇ Διασπορᾷ deberi, à quibus per Colchos, Parthos, Indos, Æthiopas dispersis, nec unquam Hierosolymam reversis doctrinæ propheticæ semina inter gentes, quibus permisti vivebant, divendita & sparsa fuerint. Hos esse Δυσεβεῖς illos, de quibus in Actis. Ex horum numero fuisse Eunuchum à Philippo baptizatum. Hinc itaque hæsisse Magis notitiam aliquam promissionum de Messia, quæ exortu novæ stellæ nova sumpserit incrementa. Utrique huic opinioni accedit *Chemnitius*, & alii Viri eruditi complures. IX. Conjecturæ hæ piæ sunt & probabiles satis, sed salva aliorum opinione, non sufficientes. 1. Demus hæsisse in Oriente λείψανα multa Prophetiarum Danielis, à Judæis etiam per varias regiones dispersis multa de Messia sparsa, difficultas semper manet, qui ex ortu novæ Stellæ Magi conjecere potuerint, novum illum Regem regnum æternum olim promissum erecturum, jam natum, & illam ipsam Stellam ad ejus ministerium destinatam, imo qui id non conjecerint, sed certo collegerint, nec enim de re illa ut dubia, sed ut certa & comperta, & à se firmiter credita loquuntur. 2. Non quæruntur, an Rex Judæorum sit natus, sed ubi sit natus? 2. Connectunt hæc ut necessaria inter se, ubi est rex Judæorum qui natus est? Vidimus enim stellam, & cum emphasi,

phasi, *ejus* stellam in Oriente. 3. Nisi id pro certo habuissent Magi, nunquam tanto itineri se commissuri fuissent, nunquam conjecturam suam tanta fiducia Hierosolymæ publice exposituri? X. Nihil itaque restat & cognitioni & fiduciæ Magorum vindicandæ præter revelationem divinam sive per illuminationem internam mentis, sive per χρηματισμὸν externum Magis factum, cujus ductu & ex stellæ ortu Messiam natum agnovere, & ejus tum videndi tum adorandi desiderio acti fuere: quæ sententia *Augustino* etiam jam olim placuit. Hanc luminis Magorum causam innuit quoque *Chrysostomus* & *Leo* Serm. IV. de Epiphan. Domini. *Præter illam stellæ speciem, quæ corporeum incitavit obtutum, fulgentior veritatis radius eorum corda perdocuit*, &c *Modum* illius revelationis nec Scriptura docet, nec nos definire debemus ex conjectura. Satis res ipsa credatur, ut necessaria prorsus, sine qua nec lumen illud Magorum, nec fiducia, nec iter, nec constantia in quærendo illo Rege, causam probabilem habent, nedum solidam. Cum fidere ergo materiali sidus aliud internum in animis horum Magorum accensum, quo & de mysterio hoc divinitus edocti fuere, & excitati ad ejus tum investigationem tum adorationem. Videtur vero id ipsum non probabiliter tantum, sed solide etiam satis colligi posse ex versu 12. ubi revelatio divina illis facta deserte exprimitur, dicuntur enim χρηματισθέντες κατ' ὄναρ ne reverterentur ad Herodem. Idem ergo Deus qui miraculose viæ Ducem se Magis præbuit in profectione, isdem in reditu miraculose cavit; ne nefarii tyranni strophis & ficto schemate deluti in insidias præcipitarentur. Et hoc etiam lumen in animis Magorum per divinam revelationem accensum sufficiebat Magis in Judæam potius quam alio dirigendis, sufficiebat fiduciæ illorum in longinquo & difficili itinere confirmandæ, & sufficiebat tentationibus variis amoliendis, quum præsertim in maximo illorum æstu (postquam Hierosolymæ tantus Judæorum stupor, tantum frigus à Magis animadversum) nova stellæ apparitione illorum fiducia novo tibicine fulta fuerit, & de Majestate illius edocta, quem quærebant. Rejicit *Franc. Lucas* Vir Eruditus alioquin & industrius peculiarem revelationem, sed nulla ratione adjecta, nos meliori jure rejicimus *majorum traditionem* quam ille substituit. Imo eo ipso quo accessisse vult illuminationem mentium, revelationem ponit cujus modum non definimus. *Chaldæorum* traditionem de filio Dei ab æterna mente genito, & in mundum prodituro, quam supponit *Brugensis*, nec veram judicamus, nec sufficientem Messiæ natali ex astri ortu dignoscendo. *Abrahami* traditionem de beato semine aliquando orituro admittimus, quæ in Scriptura expressa. Quid vero huic traditioni cum Magis, à fœdere Dei & gente Judaica alienissimis? Demus vero traditionem illam de Messia aliquando exhibendo παραπαραδίδου hæsisse Magis sive à *Danielis* disciplina, sive à Judæis inter Babylonios & Persas exulibus, qui è novæ stellæ ortu ita eerno ab illis conclusum, regem illum tunc natum esse? *Balaami* vero vaticinium frustra hic obtenditur, ut ostensum, & supponitur, non probatur à *Franc. Luca* stellam illam ex Jacob orituram designasse stellam nuntiam nativitatis ejus qui exspectabatur ex Jacob Contrarium supra probatum. Adde, falsum supponi, stellam illam visam oriri Magis ex Judæa, vel Judææ incumbentem. Nihil tale à Magis dictum innuit Matthæus. Imo testantur se illam vidisse ἐν τῇ ἀνατολῇ *in Oriente*, nec de situ ejus quicquam amplius addunt. Nec dici potest, illos stellam quidem vidisse *in Oriente*, sed incumbentem Judææ. Præterquam enim quod hoc gratis dicitur, non poterat id dignosci ob elevationem stellæ. Si vero stella illa fuisset in situ humili & depresso Judææ incumbens, non potuisset videri à Magis in Oriente constitutis. Hæc ergo verba non tantum ad visionem

Mago-

Magorum, sed etiam ad stellæ ortum referenda. *Sibyllarum* vaticinia supra explosa, quæ idem Author huc trahit. A majoribus vero Magos accepisse Regem magnum non tantum ex Judæis orturum, sed & ortum ipsius peculiari stellæ ortu monstrandum, illud vero gratis supponitur, non probatur. Cur vero stellam ejus ἀστέρα vocent, & de eo ut de re indubia loquantur, supra ostensum. Revelationi ergo necessario hic standum, sine qua Magi nec ex tota sua arte, nec ex penu majorum de sideris illius significatione certi quid statuere poterant, sine qua etiam nunquam pervenitur ad Christum, infra quem subsidit & natura, & ratio, & quidquid principiorum communium, nisi accedat & lumen peculiare, & potens Dei ἕλξις. Unde ut Messiæ promissio è cœlo orta, sic & exhibitio cœlestibus tantum nuntiis indicata, *pastoribus* & *Josepho* ab Angelis, *Magis* stella cœlesti, *Simeoni* per χρηματισμὸν, *Johanni* è cœlo, *Herodi* è Scriptura propherica. Nec sine luce cœlesti unquam vel Christus manifestatus, vel ad Christum debito modo itum. Judæis vulgo non fuisse ignotum, stellam Christo nascente apparituram, nec verbum Dei docet, nec scripta Judæorum, nec ulla ratio, cum non Judæis natalis Messiæ stellæ illius ortu designatus fuerit, sed Magis gentilibus, nec illa Judæis visa comperiatur. *Jansenius*, eruditus alioquin & moderatus Interpres, Traditioni etiam majorum adscribit hanc Magorum de stellæ significatione fidem: 1. Quia non meminerint revelationis, sed tantum ortus stellæ. 2. Quia non indefinite dicant se vidisse stellam, sed *stellam ejus*, & signanter τὸν ἀστέρα cum articulo, illam videlicet stellam, quam ex antiqua traditione noverant ipsius esse. 3. Si non antiqua fuisset stellæ exspectatio, eorum verbis non multum nec Judæos commovendos, nec Herodem. Hæc speciosa quidem, sed parum firma. Nec enim 1. opus erat illos meminisse revelationis, quæ vel interna erat, vel latens saltem, adeoque dubia aliis, sed rei externæ, quam putabant etiam visam & observatam aliis. 2. Supponitur, omnia à Matthæo relata, quæ à Magis dicta. 3. Adde, ab illis dubio procul creditum, eadem luce quæ sibi obtigerat collustratam gentem illam in qua nasci debuerat Messias, & ejus potissimum bono, utpote Rex Judæorum futurus. 4. Cur definite & signanter vocent ἀστέρα illius, supra ostensum. Et hæc sola ratio sufficeret, animis illorum hanc lucem affusam, stellam illam nihil aliud designare nisi Messiæ natalem, & illius rei gratia tantum exhibitam fuisse. 5. Perculsum fuisse Herodem, turbatam Hierosolymam simplici etiam hoc nuntio, & hac sola indicina, natum esse Judæorum Regem novum, nemo mirabitur, quisquis & tyrannorum genium novit, & Herodis historiam, & creberrimos motus à Judæis gente turbulenta מאבות, levissimis de causis excitatos, & spes Judæorum de instauratione sui sceptri, & odium Tyranni, & mala panica, quæ ex collisione plurium de sceptro inter se contendentium in regno aliquo metui possunt, & prævideri. V. Concludimus vero, probabiliter statui posse, ad agnitionem illam Messiæ Magos per gradus varios deductos fuisse singulari Dei providentia. 1. Illos ut Astronomos siderum contemplationi frequenter vacantes cœpisse observare φαινόμενον novum stellæ instar, nunquam ante visum vel observatum, extraordinarium etiam quoad situm, lucem, motum. Inde illos ex arte sua facile conjecisse, novum aliquid & eximium portendi. 2. Accessisse indagationem diligentem Magorum ex artis principiis, quid præsagiret novum illud astrum, sed frustraneam & evanidam. 3. Vaticinia quædam sacra à Judæis inter populos Orientales disseminata de Messia aliquando ex sua gente orturo ab illis expensa. 4. Demus etiam, *Balaami* vaticinium Magis fuisse compertum, & perperam ab illis ad sidus materiale relatum. 5. Frustra vero omnia, nisi sidus novum non in cœlo tantum sive æthereo, sive aëreo, sed & in animis

nimis illorum singulari Dei bonitate succensum fuisset, & adeo lucidum & potens, quod sufficeret natali Regis Judæorum noviter nati demonstrando, & illis ad ejus inquisitionem & adorationem permovendis. *Spanhemius.*

143 Μάγων] *Latina* origo *Magorum* nomini assignatur à quibusdam, sed pædagogica & futilis, à particula *magis* quasi inde etymon ejus arcessendum foret, æque ac geminum illi nomen *Magistri* à *magis* & *ter*, quod nimirum uterque magis possit aliis, vel præstet aliis, & hic quidem cum ἰστορίᾳ. *Suidas* melius à μαίνομαι. Superiora produxisse confutasse est. Multa talia ludicra potius & jocularia quam arguta à multis. Magnorum quandoque virorum lusus hic reperiuntur. Qualia sunt, quæ *A. Gellius*, nec sine commendatione Authorum, proponit, *Noct. Artic. lib.* XIII. *cap.* 2. *Sororem* appellatam, quod quasi *seorsum* nascatur, & separetur ab ea domo in qua nata est, & in aliam familiam transgrediatur. *Fratrem* dictum esse quasi *fere alterum*. Illud acumini *Labeonis Antistii* debemus, hoc è *P. Negidii* fabrica. Utrumque contortum & frigidum. Imo summis Doctoribus ἀνθρώπῳ talia sæpe excidere. Sic *Tertullianus* libro adversus Judæos τὸ πάσχα derivat à verbo Græco πάσχειν. Sic *Isidorus* libro VII. cap. IX. cum *Anacleto* Pontifice Romano *Cephæ* nomen ducit ἀπὸ τῆς κεφαλῆς, *eo quod in capite sit constitutus Apostolorum.* Eodem jure, quo *Tacitus* Histor. quinto *Judæos* quasi *Idæos* ab Ida monte dictos contendit. Talia frequenter apud Scholasticos reperiuntur, qui hic acumen suum sæpe sunt experti, v. g. *matrimonium* dici à *materia* & μοῖρα, vel quod sit *matris* τὸ μοῖρα, & quæ sunt inficeta & inepta id genus alia. Qualia multa merito explosa, & alia feliciter eruta inter alios, post *Scaligerum* & *Casaubonum* summos Viros, à Viro CL. *Christ. Becmano* in *Originibus* eruditis linguæ Latinæ. III. *Græca* derivatio nominis Μάγος multiplex dari videtur. 1. *Quidam* Μάγους dictum volunt quasi μέγας, magnum, sed & hoc gratis & præter rem. Fatemur, allusionem aliquam ad hoc nomen reperiri Act. VIII. 9. sed non etymon ejus, quando Simon dicitur Μαγεύων, & post, λέγων εἶναί τινα ἑαυτὸν μέγαν. 2. *Alii* Μάγους nomen ducunt ἀπὸ τοῦ μίγνυσθαι, à pinsendo vel subigendo, prout ab eadem origine Μαγεὺς pistor, & Μαγὶς ἡ τραγίσκη ἔνθα τὰ μάγματα. Huc propendet *Etymologici Magus* Author, Μάγος παρὰ τὸ μάσσω, τὸ μαλάσσω, ὁ ἀπὸ τοῦ μαγικὸν ἐμπλάσσειν τὸ μίλτινον στόμιον. Sed & hoc contortum nimis & jejunum. 3. *Alii* ἀπὸ τοῦ μαγγάνου, quod *Suidæ* παρεδόξου τινός. Hinc μαγγανεία γοητεία. Atqui μάγγανον potius ἀπὸ τοῦ μάγου, quasi μάγγανον, post μάγγανον, τὸ μηχάνημα ἢ Μάγου ἢ τινος ποιεῖ. 4. *Epiphanius* in Ancorato Magorum nomen ducit ἀπὸ τῆς Μαγωδίας, Mediæ vel Arabiæ regione, quæ derivatio & ipsa violenta potius quam analoga, sive significationis ratio habeatur, sive formationis vocis. Μαγῳδὸς alias histrio, mimus, μαγῳδία artificium mimicum. IV. Hebraica vero etiam etymi hujus ratio, & varia quidem à variis adfertur, minus probabiles duæ videntur, probabilior tertia. 1. Minus probabilis est derivatio à voce מעז *robur* quod LXX. etiam adjective reddunt ἰσχυρὸς, δύνατος, quasi idem cum עז & עזז. Nec vero nulla hic vel significationis vel analogiæ ratio. 2. Sic dura illorum derivatio, qui Magi nomen ducunt à *Benoni Pihel* מכשף verbi כשף / præstigiis usus est, quod LXX. exponunt per φαρμακεύειν. Sic מכשף illis φαρμακὸς, φαρμακοὺς. Significatio quadrat, sed elisio ד ף radicalis litteræ dura & insolita. 3. Probabilior illorum opinio, qui Μάγους sic dictum volunt à verbo הגה particip. *Benoni* in *Hiphil*, מהגה quod propriè meditans, vel mussitans, voce Hebræa inflexa ad Græcorum nominum terminationem. Datur hic analogia convenientior tum in forma-

formatione nominis, tum in significatione. Τὸ הגה enim in *Kal*, & רגהה in *Hiphil* redditur a LXX. per μελετᾶν, meditari, item per φωνεῖν ἐκ τῆ κοιλίας, *de ventre* quasi *proloqui*. Sic הגה μέλε, φθὴ. Nec sine ratione hoc verbum adhibetur Jesa. VIII. 19. & prædicatur de præstigiatoribus & incantatoribus. *Quum autem dixerint ad vos, quærite à Pythonibus, &* ariolis vel *sciolis* המצפצים והמהגים *pipientibus & mussitantibus* LXX. vertunt ζητήσατε &c. τὰς κοιλογάστορας, οἱ ἐκ τῆ κοιλίας φθέγγονται. Erant ergo præstigiatores מהגים mussitantes, ἐγγαστρίμυθοι, & ἐγγαστριμύθους vel στερνομάντεις q. d. *Ventriuates*, vates qui præ se ferebant se dæmonem in pectore vaticinantem habere. Ἐγγαστρίμυθος cæteroquin apud LXX. respondet voci Hebræorum אוב quod *uterum* notat, quasi ex ventre utris instar intumescente & à Spiritu distento loquens. Alibi minus commode LXX. vertunt per ψευδὴς quasi ab אבה. Sic ἐγγαστρίμυθοι Jesa. XLIV. 25. בדים mendaces, qui & חוזי כוכבים *inspicientes astra*. Sic ἐγγαστρίμυθος est LXX. ידעוני quasi sciolus, ariolus, γνώστης & ἐπαοιδὸς, incantator. *Targumim* habent voces מהשבין & מחשבין quasi *proferentes & cogitantes*. V. Præter originem vero Hebraicam nominis *Magi*, si non veram, probabilem tamen & commodam satis, datur adhuc alia *Syro-Arabica*, quam observat *Ludovicus de Dieu*, Vir CL. qui vocem מגוש Mem accepto pro *hemantico* derivat à verbo נש quod Syris & Arabibus est scrutari, explorare, ut מנושא sint velut נשושא exploratores, scrutatores naturæ rerum, qui & חחמי המחקר *sapientes scrutationis*, quo nomine Physicos designant Rabbini, ut Grammatici illis dicuntur מרקדקים quasi subtiliter & minutatim inquirentes in aliquid, à דקדוק Grammatica. Sic abstractum מגושתא rerum naturalium studium, quasi eorum perscrutatio, quæ examen profundum & exigunt, & merentur. Alias Physica illis dicitur מעשה בראשית *opus in principio*, per allusionem ad rerum naturalium descriptionem, de qua Gen. I. Sic Metaphysica ab illis vocatur מעשה המרכבה opificium currus ex capite primo *Ezechielis*. Hinc מרכבה doctrina abstracta ἀπαγωγὴ. Astronomos vocant חכמי תולדות *genethliacos* planetarios. Cæterum originem illam quod attinet nominis *Magorum*, conjectura ingeniosa nititur, & non contemnenda, revera enim נוש est rem velut in ramenta concidere, adeoque profunde meditari à נוש Hebræorum, quod *ramentum* vel *strigmentum* notat. Sic נשושא Syris exploratores. Sic Luc. XX. 20. versa vox ἐγκαθέτους à Syro, quam *Glossarium* sedulum interpretatur, *Suidas* δόλιον, κακόηθες, dolosum, exploratorem, prout Hebr. XI. 31. in plurali נשושא κατασκόπους, & κατάσκοπος merito ἐγκάθετος dicitur, quia οἱ κατάσκοποι ἐγκάθηνται, vel ἐγκατημμένοι εἰσὶ, & οἱ κατάσκοποι ἐγκαθέζονται. VI. Plerique tandem in hanc sententiam pedibus eunt, & contendunt nomen *Magi* Persicum esse, ut voces *Satrapa*, *gaza*, & aliæ id genus. Vide *Cælium Rhodiginum* lib. 5. Antiqu. lect. capite 42. Sed & hic in diversa itur. Alii contendunt nomen illud *specificum* esse, & designare *sapientem*, alii *genericum* & *gentilitium*, & sumi pro Persa quovis, vel saltem, secundum *Strabonem*, libro 15. pro incolis certæ cujusdam regionis Mediæ inter quinque gentes, à quibus illa incolitur. *Plinius* Nat. Histor. l. 25. c. 11. nomen illud commune facit pluribus gentibus,

tibus, & meminit Magorum Persidis, Arabiæ, Æthiopiæ, & Ægypti. Sed hæc omnia ad *usum* & *significationem* pertinent, & origo semper dubia manet, etymon incertum. Qui ergo Magorum nomen Persicum statuunt, originem à se ignorari fatentur. Licebit & nobis illam ignorare, donec aliunde ex abdito eruatur. Hebraæ derivationi postremæ favet & vox Græca, quæ illi affinis, & significatio, quam notat Author operis imperfecti, Homil. 11. *Magos* dici velut silentes & meditationi vacantes. Huc referri potest prædicatum illud מהגים ariolis attributum Jesa. 8. 19. Sic *Hutteri* versio eandem vocem retinet, μάγοις מרהגים. *Munsteri* Euangelium Hebraeum substituit vocem מכשפים nec ob id flagellandum erat à *Maldonato*, quia מכשפים Persarum non infames erant, ut ostendetur *Dubio* sequenti, qui alias περσοποιοὶ potius quam γοητοποιοὶ. *Syro-Arabicam* originem confirmat scriptio Arabica, Chaldaica, & Syra conjunctim, מנוש מנושא / אמנוש אמנושא quæ in Talmudicis etiam libris occurrunt. Non dubium interim, quin Matthæus vocem illam à LXX. Interpretibus (quibus illa frequens satis in Daniele, respondens voci Hebraeæ (אשף mutuatus fuerit. Quisque hic suo judicio fruatur. Nomina affinia *Magog* & *Magusæorum* hæsere jam antiquitus Persis, testibus *Suida*, & *Cedreno*, Μαγὼγ ὁ Πέρσης. Οἱ γὰρ τὸν Πέρσην Μαγὼγ τὸν Γὼγ ἐπονομάζοντες. Καὶ μαγουσαῖοι οἱ αὐτοί. Interim, si Hebraæ linguæ antiquitatem attendamus, ab Hebræis potius ad Persas, quam ab istis ad Hebræos nomen illud fluxisse videtur. De *Etymo* & *origine* nominis *Magorum* supra actum. Sequitur Quæstio de ejus *significatione* & *usu*, quæ & necessaria magis, & magis utilis, cum vocum origo ignoretur plerunque, & ignorari possit salva rerum notitia, usus vero & significatio non item. Proinde pro instituti nostri ratione paucis dispiciemus.

1. quid *Magorum* nomen designet apud Scriptores paganos 11. quid apud *sacros*, & Matthæum nostrum cumprimis. II. Si Scriptores *paganos* consulamus, ut nomen abstractum *Magiæ* ἐμπύρια & πελάσγια apud illos, sic & concretum *Magus*. Non diffundam me in enarrationem variarum Magiæ specierum, quod à multis præstitum, & ab instituto nostro alienum. Sufficiat nobis observare *Magi* nomen μίσον secundum se esse, & modo in *bonam*, modo in *malam* partem Scriptoribus usurpatum, prout Magiæ duplex apud eosdem notatur, *licita* una, *illicita* altera. Magiæ *licitæ* meminit *Suidas* in voce μαγικὸν: πανταχοῦ, inquit, ἐφ' ἑαυτοῦ Μῶλι τῆς Πέρσης ἡ ἀλληφόρια τῆς γοητείας τῆς αὐτῆς φαρμακείας. Distinguitur vero à quibusdam in *naturalem* & *artificialem*. *Illicita* diabolica est, quam *Tertullianus* libro de anima vocat *secundam idololatriam*, in qua Diabolus cultum sui quærit & adorationem. Hæc Legibus divinis & humanis merito proscripta. Vide in Codice lib. 9. tit. 18. *de maleficis & mathematicis*. §. 1v. *Eorum est scientia punienda, & severissimis merito legibus vindicanda, qui magicis accincti artibus aut contra salutem hominum moliri, aut pudicos animos ad libidinem flexisse detegentur &c.* §. v. *Chaldæi ac magi, & cæteri quos maleficos ob scelerum magnitudinem vulgus appellat &c.* §. v1. *Multi magicis artibus usi elementa turbare, vitam insontium labefactare non dubitant, &c.* Vide etiam §. v11. Sic à Jurisconsultis merito sancitum: Si quis thesaurum quærat in suo fundo, & adhibeat magicam & artes vetitas, inventum redigi oportere in fiscum, qui enim malis rationibus rem quæsivit, indignum videri, qui possideat. III. *Magorum* nomen in *bonam* partem sumptum tributum legimus 1. Philosophis, 2. Theologis, 3. Politicis. 1. *Philosophis*, iisque vel naturæ, characterum ejus & virium sympathiarum & antipathiarum in natura, & aliorum id genus gnaris, qui *Physici*, sive astrorum, motuum & constellationum cœlestium peritis,

ritis, qui *Astronomi*, & *Astrologi*. Sic *Suidas*. Μάγοι παρὰ Πέρσαις οἱ φιλόσοφοι. Et post, μαγεία ἡ ἀστρολογία. Sic *Marsilius Ficinus* Comm. in Plat. orat. VI. capite X. notat Magicæ opus esse attractionem rei unius ab alia ex quadam cognatione naturæ, & magicæ opera naturæ opera esse. II. Tribuitur *Magorum* nomen *Theologis*, qui Deorum cultum sive obibant tantum, sive obibant & docebant simul, qui sacris operabantur, qui vaticiniis vacabant. *Petrus Crinitus* de honesta Disc. lib. III. cap. II. Zoroastris *Magicen* interpretatur Dei cultum atque divinitatis studium, naturæ etiam virium & sublimium divini intellectus arcanorum perquisitionem Theurgiam & Cabalam aliis dictam. Sic *Xenophon* lib. VIII. Κύρου Παιδείας pietatem Cyri deprædicans, quod rebus divinis magis studuerit, rebus florentibus, addit *Magos* ab eo constitutos sacrorum hymnorum & sacrificiorum præsides, ᾧ τότε πρῶτον καπεφήνασαν οἱ Μάγοι ὑμνεῖν τε ἀεὶ ἅμα τῇ ἡμέρᾳ τοὺς θεούς, & θύειν αὐτοῖς ἱκάστῳ ἡμέρᾳ οἷς οἱ μάγοι θεοῖς σπένδουσι, quam sanctionem successoribus ejus ratam fuisse ibidem docet. Sed jam ante lib. 7. Cyrop. Cyrus sacra facit Diis illis quos Magi colendos suadebant, imo libro 4. dicitur Cyrus jussisse Magis accitis παρὰ τοῖς θεοῖς νομιζόμενα ἐξαρτίσθαι, unde prius etiam sacris operabantur. Hoc sensu *Plato* in Alcibiade primo, quando de educatione Regum Persarum agit, quatuor pædagogos inquit illis deligi consuevisse postquam annum decimum quartum attigerant, primum σοφώτατον, qui doceret Magiam Zoroastri, ᾧ τοῦ βασιλεῦ: secundum δικαιότατον, qui doceret Regem ἀληθεύειν tota vita, tertium σωφρονέστατον, qui animum ejus contra voluptates muniret, quartum ἀνδρειότατον, qui illum redderet impavidum & intrepidum. Addit vero Plato, Magiam illam Zoroastri pædagogi regii primi disciplinam fuisse θεῶν θεραπείαν. egregio & utili regibus & principibus instituto, quorum adolescentia ejusmodi pædagogis regi debet, & primo pietati operari. Hoc sensu *Lucianus* in Macrobio Magos vocat ἡδὺ μυστήριον τῆς θεοῖς ἀνακείμενον, idque apud varias gentes. Sic *Varinus* μάγος interpretatur θεόλογον τῆς ἱερέα. *Herodotus* libr. 1. Magos ab aliis hominibus & sacerdotibus Ægyptiis distinguit, & illis peculiaria instituta affingit. III. *Magorum* nomen tribuitur etiam *politicis*, sic apud Persas Regum consiliarii & administri præcipui *Magi* vocati, ex quorum numero etiam aliqui imperarunt, nulli alioquin qui non Magorum institutis tincti essent & imbuti, teste *Cicerone* lib. 3. de nat. Deorum. Hinc, ut supra ex Alcibiade Platonis notatum, Magi scliti ᾧ τὰ βασιλικὰ δεδιέναι. Et Herodotus in *Thalia* docet, Cambysen ad bellum Ægyptiacum proficiscentem reliquisse *Magorum* unum μελεδωνὸν τῶ οἴκων. Imo ad tantum fastigium se extulere, ut Cambyse Ægyptiaco bello implicito duo magi fratres ad imperium ambiverint, Patizithes & Smerdis, quod & per dolum obtinuere. Cum enim Cambyses somnio territus per Prexaspen clam fratrem Smerdin è medio tulisset, & factum illud Persas lateret, Magus Patizithes fratrem, quem habebat Smerdin occiso cognominem, pro Smerdi Cyri filio, Cambyse absente, venditat, quod is esset οἰκὼς μάλιστα τὸν ἀπὸ Σμέρδι τοῦ Κύρου, & illi persuadet, ut solium regium invaderet. Paret Smerdes fratri. Caduceatores & præcones novi Regis imperium ubique divulgant. Cambyses nuntio hoc percellitur, & dolo à Prexaspe se circumventum arbitratur. Prexaspes de nece fratris eum certum esse jubet, & scenam per conjecturam detegit, à Patizithe fratrem Smerdin substitutum. Cambyses Smerdin ὑπερβαλόμενος castigaturus domum redire satagit, sed proprio gladio in femore perstrictus in Ecbatanis Syriæ moritur. Ante mortem Persarum τοὺς λογιμωτάτους accersit, necem fratris prodit, & causam, & magorum dolum. Ab ejus obitu Prexaspes negat facinus à se in Smerdin Cyri filium admissum, quod non amplius tutum erat fateri, Cambyse

extincto. Hinc Cambysis oratio ficta videtur, & Smerdis hypobolimæus regnat septem mensibus, & beneficiis sibi devincit Persas & nationes vicinas, publicans ἀπαλλὰν τριετίης τὸ φόρε. Octavo mense schema Magorum detegitur ab Otane Persa per Phædymam filiam Smerdis concubinam. Deprehendit illa Smerdin auribus carere, quibus Cyrus ipsum truncaverat. Otanes ea de re edoctus cum fidissimis conspirat contra Magos. Darius Hystaspis filius se illis sociat. Prexaspes fabulam aperit. Conjurati in regiam irruunt, Magos fratres trucidant. Magorum dolus toti ordini funestus redditur. Persæ in Magos obvios sæviunt. Inde hic dies festus Persis, & μαγοφονία dictus, quo die nulli Magorum in publicum prodire licet. Hæc Herodotus prolixe refert in *Thalia*. Ctesias variat in nominibus & circunstantiis. Et hactenus quidem in bonam partem Magiæ & Magorum nomen usurpatum. IV. Ut vero rerum bonarum creber abusus, sic & bonorum nominum. Hinc, quod nominibus *Tyranni*, *Sophistæ*, *Publicani*, *Mathematici*, *Astrologi*, *Planetarii*, *Scribæ*, & aliis id genus contigit, contigit etiam *Magorum* nomini. In sequiorem enim significationem sensim abiit, & quæ μαγεία prius contradistincta fuit τῇ γοητείᾳ & τῇ φαρμακείᾳ, crescente hominum partim superstitione, partim versutia, cum ea confundi cœpit. Cum enim Magi occultarum rerum cognitionem & disciplinam profiterentur, *specie salutari*, ut inquit *Plinius*, lib. 30. cap. 1. *irrepsit* mala ars, & cœpere multi notitiam ad praxin deducere, & primo per applicationem naturalium activorum cum passivis res inusitatas, modo aliis incognito, producere. Postmodum, sensim blandiente sibi humani ingenii licentia, à licitis ad illicita delapsi, paulatim præstigiatores audire cœpere, & ψεφοπαίκται, ψεύδους φαντασίας σοφισταί, ut *Sophoclis* Scholiastes observat. Imo non illusores tantum sed & malefici, in quos sanctiones supradictæ ab Imperatoribus publicatæ. Variæ vero hujus Magiæ species, alia *divinatoria*, alia *præstigiatoria*, alia *fascinans &c.* Hujus generis sunt, ὑδρομαντεία, κληδονομαντεία, δακτυλομαντεία, ὀνυχομαντεία, κοσκινομαντεία, & alia id genus, quibus nefarii homines maleficis artibus dæmones consulunt, iis ex compacto imperant, cognitionem sive futurorum, sive præteritorum, sed occultorum, profitentur, præstigiis ac incantationibus, characterum & figurarum occultarum terriculamentis vel illudere aliis satagunt, vel etiam fascinis suis nocere. Hoc genus Magiæ, ut imaginarium tantum, impugnat *Petrus Pomponatius*, sed nequicquam, cum Scriptura, natura, ratione, & experientia ipsa multimodis revinci facile possit. Vocat illam *Plinius* Nat. hist. lib. 30. c. 1. *Fraudulentissimam artium*, & inquit illam *artium tres alias imperiosissimas humanæ mentis complexam in unam se redegisse, & blandissimis desiderantissimisque promissis addidisse vires religionis*, *Plinius* ibidem inepte inter Magos Mosen refert. Est *& alia Magices factio*, inquit, à *Mose Iamne & Iotape Iudæis pendens*, ubi vestigia quædam Iannis & Iambris quorum meminit Apostolus 2 Tim. III. 8. Species Magiæ præstigiatoriæ recenset Plinius l. 30. c 2. Hoc genus Magiæ *Philo* libro de Legibus egregie vocat παρήκουμα prioris, in quod S. Scriptura gravissime merito invehitur, & quicquid est hominum Dei & sui gnarorum. *Cabala* Judæorum ad Magiam illam infamem accedit, quippe quæ litteris certis è collo suspensis vim secretam affingit, velut ἀμυνικλεῖς quibusdam sacris. Magiam illam præstigiatoriam profitebantur Magi illi, quos Ægyptus in suam perniciem Mosis ætate aluit, de quibus Exod. VII. quos cum Ægyptii honesto nomine vocarent חכמים / *sapientes*, Moses vocat מְכַשְּׁפִים LXX. ἀπαιδεύτους τῶν Αἰγυπτίων, qui vel organi, vel medii, vel objectorum etiam immutatione oculos adstantium præstringebant, meri non γοητεύοντες sed πεπλανημένοι, qui optime

Aquila

Aquilæ κρυπτικοὶ dicti, ab artis fuæ vel origine, vel professione, vel exercitio. Et qui *κρυπτικοὶ* Aquilæ, iidem *Symmacho Μάγοι* dicti. Utrumque etiam Gen. XLI. 24. In illis sane *τὸ κρυπτικὸν* ubique & *κρύφιοι λογισμοὶ*, qui *πυκνοὶ Suidæ*, & *κρύφια ἐπιχειρήματα*, & Magus talis revera *κρυφίους* vel *κρυφίους* h. e. *δολίους πανούργους*, *ὕπουλος*. Et frustra *μαγεία Suidæ* definitur *ἐπίκλησις δαιμονίων ἀγαθοποιῶν σοῦ ἀγαθῷ πρὸς σύστασιν*, contradistincta invocationi *δαιμόνων κακοποιῶν*. Nulla enim dæmoniorum invocatio bona, nec penes illos *ἀγαθὸ σύστασις*. Et exemplum à *Suida* ductum ab Apollonii Tyanei plani & impostoris *γοητεύματα* parum appositum, cujus pergula nihil nisi præstigiarum & impostarum erat officina, ipse *φῶκος*, *ἀπατεών*, qualis *Alexander*, de quo *Lucianus* in *Pseudomante*, quicquid hic vel *Philostrato* in vita Apollonii, visum fuerit, vel Authori quæst. & resp. XXIV. ad Orth. cui videtur Apollonius ille fuisse *ἀνὴρ ἐπιτήμων τῆς φυσικῆς δυνάμεως, καὶ τῇ σὺν αὐτῇ συμπαθείᾳ τε καὶ ἀντιπαθείᾳ*, & operatus tantum *κατὰ τοιαύτην τὴν ἐπιστήμην*. Contrarium & instituta & acta illius testantur, qui eo impudentiæ etiam processit, ut & mortui resuscitationem polliceri auderet, & ficto schemate multorum oculos & animos occuparet. V. Si jam in usum & significationem nominis *Magorum*, quam apud sacros Scriptores habet, inquiramus, dispiciendum. 1. Quo sensu adhibitum fuerit à LXX. Interpretibus. 2. Quo significatu alibi in N. Testamento. 3. Quo à Matthæo *in hypothesi*, de qua nobis quæstio. 1. LXX. Interpretes, ubi nomen אשפים in Daniele occurrit, constanter id exponunt per *μάγοι*, אשפים vero Hebræis vel Chaldæis potius sunt, qui ex afflatu aliquid cognoscunt, vel qui sidera crepusculi tempore observant, quandoque Philosophi in genere, quandoque Astrologi in specie, vel Medici. Chaldæis אשף Astrologum notat & sapientem. Plurale sæpe hoc sensu apud Danielem, & simplex אשפין / & emphaticum אשפיא. Et sane videtur in bonam partem vox illa accipi apud *Danielem*. Contradistinguuntur enim illis qui dicuntur מכשפים & חרטמים *οἱ ἱπποδὼ & φαρμακοὶ*. Etsi fatendum sit, Hebræorum doctissimis nomina etiam חרטמים מכשפים & alia id genus longe aliter accipi, quando de Persarum sapientibus sermo, aliter quando de Ægyptiis vel aliis nationibus agitur, apud Persas enim licitarum artium professores, apud Ægyptios & alios illicitarum his nominibus designari consuevere. VI. In Novo Testamento & abstracta & concreta vox *μαγεία* & *μάγος* in malam omnino partem plerisque adhiberi videntur, abstracta Act. VIII. 11. concreta Act. XIII. 6. Sic verbum *μαγεύειν* Act. VIII. 9. Interim si sequamur observationem eruditam *Lud. de Dieu*. nomen illud *μάγου* videtur, Act. XIII. 8. quando dicitur *ἀνθίστατο δὲ αὐτοῖς Ἐλύμας ὁ μάγος, οὕτω γὰρ μεθερμηνεύεται τὸ ὄνομα αὐτοῦ*. Etsi enim institutum *Elyma* pessimum fuerit, nomen tamen innocuum fuit. Observat vero Vir eruditus, *Elim* apud Arabes *scientem* notare, & tribui peculiariter iis qui res divinas humanasque scrutantur, earumque sunt periti. Sic Magi nomen ibi honestum foret, & sane *τὸ μεθερμηνεύεται*, quod ibi occurrit, ut bene notat Doctissimus interpres *Beza*, simplicem unius linguæ per aliam interpretationem designat. Idem *Beza* Arabicam voci Elymæ originem esse ingeniose jam olim conjecit, quod animadvertisset in pentateucho Arabico חרטום Hebræorum verti per עלמא. Hic ergo *μάγος σοφὸς* notat & *σωστὸν*. Et sane derivatio illa longe probabilior contortis aliis, sive *Cajetani* qui *Elymam* interpretatur *Dei mensuram* vel *censum*, sive *Ariæ Montani*; qui nomen illud conatur conciliare cum ברשומא Syrorum quod loco *βαρνεῦ*. Ineptum etiam,

etiam, illi nomini Græcam originem assignare cum quibusdam ab ἴλυμος, vel ἴλυμα vel ἰλυσιᾶος. Nec enim à vocum illarum significatione quicquam sani huc trahi potest. Probabilior derivatio, Elymam dici quasi Elymæum. *Etymologicum Magnum*, ἰλυμαῖοι ἔθνος, ἰλύμη χώρα, sive ab Elymaïde Assyriorum regione Persis vicina, sive aliunde à Siciliæ regione ab Elymo Anchisæ filio sic dictam. Et quid obstat, quominus ἰλυμαῖος *magum* notet, ut כשדי *Chaldæum* proprie, post *antonomastice* magum vel hariolum, quippe quibus gens illa abundabat. Syrus cæteroquin Interpres μαγίαν & μάγος vertit per חרשא / quæ vox in malam partem usurpatur. Prout & abstractum חרשותא / quod respondet Gal. v, 20. τῇ φαρμακείᾳ. Apud paraphrastem *Chaldæum* V. Testamenti vocibus מכשף & מכשפה respondent eædem voces Chaldææ חרש & חרשא à חרש Hebræorum, quod proprie arare, fodere, eruere aliquid cum labore, post attente cogitando aliquid rimari & scrutari, tandem malis artibus rem velut eruere. VII. Locum *Matthæi* quod attinet, qui nobis præ manibus, duplex hic Interpretum sententia. Quidam enim Magorum nomen in *malam* partem à Matthæo sumi arbitrantur, in *bonam* alii. Fundamenta opinionis prioris hæc dari possunt. 1. *à locis parallelis* N. Testamenti, ubi semper in malam partem sumi videtur. 2. *A textu Hebræo*, ubi τὸ מכשף occurrit, quod φαρμακὸν significat, מכשפים enim Rabbi *Abraham* sunt משנים דבר חתולדת למראה העין *qui mutant rem naturalem ad aspectum oculi*, & ita oculos adstantium præstringunt, ut res aliæ sint, aliæ videantur. Quales Deus exscindi jussit. Ex. xxii. Hinc Magia nigra *Rabbinis* כשוף & בשפנית *fuga*. 3. *Ab auctoritate Justini Martyris, Origenis, Chrysostomi, Theodoreti*, & aliorum ex Veteribus, à quibus in sequiorem partem nomen illud expositum. Et *Stapletonus* in Antidotis Evangelicis inquit, tot Patres affirmare illos prius malis artibus deditos fuisse, ut id vix absque temeritate negari possit. 4. *A ratione*, quod Deus voluerit Magorum illorum hominum maleficorum ad Christum accessu virtutum Christi hoc hominum genus ad se trahentis illustriorem reddere, & præludium aliquod exhibere conversionis maximorum etiam peccatorum, quales postmodum à Christo vocati, v. g. Zachæus, mulier peccatrix, Latro, Paulus, & alii id genus. Non sine causa ergo Christum ipsos Diaboli vates ad sui adorationem evocasse, & primitias gentium in magorum persona velut ex ipsis inferorum faucibus eduxisse. VIII. Sed tamen *rationes* illæ tanti non sunt, ut illis moveri debeamus: I peccat 1. *Elencho* κατὰ τὸ εἰ μέρος, μάγος enim nomen Magi esse Act. xiii. 8. supra ostensum, 2. *Falsa hypothesi*, quia non simpliciter *Elymas* malus Act. xiii. 6, 8. quia magus vocatur, sed quia cum ἀνθυπάτῳ vocatur μὴ γὰρ ψευδοπροφήτης, obsistens Barnabæ & Paulo, quærens avertere Proconsulem à fide. Hæc prædicata ostendunt illum fuisse magum impostorem. Imo si Magi nomen simpliciter malum, quid opus erat adjecto nomine ψευδοπροφήτης? Eo ipso itaque per βίαιον concludi potest, quia Spiritus S. ἔκθεσιν subjicit de quali mago loquatur, magi nomen in se μάγου esse. Sic *Simon* Act. viii. 9. non simpliciter magus, sed μαγεύων & ἐξιστῶν τὸ ἔθνος, λέγων εἶναί τινα ἑαυτὸν μέγαν, authoritate sibi conciliata & lucello, malis artibus, ἀπὸ τῆς ἐξαγωγῆς, ut subjicit Lucas, (τὸ ἔθνος) ἱκανῷ χρόνῳ ταῖς μαγείαις, ita etiam ut per summam blasphemiam ἡ δύναμις τοῦ θεοῦ ἡ μεγάλη audiret. Videmus ergo verbum μαγεύειν, & nomina μάγου per se, in malam partem ibi sumenda ob ἐπεξήγησιν adjectam, qualis hic apud Matthæum non reperitur, imo contraria plane.

Talia

Talia vero sunt subjecta, qualia per prædicata sua innotescunt. II. *Ratio* 1. *inconsequens* est, Hebræi enim Interpretis authoritas & recentior est, & minus valida, cujus hallucinationes crebræ. 2. *Falsa* universaliter accepta, supra enim observatum, quando de Persarum Magis sermo, מכשפים & חרטמים non illicitarum sed licitarum artium professores designare. Fallitur ergo *Staplesonus* in Antidotis Evang. qui vocem illam sine distinctione urget. III. Etiam *Ratio* inconsequens est, & infirma, nec enim sola athoritate lis ista dirimenda, & illis Authoribus alii opponi possunt magno numero. Ipsi etiam *Patres* hic sæpe sibi non constant. *Hieronymus* ipse magos maleficos fuisse negat, sed Chaldæorum Philosophos, Comm. in Dan. cap. II. Adde, nec *Maldonatum*, nec *Salmeronem*, nec *Franciscum Lucam*, nec Scriptores innumeros alios Pontificios temeritatis notam reformidasse, qui & alibi & hoc loco in alia omnia eunt. IV. *Ratio* certa est quoad *thesin*, incerta & precaria quoad *hypothesin*. Certum, maximos peccatores interdum à Christo vocatos, incertum, hos tales fuisse, & nefandis artibus prius imbutos. IX. Fundamenta firmiora dari videntur, quæ honestæ Magorum horum conditioni favent. Authoritatibus enim prætermissis, quæ magno numero congeri possent, argumentum ducimus, 1. A *significatione vocis* אשפים, quam LXX. Interpretes reddunt τοὺς μάγους nomenclatione, à quibus Matthæus vocem illam mutuatus fuit. Atqui apud *Danielem* vox illa honesta est, & אשף hodieque Rabbinis Medicum & Astrologum notat. Quidam ab illo ipso nomine vocem σοφὸς Græcam ducunt. 2. *A prædicatis* optimus, quæ tota hac Historia de illis enuntiantur, sine structura ulla & mentione vel levissima artis cujusdam infamis quam ante exercuerint. Nec tantum ante Christum adoratum Magi vocantur, sed & post ejus adorationem. Quod nomen mutatum fuisset dubio procul ab Evangelista, si infame fuisset & scelestum. 3. A *modo vocationis*, quia enim per stellam vocati, Astronomi dubio procul fuere, & corporum ac motuum cœlestium gnari, ut extraordinarium fidus ab illis animadverti potuerit & observari. 4. A *patria* horum Magorum, quam ostendemus in sequentibus fuisse Persidem. Apud Persas vero nomen Magorum non infame, sed honestum. Tametsi enim nomenclatio illa, quando effertur de hominibus vel Græcis, vel Romanis sœvasit & ἀλαζονικὴ, tamen quando de Persis loquuntur Scriptores, Magorum nomen illis in honore est. Et hoc est quod vult *Author Aruch* quem citat Eruditissimus *Casaubonus* כוגוש בלשון יון מכשף *magus in lingua Græca* φαρμακὸς maleficus, quia apud Græcos infame erat, de Græcis vel aliis præterquam Persis prolatum. Hæ & aliæ id gnus rationes satis superque ostendunt per Magos hic designari non præstigiatores, sed sapientes Persarum, sive Astronomos tantum & ἀστρολογικὸς, sive Astronomos simul & politicos ἀστρολογικὸς & πραγματικὸς, Regum & Satraparum consiliis & institutioni admotos. Unde merito Magorum nomenclatio in linguis illis vernaculis, in quibus infamis est, mutatur, & substituuntur nomina honestiora sapientum, quod factum in versione Germanica & Anglica, & aliis id genus. Et satis Matthæus Lectori & hominibus illis cavet, dum illos non simpliciter Μάγους vocat, (ne vel Ægyptii putarentur, vel Græci) sed μάγους ἀπὸ ἀνατολῶν, Magos ab Oriente, vel Magos Orientales בני קדם/ quod *Joh. Camero* ὁ μαναεΐτης bene notat. Affinia ergo nomina *Magorum* Persis, gymnosophistarum & Brachmanum Indis, Chaldæorum Babyloniis, Philosophorum Græcis, Hetruscorum Romanis, Druidarum Gallis, Scribarum Hebræis, Hierophantarum Ægyptiis. Sic notat *Lud. de Dieu*, in Æthiopico exemplari μάγους reddi nominibus

designantibus *homines excellentes & excellentia præditos*, qui laude sapientiæ omnibus aliis præstarent. Concludimus ergo, Magos illos non illusores, minus Magos maleficos, sed Magos sapientes, & in astrorum disciplina & bonis artibus aliis versatos fuisse, & ex eorum numero de quibus *Baptista Mantuanus*:

Ille penes Persas Magus est, qui sidera novit,
Qui sciat herbarum vires, cultumque Deorum,
Persepoli facit ista Magos prudentia triplex.

Magos illos *Reges* facit Romanæ Ecclesiæ tum doctrina, tum praxis. Hujus opinionis fundamenta potissima. 1. *A prædictionibus V. Testamenti*, Reges Christum adoraturos. Jesa. LX. 3. *Ambulabunt gentes in lumine tuo, & Reges in splendore ortus tui.* Psal. LXXII. 10. *Reges Tharsis, & insulæ munera offerent: Reges Arabum & Saba dona adducent. Splendorem ortus* apud Jesaiam esse stellam, quæ Magos adduxit ad Christum. Addi à Jesaia, *Omnes de Saba venient, aurum & thus deferentes*, &c. Regnum enim totum in rege consistere, & totam rempublicam in legatis suis, sic Sabæos omnes venisse in suis Oratoribus. 2. *A traditione Ecclesiæ*, illam loca citata ex Prophetis ad hos Magos accommodare, & sua authoritate de illis intelligenda docere. 3. *A patribus Ecclesiasticis*, authoritate & vetustate commendatis. Hæc argumenta habet *Alphonsus Salmero* Tom. III. Tract. XXXVIII. 4. Addi posset, conveniens fuisse Christi cunas à summis & imis adiri, ab hominibus vilibus, quales pastores, & à splendidis & in dignitate constitutis, quales reges. III. Subjicit *Salmero* ibidem per ἀθέλησιν, non obstare quod à Matthæo Reges non dicantur, satis esse eos alibi in Scriptura reges appellari. Nec librum Job tradere, ejus tres amicos reges fuisse, id tamen in libro Tobiæ expressum. Illos etiam Magos videri ob eorum in disputando scientiam. 2. Addit, *Tertullianum*, *Cyprianum*, *Hieronymum*, *Augustinum*, *Chrysostomum* & *Theophylactum* idem docere. 3. Persarum Reges, secundum *Ciceronem*, magicam scientiam percipere soliros, magiam in Oriente regum regibus imperasse, non mirum ergo magos istos reges fuisse. 4. Spectare hæc ad Christi gloriam magis illustrandam, & ad revincendos hæreticos. 5. *Ammianum Marcellinum* docere, post Cambysis mortem ex Magorum semine septem regnum Persicum adiisse, Darii factione postmodum oppressos. IV. Limitat tamen *Salmero* suam assertionem, & addit, illos fuisse regulos potius quam reges, dominos nimirum oppidorum & urbium singularium, ut barones, comites, marchiones, duces ac principes in regno Neapolitano, quales multos olim habebat Hispania. Tales XXXI. illos interfectos à Josua cap. XII. & LXX. Judicum cap. I. Tales Tetrarchas & Cœlesyriæ & Decapolitanæ regionis fuisse, tales Tygranis pedissequos fuisse, secundum *Plutarchum* in Lucullo. Sic Claudiani Epigramma in eandem sententiam exstare,

Dant tibi Chaldæi præmuntia munera Reges,
Myrrham homo, rex aurum, suscipe tura Deus.

V. Amolitur etiam Salmero per ὑποθέσεις & ἀντιθέσεις objectiones aliquot. 1. Magos parum honorifice exceptos ab Herode, ob Herodianum fastum, aut Romanam gloriam. II. A Matthæo illos magos potius quam reges vocari. 1. Quod magis è re nostra & Dei fuerit, ut sapientes de Christo testimonium redderent quam reges. Reges enim plerunque ignaros & imperitos esse, aliorumque sententiam sequi, & cum sapiunt sapientum consilio regi. Majus ergo testimonium esse quod à sapientibus datur, quam quod à Regibus. 2. Eo etiam ostensum, æquum esse, regem sapientem esse, & alios sapientia antecellere. 3. Coram summo rege Christo nullum fidelium debuisse vocari regem, coram sole stellas, coram Christo impe-

imperatore regium nomen cessare. 4. Qui primi à Deo defecere, sapientes fuisse, dæmones enim à sapientia nomen habere, Sic qui primi Deum quæsiere sapientes fuisse, dæmones cecidisse, resurrexisse magos, ut intelligamus nihil periculosius esse sapientia sibi relicta, nihil conducibilius sapientia divino numine illustrata. VI. *Maldonatus* fatetur minus certum esse, an fuerint reges, perstringit tamen *Bezam*, πατρολωίαν Psalmi LXXII. 10. explodentem, & illi opponit, 1. Magnam testium nubem, à quibus magi illi reges dicantur, & ex loci illius fide. Addit, Reges Tharsis pro quibusvis gentilium regibus exempli loco à Davide positos. 2 Sic Ecclesiam sæpe solere, quæ de una persona dicta sunt, ad aliam propter similitudinem non ignoranter, sed prudenter accommodare. Sic ad Mariam Christi matrem accommodari, quod de Maria Lazari sorore dictum Luc. x. 42. 3. Ecclesiam etiam non certa & catholica fide, sed probabili opinione credere magos fuisse reges. Licuisse *Mantuano* in Fastis poetæ Christiano patrum memoria salva religione dicere, *Nec reges, ut opinor, erant.* Licere hodieque multis Interpretibus Catholicis id magnis argumentis confirmare. 4. Fuisse illos Reges non Persarum nobilissimos, sed principes qui regum aut regulorum nomen merentur, ut regulis Johannis IV. 46. & amici Job Job. II. 15. reges appellantur, & Herodis Magni filius rex appellatur, qui Tetrarcha Galilææ. Matth. XIV. 1. 5. Poetam *Juvencum* illos primores suæ gentis & proceres vocare. 6. Conjecturas addit *Maldonatus*, illi opinioni firmandæ, hos Magos ab Oriente usque venisse, unde privati philosophi tam longo itinere suscepto non venissent: illos regem natum adorasse, quod soli principes facere solebant, illos thesauros habuisse: non fuisse ab Herode comprehensos & in crucem actos: Herodem dicere, se quoque adorandi causa cum illis iturum, quasi omnes reges magorum exemplo deberent novum regem adorare: privatos homines non fuisse ausuros id coram tyranno profiteri, legitimum Judæorum regem natum esse. VII. Excipit etiam *Maldonatus* 1. Non magis mirum illos ab Evangelista non vocatos reges, quam amicos Jobi in libro Jobi, quod tamen ab auctore libri Tobiæ factum. 2. Si alius Evangelista eandem historiam scripsisset, quam Johannes scripsit cap. IV. 46. illum fortasse, quem Johannes regulum vocat, alio nomine vocaturum fuisse. 3. A Matthæo magos potius vocatos quam reges, cum utrumque essent, ut tacite rationem redderet, qui ex stella Christum natum cognovissent. Id enim magorum, non regum fuisse. *Stapletonus* futilibus id genus argumentis magno supercilio in Centuriatores etiam invehitur in Promptuario Catholico in die Epiphaniæ. VIII. Opinionem vero illam non tantum multis Interpretibus Pontificiis probatam, sed & communi Ecclesiæ Romanæ praxi firmatam, parum probabilem, imo falsam judicamus, nisi regum nomine per κατάχρησιν designentur quivis, quibus aliqua vel authoritas, vel dignitas. *Notum* quidem in Scriptura toparchas vel dynastas quosvis exiguæ etiam glebæ dominos quandoque reges vocari. Unde non magnopere de nomenclatione & latitudine imperii horum magorum disceptandum foret, siquidem illi reges à Matthæo vocarentur, sed nomini gratis supposito interpretationem commodam quærere, absurdum. Opponimus adversariis. 1. Silentium Evangelistæ, quod magnum argumentum esse fatetur *Maldonatus*, cum nihil alioquin prætermittatur, quod ad cunabula Christi illustranda faciat. Quid vero magis gloriosum, quam à peregrinis regibus in ipsis cunis adorari? Nec silentii illius causæ, quæ vel à Salmerone notantur, vel à Maldonato, ullius ponderis, ut ex illarum examine liquebit. 2. Adde modum vocationis horum magorum, illos per sidus cœleste vocatos, & stellam ab illis observatam, quod Astrologorum & Philosophorum potius, quam regum. Rarum enim *Alphonsos* in purpura contemplatio-

nibus siderum vacare. 3. Iter longinquum à privatis susceptum, probabilius longe quam à regibus. 4. Adde, descriptionem adventus illorum simplicem & nudam proponi sine ullo apparatu, παρεληλυθότος εἰς Ιερουσαλημ. Aliter Scriptura loquitur de adventu regum, ut de regina Seba 1 Reg. x. 2. cujus Hierosolymam ingredientis comitatus & apparatus non dissimulatur. Nec tale quid dissimulatum fuisset à Matthæo ad novi Salomonis gloriam illustrandam, si id contigisset. Imo pro imperio satis agit cum illis Herodes, *Ite, interrogate*, &c. *renuntiate mihi*, adeoque ut cum privatis, non ut cum regibus. 5. Adde, nec Herodem, nec Hierosolymam turbari illorum adventu, sed sermonibus duntaxat de novo rege nato, *His auditis Herodes rex turbatus est, & tota Hierosolyma cum eo.* Sic iidem nec ullo apparatu excepti ab Herode, nec aliter cum iis quam cum privatis actum. Notat id *Mantuanus*,

Adde quod Herodes, ut magnificentia Regum
Postulat, hospitibus tantis regale dedisset
Hospitium, secumque lares duxisset in amplos.

Nec in reges id ausurus facile fuisset Herodes, quod moliebatur in privatos. 6. Authoritates etiam & multæ & magnæ sive Veterum, sive recentiorum in alia omnia eunt, & sacri contextus simplicitatem sequuntur. Quibus accedunt complures ex interpretibus Pontificiis, qui hic vel ingenue veritatem fatentur, vel assensum sustinent, vel moderate admodum hic loquuntur, inter quos *Abulensis*, *Baronius*, *Canus*, *Emanuel Sa*, *Cornelius Jansenius*, *Franciscus Lucas*, aliique complures. IX. Imbecillitas vero illius opinionis, hos magos fuisse Reges, non aliunde melius probari potest quam ex examine argumentorum contrariorum, quod succincte instituemus. *Salmeronis* argumenta frivola sunt & jejuna. 1. peccat παρεμφάσει locorum Jesa. lx. 3. & Psal. lxxii. 10. 1. Apud Jesaiam sermo indefinite & de regibus, & de gentibus, & promissio de utriusque vocatis non ad Christi βασιλικὰς cunas, sed ad ejus φανερωτικὰς communionem. 2. Quæ regum illorum ambulatio, illa & gentium, at ab his ad cunas Christi non itum. 3. Idem אור *lumen* in quo gentes dicuntur ambulaturæ, & נגה זרח *splendor ortus*, in quo reges. Utrumque non sidus quod præluxit magis, sed Dei verbum, lux Evangelii & Christi. Lumen quod sub Veteri Testamento soli terræ Sanctæ sacrum erat, tenebris effusis super totum orbem, unde merito vocatur *tempus iræ*. 4. Sic indicatum à Propheta, non plebejos tantum ex gentibus convertendos ad Messiam & עם הארץ ἰδιωτεύοντας, sed & multos πρωτεύοντας, & qui ἐν ἀρχῇ. Et hoc est quod Propheta aliquoties iterat v. 10. *Reges alienigenarum ministrabunt tibi.* v. 11. *Reges earum adducentur.* v. 16. *Suges mammillam regum.* Sic Jesa. xlix. 23. *Et erunt reges nutritii tui, & ἀρχισωτῆρες eorum nutrices tuæ.* 5. De *Seba* omnes dicuntur venturi, *ut pulli Median & Ephah, pecora Cedar, arietes Nebaioth, naves Tharsis.* In summa, בני נכר ἀλλογενῶν. In his omnibus nihil nisi vaticinia de vocatione illustri gentium ad communionem lucis & gratiæ cœlestis. Supponitur liberaliter à *Salmerone*, & Magos hos reges fuisse, & reges Seba, imo iidem simul reges & oratores Sabæorum constituuntur, & velut delegati à Sabæis ad Christum: utrumque gratis. 6. Idem per *Reges Tharsis insularum* & *Seba* designatur Psal. lxxii. vocatio utrimque gentium, & procerum etiam ex gentibus, à Messia & ad Messiam, prout sequitur, *& incurvabunt se ei omnes reges.* Sumuntur ergo nomina illa vel δεκτικῶς, & αὐτολεξεὶ, & sic nihil de magis nostris, qui nec reges Tharsis, nec insularum, nec Seba, quippe qui ἀπὸ ἀνατολῶν venere, vel ἀναφορικῶς, aut τυπικῶς, & sic non magis de illis sermo quam de aliis regibus & proceribus, qui Christo & Ecclesiæ accesserе, quorum

quorum cultus per servitutem, incurvationem, oblationem numerum, & alia id genus describitur. Et hic etiam ἀντίθεσις inter Salomonis & Christi regnum, inter Oeconomiam V. & Novi Testamenti, illa Jacobo soli obtigit Divino munere, ista Japheto etiam accito in tabernacula Semi. II. *Salmeronis* argumentum *à traditione Ecclesiæ* jejunum. Traditionem Ecclesiæ ὄντως; Catholicæ admittimus, & in *ritualibus* tantum, non *dogmaticis* extra Scripturam, pseudo-Catholicæ non item. Nec hæc accommodatio locorum, sed depravatio. Nec hic traditio Ecclesiæ, præterquam Romanæ, & privatorum quorundam somnia. III. Argumentum à picturis Ecclesiasticis ludicrum & anile. IV. Precarium & inconsequens. Quanvis enim magi illi reges non fuerint, tamen homines splendidi fuere, & in dignatione constituti, adeoque ad Christi cunas itum à magnis & parvis, sapientibus & idiotis. Nec fingenda mysteria, sed fundanda. X. Διόρθωσις cæteroquin *Salmeronis*, satis esse, magos illos alibi reges vocari. 1. Urget τὸ ἀμφισβητούμενον & κεκριμένον, quod probandum, non supponendum. 2. Jobi amicos *Reges* fuisse, precarium & falsum. Nec id à Scriptura uspiam indicatum, sed à LXX. Interpretibus sine ulla textus Hebraici indicatione adjectum, vel illorum interpretationi, quod probabilius, assotum. Job. II. 10. Stylum illum Interpres libri Tobiæ sequutus. Tob. II. 15. Nec enim in Græco contextu Tobiæ quicquam tale, nec si foret, nos urgeret, quibus scriptum illud humanum, non Divinum esse persuasissimum est, adeoque non αὐτόπιστον, sed ἀπόκρυφον. Eodem ergo jure illi Reges, quo *Jobus* rex Eodem à quibusdam constituitur, quod prolixe, sed frivolis rationibus it assertum inter alios *Pineda* Comment. in Jobum cap. I. v. 1. Præstat vero Spiritus Sancti quam humanam authoritatem sequi, à quo Jobus, & amici ejus ut homines privati introducuntur, non ut reges. Jobi pietas & opes describuntur, regnum non item. An vero credibile, ovium, camelorum, boum, & asinarum ejus numerum potius exprimendum, quam regnum, purpuram & sceptrum, si ille imperasset? Nec quicquam de regno amicorum ejus sive Jobi II. 11. sive alibi, sed mera ubique hominum privatorum descriptio. Per nos licet illos magos vocare, h. e. sapientes, reges non item. 3. Dictis Patrum sigillatim excutiendis immorari anxiæ operæ foret potius quam utilis, præsertim cum id ab Eruditissimo Interprete, à *Rodolpho Hospiniano* Viro CL. & aliis jam diu occupatum fuerit. Adde, quorundam assertiones supponi, aliorum depravari. Omitto, illorum authoritatem non esse ἀνυπόθετον, & à *Salmerone*, *Maldonato*, *Stapletono*, *Bellarmino*, aliis sæpe explosam, hic etiam explodendam ob παρεμφασίαν evidentem locorum Propheticorum. Referamus huc solutiones *Salmeronis*, qui ut se expediat à dictis Patrum, privilegium conceptionis immaculatæ Deiparæ virginis jugulantium, nodum scindit. *Respondemus*, (inquit Disput. 21. ad cap. v. Epist. ad Rom.) *ex Augustini, tum ex B. Thomæ doctrina, locum ob authoritate esse infirmum. Deinde illi multitudini opponimus aliam multitudinem, &c. ut dicere possimus*, plures nobiscum sunt quam cum illis. *Et certe, ut prudens quidam Pastor dixit*, Pauperis est numerare pecus. *Denique contra hanc quam objectant multitudinem respondemus verbo Dei*, Exod. XXIII. in judicio plurimorum non acquiescès sententiæ, ut à vero devies. Notat idem egregie ex Thoma, *Canonistarum glossulas inter sacræ doctrinæ professores interferere, inconsonum & derisibile est.* Habemus vero hic veritatis testes *Theodoretum*, *Gregorium Nyssenum*, *Cyrillum*, alios. *Jansenius* etiam ingenue negat quenquam Veterum Interpretum hos magos reges vocare. Patribus, alias sæpe id accidit, quod primis Philosophis contigisse observat *Justinus Martyr* Dialogo cum Tryphone Judæo, nimirum τῆς πρώτης ἀκολουθήσας τῇ ἱστορίᾳ μᾶλλον ἐξηπατήσθαι τοὺς ἀλλοίους τόπους. 4. Illatio ἀναγκαία

cit, reges Persarum erant imbuti scientia magorum: Ergo magi hi erant reges, vel Magia imperabat regibus: Ergo & magi. Magorum unum semel regem fuisse per fraudem, & ad aliquot menses duntaxat, supra ostensum. Regibus Magos ab institutione fuisse & consiliis, damus, reges non item. Argumentum *Salmeronis* à particulari ad universale, & à conversione simplici propositionis universalis affirmantis vacillat. 5. Gloria Christi non per commenta illustranda, nec fabulis adstruenda. Satis præsidii & splendoris à veritate natali Domini, ab Angelis, à stella, à pastoribus, à magis, à turbata Christi cunis Hierosolyma. Nec ob id visitationem Principum invidemus Christo, quod *Calvino* inepte impingit *Genebrardus* Chron. lib. 11. assertor temerarius eorum, quæ aliorum Interpretum Pontificiorum modestia sæpe vel dissimulat, vel suspense proponit. Id unum *Calvinus* olim, nos hodie omnibus votis optamus, ut Christum osculentur reges omnes & principes terræ. Sed revera eadem hic ratio adorati Christi à regibus, quæ adorati sæpe Pontificis Romani ab Æthiopum, & Indorum regibus, quorum legationes & obsequia sedi Romanæ exhibita sæpe spargunturtur, & iis speciosa Regum nomina prætenduntur, qui minorum gentium Satrapæ sunt, imo sæpe κατὰ συμπαθειαν, & ἄνες Homericus, reges sine regnis & subditis. 6. *Ammiani Marcellini* relatio partim falsa, unus enim tantum Smerdis imperavit, etsi ex consilio reliquorum, partim ἀναπόλογος, quid enim illorum regnum ad magos qui ad Christum accessere? XI. Fatemur cæteroquin minus absurde magos illos regulos vocari quam reges, sed & hoc gratis. Nec hic assertioni tutæ locus. Reges multos in Scriptura vocari qui reguli, Dynastæ, Toparchæ tantum, damus, sed probandum, Magos hos tales vel dici, vel fuisse. 2. In *Claudiani* Epigrammate licentia poetica ferri potest, non in assertione theologica. 3. Si aliunde constaret Magorum dignitas, non anxie disceptandum foret, quo apparatu illi excepti, vel secus. Adde, Herodem in opibus suis exteris ostentandis prodigum potius fuisse quam parcum. 4. Causæ à *Salmerone* §. v. adductæ, cur Matthæus illos Magos vocet potius quam Reges, inanes sunt, & nihil nisi τυφλὸν ὄνειρον. Magi enim vocantur, non reges, quia magi fuerunt, non reges, & tales debebant vocari à Scriptore sacro quales fuerant, non quales non fuerant. *Prima* causa à Salmerone proposita retorquetur per βίαιον, eo ipso quo præstabat sapientes de Christo testimonium potius reddere quam reges, sapientes ad Christum accessere potius quam reges. Nec testimonio magorum illorum mittit Christi ἀνατροφὴ. Adde, inepte opponi sapientes & reges, & convitium dici regibus à Jesuita, illos plerunque ignaros & imperitos esse, & nonnisi aliorum opera sapere. Reverenter & magis sobrie & sentiendum & loquendum de summis capitibus. Si *Calvino* tale quid excidisset, vel alii ex nostratibus, *ad Leones*, *ad metalla* statim ab hominibus illis fuisset declamatum. *Secunda* causa in thesi vera, in hypothesi falsa. Nihil tale ibi designatum magorum adventu. *Tertia* inconsequens, neque enim regibus Christus sua diademata it detractum, quod enim reges sunt, hoc ipsius munere sunt, fastus illis exuendus non diadema coram Christo. Nec regium nomen Christo exosum, quando conjunctum cum σεμνωσει & oblatione munerum humili & larga illorum qui id gerunt, quod de Magis hic narratur. Adde, aliud Christi regnum esse, aliud hominum, nec illius dignitatem terreni nomenclatione obscurari, sed illustrari potius. Nec, etsi συγκλητικῶς Christi respectu reges servi sint & subditi, ob id regi coram Christo procidenti regium nomen detrahendum. *Quarta* ratio itidem partim falsa, nec enim magi primi ad Christum accessere, sed pastores, adeoque non sapientes, sed idiotæ: partim retorquenda per βίαιον, talibus ergo erat ad Christum accedendum potius quam regibus, ex hypothesi adversarii statuentis, sed

sed cum ingenti summorum capitum injuria, reges plerunque non esse sapientes. XII. Nec *Maldonati* homines superciliosi incrustatio melior. Si minus certum, magos reges fuisse, cur id propugnat? cur id negantes perstringit? Si *magnis argumentis*, quod fatetur, confirmari opinio contraria potest, cur in dissentientes tanta acerbitate invehitur? Si id minus certum etiam, cur quotannis tanquam certum & indubium plebi Christianæ in Ecclesia Romana obtruditur? Cum etiam exoletum hodie sit, regulos reges vocare, quotiescunque magi illi reges vocantur, summa omnia & augustissima de his regibus à plebe concipiuntur, & a Doctoribus pro cathedra de Magis rhetoricatione affectata efferuntur. XIII. 1. Ad testimonia sacra exteroquin supra responsum, & ostensum, per reges Tharsis nihilomagis designatos magos quam quosvis ἐθνικοὺς vel ἐξ ἐθνῶν alios ad Christum conversos. Imo, eo ipso quo προδιαγράφεται illi propositi, inepte id torquetur ad illos, qui nec reges fuere, nec reges vocantur. 2. Accommodatio Ecclesiæ prudens esse debet, & de mente Spiritus Sancti, & parium vel similium, non imparium vel dissimilium. Nec loci illi à multis sensu accommodatitio tantum, & per allusionem aliquam ad magos applicantur, sed proprio, ut vaticinia ad hoc vel unum, vel potissimum designandum directa. Imo à *Fevardentio* Theomach. lib. IX. cap. XI. hæreseos dica illi scribitur, qui hic contrarium profitetur. XIV. Si inquiramus in *Originem* hujus opinionis, qui factum quod jam olim illa invaluerit, videtur sane prima mali labes orta à consuetudine Veterum, qui in Epiphaniorum festo, male ad magorum adventum & siderisapparitionem applicato, solebant decantare vaticinia illa prophetica de vocatione gentium de quibus. Psal. LXXII. & Esa. LX. non quod ad litteram ad magos applicarent quod de regibus ibi dicitur, vel sibi imaginarentur magos fuisse reges, sed quod illorum vocatione primitias gentium ad Christum adductas conspicarentur, adeoque innuerent, tunc cœpisse impleri vaticinia de vocatione gentium. Et quia regum ibi mentio crebra, sensim invaluit opinio magos illos reges fuisse, quod quia videbatur ad gloriam Christi facere, paulatim, ut inventa humana genio humano singulariter allubescunt, non cum assensu tantum sed & cum applausu exceptum fuit. XV. 3. Si Ecclesia vero, quod contendit *Maldonatus*, hoc non certa & catholica fide credit, cur anathema stringit in ἀντιθέτους? cur pro suggestu id populo inculcatur quotannis? cur solenni festo hoc nomen præfixum? Liceat nobis quod *Mantuano* jam olim licuit, quod aliis Interpretibus Romanis. 4. Magos etiam illos principes vel regulos fuisse supponitur, non probatur. Qui ad Christum accessit Joh. IV. 46. dicitur vocatur βασιλικὸς, *Syro* עבד מלכא &c. *servus Regis*. Aliud vero est βασιλίσκος esse h. e. regulum, Toparcham, dynastam: aliud βασιλικὸν h. e. regium, scilicet ministrum, quæ perperam confunduntur à *Maldonato*. Magi etiam hi nec βασιλίσκοι vocantur, nec βασιλικοὶ. De amicis Jobi supra actum. Nomenclatio illa nonnisi in scripto humano, & apocrypho. Tetrarchas & Toparchas etiam reges in Scriptura vocari extra controversiam, Magos hòs, falsum. 5. *Juvenci* assertio nec favet Pontificiis, nec ἀντιδιαθέσεως est, quanvis non negemus absolute illos fuisse in dignitate aliqua constitutos inter suos. XVI. Conjecturæ *Maldonati*, febriles sunt, & nihil nisi conjecturæ. Quasi vero non privatis magna itinera susciperc facilius foret quam personis publicis, maxime regibus, qui publicis affixi curis, qui non sine ingenti apparatu & comitatu, & impedimentis innumeris tale quid moliri possunt. Stolidum etiam, ex adoratione civili activa concludere aliquem esse vel regulum vel principem. Idem quivis subditi debent & præstant regibus suis. Quo supercilio invehetur *Maldonatus* in nostros, si stramineis

id

id genus argumentis pugnarent? Quam ineptum etiam, concludere, magos fuisse regulos, eo quod dicantur habuisse thesauros? Sic bonum factum, divites omnes reges erunt, vel reguli saltem, & Nabali, Epuloni inter Dynastas locus erit. Adde, erudite è Beatæ memoriæ Theologo *Abr. Sculteto* observatum, per θησαυρὸν apud Matthæum illo loco designati θῆκας vel πίτους, è quibus exprompsere aurum, thus & myrrham. Quod ex versione Arabica & Epiphanio probat *Exercitat. Evang.* l. 1. cap. 56. Et sane θησαυρὸς hic כְּלִי vel כֵּיס potius quam אוֹצָר. Non in crucem actos fuisse magos, non illorum purpuram arguit, sed Herodis astum, qui per molitiones clandestinas illos tollendos potius judicavit, quam vi aperta. Tyrannis etiam interdum velo gaudet, & sica ac aconito æque utitur furca ac cruciibus. Nec Herodis schema purpuræ magorum argumentum, sed doli mali hominis subdoli, qui siparium obtendit suo sceleri. Magorum etiam simplicitas id libere profitetur, quod toti regioni faustum & gratum esse arbitratur. Adde, non terrenum regem ab illis quæsitum, sed cœlestem, adeoque liberius etiam coram Herode. Nec regulis alias magis impune quam privatis, seditiosas in speciem voces spargere, in alieno regno, & in talia inquirere, quæ exosa potestati dominanti. Imo à quærentium dignitate ejusmodi vocibus momentum accedit, & illæ magis suspectæ, quæ à potentiori eduntur. Æstum ergo Herodis & trepidationem, adeoque & indignationem accendisset potius quam minuisset magorum purpura, nec illos ita placide primo à se dimisisset, quorum dignitatem & adventum suspecta habuisset. Idque eo magis, quod Arsacidæ, qui in Perside rerum potiebantur, Parthi essent, adeoque hostes Herodis, qui in Antigoni gratiam in Herodem arma moverant. Proinde illa ipsa Herodis facilitas ostendit, ipsi visum à privatorum opinione minus periculi sibi & suo sceptro imminere. Conjecturæ ergo *Maldonati* retorqueri facile possunt, & nihil habent præter vastum inane, & argutias jejunas. Nec *Jansenii* incrustatio melior, magos reges recte dici, quia potentes erant, & quia propter suam sapientiam soleant semper regibus Persarum adstare: sic potentes omnes & regum consiliarii vel parastatæ reges forent. XVII. Exceptiones ejus, ejusdem commatis sunt. 1. Sane non magis mirum ab Evangelista magos non vocatos reges quam amicos Jobi in libro Jobi, quia neutri tales fuere. Nec enim Spiritus Dei est falsa nomina præscribere. Nec ab auctore libri Tobiæ id factum, sed tantum ab Interprete Latino. 2. Falsum, hominem illum *regulum* vocari Joh. IV. 46. qui βασιλικὸς, regius Nec ab alio Evangelista falsum illi nomen affictum fuisset, sed verum additum & geminum illi quod Johannes habet. 3. *Causa* potissima, cur magi vocati, non reges, est quia magi erant, non reges. Utrumque fuisse supponitur, non probatur. Et ideo ex stella Christum agnovere quia magi erant δυνατὸς τὰ ἀναβολὰς πορεύειν τε καὶ χρόνου τὸ ἄστρον ὑποκαμπύειν, ut *Plato* loquitur in Epinomide. Unde proclive illis novum sidus observare novo usui & fini destinatum. Concludimus itaque, sine causa magos hos fuisse tribu motos, & mira metamorphosi mutatos in reges à Pontificiis. Præstat vero nos cum Scriptura & sapere, & loqui, cujus nomenclatio optima, imitatio tutissima. Optime olim *Mantuanus*, & nos cum illo

Nec reges, ut opinor, erant: nec enim tacuissent
Historiæ sacræ authores genus istud honoris,
Inter mortales quo non sublimius ullum.

Unde venerint hi Magi & quænam illorum fuerit patria. Præcipuæ super hoc argumento opiniones sunt. 1. Magos illos fuisse *Arabas*, ex Arabia Orientali eaque felice oriundos. Fundamenta hujus opinionis ducuntur partim ab *authoritate*, partim

partim à *ratione*. *Authoritates* citantur veterum, *Justini Martyris*, *Tertulliani*, *Epiphanii*, *Cypriani*, *Hilarii*, aliorum. *Rationes* 1. A vaticiniis propheticis supra allegatis ex Psal. LXXII. 10. Jesa. LX. 3. Quibus additur locus Jesa. VIII. 4. Messiam debuisse capere vim Damasci, Damascum vero Arabum civitatem esse Justino Martyri & Tertulliano. 2. A muneribus, magorum quæ dubio procul *oriundi* & patria. At Arabia auri, Sabæorum regio thuris & odoramentorum ferax, & eo nomine inclyta etiam apud gentiles — *molles sua thura Sabæi*. 3. A donis olim Cæturæ filiis ab Abrahamo datis, quorum posteri Arabiæ incolæ ea refudere Christo. *Madian* enim *Epha*, & *Saba* ab Abrahamo ex Cætura oriundos, & ad plagam orientalem dimissos fuisse. 4. A vaticinio Balaami in Arabia olim edito Num. XXIV. Moab enim, secundum *Hieronymum* de locis Hebraicis, Arabiæ civitatem & regionem esse. 5. A præludio hujus adventus, quod jam olim præcessit in Regina Saba, quæ 1 Reg. X. Hierosolymam ea ipsa de causa, Balaami vaticinio excita, concessit, quod in Salomone impletum suspicata fuerat. 6. A situ Arabiæ, quæ Judææ orientalis. Sic *Tacitus* Histor. V. *Terra finesque qua ad Orientem vergunt Arabia terminantur*. Hanc opinionem, & his argumentis tuentur *Baronius* Annal. Eccles. §. XXV. XXVI. XXVII. Ad annum Christi 1. *Stapletonus* in Antidotis Evangelicis ad Caput 11. Matthæi. Quibus accedit *Vincentius Regius*. Diluc. Evang. l. 1. c. X. *Franciscus Luca* Brugensis in Matth. 11. 1. aliique complures. III. *Maldonato* rationes Authorum illorum probantur, opinio non item. At si illæ probæ, cur non & illatio, quæ ex iis nec immerito, ut fatetur, ducitur? sin illæ mali commmatis, cur illas commendat? Nobis & opinio illa minus probabilis videtur, & argumenta allata, quæ exigui ponderis. Quominus enim opinioni illi subscribamus, duo potissimum intercedunt. 1. Magorum tum nomen, tum rem nomine designatam apud Arabas inaudita esse. Magos ergo ex Arabia ducere, est Druidas ex Insubribus arcessere. 2. Quando de Arabia in N. Testamento mentio, nominatur illa differre, ut Gal. I. 17. & IV. 25. quod hic non fit, sed laxa phrasi dicuntur magi venisse ἀπ' ἀνατολῶν, ab oriente, quod & Syrus retinet מך מדנחא. Nec sine gravi causa stylum mutat Spiritus S. quæ hic vix reddi potest. IV. Fundamenta etiam illius opinionis infirma & parum solida. 1. Testimonia allegata humana sunt, siculneis fulta argumentis, quæ ut verenda patrum tegenda non detegenda. Adde, patribus illis patres alios opponi posse. 2. Vaticinia illa Psal. LXXII. 10. & Jesa. LX. 3. non de magis potius quam de aliis quibusvis ex gentilibus loqui supra ostensum. Ut nec locus Jesa. VIII. 4. ex scopo enim, nexu, & verbis prophetæ, & eventu optimo vaticiniorum interprete, clarum, vaticinium ibi proponi de excidio, & excidio propediem sequuturo hostium Ecclesiæ, regnorum nimirum Syriæ & Samariæ. Et sane anno quarto Achazi à Tiglat-Pelassare, Damasco occupata, Syri deportati, & Samariæ regnum anno duodecimo destructum à Salmanassare. Mera ergo παραμυθία loci prophetici. 3. Ratio à muneribus Christo oblatis, specioſa. At nec regionibus vicinis Orientalibus, sive Persis, sive aliis etiam illa defuere. Aurum merx catholica, & commune bonum. A Sabæis etiam thura vicini facile habere negotiantium permutationibus potuere, quæ jam tempore *Jacobi* in usu erant. Vide Gen. XXXVII. 20. ubi Ismaelitæ aromata, resinam & stacten deferunt in Ægyptum. 4. Argumentum à donis ab Abrahamo datis suis ex Cetura filiis, & Christo refusis, precarium, & minus quam conjecturale. 5. Nec à Balaami vaticinio præsidium, quod Moabitis & post Arabibus omnibus hæsisse, & ab illis ad Messiam relatum fuisse, gratis dicitur. 6. Typus Reginæ Sebæ [illegible]. Nec enim illa Sebæ Arabum, sed Sebæ Æthio-

pum regina censenda. Unde à *Josepho* lib. VIII. *Antiqu.* cap. III. vocatur τῆς ἀφρικανῶν καὶ τῆς μεσογείας βασιλίσσα, etsi fatendum, regna illa jam antiquitus distinctissima fuisse, & diversis principibus obnoxia. Regina illa cæteroquin à Christo vocatur discrte βασίλισσα νότου, *regina Austri* Matth. XII. 42. Luc. XI. 31. Et revera Æthiopia Judææ australis erat, non Arabia felix. Alias שבא cum ש in Scriptura sæpe designat Arabiam contradistincte סבא cum ס, quod communiter Æthiopiam notat à Seba Chusi filio de quo Gen. X. 7. Unde Psal. LXXII. 10. ubi utrumque occurrit, LXX. merito distinguunt, & vertunt voces מלכי שבא וסבא βασιλεῖς ἀφίξονται καὶ σπεῖσι. Et sane hoc nomine *Sabæa* vel Arabia felix contradistinguitur illi quæ סלע vocatur vel *petræa*, & illi quæ קדר atra, tetra, communiter *deserta* dicitur. 7. Arabiam, felicem maxime, Palæstinæ Orientalem cum *Tacito* fatemur, sed illationem infirmam, quia nec sola Arabia illi talis fuit, nec vestigium illum hos magos Arabas fuisse. V. *Alii* contendunt, illos fuisse ex Mesopotamia regione Palæstinæ Orientali & ex posteritate Balaami, qui ex montibus Oziensis venisse dicitur, & tamen interamnas perhibetur. Num. XXII. 5. habitans in *Pethor quæ juxta flumen*, Euphratem nimirum, antonomastice dictum flumen ob amplitudinem, prout regio interecepta inter Euphratem & Tygrim Mesopotamia vocata, quasi μέση τῶν ποταμῶν, Hebræis ארם נהרים / *Syria fluviorum*, & פדן ארם. Padan-Aram. Hæc opinio adscribitur *Origeni*, *Basilio*, & aliis, & hac ratione firmatur, vaticinium Balaami de stella aliquando exoritura in gente ejus viguisse, & hinc magos ex ejus posteris ad novi sideris exspectationem erectos, eo affulgente, in Messiam sibi inquirendum duxisse. Sed & hæc opinio minus probanda videtur, tum quia nomen μαγοπολίτου adhibetur in N. Testamento, quando regio illa designatur, ut Act. II. 9. & VII. 2. tum quia vicina illa fuit Judææ, verbis vero Evangelistæ remotior designatur, tum quia non legimus fertilem fuisse Magis Mesopotamiam. Nec quia Balaamus magus, sequitur, alios in eadem regione tales fuisse. Adde, Balaamum fuisse magum impostorem, nefandis artibus deditum, cujus successores, siquidem magi censeantur, easdem artes professi fuissent, h. e. nigras & nefandas. Qualia studia à Magis, qui ad Christum confluxere, in superioribus removimus. Nec vaticinium illud à Balaamo in Mesopotamia editum, sed inter Moabitas. Nec credibile ab illo reduce tale quid inter suos sparsum, cujus exitus tragicus satis ostendit illum nefariis studiis inde ab illo tempore ad vitæ usque finem vacasse, & meritas tandem, spretis apparitionibus illis & revelationibus insignibus, pœnas dedisse. Non attingo vindicias vaticinii allati, quod non de sidere materiali, sed de spirituali intelligendum constat. VI. Non defuere, qui arbitrarentur Magos hos Chaldæos fuisse, oriundos videlicet è terra magorum fertili, & quorum tanta copia, ut magi dicti fuerint antonomastice כשדים *Chaldæi*. Quæ opinio adscribitur *Basilio*, *Hieronymo*, *Chalcidio Platonico*, *Strabo*, aliis. Sed & huic opinioni quædam opponi possunt. 1. Spiritum S. Chaldæorum regionem non nomine adeo laxo & obscuro designaturum fuisse, quæ & vicina erat Judæis, & notissima. 2. Chaldæam Aquilonarem phrasi Scripturæ dici respectu Judææ. Unde toties vates sacri malum ab Aquilone Dei populo denuntiant. Hi vero Magi dicuntur venisse ἀπ' ἀνατολῶν, ab *Oriente*. VII. Reperere vero *Monachi* quidam λίθῳ lapidum, quo opiniones dissidentes conciliarent, dum statuere magos ex diversis regionibus Hierosolymam confluxisse, unum ex Seba, alterum ex Tharsis, tertium ex Insulis, eosque ante portam

tam Urbis Hierosolymitanæ sibi fortuito obviam factos, & collatis sententiis de communi adventus causa edoctos in novum regem conspirantibus suffragiis, animis, vocibus inquisivisse. Hoc & majus miraculum arguere, & factum ad præludium vocationis gentium ex quibusvis mundi plagis. Atqui 1. hoc gratis confictum, & ἀγράφου prorsus. Nec vero rem adeo miram dissimulasset Scriptura. 2. ἀνάγραφον, tum quia Scriptura de iis loquitur velut de sociis itineris, tum quia Seba, Tharsis, Insulæ in diversis plagis. Hi vero omnes ex una venisse dicuntur. 3. Ἄλογον, qui hoc fieri potuit ad præludium vocationis gentium ex quibusvis mundi plagis, cum diserte illi dicantur venisse ex una tantum, nimirum ἀπὸ ἀνατολῶν? Miracula ergo non confingenda pro arbitrio, nec extra Scripturam luxuriandum. VIII. Antequam vero aperiamus, quid hic sentiendum videatur, Observandum, 1. Spiritum S. in hoc argumento vocibus indefinitis tantum usum, & aliquoties quidem, dum dicit illos venisse ἀπὸ ἀνατολῶν *ab Oriente*, vers. 2. illos vidisse stellam ἐν τῇ ἀνατολῇ, *in Oriente*, idem repetit vers. 9. Sic vers. 12. ubi exprimenda videbatur illorum patria, dicuntur tantum regressi esse εἰς τὴν χώραν αὐτῶν, *in suam regionem*. Non itaque anxie cum quoquam contentionis funis super illo argumento trahendus, dummodo illi dicantur venisse ἀπὸ ἀνατολῶν *ab Oriente*. 2. Observandum, τὸ ἀπὸ ἀνατολῶν hic χιλιαῖον esse, & referendum ad Judæam, ejusque situm, venisse nimirum Magos ex plaga Orientali respectu Judææ, cum primis Hierosolymæ. Sic enim S. Scriptura communiter solet mundi climata & cardines efferre, Orientalem, Occidentalem, Australem, & Aquilonarem plagam vocare, quæ talis respectu Judææ & Hierosolymæ, interdum etiam respectu Sionis & Templi. Sic ים *mare* Occidentem notat sacris Scriptoribus, quia mare mediterraneum ad occidentalem plagam Judæam alluebat. Quod vocatur ים האחרון *mare posterius*, distinctum *à mari Suph*, à *mari salis*, & lacubus Palæstinæ. In Targ ימא מערבאה *mare occidentale*. Sic à LXX. ים redditur quandoque per δυσμὰς, & ἐπὶ δυσμῶν. Sic Gen. 11. 8. paradisus dicitur plantatus à Deo מקדם κατὰ ἀνατολάς. Sic בני קדם filii Orientis promiscue dicuntur, qui insederant plagas Judææ Orientales. Inter quos ob id refertur Job Job. 1. 11. quia regio Hutz erat Orientalis respectu Judææ. Sic תימן Hebræis *Auster*, meridies. Ut enim Orientem vocabant פנים *faciem*, & קדם *partem anteriorem*, Occidentem אחור *partem posteriorem*, sic Judææ plaga meridionalis ad dextram adjacebat. Hinc תימן vertit LXX. reddunt quandoque per θάλασσαν, habita ratione maris rubri, quod alluebat Judæam à parte meridionali. Sic, quia Idumæa Judææ respectu australis erat, quandoque per תימן à Prophetis designatur. Sic Assyria per צפון *Septentrionem* exprimitur, quia illa Judææ ad ortum Septentrionalem adjacebat. Sic Sidon vocatur צפון / quia Judææ aquilonaris erat. Imo ipso plaga Septentrionalis Judæis צפון dicta, quia Judææ incolis abscondita est, ut nobis plaga meridionalis. IX. His in antecessum præmissis, statuimus, probabiliorem esse illorum opinionem qui arbitrantur Magos hos & Persas fuisse, & è Perside venisse. Authoritates hic magno numero congeri possunt & veterum & recentiorum. Placuit hoc jam olim maximis viris *Clementi*, & *Cyrillo Alexan-*

Σπαργανωθὲν ὃ βρέφος, δείχθη θεοπειθέσι φάτνῃ.
144 Καὶ λόγος ἡ Βηθλεὲμ πατρὶς θεόκλητος ἐλέχθη,
Βυτελάταις τε καὶ αἰγονόμοις καὶ ποιμέσιν ἀρνῶν.

Est in præsepi, quem fascia circuit, estque
Dicta Logi Bethlem Divino patria nutu
Caprarum atque ovium custodibus, atque bubulcis.

Ex

Alexandrinis, *Chrysostomo*, *Theodoreto*, *Iuvenco* Poetæ, aliis. Tuentur id ex nostris Summi Viri, *Calvinus*, *Bucerus*, *Beza*, *Aretius*, *Beroaldus*, *Scaliger*, *Pareus*, *Chemnitius*, *Casaubonus*, alii: ex Pontificiis, *Genebrardus*, *Maldonatus*, *Petavius*, aliique complures. Rationes duci possunt huic sententiæ adstruendæ. 1. *A nomine magorum* quod apud Persas potissimum ab omni ævo pervulgatum. 2. A *situ Persiæ*, quæ Orientalis Judææ. Unde *Stapletonus* Geographis ludibrium debet, qui in Antidotis Evangelicis *Calvinum* inter alia perstringit quod dum ex Chaldæa vel Perside hos magos venisse sustinet, ex Oriente Meridiem & Occidentem fecerit. 3. *A phrasi Evangelistæ*, qui inquit hos magos venisse ἀπ' ἀνατολῶν, & eo ipso innuere vult regionem remotam à Judæa, Orientalem tamen, qualis probabiliter penitior Persiæ vel Mediæ regio statui potest. 4. Addi potest ratio probabilis, Persarum Magis hæsisse vaticinia multa de Messia è prophetia Danielis, & Danieli potius quam Balaamo hanc lucem deberi, qui & recentior, & pluribus de Messia vaticinatus. 5. Adde, Persicum morem à Magis observatum in adorando rege, & accessu cum muneribus, quanvis fatendum, id commune pleriſque Orientalibus fuisse. 6. Nec mirum, Persiæ vel Mediæ nomen non hic exprimi, quod nusquam alibi occurrit in N. Testamento. 7. Nec difficilis hic munerum oblatorum ratio, aurum enim ex sua, thus & myrrham vel ex sua, vel ex vicina Arabia habere Persarum magi facile poterant. Et hæc quidem probabiliter de Magorum horum patria à nobis dicuntur. Apodicticæ rationes in hoc argumento nec peti debent, nec exspectari, cum nec Scriptura hic præeat, & Spiritus S. indefinita & laxa locutione de eo nos contendere anxie vetet, quod nec aperire voluit, nec necessum judicavit ad fidei nostræ summam. *Idem.*

144 Καὶ λόγος &c.] Castalio rationem reddit suæ versionis his verbis: λόγος sermonem & rationem declarat, sive consilium quoddam, & prudentiam ac mentem per quam Deus agat, sicut homines sermone & ratione agunt, cujus verbi vis quoniam Latine uno verbo satis exprimi non potest, usus sum Græco. Bethlehem autem Hebræis domum panis significat, in quo oppido natus est noster ille conditor, altor, servator, Dei filius JESUS CHRISTUS, Deus summis laudibus celebrandus in sempiternum. *Opsopæus.*

145 Καὶ

Εν καρδίῃ τε ταπεινόφρονα πικρὰ τέρματα μισεῖν,
Καὶ πάντων ἀγαπᾶν τὸν πλησίον ὥς περ ἑαυτὸν,
Καὶ θεὸν ἐκ ψυχῆς φιλέειν, ὡπῴ ἦ λατρεύειν.
Τοιὼ ἕνεκα ἡμεῖς καὶ ὅσοι[145] Χριστοῖο γενέθλης
Οὐρανίης πεφυῶτες, ἐπικλεόμεσθα σύναιμοι,
[146] Μνησὶν δ' ὀφρυόνης ἐπὶ θρησκείῃ κατέχοντες,
Εὐσεβίης τε καὶ ἀτρεκείης βαίνοντες ἀτραπούς.
[147] Οὐδέ ποτε πρὸς νηῶν ἀδύτοισιν ἐώμεσθα πελάζειν,
[148] Οὐ ξοάνοισι πόνδειν, ἔτ' εὐχωλῇσι γαρύειν,

Et tumidos faſtus animis odiſſe modeſtis,
Atque alios prorſum ceu ſemet amare, Deumque
Diligere ex animo cum relligione colendo.
Nos igitur ſancta Chriſti de ſtirpe creati
Cœleſti, nomen retinemus proximitatis,
Lætitiæ memorem ſervantes relligionem,
Pietatis & veritatis calcantes ſemitas.
Nunquam ad templorum penetralia permittamur accedere,
Neque ſculptilibus libare, nec precibus honorare,

Οὐδ'

145 Χριστοῖο &c.] Hic impoſtor nunc ingenue fatetur ſe Chriſtianis annumerandum. ideo quæ hunc librum octavum eſſe plane adulterinum. *Gallæus.*

146 Μνησὶν &c.] In reg. cod. ita ſcriptus extat hic verſus, μνησὶν ὀφρυόνης ἐπὶ θρησκείῃσιν ἔχοντες. Cui ſubjungebantur ſequentes quindecim ſine ullo interſtitio. *Oporinus.*

147 Οὐδέ ποτε &c.] Verſus conſtabit, ſi ἤνωτα legamus: ut & ab hoc tertius, ſi ἀπὸς. *Idem.*

148 Οὐ ξοάνοισι &c.] Huic Sibyllæ ſi papiſtæ vellent parere, hæc quæ hoc culpantur,

Οὐδ' ὀδμαῖς ἀνθῶν πολυλεπτέπιν, οὐδὲ μὴ αὐγαῖς
Λαμπτήρων, αὐτὰρ οὐδ' ἄρα τῖς ἀναθήμασι κοσμεῖν,
Οὐ λιβανῷ ἀτμοῖσιν ἀνιεῖσιν φλόγα βωμὸν,
Οὐδ' ἐπὶ ταυροθύτοις μηλοσφαγίας μὴ λώβης
Λυτροχαρεῖς πέμπειν, χθονίας αἰνίγματα ποινῆς,
Οὐδ' ἀπὸ ὀχοβόρου πυρῆς κνισωδεῖ κάπνῳ,
Καὶ μιαραῖς [149] πνοῇσι μιαίνειν αἰθέρ' αὐγλὴν.
Αλλ' ἁγναῖς περαπίδεσι γεγηθότας εὐφρονι θυμῷ,
Αφνείαις τ' ἀγάπῃσι, καὶ εὐδώροις παλάμῃσι,

Nec odoribus florum multum-ſuavibus, nec fulgoribus
Lampadum, ſed nec donariis ornare,
Nec thuris vaporibus emittentibus flammam, aram,
Nec cum tauris-ſacrificatis oves-mactatas cum dedecore
De-redemptione-læti mittere, terreſtris indicia pœnæ
Neque de rami-voracis rogi nidorifero fumo,
Et impuris flatibus inquinare ætheris lucem.
Sed ſacris pectoribus lætantes hilari animo,
Diviteque charitate, & liberalibus palmis,

Meili-

pantur, ipſi non committerent. Gallæus.

149 Πνοῇσι] Et hic conſtabit, ſi πνοιῇσι ſcribamus, Opſopœus.

Μειλιχίοις ψαλμοῖσι, θεοπρεπέεσί τε μολπαῖς
Ἀφθίτον ὑμνεῖν σε καὶ ἄψυσον κελόμεθα,
Παγχρετῆρα θεὸν, πινυτόφρονα.

Suavibus psalmis, Deo-convenientibusque cantibus
Immortalem celebrare te & veracem jubemur,
Omnium-genitorem Deum, sapientem.

FINIS.

INDEX

INDEX LOCORUM

Sacræ Scripturæ, qui hoc libro citantur aut Illustrantur.

Genesis.

Cap. I. ℣ 14. p. 67. a.
— ℣ 26, 27. p 40. b.
— 1 ℣ 28. p. 34. a, b. 55. a, b. 56. a, b.
II. ℣ XV. p. 83. b.
— ℣ XIV. p. 506. b.
III. ℣ XXIV. p. 309. a.
IV. ℣ 2. p. 83. a.
— ℣ XVII. p. 59. b.
— ℣ XXIV. p. 237. b.
V. ℣ XXIII. p. 125. a. b.
VI. ℣ IV. p. 96. a. 97. a.
VII. ℣ XI. p. 134. a. 135. a.
— ℣ XVII. p. 238. b.
— ℣ XXIV. p. 139. a.
VIII ℣ 3, 4. p. 65. b. 140. a.
— ℣ VI. p. 107. b. 146. a.
— ℣ XII. p. 151. b.
— ℣ XXI. p. 139. a.
IX ℣ 2. p. 56. a.
— ℣ V, VI. p. 237. a. b.
— ℣ VII. p. 40. b.
X. ℣ VII. p. 786. a.
— ℣ XXII. p. 69. a.
XI. ℣ IX. p. 154 b. 333. a.
— ℣ IX, X. p. 66. b. 125. b. 339. a.
— ℣ XIX. p. 170. b.
XIV. ℣ V. p. 96. a.
— ℣ XIII. a.
— ℣ XX. p. 235. b.
XV. ℣ XV. p. 377. b.
XIV. ℣ VII. p. 67. a.
XXXVII. ℣ XX. p. 785. b.
XLI. ℣ XXIV. p. 775. a.
XLIII. ℣ II. p. 180. b.
XLVII. ℣ IX. p. 48. a. 67. a.
XLIX. ℣. XVII. p. 57. b.

Exodus.

Cap. II. ℣ XVII. p. 171. a.
VI. ℣ III. p. 112. b.
X. ℣ XXIII. p. 740. b.
— ℣ XXII. p. 741. a.
XI. ℣ II. p. 368. a.
XII. ℣ VI. p. 739. b.
— ℣ XV. p. 377. b.
— ℣ XL. p. 377. b.
XIII. ℣ XXI. &c. p. 365. a, b.
XIV. ℣ XXIV. p. 365 a.
XVI. ℣ XV. p. 295. a.
XX. ℣ II. p. 781. b.
XXVI. ℣ XXII. p. 738. b.
XXX. ℣ XXIII. p. 179. b.
XXXII. ℣ VI. p. 709. a.
XXXVIII. ℣ XIV. p. 238.
XL. ℣ XXXVIII. p. 365. a.

Leviticus.

Cap. VIII. ℣ XXIX p. 296. a.
IX. ℣ XV. p. 365. a.
XVIII. ℣ XXIV. p. 238. a.
XIX. ℣ XXXI. p. 362. b.
XX. ℣ XXVII. p. 362. b.
— ℣ VI. p. 362. b.
XXI. ℣ XXI. p.

Numeri.

Cap. VI. ℣ XXV. p. 743. a.
IX. ℣ XV. &c. p. 365. b.
X. ℣ XI. &c. p. 365. a.
— ℣ XXXIV. p. 365. b.
XI. ℣ XXXI. p. 302. a.
XIII. ℣ XXXIII. &c. p. 96. b. 97. a.
XIV. ℣ XIV. p. 365. a.
XXII. ℣ V. p. 286. a.
XXIV. ℣ XVII. p. 763. a.
XXXII. ℣ III. p. 472. a.
— XXXVI. p. 472. b.
XXXV. ℣ IV. p. 105. a. b.
— ℣ XXXI. p. 238. b.

Deuteronomium.

Cap. I. ℣ XXVIII. p. 342. b.
— ℣ XXXIII. p. 365. a.
— XLVI. p. 301. a.
III. ℣ II. p. 96. b. 97. a. 104. b.
— ℣ X. p. 96. b. 106. a.
VI. ℣ IV. p. 762. a.
VIII. ℣ III. p. 301. b.
IX. ℣ IX. p. 303.
X. ℣ XXII. p. 76. b.
XVIII. ℣ XI. p. 362. b.
XXXII. ℣ XVIII. p. 313. b.

Josua.

Cap. I. ℣ IV. p. 526. a. 562. b.
X. ℣ XIII. p. 741. b.

Judicum.

Cap. V. ℣ IX. p. 377. b.
VIII. ℣ X. p. 611. a.
XVI. ℣. p. 30. b.

I. Samuelis.

Cap. II. ℣ XVIII. p. 173. b.
V. ℣ II. p. 438. a. b.
— ℣ IV. p. 438. b.
VI. ℣ XI. p. 41. a.
XI. ℣ XVII. p. 83. a.
XVII. ℣ V. p. 394. a.
XXII. ℣ XIX. p. 309. b.
XXV. ℣ XXVIII. p. 236. a.
XXVIII. ℣ 7, 8. p. 362. a, b.

II. Samuelis.

Cap. XVII. ℣ XXIII. p. 361. b.

I. Re-

INDEX.

I. Regum.
Cap. VII. ℣ XV.
VII. ℣ XXIX. p. 310. b.
X. ℣ II. p. 180. b.
— VII. p. 150. a.
II. Regum.
Cap. II. ℣ II. p. 193. a.
VI. ℣ XVII. p. 193. a.
VII. ℣ II. p. 137. a.
XXI. ℣ VI. p. 362. b.
XXIII. ℣ XXIV. p. 362. b.
I. Chronicorum.
Cap. IV. ℣ XVIII. p. 363. a.
X. ℣ X. p. 438. a.
— ℣ XIX. p. 361. b.
XIV. ℣ XV. p. 390. a.
II. Chronicorum.
Cap. III. ℣ III. p. 104. a.
— ℣ XV p. 205. b.
VI. ℣ XLI. p. 301. a.
XXVI. ℣ X. p. 83. a.
XXXIII. ℣ VI. p. 362. b.
Hezræ.
Cap. VIII. ℣ VII. p. 384. b.
Nehemiæ.
Cap. IX. ℣ VI. p. 303. b.
— ℣ XII. &c. p. 365. a. b.
Estheræ.
Cap. II. ℣ XII. p. 180. a.
Jobi.
Cap. VII. ℣ IX. p. 80. b.
X. ℣ III. p. 46. a.
XI. ℣ XV. p. 779. a.
XII. ℣ XIV. p. 136. b.
XXI. ℣ XIII. p. 80. b.
XXIII. ℣ XX. p. 74. a.
XXXI. ℣ XI. p. 238. a.
XXXVI. ℣ V. p. 313. b.
Psalmorum.
Psal. IV, ℣ VII. p. 743.
V. ℣ VIII. p. 251. a.
VI. ℣ V. p. 80.
XVI. ℣ X. p. 80. b.
XVIII. ℣ XI. p. 308. b.
XIX. ℣ IX. p. 239. b.
XXX. ℣ X. p. 80. b.
Ne fatum auxeris:
Neque enim a paterno principio imperfectum quicquam verſatur,
At vero non admittit ejus vota mens paterna,
Quod dum exierit oblivionem, atque verbum prompſerit,
Memoriæ infigens ſacram patris teſſeram.
Adſpirandum tibi properandumque eſt ad lumen & patris ſplendores,
Unde immiſſa tibi eſt anima, plurima mente circumſepta,
Hos autem terra deplorat adusque poſteros,
Expulſores animæ, ac per quos reſpirare ſit integrum, ſolutu ſunt faciles.
Lævo in latere cubilis, virtutis fons,
Intus totus manet, virginitatem minime projiciens.
Anima hominum, Deum quadamtenus in ſeſe cogit,
Mortale nihil compleza: tota divinitus inebriata eſt.
In harmonia gloriatur, ſub qua corpus vitale ſit.
Quoniam anima, cum ſit ignis patris lucidus,

Et

Et immortalis permanet, & est vitæ domina.
Eadem mundanorum quoque fluuum multos numeros possidet.
Quærite paradisum:
Ne spurces spiritum, remve planam adaugeas.
Est & idolo locus in regione splendida.
Sed nec materiale corpus præcipitio deseres
Ne exegeris, uti ne quid, cum exierit, incommodi perpetiatur.
Si mentem ignitam erexeris, fluxum alioqui corpus servabis,
E finibus terræ prosiliunt, minus verum
Signum ostentantes mortali homini, canes,
Natura suaserit dæmonas esse integros,
Ac vitiosæ adeo materiæ germina frugi atque probæ.
Pœnæ mortalium vinctrices.
Primas in te vendicet, immortalis animæ altitudo: oculosque pariter
Omneis sursum versum erige
O naturæ homo præfidentis artificium.
Quod si mihi sæpiuscule dixeris, omnino dictum cernes.
Nam neque cœlestis eademque curva moles vibratur.
Stellæ nusquam collucent: lunæ lumen conditum est:
Terra non extitit.
Ne naturæ imaginem nuncupaveris, exemplar visile.
Undiquaque nesciæ doli animæ habenis ignis extentis
Cum spectaris citra formam ullam sacrosanctum ignem
Lucentem, hucque & illuc subsilientem ad universi orbis altitudinem,
Audi ignis vocem.
Symbola mens paterna animabus insuevit.
Certo scito intelligibile extra mentem esse.
Est intelligibile quod oporteat mentis flore perceptum.
Omnia ab uno igne profecta sunt:
Quippe cum omnia pater absolverit, mentique tradiderit
Secundæ, quem Primum appellitent nationes hominum.
Quæ a patre mentes concipiuntur, eædem & ipsæ concipiunt,
Consiliis mutis illicientes ad concipiendum.
Rectores intellectuales simul & inflexiles mundus obtinet.
Ipsum sese pater rapuit,
Ac ne in mente quidem intelligentiæ compote, quæ ipsum insequatur, ignem suum
incluſit.
Pater non metum, sed suasionem admovet.

COMMENTARIUS PLETHONIS.

Perquire animæ dictum] Zoroastrici magi existimant, quod idem conplusculi quoque alii crediderint, animam humanam immortalem quidem illam corruptionisque nescium, superne allabi mortali huic corpori corruptibilique, velut mercede locatam operam navaturam, hoc est, aliquantisper suam illi operam præstituram ornando quam bellissime fieri atque exquisitissime possit, officioque item vitæ perfungendo, mox eandem hinc retro, unde profecta est, locum capessere.

At vero cum plurimæ eo loci animæ sedes adsignatæ sint & descriptæ, una quidem hercle undiquaque collustrata splendescitque, altera caligine circum undique suffusa: demum duæ, quæ supra ipsæ memoratis intermediæ nec refulgeant, nec obscuritate cæ gineve circumfundantur: anima utique a prima harum omnium sedium illapsa corpori huic emortuo si operam ipsi gnavam impensamque collocarit: exque officio, cui est obeundo destinata, hanc illi dedicarit ex integro unde profecta est, concedere subvolareque: alioqui nisi probe functa sit officio suo, hinc evolare ad locum deteriorem cæcorum & molestiorem, actionibus æqua lance pensitatis, queis in vita inculuerit. Jam primum igitur commonens oraculo pervelligandi animæ, id est, viæ per quam anima ibi superne fluxerit: unde nimirum quoque vitæ ordine, navata huic corpori opera. Denuo in eundem ordinem, unde cum migrabit, fescaris, sacrosancto etiam verbo operi agglutinato, junctoque. Sacrosanctum adeo verbum hic accipe, quo ad deorsum impendi tollato prodatur: opus autem, sacrificium atque cæremonias. Ut sit hic versus germanusque sensus, præter sermonem de cultu divino iterato religionem esse promi solitum, sacras quoque cæremonias adscitas oportere ad hanc ipsam animæ subvectionem.

Ne deorsum] Hæc primi vocabulo cognominat lapsum in corruptionem, vitium, & calamitates ut terram quoque vocat terreum mortaleque corpus. Alioquin & terræ cognomento, naturam interituram: ignis vero, divinum cœlestemve, istthæc ipsa oracula fere intelligant. At vero locum septem meatibus prædium appellant fatum e septem erroribus coagmentatum: sub quo necessitas, premens quidem illa neque non invariabilis quoque situm nacta sit. Quare monet oraculum ut ne deorsum, id est in corpus morticinum caducumque, propensius incumbas: ut quod fato illi e septem erratis apto conferroque ut pleraque certe omnia, obnoxium succumbereque adeo comparatum, iis adscribi commode possit, quæ nostro ipsa arbitratui subducta sunt. Et certe infortunatissimus haberi merito quidem tuo possis, si cum eo totus spectaveris, voto fruisci non contingat: præque vi magna necessitatis, cui temeripsum constrinxisti, res tibi tuæ pejus idemtidem minimeque votis consentance verrant.

Tuum vas] Vas animæ tuæ, nimirum caducum hoc corpus vermes juxta fetæque sunt habitaturæ.

Ne fatum auxeris] Ne coneris augere fatum tuum, id est, auctius, amplioreve reddere quam quantum tibi constitutum est & præscriptum, nec enim ulla unquam cura evaluerit id ut effectum exhibeas.

Neque enim a paterno principio.] Nam nec a patris primordiis supremi utique dei mancum quicquam inchoatumve proficiscitur te scilicet ipsum ut possis absolvere. Nam illinc omnia suis aptabre numeris expleta indicio eo manare conspectissimum est, quod ad exquisitissimam illam videndamque cum primis universi naturam cuique tendant.

At vero non admittit.] Mens patris, alter utique Deus animæque item perpetuus opifex, haudquaquam admisit hujus votis, usque dum excussent oblivionem, quam merito nexus corporis contraxit, verbaque itidem ediderit concepitque, memoriam reliquia sacrosanctæ patris relictæ, hoc est, præceptionis elegantissimæ cujusque rei accurato studio contectandæ, qua idemtidem retractanda anima fictori tuo semetipsam approbet.

Aut irridendum tibi proferendumque est.] Lumen splendorque patris locus is est animæ, qui collustratus circumfususque splendore haberur, unde anima plurima quidem illa mente succincta, hoc demum sit. Ita vero consentaneum rationi fuerit, ad idem ut lumen denuo nitatur atque properet.

Hos

Hos autem terra deplorat] Qui ad illud ipsum lumen, unde anima ipsis corrivata est, non omni opere contendere meditantur, hos terra, id est natura interitui obnoxia deplorat, in hoc natos, hanc ut illustrarent & excolerent. Jam vero qui non solum nihil huic ornamenti conciliarunt, sed sibi quoque ipsis notam conciciverunt vitæ pessimæ, nequitiam transfictæ, horum improbitas ad posteros transfunditur, calamitoso ipsios vitæ genere olim distringendos.

Exsuperes aerias] Appositæ rationes animæ a flagitiis asserendæ, sunt ὄλωθρα, hoc est, subrepente interim oblivione, obliteratu facilique factiles.

Lævo in latere subsit.] In latere sinistri tui cubilis fons virtutis scaturigoque habetur, id est, potentia intus quidem illa condita, cuique nunquam germana sua integritas, id est, natura omnis affectionis exors, eripi possit. Nam & immotam nullaque ratione excutiendam virtutis potentiam sortiti sumus, quanquam usus actionum virtutis desinere potest & interrumpi. Porro potentia sinistro lateri adscripta est, quod functiones dextro contribuuntur, cubile autem animæ nostræ, locus is esse statuitur, qui affectionibus ipsius eximiis præstabilioribusque substratus est.

Animi hominum] Anima humana Deum ad se quadamtenus ἀγχιστεῖ, hoc est arctissime sibi devinctura implicaturaque est, sui videlicet assertum vindicem & assertorem. Sed & ejusmodi quæque esse intelligitur, quæ merito quidem exquisitæ cum Deo similitudinis nihil quantaxat ex sese agnoscat, quod exolescere tandem labefactarique possit, ut quæ divinitus ebria sit, hoc est, divinis cælestibusque bonis cumulatissime prædita: quin & adeo non pudore suffunditur, quod huic corpusculo innexa conglutinataque est, ut in ea etiam harmonia, quæ corpori vigorem influat, impensius nesciat quo pacto insolentiusque glorietur, & vero magnifice de se sentiat: cujus auspicis una cum mortalibus immortalia vinciantur, ita quidem, ut totum ad concinnam quandam scitamque cohærentiam astringatur.

Quoniam] Potentiam patris intelligentiæ corpotem, ipsum alterum scilicet deum istiusmodi oracula longe omnium principem cognominant, nimirum a supremo deo proficiscentem. Hac porro parte monemur, illa ipsa patris potentia animam procreatam, eandemque ignem esse lucidissimum, hoc est, divinam quandam efficientiam, intelligendique facultate donatam: ac proinde ipsam exortem interitus permanere, quod substantiam nacta sit divinitatis participem, & præterea suæ ipsius vitæ eandem esse dominam, quam obtineat haudquaquam ulla ævi diuturnitate consummandam. Quandoquidem quæ eripi nobis extorquerique possint, horum domini merito certe fieri nequit ut existimemur: etiamsi fortasse evenire queat, si quæ indidem commoditas emanet, hanc ut demetere interea possimus & percipere: At quæ decedere nobis amittique nequeunt, ea vero juris quoque nostri dominique fuerint: in universum, anima supplementa orbis complurima possidet, merito quidem suæ ipsius æternitatis, id est, varia plusculaque in orbe loca, ad quæ identidem revolet expensis ad æquilibrium, pensatisque actionibus, quas dum vita suppeditavit, absolverit.

Quære paradisum] Id est, locum animæ splendore quoquoversus obseptum.

Ne spernes spiritum] Pythagoram Platonemque sequuti, animam ut non undecunque a corpore ademptam haberi, ita nec prorsum inseparabilem substantiam, in hac sunt opinione, ut prædicent. Posse vero parte sejungi absolvique, parte non posse: potentia certe posse, re non item. Quin idem tria fere summa formarum genera constituunt: unum, quod penitus a materia secernatur, cujusmodi videlicet mentes illæ, quibus sinus supra cœlum situs assignatus est: alterum, quod a materia exolvi abjungique non queat: cui quidem ipsi substantia sese cattat, haudquaquam per se subsistens, sed addicta connexaque materiæ: cum qua & ipsa solubili scilicet, inter-

nitionique obstricta, hocce genus animæ pariter emoriatur: atque hoc genus omne animæ rationis expers esse: Inter ista, mediam locant animam ratione præditam, a mentibus quidem iis quæ supra cœlum collocatæ sunt, eo interstitio diversam, quod perpetuo implicata materiæ aggluti natque visitur: ab irrationabili porro, quod hæc neutiquam ipsa materiæ conjungitur, quin vice versa, materia illi ipsi habetur adjuncta, per seipsa potentia quidem certe subsistens, itemque impartilis, itidem ut mentes illæ supracælestes, quibus etiamnum ipsis confines quadamtenus, germanæque functiones reddantur, sed & eadem quoque, quæ rerum notitiæ commentationique proxima sit, ad summum usque deum pervadit, atque eo quidem nomine incorruptilis habetur, & animam autem, quæ hujuscemodi esse intelligatur, cum corpore æthereo ceu vehiculo, perpetuo versari: quod illa attractu continuo, ad consortium quoque immortalitatis adsciscat, inanime quidem omnino suapte natura, sed ab anima tamen irrationabili sequioreque animæ genere donatum: quod ipsum, quum sapientibus viris idolum animæ nuncupetur, imaginandi vi præditum & sensu, videat, sentiat, demumque nullo non sensu vigeat, præterquam cæteris aliis brutis animæ facultatibus: ita per potissimam hoc genus corporis vim, quam φαντασίαν vocent, animam rationalem cum toto hoc corpore jugiter assidueque versari. Cæterum animam humanam vivifico partus spiritui copulari, per corpus hujuscemodi merito cognationis cujusdam implicitum: alioqui quod spiritus quoque quidam sit: porro autem dæmonias animas ut non ita lato discerniculo ab humanis evarient, nobiliores tamen, tum ipsas esse, tum nobilioribus quoque vehiculis fruisci. Ad hoc misceri nullo pacto posse corruptibili naturæ. Jam vero syderum animas, ipsis quoque dæmonis longe præstantiores, præstantioribus etiam uti vectabulis, quæ corpora sint amplitudine facultatis activæ collucentia. Quas de anima sententias retro quoque Zoroastrici Magi videntur expressisse. Commonet igitur oraculum, ne rem planam adaugeas, id est, ne denses: (nam epipedon dicitur, non quia triplici mensu non constet, ut quod corpus esse sit exploratissimum, sed ut summa ejus subtilitas exilitasve demonstretur) incremento additamentoque subinde huic moli adiiciendo, crassescere quippe spiritum istiusmodi, si ad mortale corpus pronius devergat.

Est & idolo] Idolum animæ nominat partem eam, quæ cum rationis expers sit, parti rationis capaci adhæresçat. Refert autem ei idolo locum quoque esse in loco illo usquequaque splendido: neque enim unquam animam amittere a se addictum sibi condictumque vehiculum.

Sed nec materiale corpus] Animæ quisquilias, rejectamentave nominat corpus caducum occiduumque: commonetque itidem, ne ipsum illud neglectim & segniter accuremus, parum commode salubriterque constitutum: sed curam huic mediocrem impensam oportere, ab eo certe, qui pensum etiamdum vitæ exigat, quo nimirum firma ipsi valetudo & integra conservetur, duntaxat, quanta maxima cura diligentiaque præstari possit, superque cætera omnia dignitati animæ suffragentur & quadrent.

Ne exegeris] Ne exegeris animam à corpore, videlicet intercidere fatiscereque natura comparato, uti ne quid cum migrarit, ipsi periculi creetur. Certe quidem illud ipsum aliud nihil merito esse censeas, quam semetipsum humanis rebus exigere præter naturæ præscripta.

Si mentem igneam] Si mentem igneam ad religionis munia erexeris, caducum istud æque dissipabile corpus, innoxium præstiteris & incolume.

E finibus terræ] Est, nec raro, quum inter sacrificandum φαντάσματα, hoc est, visa, spectraque nescio quæ, canum expressa simulitudine, specieque itidem alia pro-

prodigiosè fœda compareant. Hoc genus omnia monentur e terræ finibus prosilire: id quod assolet, quum terrenum istud corpus juxta atque abolitioni obnoxium, neque non affectus ipsi congeniti haud dum penitus rationis magisterio compositi sunt & digesti: quorum quidem simulachra visitentur, inania quidem illa, nullamque naturæ solidam subsistentiam præferentia.

Natura fuaserit] Naturâ, hoc est, naturalis ratio pervicerit, genios quos dæmonas cognominent, integros esse maximoque opere incorruptos, & adeo omnia quæcunque a deo optimo quidem ipso ex sese proficiscuntur. Sed enim ipsa quoque infœlicis pravæque materiæ germina illiusmodi appositissime censeri queant, quæ inter ea quæ proba frugique sunt, recenseantur. Alioquin materiam vilem despicatamque vocant, non substantia adeo, nam qui tandem fieri possit, cujus germina proba laudataque sint, ipsum ut vitiosum esse substantia (duntaxat accommodate) dicitetur? atenim eo nomine improbam materiam appellant, quod novissima inter substantias corrogatur, parcissimeque omnium rationem boni cooptat: sed ita tamen, ut minutissimam quamque materiæ particulam, vitiosam intelligas: alioquin, inquit oraculum, cujus vitiosæ etiamnum materiæ, hoc est, substantiæ despicatissimæ germina proba sint, certe summa ratio est, quamobrem hujusmodi esse dæmones itidem credantur: & quidem tanto locupletius impensiusque, qui tum natura sint rationis participe præditi, tum naturæ omni corruptioni obnoxiæ impermixti.

Pœnæ] Pœnæ, sive furiæ, hoc est, dæmones cruciatibus arrogandis perfecti, ἄγελαι mortalium cognominari possint: quippe quos a vitiis deterritos, ad honesti rectique cupidinem accendant.

Primas inte vendicet] In te altitudo profunditasve animæ imperitet, ac oculos pariter universos, id est, vireis cognitivas sursum versum erige.

O *naturæ homo*] Hominem prædentis naturæ machinamentum coagmentumve nominat, quod arduis semetipsum rebus concredit.

Quod si mihi sæpiuscule] Si sæpicule mihi dixeris, hoc est, me vocaveris, dictum, me videlicet quem vocasti, undiquaque conspexeris: quippe aliud nihil quicquam tum tibi temporis cernetur, quam fulmina, hoc est, ignis, huc illuc in orbe subsiliens.

Ne naturæ imaginem nuncupaveris] Ne gestieris cernere imaginem naturæ, Dei videlicet exemplar ex sese quidem ipsum perspicuum & visile, sed quod sub conspectum humanum situm non sit. Nam quæ sacris operantibus visitantur, ut ignis, fulmina, aut siquid aliud est hujusce generis, ea tute credideris esse symbola, non item Dei naturam.

Undiquaque nescie doli animæ] Ignis, qui tibi inter sacrificandum visitatur, habenas undecunque in te extendito, in animæ ἀπλάτῳ, hoc est, minime varia versatilive mente, atque a vitio quam maxime aliena expurgataque.

Cum spectaris] Simul conspexeris sacrosanctum ignem, effigiationisque expertem & formæ: præterque quoquoversus per mundum juxta saltuatimque & desultorie splendescentem, gratias age, simulque hilaritet & alacriter ignis vocem audi, quæ verissimam quandam fixissimamque prænotionem præ se ferat.

Symbola mens paterna] Mens paterna, id est, animæ jugis opifex, notas, id est formarum intelligibilium imagines, animæ insevit: quibus illa freta, rerum ellentias sibi rationesve conciliet.

Certo scito intelligibile] Existimato res intellectiles extra mentem tuam actu esse. Quanquam enim ab opifice imagines tibi rerum intelligibilium sunt inditæ, id tamen ipsum potentia certe duntaxat factum. Quo fit, ut actu quoque rerum intellectualium adiscscenda tibi notitia sit animoque consectanda.

Est

Et intelligibile] Id est, supremus Deus, qui unus extimius sit, & antiquissimus habendus, haudquaquam eodem atque alio pacto concipitur, verum mentis flore, id est, singulari prorsus mentis parte.

Omnia ab uno igne] Omnia ab uno igne promanarunt.

Quippe cum omnia] Pater omnia absolvit, intelligibileis videlicet formas: ut quæ probe expletæ, suisque numeris absolutæ sint, alterique a se Deo regunda tradidit, unde fiat, ut si quid ab hoc deductum sit, & ad ipsius aliusve substantiæ intelligibilis exemplar effictum: id a summo illo Deo ortum credatur & profectum. Quem & ipsum primum haberi gentes statuunt, quæcunque assiduum mundi architectum, quoquonon alius superior sit, esse reutur.

Quæ a patre mentes] Ἰυγγες, intelligibiles formas appellat, quæ tum a patre concipiantur, tum & ipsæ concipiant: atque concipiendi commentandive munia obeunda exstimulent, consiliis ἀφλεκτοις, id est immotis. Et hoc alioqui loco motum intelligendi, non transgressionem aut cursum, sed ad intellectilia relationem habitumve hoc oraculi accipit. Quare πῦρ ἀφλεκτον intellexeris pro eo quod est immotis. Hoc sensu, hæ species immotam minimeque, ut anima, vagum ad intelligibilia responsum obtinent.

Rectores intellectuales] Ea quæ in hoc orbe ab immortalibus deducta sunt, mundi rectores intelligentiæ compotes vocat, quorum principem constituat alterum a patre Deum. Alioquin quum ajat hoc oraculum, rectores esse mundo inflexileis, dubium non videtur, quin eo spectet, ut ipsi immortalitatem asserat.

Ipsum sese pater rapuit.] Semetipsum pater a reliquis abjunctum haberi voluit & exemptilem: adeo ut ne in intellectiva quidem facultate altero a se Deo ignem suum, hoc est, Divinitatem inclusserit sinueritve. Hujus autem porro Divinitas a cæteris ipsa rebus exempta est: videlicet quoniam ille idem & ortus immunis est, & per sese ipse extat: alioqui nec posset contingere, hic ut cuiquam adscisceatur, licet in eo quod a cæteris omnibus contribuitur, multo ipse lubentissime acquiescat. Nec tamen, quod invideat, sese admittendum non exhibet, verum eo certe nomine, quod adeo non illud ipsum fieri possit, ut in antiphasin, hoc est; contradictionem, commeet.

Pater non metuam] Cum enim eximia quadam insignique prorsus bonitate præditus sit, cum eo quod omnibus quoque bonorum est autor, nemini utique periculum accersierit, unde horrendus esse possit.

Placita hæc Zoroastrica cum frequentes oppidoque clari viri confirmarunt, tum vel maxime Pythagoræ juxta Platonisque consectatores. Quibus & istud inter ea quæ Zoroastro prodita sunt (utique si Plutarcho subscribimus) admissum sit & approbatum. Nempe quod tribus res partibus designaverit. Altera Horomazen, quem hoc genus oracula primi Dei cognomento vocitent. Altera Arimanen, parte nimirum postrema, ut media Mithran. Qui Deus alter oraculis hisce dictitetur. Alioquin & in Mithræ vocabulo Persæ solem intelligunt. Sub hæc Horomazen triplicem se constituisse: duplicem autem Mithran, videlicet qui alter ab Horomaze sit. Quibus & Platonica quoque illa prorsus accesserint, in omnibus regem totum esse, cujus & ipsius gratia omnia sint. Quin eam omnium bonorum causam haberi primordialem: demumque secundum in secundis, tertium in tertiis consistere. Jam rerum universitatem Zoroaster Platoque tribus partibus absolverunt, una sempiterna: altera genita, & nihilo secius tamen immortali: tertia, ad ortum corruptelamque tendente. Et Zoroastrem quidem eousque vetustum Plutarchus affirmat, ut annis quingentis bello Trojano priorem fuisse testatum scriptumque memoriæ reliquerit.

JO-

JOHANNIS OPSOPOEI
NOTÆ QUÆDAM.

Cicero lib. 1. de divinatione scribit, neminem Persarum regem esse potuisse, qui non ante magorum disciplinam scientiamque percepisset. Tanto in honore & admiratione habebantur præcepta magica. Quid autem veterum magia & qui magi fuerint, e Platone, Xenophonte, Strabone, Plutarcho, Luciano, Ciceronе & aliis infinitis cuique repetere licet. Ut breviter dicam, Theologiam simul cum physiologia tractabant apud Persas, Sacas, & Medos; quemadmodum Brachmanes & Gymnosophistæ apud Indos, Chaldæi apud Assyrios, ἱερογραμματεῖς apud Ægyptios, Levitæ apud Judæos, Eteobutadæ apud Athenienses, Etrusci apud Romanos, Druides apud Gallos & Germanos. Ne quis igitur hic artis portentosæ & præstigiatoriæ præcepta tradi putet. Dogmata sunt de pietate & cultu divino secretiora sive Magorum, sive Ægyptiorum, sive Chaldæorum, a fide orthodoxa non admodum aliena, uti Psellus docet, & ante hunc Synesius episcopus Cyrenensis. E cujus libro περὶ ἐνυπνίων patet vix reliquias esse sacris illis oraculis ad nos perveniſse, easdemque adeo mutilas & confusas, ut centonem merito dicere possis e veterum scriptis consutum. Quæ enim ille carmina refert, partim multum dissimilia sunt, partim in hisce non reperiuntur. Ea, ne quid jure desiderare posses, lector, breviter indicanda censui.

In his nostris non extant quæ libello citato leguntur: Εἰ δέ τις μίαν ἔτι ὕστερα· λὰ ἀγωγὴν, φαυλοτέρα ἢ ἀπιστοτέρα, μή τις ἐν ἑαυτῷ πάνυ πεποιθὼς εἶναι τῶν δεδεγμένων τὴν ἀκριβῆ τῶν ἱερῶν λογίων ἢ λόγῳ τοῦ Διὸς φόβου ἐδῶν. μᾶλλον ἢ τὸ ὅλον πρὸς λόγον τῶν ἀνθρώπων εἰς ἀπαγωγὴν ἀφορμῶν, καθ' ὃν ἕξεται τὸ ἐνδεχόμενον ἀπίστου πίστεως.

Τοῖς ἢ (φησὶ) διδακτὸν ἕλκυσι φάος γνώσεως λαβεῖν

Τοῖς ἢ ὑπνώουσι δὲ τῆς συνοχέως πάλιν.

Οὗτος, οὐκοῦν ἐγρηγορόσι μὲν ἡμῖν ἐστὶ μαθητόν. ὁ μὲν ὕπνος, φησὶν, ὁ δὲ ὕπνος διδάσκεται. ἀλλ' ὕπνος μὲν ἀνθρώπου ἐστὶν ὁ διδάσκων, τὸ δὲ ὑπνοῦσθαι ἢ ἧκιστα ἢ συνοχέως ἕλκυσι, ὥστε αὐτὸν εἶναι τὸ μανθάνειν τὸ ἐν τοῖς ὑπνοῦσιν. τὸ γὰρ ἐγκαθεύδειν τῷ τελείῳ ἐστὶ τὸ διδάσκειν. Id est, *Si quis vero magni momenti esse arbitretur quæstionem ad superiora, imaginationi autem fidem non habeat, dubitans num per ipsius consortium beatam illam conjunctionem assequi liceat: is audiat sacra oracula quæ de diversis viis proferunt. Equidem post totam enumerationem domesticorum subsidiorum ad sublimiorem meditationem, per quam facultas datur semen interius amplificandi, His quidem* (inquiunt) *luminis cognitionem doctrina acquisitam dedit. Alios vero etiam dormientes sensuum virtutis suæ participes fecit. Vides ut ex adverso distinxerint disciplinarum felicitatem. Hic quidem inter vigilandum (aiunt) ille vero inter dormiendum eruditur. Atqui vigilantem homo est qui docet: dormienti vero Deus suæ virtutis semina infundit: ita ut idem sit discere & consequi. Nam semina indere & quasi implantare plus est quam docere.* Unde manifestum est id quod Nicephorus ad hunc locum annotat, Synesium oracula multa silentio transisse, nec integra recitasse.

1. ὕστερα] Huc respiciunt Synesii verba, eadem pagina, ἐς τοσοῦτο κατολαμπάνει, ὡς μὴ ὄψιν ἔλθειν εἰδέναι. tantopere aberrantem, ut unde venerit ignoret.

2. Σώφρων &c.] Hinc desumpsit Synesius quæ elegantissime scripsit ibidem pag. 109.

ὅτι μὲ ἐξελθύσαις ψυχαῖς μὴ οὖσι πόμα λήθαιον, ἄνω δ' εἰσιόντι ἐς τὸν βίον ψυχῇ λήθης ἐστὶ ἐπίχυτον πῶμα, τὸ τῆς δι' ὑδρὸς ἡδυτάτου καὶ ἀειλήτου. ἥνστα δὲ καλοῦσι τὸν παρόντα βίον ἡδυλογίας, οὐκ ἄλλο τι ἢ τοῦτο δηλοῦσι. Id est, *Annus dicat quod sit lethæum sive oblivionis poculum illud animabus exeuntibus dari solitum, Animæ certe in hanc vitam ingressæ exhibitum oblivionis poculum nihil aliud est, nisi vitæ hujus dulcedo & voluptas. Cum enim mercenaria sponte ad hanc vitam descendat, loco operæ mercede locandæ jugum servituti subit.*

3. Μηδὲ &c.] Synesii versus nostris multum sunt dissimiles. Sic enim habet ille pag. 108.

Μηδὲ πάτυ μὲ δ' ἔτις εἰς τ' μαλακαυχίαν κόσμου,
Ω ὑψίκαιν' ἀπὶς ὦ ὑπίστατ' πυθμὴν
Ἀμφιχιφὴς, ὑπτεων, εἰδωλοχαρὴς, ἀϊδὴ ὦ.

Id est,

Ne deorsum nutes ad mundum atrum & tenebris plenum,
Cui surges profundus semper infidus substratus est & orcus
Undique caliginosus, fundatus, spectris gaudens, amens.

Vide integrum locum Synesii. Conferet enim ad intelligentiam sequentium & præcedentium.

4. Σὺ δὲ &c.] Marsilius Ficinus lib. XVII. de animorum immortalitate cap. ult. Zoroastri, ut & sequentia plurima, adscribit, & ita interpretatur, *Tuum vas bestia terræ habitant.*

5. Μὴ σὺ &c.] Idem Marsilius lib. XIII. non longe ab initio, *Ne tu anxeas fatum*, inquit, *quasi in tuo arbitrio sit cedere fato atque non cedere.*

6. Μηδὲ &c.] Hunc versum & sequentem refert Ficinus lib. X. de immort. animorum, cap. VIII. cum hac interpretatione, *Adscendendum tibi est ad lumen ipsum & patris fauces, unde missa est tibi anima multo mentis lumine circumfusa.*

7. Αὐτὰρ ὃ &c.] Vetus codex regiæ bibliothecæ habet ἀ ἀ τὺ, ὃ: similiter accentu tantum mutato, eruditione præstantis viri Sanctamareani exemplar ἄ ἄ τύ, ὃ χθὼν, &c. utrumque γελοιαστικῶς *ah ah*, vel *heu heu.*

8. Πα ὃ ὦν.] Reginæ exemplar refert τὸ πυρῆνον ὑ ἐσθιουσα, contra metri regulam, quanquam id non usquequaque in hoc fragmento observatum sit.

9. Ψυχὴ] Tres hos versus paucis explicat Marsilius lib. XIII. cap. IV. ita scribens: *Quia quidam velit videre, ac etiam supremi numinis deperiti flagrans, consuetis nationis naturalis assumptibus non confidit, sola vivit mente, evadit angelus, & toto capit pectore Deum. Hæc significat Zoroaster: Anima hominum Deum quodammodo contrahit in se ipsam, quamdiu nihil retinens mortale, tota Divinis haustibus inebriatur. Tunc quoque exultat in corporis harmonia.*

10. Ὅπῃ ψυχὴ] Idem libro & capite dictis versus aliquot e sequentibus huc translatos ita ordinat.

Ὅπῃ ψυχὴ πᾶς δυνάμις πάντος ὅσα φαεινὸν,
Ἠχεῖ δ' ὦ ψυχὴς ἐκ θ' ἀμόζοιο, ὁμιλεῖ δ' ἀρδὲν
Πάντ' ἐπιτάσσει εἶδος.

Μηδὲ τὶ τ' ὕλης σκύβαλον κεκμηκὸς καθαλείψῃς. Id est, illo interprete, *Quoniam anima per potentiam patris fit ignis splendidus, dominetur in te immortalis profunditas animæ, & oculos cunctis una tolle in altum. Tunc neque etiam materiale ipsum corpus præcipito derelinques. Ignem appellat lucem ipsam qua exuberat Deus per se, & anima per vim patris conversa in patrem abundat. Et quia Deus est ipsa unitas super mentem, & centrum essentiarum super essentiam, ideoque non unitur illi per mentem pro-*

proprie, *sed per similitudinem animæ*, *quæ est mentis caput*, *centrumque totius animæ. Idcirco dicit Zoroaster*, *Ducat te animæ profunditas immortalis*, *id est unitas ipsa*, *quam impressit*, *quondam Deus animæ tanquam unitatis Divinæ characterem*, *a qua & ad quam omnes aliæ vires animæ*, *quasi a centro & ad centrum omnes circuli lineæ pendent.*

11. Ἀθάνατος θεὸς] Matsilius lib. v. de anim. immort. cap. xiv. *Immortalis manet*, *ac vitæ domina est*. q. d. *ideo immortalis manet*, *quia habet vitam pedissequam sicuti sol lucem*, *crinita comam.* Vide locum. Docet enim illic fuse, animam abire adveniente morte, non perdi.

12. Καὶ ἴχνη &c.] Idem lib. iv. cap. ultimo: *profecto animam ipsam esse quodammodo omnia*, *de qua Zoroaster ait*: *Mandatorum suorum multas plenitudines comprehendit.*

13. Μὴ πόδωμ.] Item lib. xviii. de animorum immort. cap. iv. *Ne fodes spiritum*, *neque in profundum exangeas quod est planum*, *Spiritum planum appellat ipsum vehiculum*, *non quia corpus non sit atque profundum*, *sed quia propter tenuissimam & splendidam puritatem sit quasi non corpus. Præcipit ergo ne propter nimium corporis elementalis affectum*, *cogas ipsum etiam post hanc vitam sordidum atque grave superfore caligini elementali adjunctione.*

14. Ἔστι γὰρ εἰδώλῳ &c.] Idem ibidem: *Est idolo quoque locus in regione perspicua. Quia scilicet cum vehiculo simul & animatum recurret in cælum.* Sequentem versum conjunxit Ficinus cum superiore illo cujus initium est Οπίσω, cap. iv. lib. xiii. Synesius quoque hunc cum præcedente allegat libro de insomniis pag. 11. edit. Turneb. sed ordine inverso. Φησὶ δὲ (ait) πάντα τὸν μέσον τὸν πόδωμεν τοῦτο ἐμπλησθῆναι εἰς ψυχάς· μᾶλλον κάτω ψυχῆς ἔλκεσθαι ὁ λόγος, ὅτι ἐκεῖνον τὸν κάτω, μέχρις ἐγκύρσῃ τῷ μελανοῦντι καὶ ἀμφικυφεῖ χώρῳ· αὐτὸν δὲ καὶ σωὶ πάντα μέχρις αὖ εἰς ἅλειστον τὸ αὐτοκίβδηλον ἥκειν. ἄνω γὰρ καὶ τοῦτο τὸ λιχὰν λιχθῆναι·

Οὐ πᾶ τὸ ὕλης κεκμηκὸς σκότος ἔλκεν κατὰ λείβδα,
Ἀλλὰ καὶ εἰδώλῳ μεθέπει τόπον ἀμφιφαὲς δέ.

Οὕτω δὲ καὶ πάντη ἴχνη αὐτοῦ ἀμφιεσθῇ. καὶ τοι τὸ πλέον τὶς αὖ αὐτοῦτος ἐξυπόσειεν; ὃ γὰρ μάλιστα εἰς τὶς σφαῖρας ἀνάγειν ἔοικε τὴν ἐκείθεν ὑπνώσεις δύσιν, ἀλλὰ εἰπὼ τὸ πυρὸς καὶ τὸ ἀέρος ἀκριτόν εἰς τὸν εἰδωλικὸν φύσιν ἔοικασι κρίνειν πρὸς τὸ γένος ἀμφίσκιος κίλιφον, καὶ τοῦτο, φησὶ, τὸ κρείττονι μεθέπει σωμασπίσῃ. ὕλη γὰρ σκότος οὐκ ἂν εἴη τὸ διαφανέστατον σῶμα. & quæ sequuntur. Quæ sic Latine reddunt Pichonius, *Observa igitur in quanto intervallo spiritus hic fatalitius versatur. Declinante quidem deorsum animo*, *dicebat oratio*, *quod exprimitur atque subit quoque incidat in tenebrosum & undique caliginosum locum.* *Sed adscendentem etiam comitatur*, *quod sequendi facultas sit. Et sequi potest donec in maxime oppositum & omni ex parte fulgentem locum venerit. Audi etiam hac de re vaticinia dicentia*: *Non in eminenti ac sublimi loco materiæ purgamentum reliquet*: *sed & simulacro pars est in loco undique fulgente. Is autem controversiam habet cum undique caliginoso. Nam quod acutius in his versibus quispiam cernere possit? non enim solum in globos cælestes reducere videtur illinc venientem naturam*, *sed si quid ex ignis & aeris sumitate in imaginariam naturam descendens attraxit*, *antequam terrenum indueret corpusculum*, & *istud*, *ajunt*, *cum validiori parte transmittit. Nam materiæ excrementum haud fuerit Divinum corpus.*

15. Μοιρέδρη] Explicat Plotinus philosophus lib. ix. de anim. educt.

16. Ἐκτείνας] Matsilius sic vertit lib. xiii. de animorum immortalitate cap. iv. *Si mentem ardentem ad opus pictatis intenderis*, *labile corpus servabis.*

17. Αἱ πίνυμ] Pulcherrima declaratio hujus oraculi peti potest e Synesii libro de in-

somnis pag. 109. ubi sic inquit, *αἱ παρ' ἀξίαν κακοπάθειαι ξυμφοραὶ, μέγα μέρος συμβάλλονται πρὸς τὸ λύσαι τὸν ἀγεννῆ τῶν ἐσχάτων πρὸς τὰ τῆς θε.* &c. id est, *Calamitates insolitæ maxime conferunt ad tollendam propensionem qua in res caducas ferimur.* Et paulo post, *πειραὶ γὰρ ὑλικῶν τόπῳ δὴ τῷ παρ' ἡμαρμένην κινοῦσαι τὸ ἧττον ἀμφίλυσσον τῶν πρὸς τὰς ὁρμὰς αὐτῶν. τὸ τοῦτο ἄρα αἱ κακοπάθειαι φύσεις, ἃς Ἡρακλέα παλαῖσαί φασιν ἱερὰ λέγων.* Hoc est, *pœnæ sane etiam præter fati necessitatem moventur adversus feroces & legum frena excutientes, atque hæ profecto arumnæ sunt & celebres illi labores quos Herculem sustinuisse perhibent sacri sermones.*

18. Ηγεῖσθαι] Marsil. lib XIII. de anim. imm. cap. IV. ut supra indicavi.

19. Ω πλαμπρόπτης] Idem refert lib. XIV. cap. I. *O homo naturæ audentissimæ artificium.*

20. Ἀγηράς] In vet. cod. regiæ bibliothecæ scribitur, ἀγήρως πάντα λ. & linea pœnult. κεφαλεῖς.

21. Παντόθεν] Hic est ordo versuum hujus paginæ in codice regio. Primus est πάντοθεν secundus πᾶν ἴχνος κέαρ Θ. tertius λεῖπε, quartus λαμπτῆρος, quintus κλῆδι, sextus πάντα γὰρ, septimus δόκησε, octavus πατὴρ ἐ φοῦσι, nonus ἑαυτὸν ὁ πατὴρ cum proximo δεῖ σὸ, decimus ἐν ᾧ δὲ π. undecimus εἶσιν πάντα, duodecimus μάνδαμα τὸ, decimus tertius νοήμασι, decimus quartus βυλαῖς: quintus autem in istius paginæ ordine σύμβολα, &c. plane omissus est.

22. νοῦν] Ranconetus vir exquisitæ doctrinæ & judicii legit νῦς ἔστιν.

23. Μαθησις] Marsilius lib. I. de anim. immortalitate cap. VI. *Aliud mens erit, aliud veritas. Quod sic aperit Zoroaster, Scito intelligibile ipsum esse extra mentem.*

24. Ἐστὶ] Idem lib. XIII. cap. V. *Est intelligibile aliquid quod intelligere te oportet mentis flore. Florem mentis appellat Zoroaster ipsum animæ centrum, quod Plato nominat mentis caput.*

25. Ἐστὶν πάντα] Idem lib. II. cap. VII. *Esse ipsum rebus omnibus est commune. Esse igitur ubicunque sit, pendet ex Deo. Quod mystice tetigit Zoroaster. Omnia sunt ex uno igne genita.*

26. Πατὴρ γὰρ] Ficinus lib. IV. cap. I. *Essentia angelorum principio informis est quodammodo, & tanquam passivum subjectum quoddam exponitur ad actum intelligendi, & formarum idearumque ornatum suscipiendum. De quo Zoroaster ait: Omnia perfecit pater, & menti præbuit secundæ.* Porro corrige ἐξετέλεσε, & scribe ἐξετέλεσσε. Ita enim in hoc verbo syllabam producunt poetæ, non vocalis brevis in longam mutatione.

27. Κλῆζεται] Regium exemplar habet κλῆζεται πᾶν γὰρ Θ᾽ αὐδῶν, & ita quoque correxerat Ranconetus. Sed laborabit carmen, nisi illi hac ratione subvenias, κλῆζετ᾽ ἄπαν γὰρ Θ᾽ αὐδῶν. Recepta lectio tamen non est improbanda.

28. Κινήσεως] Marsil. Ficinus lib. I. de anim. immort. cap. V. *Angeli movent, non moventur, de quibus Zoroaster, Mundus habet intellectuales rectores immobiles.*

29. Ἀνοχὴν] Idem lib. IV. cap. I. *Angelus animam suo excedit, quod manet: Deo cedit uno, quod multiplex est. Deus tamen per hoc unum abit super omnia in infinitum. Quod ita cecinit Zoroaster: Pater per se ipsum rapuit, neque in mente quidem quæ illum sequitur, propinquum incluſit ignem q. d. nullam habet cum cæteris comparationem.*

30. Πατὴρ &c.] Idem lib. III. cap. ult. *Si animos pulsat, quia illi sursum deorsumque libere volubiles sunt, pulsat, & libere, ita ut alliciat; non trahat, non cogat, sed persuadeat. Quod Zoroaster ita testatur, Pater non incussit metum, sed persuasionem induxit.*

1. ΠΑΝΘΩΝΟΣ] Hæc inscriptio est e codice Sanctandreani scripto & Ranconeti cuso. In Regio ista erat: *μαγικὰ λόγια τοῦ ἐν Ζωροάστρου μόνου ἐξηγητοῦ τοῦ Πλήθωνος.*

2. Τὸ θνητὸν] Vetus exemplar utrumque, Regium & Sanctandr. in aoristo legit, τὸ

τῷ θεσπεσίῳ ζώμαλθητοδίσκῳ, ἤτοι ἐπί τινα χρόνον ἱερασαμένῳ αὐτῷ, τῷ κοσμήσαντι, &c. omisso illo τῷ ζήσαντι τε.

3. Ὑποκίτλου] In Regio cod. χρυσολιθοκίτλου.

4. Ἅπαντ' αὖ] In Sanctandreani cod. ἅπαντα χειρὶ.

5. Φρονίσιν τινὰ] In eodem scribitur λέγει Φρονίσιος τινά. quid si φρονίσιν pro φρονίσιον scribas?

6. Αὐτὸς δ'] Iterum utrumque exemplar, ἀλλὰ τύς δὲ χθὼν, &c. ut supra.

7. Ἰκρὸν πολίου] Regius codex, ἀφθιπολαύου δεῖ, & mox l. 11. λύπης pro λήθης.

8. Ἡ πλὴν τοιαύτην] Verba ista ἡ πλὴν τοιαύτην τῷ παντὶ λειτουργοῦσα, omissa sunt in Tiletani editione: nunc vero e Regio codice inserta: quæ tamen ne sic quidem integra esse docuit exemplar Sanctandreani ita referens hoc membrum, ὡς αὐ αὐτὴ ὕσα ἡ πλὴν τοιαύτην τῷ παντὶ λειτουργίαν λειτουργοῦσα, ὥστε, &c. id est, *tanquam ipsa publicum communi ministerium universo præstans in causa sit, ut*, &c. Sic loquitur Synesius pag. 109. ἀλλὰ εἶναι μὲν δὴ ἴσως λειτουργίαν τινὰ ἐπιπλοΐσαν τῇ φύσει τοῦ κόσμου, θείαν ἀθηνεῖαν ἐπιτεθάντων i. Sed *illud erat ministerium quoddam naturæ mundi explere, huicque satisfacere, Divinis Adrastiæ institutis ita imperantibus.*

9. Φαυλασία] Vide Synesii librum de insomniis pag. 103.

10. Συλλογιζόμενος] Scribitur συλλογιζος in Regio cod.

11. Εὐθλά] Sanctandreani codex habet, βλασφήμως τολμᾷ τὸ εὐθλά, eodem sensu.

12. Ὑπερισχοντες] Exemplar Regium legit, ὑπερισχοντες τῷ λογικῷ, &c. & l. 13. ἤτοι εἰ πολιτικοὶ δυμερεῖς.

13. Ἤτοι ἁπλῇ &c.] Utrumque exemplar habet, ἤτοι ἁπλῆ τε κακοηθείας (Regium πανουργίας) ἢν ὑφίλιστε κακοβουλίαν, id est, *simplice & omnis malitiæ scelerisque pura.*

14. Παθλο] In utroque scribitur κατ' ὅλου λάμπου τ' κόσμου.

15. Ἀντεστειμε] Scribe ἀνθεστειμε cum scripto codice Sanctandr.

16. Ἐνέργεια] Scribendum est ἐνεργείᾳ, *actu.*

17. Ἀντιφοιτῶντες] Uterque codex habet, ἤτοι ἀκαιρίτως. κίνησιν δὲ τ. ut quoque exponitur pagina sequenti.

18. Ἀκίνητα] Placet Regii codicis lectio ἀκαίρως, ut opponatur τῷ διεξοδικῶς.

19. Τῷ ὑμοῦ] Sanctandreani exemplar κόσμου pro ὑμοῦ. Mox corrige mendum in ἀφθονωγὸς, cum neutrum esse debeat subjuncta virgula, quam minus acutus oculus pro c arripuit.

20. Ἐξήπτας] Scribe ἐξῆπται. Mox desunt verba ista, κἂν ἀγαπᾶτο ὑπὸ πλήτου, in utroque codice, forte e sequenti pagina huc translata.

21. Οὐδὲν] Mallem divisis vocibus ἢ ἓν μετ. legere.

22. Πλατωνίζω] Mancus erat hic locus in Tiletani editione, quem e scriptis libris in integrum restituimus.

23. Ὁμοιοζυγία] Sanctand. codex legit, ὁμοιοζυγιαφθονῶν.

24. Λεγόμενον] Post λεγόμενον sequitur in vet. edit. μίγμα γὰρ τὸ ἕλιον περιττὸν πολλῶς· ἀλλ' ἕλιον τοῦτο, ὁμοιοζυγία μὲν τετραλόγου ἑαυτὸν ἀφεστακέναι. Nos secuti sumus veterum codicum lectionem: quamquam ne sic quidem mendi suspicio absit.

25. Πεντακισχιλίοις] Marthanus interpres πενταετοῦς, hoc est, *quingentis*, reddidit, quod supra veri fidem sit, si πενταχιλίοις agnoscatur: atque frequentes sibi utraque lingua scriptores subscribere. Plutarchus tamen lib. de Iside & Osiride & Plinius lib. xxx. cap. 1. tuentur vulgatam lectionem. ac Marthano Suidas favet.

IN PSELLII EXEGESIN.

1. Εἰδώλα] Hanc Pselli expositionem transtulit Gregoras Nicephorus in sua scholia quæ commentatus est super librum Synesii de insomniis, pag. 111. & 115. editionis Parisinæ.

2. Αὐτὴ] Legendum est αὐτῇ pro αὐτὴ, nempe animæ ratione præditæ.

3. Τῷ ἡμίσει] Deest μέρει, ut ex Nicephoro, & opposita ϛ particula apparet: τῷ μὲν ἡμίσει.

4. Μὴ πε] Horum versuum sententia expressa extat in Sibyllinorum oraculorum lib. III. pag. 232. nostræ editionis.

5. Ηὐξε] Metrum requirit αὐξω. sed id in his magicis oraculis non admodum curiose observatur.

6. Αἰθὼ] Marsilius Ficinus lib. IV. de animorum immortalitate cap. ult. agnoscit hunc versum.

7. Καὶ ϛυσίων] Citatur hic versus a Synesio in lib. de insomniis pag. 102. nonnihil varians. Verba ejus sunt: ἀλλὰ τοῦτο μὲν παρελήφθω σοφιστικὸν τὸ ἀξίωμα, τὸ κῦρος τῶν φαύλων ἐπιζητεῖν, δόγμα οἰκεῖον ἡμῖν καὶ τοῖς ἐλάττοσιν, ὡς οἶδεν ἡμᾶς ὁ τῶν χαλεπῶν ἐπιστήμης σοφίας ἀφορμὰς ἐκπεπονηκὼς ἐκεῖνος ἐκεῖ τὸν λογίων ἀπεκπεπύκτεις. φησὶ δὲ.

Ὁ θυσιῶν πλέγχων τ' ὀτομαι, τοῦδ' ἀθύμως πείθω.

Καὶ φύζιν αὐτὰ σοφιστικόν.

Imperativus est, ideo scribe πολυπραγμόνει.

8. Ζωῆς] Male locatum accentum move in ultimam, ζωῆς.

9. Ὀνείμασι] Refert hoc oraculum cum sua interpretatione Nicephorus in scholiis ad Synesium pag. 96. Vide quoque eruditam ejus explicationem apud Origenem lib. V. contra Celsum.

10. Οἰκεῖ] Distinctio commodior erit, si hic perfectum punctum ponas, & linea sequente imperfectum.

11. Λόθεν] Scriptum exemplar habet ἀοθενεῖ verbum. Sed eodem recidit sensus.

12. Ἐγγύθεν] Legitur cum expositionis parte in Nicephori scholiis ad Synesium pag. 96. edit. Græcæ, ubi ἐγγύθεις scribitur.

13. Δι' ἀλῆς] Nicephorus legit, δι' ὀλῆς δὲ τ' ἐπιφανείας ἐκφυκτῆρας τὸ κύμασι λέγεσθαι.

14. Ὠχῖτις] Suidas ἔστι δὲ τὸ ἐσχάτου πίνυξ καλούμενον, ὃ καὶ ἐπιθήκην καὶ φερεκυδίδης τρίφυες ὡς κρεκυλαδίους τὰς ἀγαπωδύνης.

15. Παχθὲν] Verius requirit παχθὲν genere neutro, ut supra, quod vix alibi reperias.

16. Σὺν ἀγχίου] Hanc oraculi expositionem verbotenus suo in Synesium commentario inserit Nicephorus, pag. 814.

17. Πάλι πεῦκε] Legit idem τὰ πεύκη τῷ δαιμόνων χθών. & statim, ὡς πεῦκε ἱερὰ χθὼν τὰ εἰκεῖ συγκαλῶ.

18. Χθὼ ἐπὶ δὲ] Vide Nicephori scholia pag. 117.

19. Ὡς ἀφ' ἕω &c.] Et hæc quoque transcripta sunt a Nicephoro pag. 126. dicti commentarii.

20. Ηὐθὶ οἰκονομίαν] Δι' οἰκονομίαν posset verti, *in mundi gubernatione*, ut ad Deum referatur, non ad homines, juxta nostram interpretationem.

21. Ἐπειδὴ] Retulit hæc Pselli verba in suum commentarium Nicephorus sub finem pag. 126.

12. Ei-

22. Ἐπιφορμὴν] Istam quoque fati descriptionem hinc decerpsit idem Niceph. pag. 110.

23. Ἡίνα &c.] Hoc præceptum magicum cum explicatione sua citatur in iisdem Nicephori ad Synesium scholiis pag. 96. ubi metri ratione servata scribitur, λίνα ἐκείμενα αἰὲν ἐν χάλκῳ, &c. & statim κιννάβαρι de quo lapide vide August Steuchum lib. VIII. de perenni philosophia cap. XXVIII. de dæmonum autem divisione secundum Chaldæos, Nicephorum in schol. pag. 117.

24. Αἰυγμὸς] Retinui Græcam dictionem *iunges* in versione, quod ea Lælius poeta apud Appuleium usus sit in his versibus:

Philtra omnia undique erunt:
Antipathes illud quæritur,
Trochili, iunges, taxiæ,
Radicule, barbæ, juncti, &c.

Nominis rationem & significationem vide apud Pindari & Theocriti scholiastas, Suidam item & Nicephorum ad hæc Synesii verba αἱ μάγων ἰυγγὶς αὕτη, pag. 96.

25. Βυλὰν] Retinui lectionem codicis Regii: quam tamen e superioribus emendare facile est.

26. Ἀςροπῆται] Mendosa videtur scriptura ἀςροπαῖαι, nec certi quid colligetur, nisi vel μὴ ποτὲ, vel ἀςροπῆ φησι nobiscum legas.

27. Ἄζωνοι] Servius in illud Æneid. XII. *& diis communibus aras*: Ut autem altioris scientiæ hominibus placet, dii communes sunt qui ἄζωνοι dicuntur, id est qui certi certas non habent partes, sed generaliter a cunctis coluntur. Ubique enim eos esse manifestum est, ut mater Deum, cujus potestas in omnibus zonis est.

28. Σπερὶ] Σπερὶ idem videtur denotare quod Synesii σίρμασιν. cujus significationem vide apud Nicephorum pag. 114.

29. Πτεροφυεῖν] Scribendum est πτεροῤῥυῆναι. & hoc est e Platonis philosophia in Phædro, ubi Adrastiæ legem exponit. λὶ δὲ (inquit) βαρυθεῖσα ἡ ψυχὴ πτεροῤῥυήσῃ πῇ ἐπὶ τὸν γῆϊον τίσιν, & quæ sequuntur.

FINIS.

Acc 167588